 Sermo tertius: Cuiusmodi ad ciuitatem bonam requirantur, de custodia item sui ipsius, & concordia ad proximum. 344
 Sermo iiii: De uite monastica & eremita difficitate, quomodo religiosus quoq; se habeat per militatem & obedientiam. 345
 Sermo quintus: Contra ambitionem, inuidiam, superbia, gulam, & de mortificatione hauii aliumq; passionum. 346
¶ De omnibus sanctis.
 Enarratio lectionis loco epistole: Vidi angelum ascendentem. 346
 Enarratio euangelij: Videns Iesus turbas. 348
 Sermo primus circa epistolam: Magnam esse electorum multitudinem (littere reprobatorum numero multo sit inferior) ex quinque probatur. 347
 Sermo secundus circa euangelium: De paupertate spiritus, de misericordia, de lucu spirituali, & uitis eorum contrariis. 349-350
 Sermo iiii: De milericordia, de munditia cordis, de pace, & persequitione tolerantia. 350
 Sermo quartus: De multiplici causa institutionis sancti Omnitum Sanctorum. 351
¶ Ad religiosos.
 Sermo quintus: De quadruplici modo laudandi de um in sanctis suis. 352
 Sermo vi: Quam sancte & immaculate in consecrata diuina maiestatis ambulandum sit, & quantum in deo ac per deum efficer possumus. 352
 Sermo septimus: De impenitentia suauitate ac gloria patris celestis, & quibus modis ad eam facilius acceditur. 353
 Sermo unius: De commemoratione animarum: Quare defunctis conferenda sint suffragia, unde inueniuntur, & ubi sit Purgatori locus. 354
¶ In festo reliquiarum.
¶ Ad religiosos.
 Sermo quartus: De modo optimo quo sapientiae donum comparare nobis possumus, & quantum uiuunt sapietia ipsa humana uite adducat. 355
 Sermo quintus: De castitate, fortitudine & charitate sancte Catharinae, & qua uia facilius eas uirtutes consequi poterimus. 356
¶ Commune Sanctorum.
¶ De

INDEX SERMONVM DIONYSII DE SANCTIS.

- ¶ De communi plurimorum martyrum.**
- Enarratio lectionis loco epistole: Iusti in perpetuum uiuent. 369
- Enarratio euangelij: Eleuatis Iesu oculis in discipulos suos &c. ibid.
- Sermo I. De integra & firma fide sanctorum, qua omnia tormentorum genera constantissime uicerunt, & quod omnium uirtutum principium sit & fundamentum validum, formata fide deo adhærente iugiter. 370
- Sermo secundus: De innumeris sanctorum flagellis & aerumnis in carne mortali. 371
- Sermo tertius: De quadruplici tentatione iustorum in hoc mundo. 372
- ¶ De communi unius martyris.**
- Enarratio lectionis loco epistole: Beatus vir qui in sapientia morabitur. 372
- Enarratio euangelij: Si quis nult post me uenire, abneget semetipsum. 373
- Sermo primus: De puro & speciali amore, quo deum diligere nos decet, nosq; odire. 374
- Sermo ii. Quanta fidelitate, animiq; constantia ad mortem usq; pro dei gloria præliari debemus. 375
- Sermo iii. De fortitudine nunquam sati laudata, qua mala omnia pacifice tolerare possumus, & de premio a deo uincitibus præparato. 376
- ¶ De communi confessoris pontificis.**
- Sermo primus: De uera Christi imitatione, & peritia eorum qui à Christo nominati uolunt, nec uitam eius imitari. 377
- Sermo ii. De arcta via uita, deq; sex laboribus feli cissimis in uita has assumentis, quibus ueros dei filios opinari nos possumus. 377. 378
- Sermo tertius: De perfectione patris eterni imitanda, ac uera dilectione, triplici enarratione euangelici herbi: Diliges dñm deum tuum &c. 378
- ¶ De communi confessoris, non pontificis & abbatis.**
- Enarratio lectionis loco epistole: Iustum deduxit dominus per vias rectas. 379
- Enarratio euangelij: Sicut lumbi uestrí præcín. 379
- Enarratio euangelij: Si quis uenit ad me. 381
- Sermo primus: Vera humilitas in quibus consistat, & de uarijs incitamentis ad eandem. 382
- Sermo secundus: De nexu & ordine trifariaz abrenu-
- cationis, & quale debeat esse finalis perfectionis desiderium. 383
- Sermo iii. De certis temptationibus quæ solent quodam gravius occupare, & de earum remedijs. 384
- ¶ De communi Virginum.**
- Enarratio epistole: Qui gloriatur, in domino glorietur. 384
- Enarratio euangelij: Simile est regnum celorum decem Virginibus. 385
- Sermo I. Quæ sit uera ac specialis sponsa Christi, & quomodo eam pluribus uirtutibus ornata esse oporteat. 386
- Sermo secundus: Quod aliud qd; deum cogitare uirgines non deceat, & pro eis dñe quatuor documenta Augustini. 387
- Sermo tertius: Quod bona uirginis sit, ut firmiter deo adlæreat. 387
- ¶ De templi dedicatione.**
- Enarratio epistole: Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem nonam. 388
- Enarratio euangelij: Ingressus Iesus perambulabat Hiericho. 389
- Sermo primus circa epistolam: Ob quinque, gloriosem dicit ecclesia militante, quibus Christiani ut membra congaudere debent. 389
- Sermo ii. circa euangelium: De sanctificatione custodiâ templi corporis nostri, ut illud gratia sua suauissima possideat spiritus sanctus. 390
- Sermo iii. De utraq; ecclesia, materiali uidelicet & spirituali, & qd; sint demonib; terribiles pñst; amables, & de intellectu uisonis S. Iacob. 391
- Sermo quartus: De ardenti affectu uidendi Iesum, & de quatuor quibus Zachæo similes effici debemus. 392
- Sermo quintus: De quadruplici domo qua recipitur Christus, & quomodo cum summa cum benevolentia in cor nostrum recipere debeamus. 394
- ¶ Ad religiosos.**
- Sermo vi. Quibus potissimum ornare se debeant religiosi uirtutibus, ut spiritus sancti templum representent. 395
- Sermo septimus: De uirtutibus religiosos quæ maxime decentibus, & de multiplici ornatu quo exornandi sunt. 396
- Sermo viii. De pñuida feruētiq; mñis nostræ uniōe cum deo, & qua via facilis id aſequi possit. 396

FINIS.



Iacobit.
Psal. 250

Iacobit.
Psal. 1

Sapien. 3

1610
REVERENDA
GREGORI

D. DIONYSII CARTHV. PRAEFATIO

Heb. 12. Ius: Ideo & nos tantam impositam nobis nubem testium, id est, multitudinem copiosam sanctorum, deponentes omne peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. Iacobus quoq; dicit: Exemplum accipite longanimitatis & laboris & patientiae, sanctos prophetas: Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Quum ergo tam exemplare, fructuorum, iustum, deoq; placitum sit, sanctos laudare, propono ad laudem & gloriam omnipotentis, in praesenti opusculo de sanctis per annum sermones, sancto sacerdotum praestante, conscribere, & iuxta praecedentis operis formam procedere, in quo sermones scripsi de tempore, cum expositionibus Epistolarum & Euangeliorum dominicarum, annexando Epistola unum sermonem, Euangeli duos aut tres. Veritatem isto in opere de sanctis, intendo breuitatem studere, magis q; in praecedente de tempore, quod in magnam nimis molem excrevit.

Præfatio in sermones de Sanctis ad Religiosos.

Luc. 10.



Eligo munda & immaculata apud deum & patrem haec est, immaculatum se custodire ab hoc seculo. Iaco. I. Christo in euangelio protestante, Vnum est necessarium. Nam omnia ordinantur ad unum, quemadmodum & ab uno sumptus exordium. Porro hoc unum, quod solum ac summe necessarium perhibetur obiectum, est Deus, qui omnium beatitudo ac finis censetur. Formaliter vero est gratiosa unio metis cum eo in via, gloriaq; unio cum eo in patria.

Iacob. Ad hoc unum universa præcepta, eti angelica quoq; consilia tendunt, & propter ipsum cunctæ sunt instituta obseruantæ regulares atq; monastica. Idcirco omne quod in coenobio agimus, omne intentum ac studium nostrum ad hoc finaliter referre debemus, quatenus quantum fragili, defectuosaq; uita huic sit possibile, simus inde sinister Deo interiti, actualiterq; uniti, per fidei speculationem, per doni sapientiae contemplationem, per sanctæ charitatis ardorem, per diuinorum meditationem beneficiorum ac promissorum, atq; per ceterorum ad salutem pertinentium considerationem, præsertim per orationem de uotam, & dominicas passionis attentionem præcordialem. Qui ita se haberet in coenobio, qui taliter occupatur coram altissimo, merito religiosus uocatur, estq; in eo munda & immaculata religio, quæ ut beatissimus Christi frater Iacobus profitetur) est, immaculatum se custodire ab hoc seculo. Nempe quid aliud est, se a seculo custodire immaculatum, nisi ea omnia deuitate, quæ præstatam mentis cum Deo unionem impediunt, quæ charitatis feruorem diminuant, quæ uagum atq; instabiliter efficiunt animum? Ut sunt inordinatae affectiones ad ea quæ mundi sunt, puta ad uanitates mundanas, deliciasq; carnales, temporales honores, transitorias & diuitias, quæ omnia necessaria est religiosum uitare, si digne debeat Deo ambulare, & uere monastice conuersari, ac suæ satisfacere professioni. Propterea quod etiam Paulus hortatur apostolus: Nolite conformari huic seculo, sed renouamini spiritu mentis uestræ. Deniq; discipulus quem diligebat Iesus: Si quis, inquit, diligit mundum, non est charitas patris in eo: Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Concupiscentiam ergo carnis, concupiscentiam oculorum & superbia uitæ oportet in primis claustralē abijcere, nec aliter potest se immaculatum à seculo custodire. Etenim à seculo se immaculatum præsumere, est nihil huius mundi, nihil creatum, nihil citra Deum, nisi in Deo, & secundum Deum diligere, quatenus pura & simplex sit cordis intentio, omnisiq; eius affectio sit adunata, simplificata, ac stabilita in domino. Ab ijcienda est ergo omnino appetitio secularis, amicitia mundialis, carnalis & sensualis affectio, cum & Iacobus contestetur: Amicitia huius mundi, inimica est Deo: Quicunq; ergo uoluerit amicus huius mundi fieri, inimicus Dei costituetur. Quid terribilius dici potest? Quid ergo o monache, quid o religiosa persona, quid tibi cum hoc seculo nequam: quid tibi cum carnalibus ac mundanis hominibus, nisi ut ores pro eis, opportunoq; loco & tempore cohorteris eos ad meliora? Quid eos familiariates queris nocivas: quid inordinata colloquia: quid stulta solatia: cōsortia quoq; interioris custodire resolutiva? Quæ utiq; omnia rigorem dissipant mentis, animam faciunt negligenter, cor redditum intmoratum. Quemadmodum enim cum personam peruerteris, ita cum carnali carnalis efficeris, cum mundo mundanus constitueris, sicq; sub habitu spirituali cor deferes seculari. Præterea, quid olim fuit filii Israhel tuina occasio, idololatriæ causa, nisi cum Amorrahis communio? Sic religiosis incitamen-

Rom. 12. quod etiam Paulus hortatur apostolus: Nolite conformari huic seculo, sed renouamini spiritu mentis uestræ. Deniq; discipulus quem diligebat Iesus: Si quis, inquit, diligit mun-

Ioh. 2. dum, non est charitas patris in eo: Quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ. Concupiscentiam ergo carnis, concupiscentiam oculorum & superbia uitæ oportet in primis claustralē abijcere, nec aliter potest se immaculatum à seculo custodire. Etenim à seculo se immaculatum præsumere, est nihil huius mundi, nihil creatum, nihil citra Deum, nisi in Deo, & secundum Deum diligere, quatenus pura & simplex sit cordis intentio, omnisiq; eius affectio sit adunata, simplificata, ac stabilita in domino. Ab ijcienda est ergo omnino appetitio secularis, amicitia mundialis, carnalis & sensualis affectio, cum & Iacobus contestetur: Amicitia huius mundi, inimica est Deo: Quicunq; ergo uoluerit amicus huius mundi fieri, inimicus Dei costituetur. Quid terribilius dici potest? Quid ergo o monache, quid o religiosa persona, quid tibi cum hoc seculo nequam: quid tibi cum carnalibus ac mundanis hominibus, nisi ut ores pro eis, opportunoq; loco & tempore cohorteris eos ad meliora? Quid eos familiariates queris nocivas: quid inordinata colloquia: quid stulta solatia: cōsortia quoq; interioris custodire resolutiva?

Iaco. 4. Quæ utiq; omnia rigorem dissipant mentis, animam faciunt negligenter, cor redditum intmoratum. Quemadmodum enim cum personam peruerteris, ita cum carnali carnalis efficeris, cum mundo mundanus constitueris, sicq; sub habitu spirituali cor deferes seculari. Præterea, quid olim fuit filii Israhel tuina occasio, idololatriæ causa, nisi cum Amorrahis communio? Sic religiosis incitamen-

Psal. 17. tum familiarites queris nocivas: quid inordinata colloquia: quid stulta solatia: cōsortia quoq; interioris custodire resolutiva? Quæ utiq; omnia rigorem dissipant mentis, ani-

mam faciunt negligenter, cor redditum intmoratum. Quemadmodum enim cum personam peruerteris, ita cum carnali carnalis efficeris, cum mundo mundanus constitueris, sicq; sub habitu spirituali cor deferes seculari. Præterea, quid olim fuit filii Israhel tuina occasio, idololatriæ causa, nisi cum Amorrahis communio? Sic religiosis incitamen-

Num. 25. tum familiarites queris nocivas: quid inordinata colloquia: quid stulta solatia: cōsortia quoq; interioris custodire resolutiva?

IN FESTO S. ANDREÆ.

Fol. II.

A tum multiplicis casus est, cum seculib[us] confabulatio, societas & mixtura. Non enim sine causa ait scriptura: Qui tangit picem, inquinatur. Et: Qui communicaverit superbo, ibidem induetur superbiā. Item: Amicus stultorum, similis eis erit. Hinc sancti patres qui oī Pron. 13: dines instituerunt, ipsos religiosos uita, habitu, mansione, à seculari bus uoluerūt esse distinctos, & habitationem eorum claustrum appellare sanxerunt. Cur itaq;, nisi qui habitatores eius debent ab omni seculari tumultu esse quieti, à passionum ac uitiorum inquietudine liberi, ab omni carnalitate & seculari proprietate abstracti? Si quo minus, tanto intolerabilior erit eorum damnatio, quanto ad proficiendum media habuerūt aptiora, & quanto ad perfectiora se strinxerunt. Itaq;, quia iam paulo ante, operante domino, sermones compagi pro religiosis per annum de tempore, propositi est nunc simili forma componere sermones de sanctis per annum, pro religiosis. Ad laudem & gloriam sancti sanctorum, Dei incomparabilis, adorandi, ac omnipotentis.

IN FESTO S. ANDREÆ APOSTOLI.

¶ Enarratio epistolæ: Cordē creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Roma. X.



N HODIERNÆ FESTIVITATIS epistola, agitur sermo de fidei efficacia & effectu, uidelicet de eius virtute ac merito, atq; de Euangelicæ legis predicatione. Idcirco in festo beati Andree merito ista cantatur epistola, quoniam ipse in scipio fide fuit plenissimus, plurimosq; suis miraculis ac doctrinis ad fidem conuertit. Itaq; ait apostolus Paulus: Corde creditur ad iustitiam, id est, actualiter per intellectum credendo ac quæ Christianæ sunt fides dei, tendit ac proficit homo ad iustificationis seu habitualis iustitiae adoptionem, vel incrementum. Credendo namque meretur homo peccati remissionem, gratia infusio nem sit augmentum, atque iustitiae exercitatio. Fides quippe informis disponit ad haec si uero formatâ, id est, claritate ornata, auget & perficit ista. Per fidem enim se Ephe. 3: trut fidei, inquit, purificans Deus corda eorum. Salomon etiam per misericordiam & fidem aut purgari peccata. Ore autem confessio fit ad salutem. Id est, ore tenus confessio de ea quæ fidei sunt, meretur homo æternam salutem. Siquidem oris confessio est effectus fidei cordis, sicut vocalis oratio actus est latræ, & eleemosynarum largitio, opus est misericordia. Meritum autem constituit in actu iustitiae, non in habitu solo. Hinc in euangelio assertit CHRISTVS: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & Luce 12: egô eum coram patre meo. Et in prima Iohannis scriptum est: Hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides nostra, id est, confessio fidei. Nam subditur ibi: Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit quod IESVS est filius Dei? Vide ante uerba huius epistolæ premisit Apostolus: Si confitearis in ore tuo dominum IESVM esse CHRISTVM, & in Rom. x. corde tuo credideris, quod Deus illu[m] suscitauit à mortuis, saluus eris. Et istud consequenter probat Apostolus testimonio prophetali: Scriptum est enim: Omnis qui crediderit in Esaia 28: eum, putat in CHRISTVM, qui ait: Creditis in Deum, & in me credite. Non confunditur 1oh. 14: neque spes sua frustrabitur, sed consequetur salutem, loquendo de fide per dilectionem operante, & perseverante usque in finem. Hinc dicit salvator: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. [Non enim est distinctio Iudei & Graeci.] Id est, inter Iudeos credentes & Gen. 12: 2. filios

Cundum Apostolum, habitat CHRISTVS in cordibus nostris. Et huius coapostolus Pe. Actu. 15: trut fidei, inquit, purificans Deus corda eorum. Salomon etiam per misericordiam & fidem aut purgari peccata. Ore autem confessio fit ad salutem. Id est, ore tenus confessio de ea quæ fidei sunt, meretur homo æternam salutem. Siquidem oris confessio est effectus fidei cordis, sicut vocalis oratio actus est latræ, & eleemosynarum largitio, opus est misericordia. Meritum autem constituit in actu iustitiae, non in habitu solo. Hinc in euangelio assertit CHRISTVS: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & Luce 12: egô eum coram patre meo. Et in prima Iohannis scriptum est: Hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides nostra, id est, confessio fidei. Nam subditur ibi: Quis est qui uincit mundum, nisi qui credit quod IESVS est filius Dei? Vide ante uerba huius epistolæ premisit Apostolus: Si confitearis in ore tuo dominum IESVM esse CHRISTVM, & in Rom. x. corde tuo credideris, quod Deus illu[m] suscitauit à mortuis, saluus eris. Et istud consequenter probat Apostolus testimonio prophetali: Scriptum est enim: Omnis qui crediderit in Esaia 28: eum, putat in CHRISTVM, qui ait: Creditis in Deum, & in me credite. Non confunditur 1oh. 14: neque spes sua frustrabitur, sed consequetur salutem, loquendo de fide per dilectionem operante, & perseverante usque in finem. Hinc dicit salvator: Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo. [Non enim est distinctio Iudei & Graeci.] Id est, inter Iudeos credentes & Gen. 12: 2. filios

iles fideles nil distat, quantum ad adeptionem salutis, dummodo credant modo præta **D**
Acto. x. cto. Nam & princeps apostolorum fatetur: In ueritate comperi, quoniam non est perso-
narum acceptor deus, sed in omni gente qui timet deum & operatur iustitiam, acceptus
est illi. [Nam idem] Iesu dominus omnium,] quia ratione creationis & summa dominatio-
nis, uniuersorum est dominus, de quo scriptum est: Domine rex omnipotens, in diti-
tio. 13. onis, iudiciorum est dominus, et alibi: Deus caelorum, creator aquarum. ¶ Quæritur, an de-
us sit dominus iniquorum. Videtur quod non, quoniam dominus & seruus correlatiue
dicuntur: iniqui autem non sunt serui dei, ergo nec ipse eorum est dominus. Denique Christus
Luce. 6. fuit in Evangelio loquitur: Quid uocatis me, domine domine, & non facitis qua dico? Cum ergo iniqui non impleant Christi præcepta, non uere dominum eum appellant.
Mala. 1. Iterum altissimum: Seruus timet dominum suum: Si ergo dominus ego sum, ubi est tia-
Ecc. 8. mor meus? Iniqui autem non metuunt dominum, immo de eis asseritur: Absque ullo timor
Pro. 2. refilii hominum perpetrant mala. Et alibi: Latentur cum maleficerint. Atque in Psal-
psal. 13. mori. Non est timor dei ante oculos eorum, non ergo sunt serui dei. Postremo, iniqui sunt
& 52. serui diaboli, qui (Christo testante) est princeps huius mundi, utpote iniquorum, sed &
Ioh. 12. Christus asserit: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Non ergo iniqui sunt ser-
Ioh. 8. ui dei, præferunt cum seruus a seruendo dicatur, ipsi autem non seruunt deo, potissimum
infideles. ¶ Et respondendum, quod multis modis aliquis dicitur seruus dei, uidelicet ser-
Mat. 25. uitute filialis timoris, Vnde dicit salvatori: Serue bone & fidelis, intra in gaudium domi-
Ioh. 8. ni tui. Et hoc modo iniqui non sunt serui dei, sicut intelligenda sunt autoritates inducētes. ¶
Item. seruityte timoris pure seruillis, de quo dicitur: Seruus non manet in domo in exter-
num. Sunt autem nonnulli iniqui qui nec seruiliter timent deum, & tamen aliquo modo
sunt serui: quoniam potestati omnipotentis subiecti sunt, dum ipse uoluerit, nec manum
eius euadunt: & completerut in eis finaliter dei uoluntas secundum æquitatis processum,
Mat. 25. sed non competit eis perfectio ratio seruutatis. Hinc in Evangelio dicitur impiorum: Serue ma-
ie & piger. Itemque: Serue nequam. [diuers in omnes qui inuocant illum.] id est, copiose il-
lis succurrens, qui intimo cordis affectu eius pietatem perseueranter implorant, iuxta il-
Psal. 144 lud Psalmista: Prope est dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus
Jacobi. eum in ueritate. Ideo scriptum est: Si quis indiget sapientia, posulet à deo, qui dat omnis-
Ecc. 2. bus affluenter, & non impropriamente & dabitur ei. Vnde in Ecclesiastico habetur: Qui inuo-
cauit illum, & despexit eum: Porro deus diues est, non pecunia, sed omnipotenter eiusque
opulentia est sua perfeccio infinita: atque ut diuinus Dionysius protestatur, in deo est omni-
um bonorum & pulchrorum ac desiderabilium perfecta possessio, quæ non est nisi ipsius
simplicissimum esse in se, & per se omnifararie plenum, perfectum, superbeatissimum & im-
mensum. [Omnis enim quicunque inuocauerit nomen domini,] id est, dominum nomi-
ne designatum. [Saluus erit] modo in spe per gratiam, post modum in re per gloriam, si ta-
men perseueranter & rationabiliter inuocet dominum. Hæc autem inuocatio præsuppo-
nit & exigit fidem, propter quod subditur: [Quomodo ergo inuocabunt] homines deū
Heb. 11. seu Christum, in quem non crediderunt? ¶ Quasi dicit, Nequaquam. Credere enim oportet
accidentem ad deum, quia est, & inquirientibus se remunerat sit. Sed obuiare uide-
Ioh. 4. tur, quod Christus loquitur Samaritanæ: Vos adoratis quod nescitis. Moyses quoque de
Deu. 32. incredulis scripsit: Immolauerunt demonijs & non Deo, dijs quos ignorabant. Imo & in-
Hier. 2. Hieremia caterisq; prophetis, frequenter dicuntur filii Israel inuocasse & coluisse deos q; q
& 43. ignorabant: Non ergo inuocatio præxigit fidem sive notitiam: nam & fides aliqualis no-
Esaie 45. titia est. ¶ Et respondendum quod Apostolus loquitur hic de uera inuocatione, quæ est
Dan. 3. actus uirtutis. Adoratio autem in illo Iohannis, Vos adoratis quod nescitis, large accipi-
Ezecl. 8. tur, pro qualicunque cultu unius dei, non pro uera adoratione, quæ actus est latitia. Vnde
Ioh. 4. Christus ibidem de uera & proprie sumpta adoratione subiungit: Eos qui adorant, in spi-
Ibidem ritu & ueritate adorare oportet. Infideles autem atque idololatriæ, deos quos nescierunt in-
uocasse dicuntur: quoniam h̄ quos deos putauerunt, non sunt dij: falsum autem non sciz-
tur, cum scientia sit uerorum. [Aut quomodo credent ei] scilicet deo [quem non audi-
*runt?] id est, de quo nihil dictum est eis. Fides enim est ex auditu, quia & teste Philosopho,
auditus est sensus disciplinae, id est, informationis ab alio. Cum ergo fides non habeatur,
nisi per revelationem seu instrucciónem alterius, oportet ut primo audiatur, uel per loquu-
tionem angelicam intus solum, aut etiam foris exhibitat, uel per loquitionem humana;
*Sed h̄ obijci potest, quoniam fides à solo deo est per creationem seu infusionem, non**

IN FESTO S. ANDREAE.

Agitur ex auditu. Et respöndendum quod fides, prout est uirtus theologica, quātum ad ha-
bitum sive essentiam suam, à deo per creationem accipitur; prædicatio tamen disponit ad
fidem: nec cōmuniter perducti sunt adulti ad fidem, nisi mediante prædicatioē seu infor-
matione humana, per modum dispositionis præiuæ concurrente. Hinc subditur: [Quo-
modo autem audient sine prædicante?] id est, forinsecus nūcianti. Loquitur namq; Apo-
stolus de exteriori auditu per hominem, quia connaturale est hominibus sic doceri, sicut
communiter ad fidem deducti sunt. Nihilominus ut diuinus Dionysius protestatur, qui
dam Gentiles ex gratia speciali solo angelorum obsequio & doctrina ad fidem conuersti
sunt. [Quomodo uero prædicabunt?] id est, quā authoritate aut efficacia prædicationis of-
ficiū asūlūtū aut exequentur h̄, per quos conuertendi sunt alii, [nisi mittantur] a deo,
qui det eis authoritatem, os, sapientiam, miraculorumq; gratiam: Nō enim quisq; sibi de-
bet honorem assumere, aut propria authoritate publice prædicare, ne sit cōfusio in eccles-
ia deit: idcirco oportet ut à deo, seu eius uices gerente, prædicator uerbi dei mittatur. **Hier. 13.**
Vnde per Hieremiam & Ezechielē loquitur deus de pseudoprophetis: Ipsi currebant, **Ezecl. 13.**
& ego non misi eos, [sicut scriptum est] apud Esaiam de prædictoribus desuper missis **Esaie 52.**
[Quā speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona:] id est, ualde de
cori & uirtuosi sunt gressus, actus & affectus apostolorum & apostolicorum virorū, præ-
dicantium recōciliationem generis humani cum deo factā per Christum, iuxta illud: Re-
conciliati sumus deo per mortem filij eius. Prædicantium etiam bona gloria, in calix pre-
Rom. 5. conciliati sumus deo per mortem filij eius. Prædicantium etiam bona gloria, in calix pre-
Esaie 64. conciliati sumus deo per mortem filij eius. Prædicantium etiam bona gloria, in calix pre-
1. Co. 1. conciliati sumus deo per mortem filij eius. **Aet. 13.**
Bparata electis, que nec oculus uidit, nec auris audiuit. [Sed non omnes obediunt cuan-
Esaie 57. glio.] id est, euangelicæ prædicationi multi non credunt, nec præceptis eius cuncti obedie-
unt, sed soli electi. Vnde & legitur: Crediderunt quotquot præordinati erant in uita ceteri
nam. [Esaias enim dicit: Domine, quis credit auditui nostro?] id est, mysterijs Christi, **Esaie 57.**
quæ ego alijs prophetae à spiritu sancto audiuius, & alijs audienda proponimus. Tan-
quā dicat, Pauci credent, quod tamen ad literam prædictum est de populo Iudeorum,
quorum pauci (comparatione aliorum) crediderūt in Christum. Hinc dicit Iohannes: Cū Ioh. 12.
*tanta signa fecisset IESVS coram eis, non crediderunt in eum, ut sermo Esaiæ comple-
tetur quem dixit: Domine, quis credit auditui nostro?] Ergo fides est ex auditu,] id est, ex
auditione eius qui informat ad fidem, & prædicat eam, quem oportet prædicantem audire. [Auditus autē]
ne quoque eius qui in fide instruitur, quem oportet prædicantem audire. [Auditus autē]
iste qui ad fidem exigitur, est per uerbum Christi.] id est, compleetur & fit per uerbum dei,
quod uenit ad corporis aures, & mouet auditū, & aperit ac instruit aures mentis. Nisi enim
proponeretur uerbum dei, non esset auditio fidem dispositiue inducēs. [Sed dico:] id est,
*quæro: Nunquid non audierunt, authoritate Psalmista: [Et quidē in omnem terram] Iudeus, **Psal. 18.**
*probat quod immo audierunt, authoritate Psalmista: [Et quidē in omnem terram] Iudeus, **Psal. 18.***
*uel in principales plagas terræ, exiuit sonus corum,] id est, uocalis prædicatione apostolo-
rum, quibus Christus prædixit: Eritis mihi testes in omni Iudea & Samaria & Galilæa, **Aet. 1.**
& usque ad ultimum terræ, [& in fines orbis terræ] exierunt uerba eorum,] quia ubique
*prædicauerūt apostoli per seipso & suos discipulos, ut Petrus in Italia, Andreas in Acha-
ia, Iohannes in Asia, Bartholomeus in Armenia, Thomas in India, &c. Vnde per Esaiam*
dominus dixit: Mittam ex eis qui saluati fuerint, ad gentes in mare, in Africam & Lydiā, **Esaie 66.**
fusq; prædictum est: Viderunt omnes termini terræ salutare dei nostri. **Esaie 52.*****

CSER MO. I. circa epistol. De certitudine Christianæ fidei, de tripli confessione,
de p̄p̄titudine diuinæ misericordiæ, & sancti Andreæ p̄conio.

Deus diues in omnes qui inuocant eum, Rom. X. In præsenti epistola salubriter edo
cemur ad multa. Primo, ut corde firmiter credamus in deum, & uniuersa quæ ad
Christianam pertinent fidem, uerissima esse inuiolabiliter sentiamus. Ex quo enim totū
quod sumus, possumus, & habemus, à deo accepimus: si p̄fere requirit à nobis, ut omnia ista
ei subiçiamus, & ipsum per hæc omnia ueneremur, ita ut corde, ore & opere eū colamus.
Vult ergo deus in primis, ut intellectum nostrum ei subdamus propter eius authoritatē,
credendo quæ nostram rationem & capacitatē omnino excedunt, ut quod deus est unus
& trinus, quod Christus est deus & homo, &c. Ideo dicit Apostolus: In captiuitatem redi-
digimus omnem intellectum in obsequium Christi. Istud fit in nobis per fidem, per quā
intellectum nostrum authoritatē sacrae scripturæ subiçimus, determinationi quæque ec-
clesiæ, credendo omnia esse uera, quæ sacra scriptura uera esse testatur, credēdo etiam uni-
a in uer-

D. DIONYSII CARTHV. SERMO I.

versalem ecclesiam infallibiliter gubernari à spiritu sancto, ita quod in his quæ sunt fidei & de necessitate salutis, errare non possit. Et hæc omnia credimus propter attestacionem summa & increatae veritatis, uidelicet dei, qui multipliciter contestatus est & ostendit, si dem Christianam esse ab ipso datum & confirmata. Nam fides est theologica uirtus, præma & æternæ veritati inniens, ita qd quā impossibile est summam ueritatem esse mensu dæcem, falsis testem, tam impossibile est fidem Christianam nō esse ueram. Idecirco Apostolus ait: Licit nos aut angelus de cælo euangelizet uobis præter id quod euangelizauimus uobis, anathema sit. Semper ergo in fide certissimi simus atq; firmissimi. Nam & fides omnium uirtutum est fundamentum, plurimum ualens ad superandum uniuersa dæmonum tentamenta. Secundo docemur in ista epistola, ut deum etiam ore honoremus, ea quæ fidei sunt publice confitendo etiam, si opus sit, coram aduersarijs fidei, & profidei ueritate ad moriendum simus parati. Denique in diuinis scripturis fit mentio de tripli confessione. Prima est confessio laudis diuinæ, seu deilaudatio: estq; confessio ista Matt. 10. actus latræ, de qua loquitur Christus: Confiteor tibi pater, domine cæli & terra. Secunda est confessio propriæ culpæ, hoc est, accusatio sui ipsius, quæ est pœnitentia actus, de q; Plat. 31. ait Propheta: Dixi, cōfitebor aduersum me iniustitiam meam domino. Tertia est confessio credendorum, id est, protestatio ueritatis eorum quæ cadunt sub fide, quæ confessio actus est fidei, de qua in ista epistola sermo est. Hac tripli confessione deum quotidie uenerari debemus, dei bonitatem, misericordiam, iustitiam, sapientiam, omnipotentiam, immensam felicitatem laudando & extollendo præcordijs, eius quoq; beneficia re cognoscendo & cōmendando, atq; futura ipsius magnificando promissa, & insipu defini suis iudicij atq; operibus extollendo, & dicendo: Magna & mirabilia sunt opera tua domine deus omnipotens, iusta & uera sunt via tua rex seculorum. Hinc dictum est: Bene dicte deum cæli, & coram omnibus uiuentibus confitemini ei, quia fecit uobiscum misericordiam suam. Hinc deuotissimus David rex ait: Benedic domini in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Itemq; Confitebor tibi domine in toto corde meo. Sed quando deum honorare debemus confessione propriæ culpæ, nosipos in omnibus humiliter accusando. Primo in sacramentali confessione, quæ sit sacerdoti iurisdictionem super confitentem habent: quæ confessio debet esse dolorosa, plana, bene præmeditata, ac integræ, ut nihil omnino celetur: & ex interna cōtritione, uel saltu attritione confessio illa procedat. Secundo in foro exteriori, quād à superioribus nostris iuste & charitatue corripimur, aut certe à proximis increpamus, tunc enim nequaq; impatiētes aut indignantes reddamus, sed nosipos humiliiter fateamur culpabilis, atq; ad emēdationē nos expōnamus. Si tamen alij culpa obiciatur, de qua sibi conscius non est, potest se humiliiter excusare, ne alij scandalizentur in ipso. Hinc in Proverbiis scriptum est: Viro q; corripiens tem dura ceruice contemnit, repentinus superuenit interitus. Et alibi dicitur: Quām bonum est, correptum manifestare pœnitentiæ: sic enim effugiet peccatum. Tertio in nostro secreto seorsum, ita ut unusquisq; quotidie propriā uitam examinet, conscientiæ purget, atq; de suis peccatis intente se coram deo accuset, ac ueniam deprecetur: sicq; omni die sit Ps. 145. custoditior corde ac timorior, ne creatorem suum offendat. Hinc dñs iubet: Custodite metipsum & animā tuam solcite. Tertio ex hodierna docemur epistola, qd iustus & pius sit deus, q; sine persona acceptance nullū ad se cōfugientem, cōtemnit, imo omnibus prouersus est misereri, ideo nemo despēt. Hinc scriptū est: Non est apud dñm deū nostrū iniquitas, nec personæ acceptio, neq; acceptio munere. Hanc de iustitiā pro modulo nostro imitari debemus, ut nulli quantūcumq; propinquō, cōtra iustitiam faueamus aut assistamus nec male agentibus consentiamus aut adulemur, sed zelo iustitia cum uera discreti Psal. 145. one simus feruentes. Nam ut fertur in Psalmo, Dñs diligit iustos. Et alibi dicitur: Pro iustitia agonizare, & usq; ad mortem certa pro iustitia, & deus expugnabit pro te. Porro uera regit iustitia, ut homo in primis cōtra propria insurgat peccata, & in seipso rationabiliter per opa pœnitentialia uindicet ea. Præterea, qlibet Christianus debet pietatis uia scribus esse repletus, omniq; indigenti pro posse succurrere, opa misericordia tam corporaliam quām spiritualia exercendo. Perfectio eternæ creaturæ est, creatori altissimo proportionabiliter assimiliari. Propter quod ait saluator: Estote perfecti, sicut & pater uester cælestis perfectus est. Cum ergo deo sit propriū misereri semper & parcere, constat qd alijs misserendo, parcendo, subueniendo, perfectioni appropinquamus, deoq; similes ac dilecti efficiamur, cum similitudo sit causa amoris. Vnde in epistola ista dicit Apostolus, qd deus

IN FESTO S. ANDREÆ.

Fol. III.

A est diues in omnes qui inuocant eum. Diligit enim ea quæ condidit, & sua bonitatis & liberalitatis nullus est finis. Ideo certū est, qd paraclitissimus sit gratiarum charismata imparti, imo ut cantat ecclesia, ipse abudantia pietatis sua, supplicij p̄ces excedit & uota, nec solū diues & pius est in eos qui inuocant eum, sed & frequenter iniquos & aueros misericorditer præuenit & reducit, inuocantesq; facit. Semper igitur diuinæ pietati gratias reueramus. Quarto in epistola hac docemur, qd salubre sit inuocare omnipotentem, nā dicitur: Omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. Idecirco ab orationibus non cessamus, cum dicat saluator: Oportet semper orare, & non desicere. Cuilibet ergo Christiæ Lucæ 18 no est debet orandi consuetudo, & in exterioribus occupationibus cor ad dñm frequenter leuandum est, ac breuibus saltem orationibus insistendū. Veruntamen non labijs tantum, sed cum ingenti cordis attentione orare oportet, nec sine reuerentia deū affari debet. quis enim deus p̄iissimus exaudire & copiose dare paratus sit, nō tamē uult nimia exaudiendis facilitate dona sua nobis uilescere, sed intentum ac perseverantē exigit orationem. pp̄terea sanctiss. Moses ait: Cum q̄sieris dominū deū tuū, inuenies eū, si tamen iō Deute. 4. to corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ. Deniq; in omnibus prætacticis uirtutibus ac uirtuosis operibus B. Andreas apostolus excellenter resplenduit. Fuit namq; in fide fortissimus, habens fidē cū rationibus credendis, & purificata intelligēcia mētis. Nec solū in seipso fide erat plenissimus, sed innumerabiles q̄q; cōuerit ad fidēm totū Achiam, quæ est regio magna & pars Græciae, impleuit ecclesijs. Insip corā Aegea, pconsule cōstantissime cōfessus est Christi, nec timuit minas eius, imo cū gaudio obtulit se ad mortiendū p̄ fide. Erat etiā iustus ualde, quia p̄ innocentium defensione obiecit se mediū, neq; aliqui in derogationē pepercit iustitiam cū Aegeas pconsul compellere conaretur Christians ad sacrificia idolorū, occurrit ei Andreas & dixit: Oportebat ut tu qd hoīm iudex es, iudicē tuū qui in ecclis est cognosceres. Legitur q̄q; in miraculis S. Andreæ, qd iuuenis quidā Christianus & pulcher secretus dixit S. Andreæ, q̄litter frēmina sibi ualde propinqua, tentauerit eū trahere secū ad carnale cōmīxionē, & q̄i iuuenis recusauit incæstū, illa iudicē adiūt, & eū mendaciter accusauit qd uoluerit eā optimeret. Tunc B. Andreas cū iuuenē ad iudicis accessit tribunal, mulierisq; dixit: O crudelissima femina, quia p̄ libidinem tuā uis hunc iuuenē innocentem tibi propinquissimum trucidare. Tunc mulier iudicē ait: Dñe, huic mago adhæsit filius meus, postq; tantum crimen facere uoluit. Iratus iudex iussit iuuenem in sacco pice ac bitumine linito ligari, atq; in flumen iactari. S. quoq; Andream in carcere detineri, donec excogitaret suppliciū quo periret. sed orante B. Andreas tonitruum terrible exiens cunctos perterrituit, & terrēmotus magnus omnes prostrauit. Tunc mulier illa à fulmine est percussa, occisa, & corruit arefacta. Orantibus aut cæteris qui astabant apostolū, ne perirent, orauit pro eis, & terrēmotus ac tonitrua cessauerunt, quibus uisis iudex ille cum tota sua familia ad fidem conuersus est. Postremo gloriosus And. apostolus misericordiss. fuit, & ualde cōpassiuus peccatoribus. Cū enim quidam senex nomine Nicolaus, dixisset S. And. Domine, ecce septuaginta anni uita mea sunt, in quibus semper luxuria deseruui, & nunc usq; à concupiscentia uictus sum, sed tu pie patet, ora pro me beatus Andreas cecepit mox here, & à tercia hora usque ad nonam orauit, surgensq; ab oratione, noluit manducare, sed dixit: Nō comedam donec sciam, an deus miserebitur huius senis, cumq; S. Andreas diebus quinq; ieiunasset, uenit ad eum uox dicens: Obtine Andrea pro se, sed sicut tu te ieiunijs macerasti, sic & ipse se affligat ieiunijs, ut saluerit. Tunc senex ille sex mensibus in pane & aqua ieiunauit, & postmodū plenus bonis operibus quietuit in pace, uenit ergo uox ad S. Andream dicens: Per orationē tuam Nicolaum quem perdiderā acquisui, itaq; in prædictis uirtutibus & sanctis operibus sequamur felicem Andream apostolum, quatenus post huius brevis uita curriculū ad æternam beatitudinē gaudia perducamur.

Mārci. 18. Luca. 5. Enarratio euang. Ambulans Iesu iuxta mare, uidit duos fra. Mat. 4. Marcii. Lūcā. 5. H odierno in euangeliō describit uocatio B. And. apostoli ad apostolatū Christi, idcirco euangeliū istud hodie legitur. Itaq; Matt. afferit: Ambulans Iesu iuxta mare ex Galilæj, quod alio nō in euangeliō appellatur stagnū Genzareth, eratq; lacus magnus, secundum Hierony, sed dicitur mare iuxta consuetudinem idiomaticis Hebræorū, qd qlibet magnam congregationē aquas nominant mare, qm Gen. primo habetur. Cōgregationes aquas appellavit deus maria. Uidit duos fratres, (uidelicet) Simonem, quo uocatur (alio nomine) Petrus, i. firmus, & etiam Cephas, quod interpretatur caput seu princeps, & iiii cipalis,

D. DIONYSII CARTHV. SERMO II.

cipalis, quæ nomina Christus sibi imposuit. [& Andream fratrem eius, mittentes rete (suum) in mare] p̄fatum, ut caperent pisces. [Erant enim p̄scatores,] quod futuro eorū officio congrebarat, nam p̄scatores hominum erant futuri. [& ait illis: Venite post me,] nō solum corporis gressu, sed etiam imitatione virtutum & perfectionis intuitu, exteriora omnia relinquendo & uosip̄s abnegando, ut euangelicæ perfectionis apicem apprehendatis. [& faciam uos fieri], i. per gratiam apostolatus efficiam uos [p̄scatores hominum]. i. collectores diuersorum hominum infra unam ecclesiam per extensionem doctrinæ uestræ sup̄ eos, quemadmodum pisces diuersi colliguntur per rete infra unam nauiculam. Perrete ergo significatur uerbum prædicationis, qua homines de uitorum profundis & fluctibus seu inquietudinibus huius seculi extrahuntur, atq; in portu & pace cōstituant ecclesiæ. Nam per mare significatur mundus perturbationibus ac uitorum profluijs plenus, per p̄scatorē prædictor & docto r uerbi cœlestis, p̄ p̄scationem conuersio peccatorū, iuxta hanc similitudinem per Hier. loquitur deus: Ecce ego mitti p̄scatores multos & p̄scabuntur eos. [At illi continuo relictis retibus] & cæteris quæ habebant, secundum qđ alibi loquitur beatiss. Petrus ad Christum: Ecce nos reliquimus omnia, [sequuntur sunt eum] mente & corpore. Deniq; triplex fuit apostolorum istorum uocatio. Vna ad simplicem eius notitiam, quam uocationem describit Iohan, prout in sermone plenius referetur. Secunda uocatio fuit ad quandam Christi familiaritatem. Tertia fuit ad apostolatum, quæ præsenti describitur loco. [Et procedens inde], i. Iesu pars Iohan. 2. procedens per litus maris prædicti, uidit alios duos fratres, Iacobum Zc. (filium) & Io. E (euān.) fra, eius in nauicula cum Zebedæo patre eorum, reficiētes], i. reparantes & meliorantes, [retia sua] nam pauperes erant, [& uocauit eos] ad gratiam apostolatus, & forte per eadem uerba & consimilia, per quæ Petru & Andream uocauit, dicendo: Venite post me, &c. [U]lautæ statim relictis retibus & patre (suo) secuti sunt eum,] corporis gressu & mentis affectu. Nec hoc fuit in discretionis, qđ isti apostoli tam cito Christum secuti sunt, ut infidelis Porphyrius arguit. Christus enim deus & homo quos foris humanitas sue uerbo uocauit, intus per deitatis suæ gratiam illos traxit, idcirco in ista tam celeri sequitur datur nobis exemplum obedientiæ promptæ, ac documentum relinquenti uana, terrena, carnalia.

S E R M O II. De laudibus S. Andreæ, & quomodo multos cruci affixus ad cultum ueri dei conuerterit.

Beatus quem elegisti & assumpisti domine, Psal. 64. Sicut dominus noster Iesus Christus filius dei uenit in mundum istum, & uixit in eo in omni humilitate & pauperitate, sic & pauperes elegit in apostolos. Tales namq; à deo specialiter, frequētiusq; uocantur ad uiam salutis. Propter quod Paulus ait apostolus: Videte uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles sunt inter uos, sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, ut confundat sapientes in oculis suis, & infirma & ignobilia mundi elegit deus, ut confundat fortia. Vnde ergo inaniter gloriantur, atq; superbiunt sapientes & potentes ac nobiles seculi huius, cum sapientiæ relinquantur à deo, & imbecilles ac pauperes elegantur. Inter hos pauperes electissimos dei fuit gloriōsus Andreas apostolus, qui multipliciter commendabilis, honorabilisq; consisit. Primo, quoniam à pueritia deo sincere seruuit, & in innocentia sua mansit deo uotus. Nam antequam uocabat à Christo, fuit discipulus Iohannis Bapt. imo & ante hoc in lege Moysi uixit uirtuose, & sine querela. Vnde ait Iohannes: Respiciens Iohannes Iesum ambulante, ait: Ecce agnus dei. Et audierit duo ex discip. Iohā. Bap. ipsum Iohannem hęc uerba loquentē, & secuti sunt Iesum, quorū unus fuit Andreas, manseruntq; apud Iesum die illo. Altera die inuenit Andreas fratrem suum Petrum, & ait eidem: Inuenimus Messiam, i. Christum, & adduxit eum ad Iesum. Ecce in his apparet diligentia, charitasq; Andreæ, quoniam cum audiret a magistro suo Iohann. Bapt. quod Iesu esset Messias, statim perrexit ad eum, nec contentus est Christum uidere, sed uoluit etiam eius sapientiam experiri & edoceri ab eo, ideo mansit apud eum die illo, sicq; impleuit, quod in Ecclesiastico habetur: Cum uideris sensatum, statim euigila ad illum. Cumq; Christum non uisset, statim de salute fratris sui Petri sollicitus eum quæsivit, atq; ad Christum duxit, impletus illud Petri: Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illam administrantes. Eccle. 6. Sic quoq; quilibet Christianus proximum suum debet pro posse salubriter informare, spiritualiterq; ad Christum perducere. Secundo B. Andreas laudatur à sapientia sua.

Nam

IN FESTO S. ANDREAE.

Fol. V.

A Nam & antequam à Christo uocatus est, magna fuit discretionis. Vnde in itinerario sancti Clementis beatis. Petrus refert, se à fratre suo beato Andrea interdum fuisse ualde prudenter instructum. Post susceptionem uero spiritus sancti in die pentecostes fuit Andreas lumine sapientiae mirabiliter decoratus. Nam cum Aegeas proconsul dixisset ad eum, Tu es Andreas qui superstitionem prædicas sectam, quam Romani principes exterminaui iusterunt, respondit: Romani principes nondum cognoverunt, quomo dō filius dei ueniens, docuerit idola esse dæmonia. Deinde probauit proconsuli magnum esse mysterium crucis. Primo, quoniam primus homo mortem intulit toti generi humano per lignum, Gen. 3. de eius fructu contra dei præceptum edendo, ideo congruum fuit, ut Christus mortem illam repelleret per lignum, in ea patiendo. Secundo, quoniam Adam inobedienter manus suas ad prohibitum cibum extendit, congruum fuit, ut Christus immaculatas manus in cruce extendendo, satisfaceret & saluaret. Tertio, quia ad hoc qđ Christus suam nobis cōmunicaret immortalitatem, congruum fuit ut mortalitatem assumeret nostra. Cumq; proconsul S. Andreæ præciperet idolis sacrificare, sapientissime subtiliterq; respōdit: Omnipotenti deo agnum immaculatum quotidie offero, qui cum à tota furet please be comes tu, uiuus & integer perseverat. Hoc autem dixit de sacramento altaris, in quo Christus ueraciter continetur, & deo patri offertur, nec à cōmunicantibus ieditur, neq; consumitur. Tertio, commendatur beatus Andreas à constantia & fortitudine in aduersis, quia pro deo & fidei ueritate ad mortem paratissimus fuit, imo cū inæstimabili mensu feruore anhelabat ad salutare martyrium. Cum enim proconsul ei crucis supplicium minaretur, respondit: Si crucis patibulum formidarem, gloriam crucis non prædicarem. Iterum dixit proconsuli: Quicquid tibi uidentur in supplicijs, magis excogita. Tāto nang; regi meo ero acceptior, qđo pro ipso duriora pertulero, & quanto in peccatis constantior fuiro. Tunc proconsul fecit B. Andream à uiginti hominibus uerberari, quod ipse pati entissime sustinebat. Insuper cum duceretur ad crucem, uisa cruce non ut consuetudo est hominibus, horro concussus est, sed gaudio perfusus ingenti, atque in affectuissima ac deuotissima uerba prorupit, dicendo: Salve crux quæ in corpore Christi dedicata es, & ex membris eius tanq; ex margaritis ornata; anteq; te ascenderet dominus, timorem terrenum habuisti, nunc uero cœlestem habes lætitiam, & cum desiderio fusciperis, fecus ergo & gaudens uenio ad te, ita ut tu exultans suscipias me, discipulum eius qui p̄pendit in te, quia amator tuus semper fui, & desideravi amplecti te. O bona crux, quæ pulchritudinem & decorem de membris domini suscepisti, diu desiderata, solitice amata, si ne intermissione quæsita, & tandem nunc concupiscenti animo præparata, accipe me ab hominibus, & redde me magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit. Ecce quanta constantia in aduersis, quanta fortitudo animi contra pericula mortis. Hinc in sermone de sancto Andrea ait Bernardus: Andreas homo similis nobis, tam uehe Bernardi menti ardore crucem optauit, tam inaudito seculis gaudio tripudiabat, cum patratum sibi eminus patibulum conspexisset: O crux, inquit, diu desiderata, gaudens uenio ad te, ut tu exultans suscipias me. Videtis, quia non se caput præ magnitudine gaudi, ita inquit, ut & tu exultans. Ergo ne tanta est exultatio crucis, ut exultet & ipsa crux, nec meus quisquam habeat, sed totum lætitia sit. Aut quid magis contra consuetudinem, supra rationem, ultra naturam crucifixum exultare, an crucem? Hinc iterum ait sanctus Bernardus: Auditis certe cum peruenisset beatus Andreas ad locum ubi crux paraera, quomodo confortatus sit in domino, & per spiritum sanctum quem simul cum cæteris apostolis in linguis igneis accepérat, uerba uere ignea loquebatur. Videns ergo paratam eminus crucem, nequaquam, ut exigere uidentur mortaliis infirmitas, facies eius expalluit, nequaquam sanguis eius gelatus est, non steterunt capilli aut vox fauibus habet, non contremuit corpus, non mens eius turbata est, non recessit ut assoler intellectus, sed ex abundantia cordis os eius locutum est. Quid enim beatus Andreas cum sibi parat, ut dixi, crucem eminus cerneret, loquebatur: O crux, inquit, diu desiderata, & cæterae uerba præmemorata. Obscro fratres, homo est qui loquitur haec, an non est homo, sed angelus aut noua aliqua creatura. Plane homo erat similis uobis passibilis. Vnde ergo in eo noua haec exultatio: unde in eo tanta constantia, tam spiritualis mens, tam fera uens charitas, animus tam robustus. Non utiq; nisi à spiritu sancto. Quarto laudatur sanctus Andreas à suo glorioso martyrio. Nam manibus & pedibus cruci alligatus est, in qua per duos dies uiuens uiginti millibus hominum astutum, prædicauit. Cumq; turbas

D. DIONYSII CARTH. SERMO III.

illa minaretur proconsuli mortem, dicens uirum sanctum, mansuetum & pium, talia pati non debere, uenit Aegeas proconsul, ut eum de cruce deponeret. Cui beatus Andreas dixit: Quid tu ad nos uenisti Aegeas? si pro pœnitentia & uenia, ipsam consequeris: si autem ut me de cruce deponas, scias quod de ea uiuus non descendam. Et cum uellet eum disoluere, non poterant ad eum perringere, quia eorum brachia mox stupida reddebat. Tunc copiosissimus splendor de cælo descendens, sic per medianam horam eum circundedit, quod nullus eum uidere ualebat, abscedenteque lumine, simul cum lumine spiritu tradidit, & regnum cælestis introiit gloriosus. Quinto cōmendatur Andreas sanctissimus à pœclaris, multis, & maximis suis miraculis, de quibus in sequenti sermone erit tractatus. Itaque in prædictis virtutibus studeamus beatissimum sequi Andream: & innocentiam quam amissimus, per ueram pœnitentiam, cuius partes sunt contrito, confessio, satisfactio, quantum possibile est, recuperemus. Simus quoque uere prudentes & discreti in omnibus, ita ut Deo omnipotenti, æterni & adorando, rationabile obsequium offeramus, opera uite nostræ taliter ordinantes, ut aternam cōsequamur salutem: potiusque nitamur animas nostras ditare uirtutibus, & diuities fieri in uirtuosis operibus, quam temporalia congre
Matt. 6. gare, cum dicat salvator: Nolite thesaurizare uobis in terra, ubi ærugo & tinea demoliri: thesaurizate autem uobis in cælo, &c. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Postremo simus constantes in bono, non ptiñaces in malo: quia proprius sensus immanis, magnum peccatum est, & ad diuersa ac maxima trahit uitia atque pericula. Simus etiam in omni aduersitate & tribulatione stabiliter patientes, quoniam tam grauerit ac frequenter Deum creatorem nostrum offendimus, intatum quod merito totus contra nos mundus insurgeret, creatorisque sui in nobis iniuriam uindicaret: & millies maiora ac plura pati meruimus, unquam quam hic patimur. Hinc Iudith optime dixit: Nō uisceramus nos pro his que patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minoria esse, flagella domini, quasi serui qui corrumpimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram euensiſſe credamus. Rogemus ergo beatissimum Andream apostolum, ut ipse nobis à Deo precibus suis gratia adimplendi hæc omnia impetrare dignetur, quatenus post uitæ huius breuissimæ incolatum, ad eius beatum perducamur consortium.

SERMO III. De obedientia amplectenda, deq; duplice amore, in ordinato uidelicet & recto.

Relicet omnibus, secuti sunt CHRIS TVM, Matth. iiiij. In hodierno euangelio audiūmus, quemadmodum gloriosus Andreas apostolus ad unam CHRISTVM fecutus est. Quanta est ergo peruersitas nostra, qui quotidie inuitamur, uocamus, admonemus, atque iubemus à Deo, peccata relinquere, & Deo creatori nostro fideliter adhærere, & tamen abhuiamus, & in peruersitatibus nostris manemus! Ad hæc quippe inuitat, uocat, hortatur nos Deus per seipsum instinctu diuino, & item per angelos sanctos inspiratio interna, per sacramenta quoque scripturam, & per prælatorum & ac predicatorum & deuotorum hominum informationem & allocutionem. In primis ergo S. Andreas dedit nobis obedientię sanctę ac promulgata exemplum, quatenus eius imitatione studeamus præceptis dei & uicariorum ipsius, cito atque humiliter obedire, mandata Ecclesiæ obseruare, & proprie voluntatis duritas semper abhucere. Nam & ipse Christus factus est obediens deo patri usq; ad mortem. Unde & ipse in euangelio protestatur: Descendi de cælo, non ut faciam uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me. Hinc passione sua instanti, dixit Pater, nō mea uoluntas, sed tua fiat. Si ergo unigenitus filius dei, rex regum & dominus uniuersorum, non uenit propria, sed dei patris facere uoluntatem, cui nos miserrimi atque uilissimi peccatores, quotidie contra dei & ecclesiæ præcepta, proprias facimus uoluntates, pestilias & rebelles! Denique, quam peruersum, iniquum, damnabile istud sit, pandit sanctus propheta Samuel, primo Regum dicendo: Melior est obedientia q; uictime, & auscultare magis quam offerre adipem arietum: quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quia si scelus idolatriæ nolle acquiescere. Ecce inobedientes cōparantur ariolisi seu nigromanticis atque idololatriis. Fugiamus ergo de cætero inobedientiæ crimen. Insup, quia inobedientes & omnes iniqui, contra dei præcepta propriam uoluntatem adimplēt, id est deus iustissimo proflus iudicio, post hanc uitam in eis suam implet uoluntate contra uoluntatem ipsorum, puniendo eos in sempiternā uarijs supplicijs inferoꝝ. Præterea in Legenda sancti continetur Andreæ, & præcedēti sermone descriptū est, sicut in uirtutibus

IN FESTO S. ANDREAE.

Fol. vi.

bus sancti huius apostoli, hoc singulariter p̄fulgebat, quod dum duceretur ad mortem, & crucis patibulum sibi paratum, à longe iutueretur, nequaquam contremuit: sed quantū alij qui ducentur ad mortis supplicia, uultu paleſcent, horrore concutuntur, uerbis deficiunt, & animo infirmantur, tantum felix iste apostolus cruce cōspecta uultu restoruit, exultatione repletus est, uerbis inualuit, & corde firmatus est. Nempe q; ignita, q; deuotissima, q; affectuofissima protulit uerba, præcedens continet sermo, in quo digesta sunt uerba illa sanctissima. Sed fortissim miramini, qualiter homo mortalis, & uir adeo senex, posuit, uiso patibulo sibi erecto, taliter exultare, & nullatenus trepidare, idcirco scitote quod duplex est amor, ex quorum uno oritur omne malum, & ex altero omne bonum. Est eternus amor sui, qui dicitur amor priuatus, improbus, & reflexus, quo homo amat se in se, inordinate ac uitiose ea optando & amplectendo, quæ sibi secundum propriam naturam ac uoluntatem utilia, delectabilia, sive honesta sunt, puta temporales diuitias, carnales delicias, humanos honores. Inde procedunt auaritia, luxuria, superbia, ac alia uitia; & quanto quis hoc plenior extat amore, tanto plus appetit talia tanto quoque intensius ac uehementius abhorret & refugit horum contraria; tanto etiam amplius indignatur, irascitur, & ultionem inferre molitur his, qui illorum contraria sibi infligit. Vnde homines prauis isto amore repleti, paruam iniuriam sibi illatam, reputant maximam: & pro modico uerbo turbantur, imo pro uerbis uerbera, uulnera, & nonnunquam infestationem rependunt: sic & modicum damnum sibi illatum, indicant ualde magnum. Iti itaque pro Deo, pro iustitia, pro fraterno charitate pati nil uolunt, imo nec pro suis excessibus corripi corrigi dignantur. Porro aliud est amor spiritualis infusus, quo Dei super omnia diligit homo, & seipsum uere in Deo, desiderando sibi ipsi ac proximis aeternam salutem, & omnia illa, quæ accommoda aut necessaria sunt ad illam: sicut ex isto amore procedit, quod homo appetit Deo placere, uniri, in hæc, eum in omnibus honorare, corpus per ieiunia, uigilias, disciplinas penitentialiter castigare, aduersa equanimiter ferre, imo in tribulationibus gloriari, paupertatem, continentiam, obedientiamque amplecti, & quanto quis amplius credit in hoc sancto amore, tanto ad omnia ista inuenitur alacrior. Itaque caritas ista facit hominem libenter aliquid pati propter Deum, propter fidei ueritatem, propter iustitiam & proximo & salutem. Cumque perfecta extiterit, reddit hominem etiam paratissimum ad moriendum pro Deo, fide, & aequitate. Hinc S. Agatha perrexit ad carcerem tanquam ad epulas, & diuis Dionysius, B. Ignatius, sancti uiri Polycarpus, Laurentius, atque Vincentius, cum admiranda alacritate & gaudio, immanissima accesserunt ac pertulerunt supplicia. Coformiter B. Andreas apostolus hac diuina dilectione plenissimus, uisa cruce sibi parata, in tantum gauisus est, quod prælætitia seipsum uix cepit, ipsamque cruce affatus est, quasi & ipsa intelligere posset. Denique uiri sancti diuinis copiose illuminati, considerant q; ineffabiliter aduersa, pſecutiones, iniuriae, & ipsa pro Deo illata occisio, sibi proficiant ad salutem, ad gratia incremetum, ad aeternæ gloria cumulum, ad expiationem quoque præteritorum delictorum, atque purgationis remedium a Deo salubriter prouisum. Idecirco considerant illa, non quasi aduersa, sed tanq; maxime prospera, atque cu gaudio grandi suscipiunt ea. Nunc igitur unusquisque nostrum examinet semetipsum, & penset quis horum dum amorem, magis dominetur in eo, si enim faciliter indignatur, irascitur, uindicat, si ieiunare, orare, corpus affligere, & pro Deo propriusque peccatis pati molestum est quid alia uidet habent, nisi quod improbus amor sui regnet in ipso ideo doleat, confiteatur, emendet. Porro, si quis in aduersis & contumelias patiēs est, & ad opera uirtuosa ac pœnitentialia alacer, considerat humiliter quod spirituali amore dotatus sit, & gratus sit Deo: nec tamē presumat, neque inaniter glorietur, imo ubiq; & semper sic custoditus ac timoratus, sicut ait Apostolus: Qui stat, uideat ne cadat. Insuper, ut cum B. Andrea temporalia & carnalia paruipendamus, in aduersis cōstantes fortisq; simus, & Deo atque ecclesiæ in omnibus obediēt, studeamus cor nostrum ab illo infelicissimo priuato amore purgare etrogemusq; Deum, ut spirituali, nos accédat dilectione, per quam uanitates & impietates mundanas, loquacitatem, omnem gulam, pompanam & curiositatem, ac superfluitatem in uerbis ac carceris deuitemus: proximis quoque compatiamur, præsertim in peccatis iacentibus: & si quis nobis iniuriā fecerit, magis tristemur de eius peccato, q; de malo nobis illato. Quod si charitable ac patiēter tulerimus, non malum, sed utilissimum erit nobis. Postremo, nunc aliqd de miraculis S. Andreæ est memorandū. Omnipotens eternus Deus ipsum mirificauit in uita, in morte, & post mortem. Cum enim B. Andreas in ciuitate Nicaea à ciuibus urbis

D. DIONYSII CARTHV. SERMO III.

urbis illius audisset, q̄ extra civitatem secus viam septem dæmones essent, qui homines D prætereunt necabat, præcepit dæmonibus, ut in specie canum corā populo appareret, quo facto, eisdē præcepit ut illuc pergerent, ubi nulli nocere possent & protinus evanescerunt. Cum autem Andreas apostolus ad alterius civitatis portā uenisset, & iuuenē quendam à canibus illis occisum reperisset, suscitauit eundem. ¶ Præterea, XL. uirisimul ad apostolam nauigauerunt, ut ab ipso fidei audiret doctrinam, sed omnes in mari submersi sunt. Cumq; eorum corpora fuissent ad littus delata, coram apostolo sunt portata, qui precibus suis omnes suscitauit à mortuis. ¶ Deniq; Aegeas proconsul cum à loco crucifixionis S. Andreæ rediret, arreptus à dæmonie, antequam domum reuersus est, in uia coronam omnibus expirauit. Vxor uero Aegeæ, que fuit sancti Andreæ discipula, corpus eius honorifice sepelivit. ¶ Fertur deum, q̄ de sepulchro gloriösi Andreæ, manna per modum farinæ & oleum cum odore dulcissimo, longo tempore emanauit. Nunc uero corpus eius dignissimum, in Constantinopolim dicitur esse translatum ac conditum.

¶ AD RELIGIOSOS.

SERMO III. De munificentissima liberalissimaq; anima ad refectiones spirituales initiatione.

Venite ad me omnes q̄ laboratis & onerati estis, &c. Matth. xi. In his uerbis tria tanguntur. Primum est, caelestis legislatoris gratiosissima invitatio, cum dicitur: Venite ad me. Secundum est, eoz qui inuitantur, proprietas uirtuosa, cum subditur Omnes q̄ laboratis & onerati estis. Tertium est delicatum ac spirituale edulium, ad quod inuitatur, cum subinfertur: Et ego reficiam uos. ¶ De primo igitur aduertendum, q̄ unigenitus dei patris CHRISTVS dominus noster, legislator altissimus, de quo in Iob afferitur: Ecce Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus. In Esaia quoq; Dominus iudex noster, dñs legifer noster, dominus rex noster, ipse ueniet, & saluabit nos. Qui de ipsa euangelica lege, quam per electissimos Israelitas contulit nobis, prædictum est: Ecce dies uenit, & feriam domui Israel & domui Iuda pactum nouum. Hic inquam legislator summus, in euangeliō ad gratiarum suarum charifmata, in praesenti uita percipientia, atq; ad gloriae suae dona in regno perpetuo obtinenda, p̄fissime, p̄fissime, liberalissimeq; nos inuitat. P̄fissime, quoniam ab eoq; meritis nostris, ex sola charitate sua, qua prior dilexit nos, atq; ex inestimabili misericordia sua, qua præuenit nos. Hinc etenim clamabat Ioh. 3. Iesus: Si quis sit, ueniat ad me. Et alibi: Non uos me elegistis, &c. Et rursus: Gratus accessus. Matt. 10. p̄sistis, gratis date. Vnde & in Apocalyp. loquitur: Qui sicut, ueniat: & qui uult, accipiat aquam Apo. 22. uite gratis. Inuitat nos quoq; p̄fissime, prout ex sacri decursu euangelij innotescit. Nam Luce. 14. & euangelicam suam prædicationem, ab initiatione ad penitentiam salutarem, incepit. Matt. 14. Penitentiam, inquiens, agite, appropinquabit enim regnum cælorū. Et denuo ait: Ego Iohan. 8 sum lux mundi: Qui sequitur me, &c. Et rursus: Eum qui uenit ad me, nō ejiciam foras. Iohan. 5. Itēq; Petite, & accipietis: querite, & inuenietis: &c. Inuitat nos etiā liberalissime, quia ad Luce. 11. maxima bona: & paratissimus est ad præstandum, ad exaudiendum, ad locupletandum, Luce. 11. dummodo rite & sicut oportet petamus, atq; ad suscipiendum nos preparemus. idcirco Iohan. 7. fatur: Omnis qui petit, accipit: &c. Et rursus: Qui credit in me, sicut ait scriptura, flumis non sicut in eternum, sed aqua quam ego dabo ei, &c. Ecce q̄ munificentissimus inuitator & dator, qui & seipsum nobis quotidie in sacramento largitur, & suis fidibus spirituū sancuum infundere & cōferre dignatur. Cur ergo eius inuitatioib; tantis ac talibus nō protinus assentimus: cur ad ipsum plene cōuerti differimus: cur ad proficiendum in omni uirtute & gratia eius, pigri & negligentes consimilim, nec ei incessanter magis ac magis propinquare, intimusq; uniti, ardentius coherere, ac magis contemplationi esse intenti emittimus? In Genesi refertur, quemadmodum tres angeli sancti à patriarcha Abraham inuitati, mox propter eius sanctitatem & reverentiam acquieuerunt. Inuitati uero angelii duo ex illis à Loth, quanuis uiro iusto, tamen p̄fato Abraham in inferiori, se reddiderunt difficiles, primo dicentes: Nequaquam, sed in platea manebimus. Si itaq; angeli gloriösi Abraham inuitanti ob eius sanctitatem & honorabilitatem protinus cōfenserunt, quæ est ista ingratitudo, improbitas, imo peruersitas & insipientia nostra, q̄ Deo maiestatis immensè nos inuitanti, parere tardamus? Nempe intatum & tam diu tardamus, quantum & q̄ diu in nostris negligentijs, pigritijs, loquacitatibus, carnalitatibus, passionibusq; manemus. Inuitat enī nos dominus ad indeſinentem profectum, ad quotidianum gratiaz; incremen-

IN FESTO S. ANDREÆ.

Fol. VII.

A tum, ad infatigabile in via salutis processum: & nihilominus incustoditi, remissi, intimos, carnales, garruli, atq; tam passionati, ut pudor sit dicere, remanerint: non formidantes celeste illud tonitruum, quod dñs maiestatis, uoce magnitudinis fuit per filium tonitru tonat, dicēdo: Quia tepidus es, incipiā te euomere ex ore meo. Et rursus: Nisi penitentia Apoc. 5. tentiam egeritis, omnes similiter peribitis. ¶ Porro, penitentia agere, est præterita uitia Luca. 13. deplorare, & ea non iterare. Quæ est ergo penitentia nostra, qui quanuis quotidie confitetur, teamur, tamē quotidie in easdem culpas relabimur, nec efficacem timorem, diligētiāq; condignam ad eas uitandas apponimus, nec ad religiosæ conuersationis idoneum prosperamus augmētum: quasi ignoremus quod ait scriptura: Nisi in timore Dei teneris te Ecc. 27. instanter, cito subuertetur domus tua. Et item: Qui timet dñm, nihil neglit. Eti: Maledictus Hier. 48. fuis qui opus Dei facit negligenter. Cōsideremus ergo & imitemur beatiss. Andreā apostolum, qui ad unicam Christi invitationem statim obtemperans, secutus est eum, prout euangelij hodierni pandit historia, qui etiam ante hac suam invitationē, cum à p̄classe Matt. 4. rissimo Christi præcursorē audisset de salvatore, Ecce agnus Dei, mox secutus est Iesum, Ioh. 1. dicens: Rabbi, ubi habitas? Sequamur igitur Iesum. Iesum quippe intatum nunc seqmūr, inquantum uniuersa peccata, non solum mortalia, sed uenialia quoq; omni cum diligētā declinamus, uitibusq; frudemus, atq; in luce sapientiæ ac diuini amoris ardore proficiemus, ambulamus, ac stabilimur. ¶ Secundo in uerbis thematis p̄ducti, tangit, eorū qui inuitantur à dñō, uirtuosa proprietas, cū dicitur, Omnes qui laboratis & onerati estis. B Nunc enim fit mentio de initiatione bonorum ac spiritualem consolationem, internā refectionem, confortationē gratiosam atq; caelestem, ad quæ omnia non nisi laborantes & onerati, uocantur & inuitantur. Qui ergo sunt isti laboratores & onerati, qui ad tanta bona etiam in præsenti percipienda, diuinitus inuitantur: qui inquam sunt isti, nisi qui contra aciem uitorum, contra inuisibilium hostium impugnationes, contra concupiscentias carnis, & omnium immoderantias passionum, contra seculi uanitates efficaciter & assidue prælitantur: quibus hic summus & unicus labor est, ne dominum Deum suum per humanæ fragilitatis distractiones, per inordinatas affectiones, per uerba aut opa, per levitates, ociositates, aut omissiones aliquo modo offendant, quotidianasq; culpas per orationes, lamenta, ieunia, disciplinas, ac cætera satisfactoria exercitia expiare solliciti sunt, satagent & conantur: qui iuxta exigentiam sue uocationis, qui iuxta suę professionis tenorem Deo digne uiuere enituntur, in diuinis strenue se habentes, in omni obseruantia regulas diligentes ac agiles, sicq; inclite adimplentes quod beatus horatur Apostolus: Labora 1. Ti. 2. sicut bonus miles Christi. Et rursus: Tu, inquit, uigila, in omnibus labora, &c. Non enim 2. Ti. 4. ronatur, nisi qui legitime certauerit, cum & Christus testetur: Regnum celorum uim patitur. Mat. 11. & uiolenti rapient illud. His salubriter uiolenti, sunt ueris religiosi, qui frangunt, abnegant, Lucae 9. mortificantq; seipsum, tollentes crucem suā quotidie, & Christum sequentes, qui in seipsis Iob 5. experimentaliter sentiunt, alijsq; exemplariter monstrant, q̄ ueraciter scriptum sit: Homo Iob 7. ad laborem nascitur. Et item: Militia est uita hominis super terram. Deniq; ad uirtuosos C religiosorum spectat labores, etiam corporalem à præsidēte in iunctum, siue ab ordine institutum labore, alacri corde & spirituali intentione explere. ¶ His modis gloriosus Andreas apostolus laborauit, oneratusq; fuit, qui & ante apostolatum laboribus manuum suarū quotidianum sibi uictum procurans, etiam in obseruancia Mosaicæ legis feruidus extitit, sed & supererogationis exercitijs sacris fuit intentus: quia & antequa uocaretur à Christo ad apostolatum fastigium, beatissimi præcursoris fuit discipulus. Post divisionem uero apostoloz, prædicationis officium in locis diuersis adimplevit infatigabiliter ac fructuosisime, multas pro Christo tribulationes patientissime ferens: idcirco a Christo suas uiuissime meruit refici, affluentissime consolari, mirabiliter confortari, ita q̄ omnia fecit ac p̄tulit cum incunditate. Studeamus ergo & nos eius felicia ueftigia sequi, atq; in præinductis laboribus exerceri, iugumq; dñi indefesse sup nos ferre, ut sic ad præactā quotidie p̄tingamus refectionē, quæ est tertium in themate tactū. Sicut enim corpus suas sibi necessaria habet refectiones, ita & anima, quæ Deus multiplicititer reficit in præsenti. Primo uidelicet, gratia ac uirtutes in ea augendo. Secundo, ad actus uirtuosos eam ualide excitando. Tertio, charitatis flammā accendendo in ea, ita ut uirtutum opibus promptissime inserviant laetitia, iuxta quod scriptū est: Viam mandatorū tuorū &c. Quarto, ad diuinorum contempnitionem eam irradiando ac erigendo, ex qua oīa ista carnalia ac terrena ei uertuntur in psal. 118. tertia, ita ut dicatur: Heu mihi quia &c. Et denuo: Situit aia mea &c. Quinto, spūalibus gau psal. 41. dīs, secretis suauitatibus, intimis cōsolutionibus multoties pfundendo, pro quibus oras psal. 62. uit

D. DIONYSII CARTHV. SERMO V.

Psal. 30. ut qui ait Sicut adipe &c. Quas idem quoq; exptus: Qz magna, inqt, multitudo dulcedi D
Psal. 93. nisi tuæ dñe. Et iteg: Secundum multitudinem dolorum meorum &c. Cui cōsonans Pau
2. Co. 1. lus, disseruit: Bñdictus Deus q; consolatur nos in omni tribulatione nostra. Et ite: Sicut ab
 ibdem undant passiones Christi in nobis, ita & per Christū abundat cōsolatio nostra. His spūlī
 bus alimonijs refectū spiritus deuoti religiosi, pro nihilo ducit religiōis labores, imo &
 tribulationum affectiones, correptiones & corrections cum ingenti hilaritate amplecti
Psal. 118. tur, & gratulans canit: In uia testimoniorē tuorum &c. Experitur quoq; feliciter, q; querissi
Matt. 11. me dixerit Christus: lugum met̄ suaue est, &c. Postremo, his refectionib; nō medios
 criter indigemus, ne corpore aut tēdō obruamur, ne ad uana & uilia effundamur solatia,
 ne carnis oblectamenta quāramus. Idcirco ut eas adipisci mereamur, in p̄memoratis la
 boribus quotidie ac indefectibiliter exerceamur, & gloriōsi huius apostoli se temur exē
 pla, eum in omni manuetudine, patientia, sobrietate, constantia, charitate sequentes.

S E R M O V . Quāta pace, quātaq; trāquillitate, exemplo S. Andreæ, cōtent⁹

ptus, irrisioñes, afflictioñes q; religiosum hominē deceat sustinere.

Mirabatur omnes in ybis ḡfæ, q; procedebat de ore eius, Lucæ iij. Verba hæc de Chri
 sto ad literā scripta, de glorioſo & S. Andrea apostolo cōuenienter ſuſcipiuntur, &
 quis uniuersi ſermōes ipſius, ſeu quibus edocuit populuſ, ſeu quibus cōſutauit Aegæa proco
 ſulem, fuerint adeo gratioſi, q; uniuersa plebs Christifidelis eos audiens, inde fuerit admī
 rata, ſpecialiſime th̄yba q; ptulit q; duceretur ad morte, cruce ſibi parata eminus uifa, pr
 fus gratiōfliſma erit, ſup quibus ſicut fideles ibi pſentes tunc mirabatur, ita & uni
 uerti Christifideles inde miramur. Quā ergo erant yba ḡfæ, quā tunc de eius proceſterat
 ore? Certe cū ab impio iudice morti eſſet adiudicatus, atq; ad locū martyriū duceretur, uia
 ſo crucis patibulo ſibi eretto, nō cōtremuit, nec uultu expalluit, ſed gauiſus ex intimo cor
 de ſalutauit crucē, dicendo: Salve crux q; in corpore Christi dedicata es, & ex membris eis
 uis tanq; ex margaritis ornata: anteq; tū ascenderet dñs, timorē terrenū habuifti nunc uero
 amore celeſte obtinens, pro uoto fuſciperis. Securus ergo & gaudens uenio ad te, ita ut &
 tu exultans fuſcipias me, diſciplinuſ eius q; pro me pendit in te, quia amator tuus ſem
 perfui, & diſiderauit te amplecti &c. Quis horum gratiōfliſtam uerborum ſatiſ miretur
 ac laudet? Ecce quomodo in sancto iſto apostolo gratia uicit & ſibi ſubiecit naturā, quo
 modo amor diuinus, ſpiritualis, infuſus, in eo prorsus extinxit omnem priuatū amō
 rem, omnem carnalem ac mundanum affectum. Omnium terribilium terribiliſimum eſt
 MOR, ſecundum Philoſophum, ita quod ſicut omnia naturaliter appetunt eſſe & ui
 uere, ſic naturaliter refugiant corrumpi & mori. Nihilominus admirabilis sanctus iſtē ſic
 gratiarum chariſmatibus ſuit repletus, ſic ab improbo ſuam amore radicitus expurgatus, ſic
 diuina dilectione ſuccensus, quod mortem, imo & mortem crucis, quasi omnium appeti
 bilium appetibiliſum appreheſit, appetit, atque amplexus eſt. Et hoc quare? Utique
 multiplici consideratione. Primo, ut crucis ſuſtinendo martyrium, Christo ſaluatori ac
 domino ſuo aliqualem pro poſſe rependeret uicem, quatenus ſicut pro ipſo in cruce occu
 buit Christus, ſic ipſe pro Christo in cruce occumberet, quanvis diſpar ualde extiterit cau
 fa. Nos itaque in hoc ipſo imitemur beatum iſtum apostolum, ſi non magna aduerfa &
 mortis tolerando pericula, faltem minora queque obuiantia, dura & alpera equanimiter
 ſuſtinendo Christi intuītū & amore, quatenus eius tribulationib; ac tormentis uicem
 pro uiribus aliquantulam exhibeamus, unde ſue pro culpis noſtris, iuſte corripiamur &
 caſtigemur, ſue ab ſc̄q; demeritis noſtris à p̄ſidenti aut fratrib; charitatib; atque ſalu
 briter exerceamur, totum cum omni tranquillitate & gratiarum actione feramus, memo
 res quæ, quanta, & qualia pro noſtra ſalute aſſumpſit, fecit ac ptulit Christus. Quod ſi cor
 pore infirmemur, aut in uictu, uelleſt, ſtrato, aut conſimilibus aliqualis occurrat defectus,
 non protinus inſtar carnalium mundanorumq; hominū paſſionem, obloquamur, aut
 murmuramur, imo uocationem noſtram penſantes, in qua ad paupertatem noſ obligau
 imus, quæ & quanta pertulerit Christus, in quanta paupertate hic uixerit recolentes, in ta
 libus gloriemur. Deniq; quanvis ad omnē Christifidelem ptingant patientia ac bene
 uolentia, iſtē ad religiosos tamē potiſſime, quia ciuiliter mortui ſunt, & abnegauerūt ſe.
 ipſos, ne ſuſtunt iuriis, imo ppriam uoluntatem Deo in manu ſuī uicarij obtulerūt, idcir
 co tanquā iam mortui ſemetiſpſis, de iniurijs & aduersis non amplius debent contristarī,
 cōqueri, aut turbari, quām ſi iam penitus eſſent à uita ſublati. Iam enim, ut tacitū eſt, nō
 ſunt ſuī, ſed ſuperiorum ſuorum quibus ſe commiſſerūt: propter quod & iudicium de ſe &
 ſuſtentib; ac contingentib; ſibi, debet illis committere, atq; in talibus potius agi q
 ages.

IN FESTO SANCTI ANDREAE.

Fol. VIII.

Agere. Veruntamen iſtud ad perfectionem non ſufficit, ut pote mala illata, occurrētiaq; aduer
 fa tam tranquelle ſuſſire, ſed oportet in ſuper pro malis bonare pependere, atq; in bono uince
 re mala, ut tua mansuetudine alterius iram refrene & cures, & iraſcenti, iniuriantiq; tibi bñſi
 cia p̄ſſes. Porro ſi p̄ſſidens quāſi pro te zelans, illatā tibi in iuriā uoluerit in fratre tibi
 iniuriato ulcisci, eum acrī corripiēdo ac debite corrigēdo, ad tuam iam pertinet bonitatem,
 idq; à te regriſ perfecſio, ut nō ſolum indulgeas fratri totum, ſed p̄ſſidēs fratri parcat. Sed heu q
 longe ſunt iſta à nobis, imo q; uehementer hog; contraria inſunt nobis. Faciliſime nanci offen
 dimur, diſſiculter placamur: offensi parūper, mox ſuperiori cōquerimur, iuſtitiam petimus, &
 eum q; forefecit, deſideramus acriter reprehendi, ac debite, uel etiā ultra debitu corrigit: & qd
 peius eſt, uindicamus, p; poſſe noſipſos, ac p; duro reddimus diuora. Quales ergo in dei pſen
 tia ſumus? quales reputamur ab eo: quid iudicabit de nobis? Cur nō aduerſimus, qd ait apo
 ſtolas Paulus: Cum ſit inter uos zelus & cōtentio, nōne carnaleſ eſtiſ? Itēq; Noli uinci à ma
 Ro. 12. lo, ſed uince in bono malum. Heu quātum amor improbus & priuatus, paſſionum tumultus,
 uitioq; cōfusio adhuc regnant in nobis. In ſuper unuſq; aduertat ac impleat, quod ait ſal
 uator in Apoc. Memor eſto unde excideris, & p̄cidentiū aget: alioq; uenio tibi cito. Hoc ait Apoc. ii.
 implemus, ſi in ſolo Deo noſ diligamus, oīa ſciliſ appetēdo & amplectēdo, que ad compla
 cendū Deo ſunt nobis accōmoda, ut ſunt patientia in aduerſis, caſtigatio corporis, humilitas
 cordis, atq; occupatio in bonis aliudia. Secūdo, S. & p̄clarus Andreas apostolus, tam gaudent
 B ter accedit & amplexus eſt crucem, in quantum per mortem in ea, patuit ſibi cōpendioſiſiſim
 iter ad regnum cælorum, felicitatiq; in cōrementum copioſiſimum fuerat adeptuſ. Cōfor
 miter & noſ in cruciformi Christi imitatione, in contemptu, irriſione & afflictione, intime
 gloriemur, eo q; tantus inde nobis proueniat fructus: quia per talia purgauimur à culpis p̄z
 terit, implemuſ gratiae ac uititū augmentis, à diuersis p̄ſeruamur peccatis, à futuris quo
 q; p̄cenis eripimur, atq; ad regnum cæleſte compendioſius peruenimus, ſed & gloriouſius co
 ronamur in eo. Propter quod ait Christus: Gaudete in illa hora & exultate, &c. Cōſideremus Mat. 5.
 o fratre, beatiſſimi Andreæ manuetudinem, patientiam, charitatē, q; compaſſiuſ ſuerat
 Lucae 6.
 proximis, quantum pro ſalute illius Nicolai, in uitij inueterati, ſeipſum erando, plorādo, ui
 gilando, abſtinendo afflixiſ, intantum q; inſra quinque dies nihil guſtauſit. Pēſemus quoq;
 quām ardentē ac strenue in iunctum ſibi p̄dicationis cōpleteſ officium, q; aſſiduus in ora
 tionibus, contemplationibus, cunctisq; actibus ſanctis exriterit, atq; in hiſ pro poſſe, & quan
 tum ad noſtrum ptinget ſtatū, eum in delinquentē ſe cōfemur, ut miſericordia ſop, pſertim ſpiri
 tualia, proximis impendamus, pro lapis ſeruent & humiliter orando, delinquentes loco &
 tempore cōgruo decenter corripiendo, confiliū & doctrinam in diuinenis ſitibus ac p̄tentibus im
 partiendo, miſeriſ & affliſtis, tentatis, infirmis cordialiter cōdolendo, & quātum ualemuſ ſub
 ueniendo, ſalutisq; proximorum pro uitib; inſtanter cooperando. In ſuper opus Dei pſerſola
 uamus alacrit̄, horas, pſalmodes, orationes cum ingenti mentis custodia proferamus, dei p̄
 ſentiam iugis meditemur, & corā iudice omnia intuēte, custodiſ ſemper, puri, fructuosi, ac fer
 C uidi eſſe conemur. Lewis & momētanea nobis apparet oīſ tribulatio uite ſilentis, omnisiq; la
 bor per modicus respectu futurę felicitatis, potiſſimum tamē dño maiestatis, ex puro & irreſ
 xo ſeruimus amore, propter eius dignitatem, honorabilitatem ac ſanctitatem immensam, nō
 iam ex ſeruili timore, aut mercedis affectione, quod faciēdo etiam multo plus de p̄miō ſor
 tiemur, q; ſi intuitu premij Deo obſequemur, quoniam Deus respicit corda, & charitatis in pſal. 7.
 tentioni eſſentiali p̄miō correpōndet. Quemadmodum rex terrenus ſitres haberet mi
 niſtros, quoq; unuſ ei ſeruiret ex ſeruili timore, ſecundus ex mercedis cupidine, tertius ex ſyn
 cero amore, ipſe q; rex illorum agnoscet corda, non dubium quin illius terrij obſequium ſi
 bi eſſet gratiſimum, magisq; ſublimaret ac p̄miaret tertium illum ministrum. Idcirco in pu
 riſſimo deitatis amore inceſanter crescere ſtudeamus, pro charitatis inflammatiōne Deum
 orando, Dei amabilitatem, perfectionem & eminentiam frequenter cōſiderando, eius benefi
 cia aſſidue recolendo, uitiorum euilitioni conantes, & maximē carnalem ac priuatū amore
 funditus extirpantes, uitiosiſq; actibus continue inſistentes.

S E R M O VI. Qz aduersa nulla nec aspera expauſeat charitas, & quō Deo
 promptiſſime ad mortem uſq; in omnibus obedientum.

Nunquam ſi cloquutus eſt homo, ſicut hic loquitur, Iohā, vii. De ſaluatorē noſtro, unico
 patris æterni uerbo, literaliter ſcripta ſunt uerba inducta, que nunc de ſanctis. Andrea
 apostolo apte accipiuntur. Quanvis enim legamus multos ſanctorum utriuſque ſexus, cum
 grandilitia ad martyrium properaſſe, de nullo tamē ſcriptum eſt, q; cum tam excessu gau
 b ii dio,

D. DIONYSII CARTHVSIA. SERMO VI.

do, tamq[ue] deuo to ac gaudi o eulogio ad morte profectus sit, ut B. iste Andreas. Nepe quid
 cruce sibi parata primitus uisa dixerit, in p[re]cedentis sermonis exordio partim p[ro]habiti est, uer
 bisq[ue] ibi tractis adiecit: O bona crux, qua[re] decorum & pulchritudinem de membris domini
 suscepisti, diu desiderata, sollicite amata, sine intermissione quaesita, & tandem aliquando concu
 piscenti animo p[re]parata, accipe me ab hominibus, & credde me magistro meo, ut p[ro] te me recis
 piat, qui p[ro] te me redemit. Quid his ybis deuo tuis? quid mirabilius? quid iucundius eis? non
 pra excessu laetitia seipsum non capies, & quasi alienatus a se, p[ro]batu sis, qui yba h[ab]ec pro
 tulit. Atq[ue] ut memoratum est, inter cetera est locutus: Securus & gaudens uenio ad te, ita ut
 & tu exultans suscipias me, quasi lignu[rum], res certe inanimata, ualeat exultare. Ecce charissimi,
 qualitate in homine carnali & uero plene sp[irit]uali, omnia extant contraria. Nec mihi, cum amor car
 nalis & sp[irit]uali dilectio sibi inuicem contrariantur, nec simul queant inesse. Vnde quemadmo
 dum animalis sue carnalis homo, non p[re]cipit ea qua[re] sunt spiritus Dei, sed stultitia est illi: ita
 uir p[re]feste spiritualis no[n] p[re]cipit ea qua[re] carnis sunt, sed despicit ea. Carnalis homo querit com
 modia sua abundare, deliciari, repausare, iocari, ludere, ociosi, honorari, appetit corpus suu[m]
 affligere orationibus, meditationibus, insistere, despici, corripi, obedire, subesse, deponi, res
 fugit, q[ui] in cunctis ad seipsum inordinate reflectitur, in seipso, non in Deo, se amans. ¶ Porro
 uir sp[irit]ualis, non propria c[on]moda, sed Dei honore, proximo & salutem, coitatis profectum, sui
 ipsius felicitate uerissimam, & media p[ro]tingendi ad eam, querit, amat, amplectitur: idcirco core
 Gal. 5. pus suu[m] affligere, carnem cum uitij[us] & c[on]cupiscētij[us] crucifigere, laborare, penitente, plorare, hu
 miliari, obedire, subesse desiderat & conatur: orationibus, meditationibus, contemplationi
 bus, psalmoidijs, atq[ue] consumilbus interior deuotionis exercitijs immorari & etiatur: corripi q[ui]
 & castigari, despici, aduersitatibus exerceri, sibi iucundū est. Per hos effectus ita contrarios
 inter se discernuntur, atq[ue] ab inuicem distinguitur amor sui & dilectio Dei, carnalis affectio
 & charitas sp[irit]uali. ¶ Præterea, q[ui] S. Andreas diuino amore fuit oino succensus, ideo cu[m] tan
 to triplu[m] ad passionem processit. Nos ergo sciamus, tanto nos esse carniales, quanto plus
 de p[re]dictis carnalis amoris habemus effectibus: itatiq[ue] spiritualiores, quanto plus de spi
 ritualibus illis charitatis operibus in nobis extiterit. Cur ideo immoderantijs & oblectamen
 tis ciborum ac potuum delectamur? Cur loquacitatibus, levitatis, risibus, ociositatibus re
 laxamur? Cur labor & rigor ordinis, uigilie & psalmodie, discipline correptiones nobis mo
 leste sunt, & non potius inflammamur ac delectamur in eis? Cur in iniurijs, despectionibus,
 aduersitatibus conturbamur, deprimirur, pusillanimes sumus, & non magis gaudemus?
 ¶ Porro tota gloria si huius apostoli uita nobis proponitur in exemplum, & eius uirtutibus
 semper instruimur. Quod enim uocatus a Christo, protinus cunctis reliquis secutus est eum, ad
 obedientiam amoris ac uelerem nos informat, de quo S. pater Bernardus in sermone sic
 loquitur: In ipso conuersonis sue initio, magnum nobis B. Andreas perfectae obedientiae p[ro]p
 itat exemplum, quod religiosis qui ex uoto ad obedientiam obligantur, summe est necessari
 um. Sapientis nummularius est, imo sapientia ipsa, cui tenemur reddere huius obedientie num
 murum: nec suscipiet eum, nisi integer & sine falſitate inueniatur, si enim discutimur & dijudica
 mur obedientes in uno, non autem in alio, fractus est obedientia nummus, nec suscipiet eum
 Christus. Si uero quis quasi obediat, sed simulatorie atq[ue] ad oculū, murmurat autem in abscon
 dito, falsus est sua obedientia nummus: plumbum habet, non argentiū: sed ferit iniquitas sus
 Gal. 6. per plumbi talentum, dolose agit, s[ed] in conspectu Dei, qui nullatenus irridetur. Propterea ca
 stificate corda uestra in obedientia charitatis, quoniam charitas sola commedit obedientiae
 nummus. sola est charitas, qua[re] obedientiam facit gratiam & Deo acceptam, quemadmodum
 2. Co. 9. enim hilarem datorem, ita & amorosum ac promptum obediorem, diligit Deus. ¶ Deniq[ue]
 Cassiano testante, tanta fuit apud Aegyptios ac Orientales obedientia monachorum, q[ui] signo
 aut uerbo spiritualis patris auditio, nec inchoati apicis effigiem compleuerunt, neq[ue] ad requi
 sita natura in multis ecenobijs absq[ue] licentia traxerunt, nec opus quodcumq[ue], quantumlibet
 bonum, obedientia p[re]ferendum credebant. In hac ergo uirtute sanctum imitemur Andre
 am & quicquid persuum uicarium nobis p[re]cepit Christus, ab ipsomet Christo nobis pre
 Luke 10. cipi arbitremur, p[re]fertim cum suis dicat uicariis: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit,
 Ioh. 1. me spernit. ¶ Intuper, per hoc q[ui] S. Andreas mox ut Christum cognoscere coepit, fratrem suu[m]
 Simonem mox ad Christum duxit, ut Iohannes scribit, edocemur fraterna charitate feruere,
 & confrates nostros ad meliora monere, & dificare, & gratia nobis concessa & participes effice
 Col. 3. re, quemadmodum ad Coloschi. loquitur Paul. Super omnia charitatem habete, docentes &
 Pro. 18. commonentes uosmetipsos in hymnis & psalmis. Siquidem frat[er] qui adiuuat a fratre, quasi
 Eci. 17. urbs munita, & unicuique mandauit Deus de proximo suo, ut ei pro posse cooperetur ad bos
 num,

DE S. NICOLA.

A num. Absit ergo à nobis uahū & infructuosum colloquiū, actio scandalizans, dissolutio &c chinnus, quū teste scriptura, vir prudēs uix tacite ridebit. Porro detractio, susurratio, semi-
natio discordiae, cōtumeliosumq; ybum, non aliud q; diabolica semina reputentur à nobis, & ea tanq; uenena tartarea semp uitemus, nec cōmittētibus tanta facinora, p; audienceā aut com-
placentia cōmunicemus. Amplius, p; hoc q; sanctiss. Andreas Aegea proconsuli tam auda-
citer ac sapientē restitit & respōdit docemur, ne alicui cōsentiamus in malo, nec ad uitia pertra-
hamur ab aliō, ut nec adulatioē, nec fauore, nec obseqio, nec p; munusculo, sed necq; terrore aut
cōminatione emolliatur cor nostrū ad male agendū, ad cōsentīdūm illicitis, ad complacē-
dūm alicui in peccatis, sed iuxta doctrinā Apostoli, ut usq; pximo suo placeat in bonū ad Ro. 15.
ædificationē, quatenus cum S. Iob dicere ualeamus: Iustitia induitus sum: donec deficiam, nō
recedā ab omni innocētia mea, Iustus eternū dñs diligit iustos. Nec p; manebunt iniusti ante oculū
lob. 19.
los eius, sed iusti cōfitebuntur nomīni eius, & habitabunt recti cu mūltū ipsius. Quanto igitur
Psal. 1d,
p; fāl. 7d
aliquis tibi charior aut familiarior fuerit, tanto seriosius increpa eū, si uideris & p; ceperis eū cū
aliquo cōtēndēntem, aut malū quid practicantē, nec astes eī in talibus, ut carnalit fe amantiss
moris est. Postremo, p; hoc q; gloriōsus Andreas apostolus, in omni sua passiōē tam cōstans
fuit, tam feruēs ac imp̄territus: informamur ad fortitudinē animi, ad mentis constantiam, ad
cordis stabilitatē in omni aduersitate, imo & omni euētu, ut assimilemur uiro sapienti, q; edifica
uit domū suam supra petrā, ita ut nec flumina uanitatū, nec uenti impiaꝝ suggestionū, nec
pluia persecutionū, rēcte rationis iudicio uirtutumq; medio nos queat abducere. Optimū
quippe est gratia stabilitati cor, prop̄ quod admonet Paulus: Stabiles estote & immobiles: Sa-
lomon nanq; testante, Iustus est q; fundatum ēternū, impius uero tanq; tempestas. Mat. 7.
Quicquid ergo euenerit nobis, non pturberat, nec iracundia fumo aut impatiētia impe-
tu, aut tristitia nubilo, mentis noſtræ habitaculū euertamus aut obtenebremus, ne spūſſan-
tūs deserat illud. Nam ira in ſinu ſtulti q; fecit. Impatiens quoq; operatur ſtultiā, & multos
occidit tristitia. Absit eqdem, ut adeo pueriles, insipientes, defectuosi, ac debiles simus, ut pa-
cem, uirtutē & gratiā cordis nři, in alioꝝ manu & in porestate improbitatis eoz ponamus, q;
tenus quā eis, ſuggerēt diabolo, placuerit nobis inferre molestiā, iniuriāq; infligere, mox q;
ēternā, gratiā & profectum animæ nři perdamus: imo ſic roboremur in dño, ſic uirtutibus fa-
bilium, ſic uera decorum prudentia, ut quanto grauius infestemur, tentemur, ſeu affligas-
mūr, tanto inauertibilius Deo inhāreamus, atq; ad actus uirtutum nos demus, cum Paulo dī-
centes: *Quis nos separabit à charitate Dei, qui est super omnia benedictus?* Rom. 8.

D E S A N C T O N I C O L A O.

E N A R R A T I O Lectionis loco Epistolæ: Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. Ecclesiastici XLIII.

C  Ecclœ quæ hoc festo, atq; in festis episcoporum cōfessorum cōmunitatē legitur, ex Ecclœ ſtatico ſumpta est, ex duob. ibid. capitulo xliii. & xlvi. Verunth uero baledictionis iſtius nō habet ibi ſub eadē forma, nec immediata connexione, neq; de eodē ad literā ibi dicuntur. Ecclesia autem yba ibi de pluribus sanctis ſcripta coniunxit, & de sanctis cōfessoribus episcopis ſpūſſaliter intellexit. Itaq; dicitur: [Ecce sacerdos magnus] Per ſacerdotem magnū in literis ueteris teſta-
menti, designatur princeps ſacerdotiū ſeu pōtifex, ſicq; ybum iſtud de q; libet ſanctō noui teſta-
menti episcopo rite exponitur, q; magnus fuit ſacerdotiū dignitate, episcopali authoritate, uis-
tæ ſanctitate ac ſapiētia, illa pſerit, q; donū est ſpūſſant. Attamen yba hæc in Ecclesiastico
nō habetur. Ecclesia p̄pouit ea, ut yba ſequentia de sanctis intelligatur episcopis, [qui in die-
bus suis placuit Deo.] Loco huius in Ecclesiastico habetur, Noē placuit Deo, quia uir sanctus
fuit & ambulauit cum Deo, ut patet in Genesi, ſic & sancti episcopi confessores Deo p̄cipue
placuerunt, tanq; plecti ab eo. [& inuenetus est iustus.] Hoc certū eſt, cui libet ſanctō conuenire
episcopo. [& in tēpore iracudia] id eſt, dū alij peccauerūt, atq; à Deo fuerāt puniendi. [factus
est recōciliatio.] id eſt, meritis uite ſuæ ac sanctis oratiōibus ſuis obtinuit hominibus ueniā,
& Deum placauit, ei hominies recōciliando. Hoc sancti p̄fules excellenter egerunt, qui pro
plebis ſibi commiſſis indeſinenter orabant, & pro eis celebraſe & ſatisfacere nō cibabant.
Loco huius, in p̄fato Ecclœ loco legitur: Noē inuenetus eſt perfectus, iustus &c. Verum breui-
tati ſtudens, literalem ſenſum p̄termitto, & uerba lectionis huius ſequentia, prout episcopis,
confessorib. sanctis conueniunt, explanabo: [Non eſt inuenitus ſimilis illi qui conserua-
ter legem excelsi.] Communiſter dicitur, quod comparationes ſunt odioꝝ. Salomon quoq;
Spirituum, inquit, ponderator eſt dominus. Quo conſtat, quod Dei eſt diffiniſre, quis sanctoꝝ
tum alij ſanctior ſit. Nihilominus de quolibet ſancto iſta dicuntur, quoniam unus p̄fulus
pro xvi.

D. DIONYSII CARTHV. SERMO I.

- i. Co. 7. in ista uirtute, alter in illa, Vnde Apostolus logit: *Vnusquisq; proprium donū habet à Deo.* Porro lex excelsi, est lex euangelica Christi altissimi, in qua sunt præcepta atq; consilia. [Ideo iureuando] id est, firmo proposito, qd metaphorice aut æquivalens iusurandum uocatur; [fecit illum dominus crescere in plebem suam.] id est, fructificare in populo, multos conuertendo ad dominū, quoꝝ spiritualis exiuit pater, quod unicuiq; præstuli cōperit sancto. Vnde i. Co. 4. Apostolus ait: *Per euāgeliū in Christo ego uos genui.* [Benedictionē om̄ium gentium de dī illi] id est, corā omni populo fecit eum gratiosum, benedicēdū, amabilem, ita q; placuit Deo atq; hoībus. Vel sensus est, q; dedit ei authoritatē & gratiam benedicēdū om̄i genti sibi cōmisse. [& testamentū suū confirmauit sup̄ caput eius] id est, uirtutē & gratiā nouit testamētū multiplicauit in mente ipsius, charitate & ceteris gratiā & charismatibus cum implēdo. [Co gnouit eum in bñdictionib; suis,] infundendo ei dona sua benedictionis, per effectū monstrauit se eum cognoscere, approbare, diligere. [Conseruauit illi misericordiam suam, conti nuando in eo dona supernoz; charismatum, atq; perseueruandū uirtutem ei p̄stanto.] & inuenit gratiam coram oculis domini, id est, Deo placēs, acceptus, gratuq; extitit, & de eo potus Psal. 64. it dici Deo; Beatus quem elegisti & assumpisti. [magnificauit eum in conspectū regū,] id est, per uirtutē sanctitatem, sapiētiam, atq; miracula, fecit eum honorabilem regibus terra. Vnde & Constantinus imperator, cognita sanctitate & signis beati Nicolai episcopi, petiū orationes ipsius. [& dedit illi coronam gloriae.] Hoc potest exponi de mitra episcopali, quæ est corona excellētia magnarū & gratia eminentiarū p̄cipue tamen & exponēdū est de præmio essenti alii sanctoꝝ, quod est beatifica uisio Dei, & Aurea appellatur. Vnde fertur in Psal. Posuiti in Epsal. 20. capite eius coronam de lapide precioso, [statuit illi testamētū semipernī] id est, nouū testamētū ei seruandū cōmisit, ut iuxta euāgeliā legis exigentia uiceret: qd testamētū uocatur aeternū, quoniam ei aliud non succedit, in patria quoq; celesti pficitur. [& dedit illi sacerdotū magnū,] uidelicet episcopale fastigiu. [& beatificauit illi in gloria regni cælestis, dando ciprēmū gloriosum pro fidelioſeq;. Vnde logit Christus tali ministro, Euge serue bo ne & fidelis, quia sup̄ pauca fuisti fidelis, supra multa te cōstituam, intra in gaudiū dñi tui, pro ut in euāgeliū legitur hodierno. [fungi sacerdotio] id est, authoritatē fungendi episcopāli officio præstisit ei, [& habere laudem in nomine ipsius] id est, fecit eum laudabilem om̄i plebi propter dignitatē officij, sanctitatemq; uita sibi à Deo collatas; & ita laudabilis fuit in no mine Dei, hoc est, in Deo, à quo omne bonum quod habuit sumpsit, non in seipso. Vnde Pro pheta ait in dñi laudabitur anima mea, non utiq; in seipso, à qua nō habet nisi deficere & pec care, iuxta illud: Ad me ipsum anima mea turbata est. [& offerre illi] s. Deo [incensum dignū] id est, feruadū orationē, secundū illud Psal. Dirigatur oratio mea sicut incensum in cons pectu tuo. Vel potius incensum dignū, id est, dñici corporis sacramentū & totum Christum, qui igne charitatis succensus fuit, passionisq; igne in ari crucis ad patris honorem cons umi uoluit, id est, occidi, si q; offerri, [in dñore suauitatis,] id est, ualde placenter patri aeterno, cui passio Christi summe complacuit, inquantū à Christo ex ardētissima charitate & plena obedientia sponte fuit accepta & tolerata. Hinc ait Apostolus Christus dilexit nos, & tra dit semetipsum pro nobis oblationē & hostiam Deo in odorem suauitatis.

SERMO I. circa epistolam: De dignitate & actibus sacerdotij nos ui testamenti & episcopalij officij.

- G**loria & honore coronasti eum domine, Psal. XX. Quemadmodum sanctus Thomas in libro suo De regimine Regum declarat, non solum apud gentiles, sed etiam apud lus dæos in ueteri testamento, sacerdotes atq; pontifices regibus & imperatoribus fuerūt in seriozes & subditi, quia illorum sacerdotia erant carnalia, & circa sacrificia carnalia uerabuntur. In novo autem testamento longe est aliter, quoniam sacerdotes ac presules euāgeliā legis, cunctis principibus, regibus, & imperatoribus terra sunt ualde sublimiores, quoniam sacerdotiū Christi eis collatum, est maxime spirituale, & circa hostiam ueratur dignissimum, ut pote Christi corpus & sanguinem, atq; ad bona cælestia immediate ordinatur, tendit, ac ducit. Ad sacerdotes etenim euāgeliā legis pertinet administrare populo ecclesiastica sacramenta, in quibus gratia cōtinetur ac datur, per quā ad aeternā salutē homines perdūcuntur. Hinc Hugo de sancto Victore, in lib. de Sacramentis testatur: Quantum uita spiritualis est dignior q; terrena, & anima q; corpus, tātum sacerdotalis potestas secularem honorem ac dignitatem præ cedit. Hinc quoq; in principio sui Pastorali, sanctus ait Ambrosius: Honor & sublimitas sacerdotalis ac p̄ficialis, nullis poterit cōparationibus adæquare: si eam regū honori & principium diademati compares, lōge inferior erit ea regum principumq; sublimitas, q; plumbi mea gallum ad aurū fulgorem; quippe cum uideas regum ac principum collagenibus submitti sa cēdo

DE S. NICOLAO.

Fol. X.

- A**cerdotum: & osculata eorum dextera, eorum se credunt orationib; consertū. De hacre in decreto dist. 97, multa habentur. Ecce quanta est dignitas sacerdotū ac psulū, idcirco à uulgo & subditis sunt debite honorandi. Verunt̄ de sua dignitate & eminētia nequaq; inaniter gloriantur, imo uechementer formident, ga indubitanter quanto maior eis collata est dignitas, diuiniorq; potestas, tāto uitiosores & damnabiliores sunt corā deo, nisi conueratio eoz dignitati gradus ordinisq; ipsorū cōcordet. Vnde ut sanctus scribit Gregorius: *Quanto enim Gregor; nent populo in ecclesiastica dignitate & sacraq; ordinū gradu, tanto in uite sanctitate & pers ecutione uirtutū debent ceteris præfulgere.* Hinc assentit Aug. Sacerdotis aut psulū officio nil dignius, nil gratus extat hominib; & si res digne agatur, i. si sua officia execuant cōdigne, nihil salubrius est, sicut nec damnabilis aut periculosis aliqd est si negligenter agatur. ¶ Præ terea ex lectione hac hodierna loco epistolæ lecta ppndit, qd ad sacerdotes, presules, pastores prætres prinet. ¶ Primū est, ut in seip̄s sint magni, id est, excellenter uirtuosū ac sapientēs, deo placētes ac iusti. Ideo dicitur: *Ecce sacerdos magnus, &c.* ¶ Secundū est, ut pro omni populo, præ sertim p̄ grege sibi cōmiso iugiter orient, & deuotissimis precibus eos ak̄issimo cōmendet, oblatione eq; assidua sacramēti altaris eos recōciliēt deo. Vnde in libro Nume, narratur, q; dū filiū Israel dñi grauiter offendissent murmurando cōtra dñi & Moysen, atq; ob hoc deus ignē mis̄s̄et in illos, & multi ex filiis Israel occiderēt ab illo igne. Moysen dixit fratri suo Aaron pontificis: *Accipe thuribulū tuū, & igne imposito thus appone, & uade ad populū, ut ores pro eo, fecit, & taliter Aaron, & stans inter uiuētes ac mortuis, seip̄s oppōsūt igni, offerens domino thymiam seu thuris odorē: quod dū faceret, ignis ille extinctus est, & placatus est deus.* ¶ Tertium est, ut omni uirtute præ plebe communi ornati sint, sicut prædictum est. Hinc dicitur: *Nō est inuentus similis illi, &c.* ¶ Quartum est, ut fructificant deo, i. multos ad deum conuertant orando, docendo, exemplariterq; uiuendo; & sicut ista ad presules, sacerdotesq; pertinent, ita & à populo exigit deus ut sacerdotes, pastores, ac presules suos decenter hono rent, eorum salubribus pareant documentis, & bonorum imitentur uirtutes. Denique ut sanctus ait Bernardus, quanvis alicuius prælati, sacerdotis aut præparatoris uita appareat tam in Bernardi digna, ut excusari non ualeat, adhuc tamē propter eum, à quo est omnis potestas, cuius uicarij esse noscuntur, sunt honorandi, & implēdā sunt eorum informationes ac iussiones fabubres dei intuitu & amore. Nam & Christus loquitur: *Super cathedram Moysi sedērunt scri bæ & pharisei, omnia ergo quęcunq; dicunt uobis, facite secundum opera uero illorum face.* Matt. 23. re nolite, dicunt enim & non faciunt. Verunt̄ amē populares ac subditi prōi esse non debet ad iudicandū superiores suos ac clerū. Postremo in p̄inductis sanctis operibus ad sacerdotes ac præsules pertinentibus, beatiss. Nicolaus episc., gloriōse præfusit, siquidem ab infantiā sua mansit in innocentia, imo quotidie creuit in gratia magna, sicutq; in desinente deo omn̄i potenti in sanctitate & iustitia ministravit. Deinde factus episcopus, quantum creuit in ecclesiastica dignitate, tantum profecit in humilitate, in dei ac proximorum ardentissima charitate, in uera discretione atque iustitia, die ac nocte orans pro populo sibi commisso, totoq; mūndo. Ideo fructum copiosum fecit in plebe, multos quoque gentiles conuertit ad dominū. Vnde inter omnes episcopos temporis sui fuit famosus, præclarus, ac honoratus, & de maxia

- C**ma sanctitate eius, populus undique loquebatur. Nam & multis coruscavit miraculis. Cum etenim quodam tempore totam sancti Nicolai prouinciam famē ualida & ingēs carissima oca cupasset, audiens ipse naues triticō plenas portui applicuisse, rogauit naues, ut ex qualibet naue centum modios propter deum darent sibi pro populo fame periclitante. Qui responderunt: *Nō audemus pater, quia mensuram integrām oportet nos Alexandriae in horrea Imperatoris præstare.* Quibus sanctus Nicolaus: *Facite, inquit, qd dico, & in dei uirtute uobis p̄mitto, q; nullam minorationem habebitis apud regium exactorem, qd quum fecissent, & nō hilominus integrā mensuram quam accepert in Alexandria, apud Imperatoris inuenient ministros, miraculum referunt, & deum in suo famulo magnifice laudauerunt. Frumentum autem nřr̄ de secundū uniuscuiusq; necessitatē distribuit, ita ut miraculose per duos sufficeret annos, nō solum ad uictum, sed etiam ad seminandū.*

¶ Enarratio euāgeliū: Homo quidam peregre proficēsens, uocauit seruos suos:

Matthei uigēsimū quinto:

- C**hristus in euāgeliū isto per quandam parabolam docet, q; magna sit eorum beatitudō & merces, qui donis sibi collatis fructuose utiuntur, & quia beatus Nicolaus antistes & aiu iācti præsules confessores, donis sibi desuper distributis optime usi sunt, & plurimos conuerterunt, ideo in eorum festo recte euāgeliū legitur præsens. Itaque [dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam peregre proficēsens.] Per hunc hominem, b iii intelligit

D. DIONYSII CARTHV. SERMO I.

Asto. 1. intelligit Christus, qui in ascensione sua in cælum perrexit, atq; idcirco secundum quosdā **D**
Luc. 24. pfectus peregre dicitur, qm̄ corpus suū, cuius proprius naturalisq; locus extitit terra, colloca
uit in cælo, sed cū cælū sit patria electorū, maxime Christi, & cælum empyreum sit proprius lo
cus corporū glorificatorū, prefertim corporis Christi, in quo cælo nō ad tempus, sed aeternas
liter permanent sancti, q; in seculo isto peregrinatū video aptius reor, ut Christus ascenden
do cælum, idcirco peregre profectus dicatur, quia domesticos suos, puta fideles discipulos in
hoc mundoreligit, eisq; corporalem subtraxit presentiam ac ppriæos deseruit libertati. Tans
dem quoq; redditurus est huc unde ascēdit. [uocauit seruos suos,] parabola ista specialiter con
cernit prælatos, quibus plus datum & creditum est, ppter quod plus requiretur ab eis, atta
men ad omnes potest homines pertinere, & ita iam exponetur, ut cunctis ualeat conuenire.
Itaq; homo iste dominus Iesus, uocauit seruos suos, id est, gratiose eos sibi applicuit, [& tradid
it illis bona sua,] uidelicet dona gratiæ, sacramenta ecclesiæ, & q;quid boni in eis est. Nam
& merita nostra dei sunt munera. [Et uni dedit quinq; talenta, alijs autem duo, alijs uero unū]
i. huic dedit dona maiora, alijs minora. Porro per quinq; talēta intelligere possumus, quinq; talenta
dona qua prælati necessaria sunt ad regimen aliorū, uidelicet scientiam scripturarū, charita
tem feruentem, facundiā, exemplarem cōversationem, & uerā discretionem in omnibus. In
qua discretione cōprehenduntur misericordia atq; iustitia, quia ad discretionem id pertinet
prælatorum, ut sciant quando secundum rigorem iustitiae, & quando secundum dulcorē mi
sericordia sit agendum, qualiter etiam cōtempneri debeat dñe istæ uirtutes. Propterea san
Psal. 118.ctus rex David, precatus est dominum: Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me, per
bonitatem intelligens misericordiam; per disciplinam iustitiam, per scientiam discretionem.
Per duo autem talenta intelligi possunt, sapientia & charitas, seu donum intellectus ac uolū
tatis. Per unum uero, sola cognitio agendorum. [Vnicuiq;] seruorum largitus est [secundum
propriam uirtutem]. i. secundum ipsius capacitatem aut dignitatem. [& pfectus est statim]
id est, distributione hac facta, propriae eos libertati reliquit, ut fructificarent. Deniq; Christus
Mar. 16. post resurrectionem suam cum discipulis instruxisset, & per insufflationem spiritum sanctū
Lucas 24. post resurrectionem suam cum discipulis instruxisset, & per insufflationem spiritum sanctū
Acto. 1. eis dedit, ascendit ad cælum. [Abiit autem]. i. in opus bonum processit, & iuit quo deus eū
direxit, [qui quinq; talenta accepérat, & operatus est in eis,] id est, per ea fructuose eis utendo
ad dei honorem, proximorum edificationem, propriamq; salutem. [& lucratus est alia quia
que], i. in eisdem donis multum profecit, & alia que nondum accepérat est adeptus, gratiam
q;quod sibi concessam alijs communicauit, iuxta illud Petri: Vnusquisq; sicut accepit gratiam
s. Petri 4. in alterutrum illam administrantes. Dona etiam gloriæ per gratiæ dona promeruit. [Similiter
qui duo talenta accepérat, lucratus est alia duo,] proficiendo & fructificando in donis sibā
collatis sicut præcedens. [qui autem unum accepérat, abiens,] id est, per mentis auersionem
a deo recedens. [fodit in terram,] id est, ad terrena commoda donum scientia sibi datum cō
uerit. [& abscondit pecuniam domini sui,] id est, donum sibi communicatum à deo, nō pros
duxit in lucem ueritatis & æquitatis, nec fructuose usus est eo. Sunt etenim multi ad uirtutes
bene dispositi, ingeniosi, ac literati, & tamen ingratissimi deo, & ad carnalia se conuertunt, de
Hier. 45. quibus loquitur Hieremias propheta: Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere ne
scierunt. [Post multum uero temporis, uenit dominus seruorum illorum, & posuit rationem
cum eis,] id est, in die iudicij rediet Christus, & rationem exiget à prælati ac alijs, discutiens
do qualiter usi sine beneficijs sibi concessis. [Et accedens,] id est, Christo fiducialiter se præ
sentans, [qui quinq; talenta accepérat, obtulit alia quinque talenta,] id est, fructum & meri
tum operum suorum, quæ consequutus est bene utendo talentis sibi concessis, coram Chris
toto portauit. Opera enim illorum sequuntur illos. [dicens] Domine, quinque talenta tradi
disti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum] pfectuendo in bonis, & gratiam mihi data
duplicando, ac alijs cōmunicando. [Ait illi dominus eius,] scilicet Christus iudex iustus. [Eu
ge,] interictio est animi exultantis. i. congaudeo tibi, [serue bone] in habitu [& fidelis] in
actu. uel bone, interius, & fidelis, exterius, non proprium, sed domini tui quærens honorem,
[quia super pauca fuisti fidelis]. i. donis gratiæ, quæ parua sunt comparatione futurorum bo
norum in cælis, bene es usus, [super multa te constitutam]. i. copiosum tibi præmium dabo,
ut cælestium sis hæres honorū, & cunctis inferioribus feliciter emineas. [Intra in gaudium dñi
tui]. i. paradisum cælestē, & beatitudinē plenam suscipes, ita ut cor tuū cōtentetur in deo, ut
poteris fruens deo immediate in semetipso. [Accessit autem, & qui duo talenta accepérat &c.]
sensus uerborū sequentium ex præinductis omnino est planus. Et quanuis huic seruo dicat
sicut & primo, Intra in gaudium domini tui, non tam amborū merces & qualis est: sed qui ma
ioribus ac pluribus donis fructuose usus est, maioris est gloriæ, cæteris paribus. Postea tamen
continet

DE S. NICOLAO.

Fol. XI.

A contingere, q; aliquis ex maiore charitatis feroore, bene utens minoribus donis, gloriam for
tiretur maiorem, q; qui maioribus ac plurimis donis bene usus est ex charitate remissori.

SERMO II. circa euangelium. De uirtutibus sancti Nicolai, & q;te pietatis atq;
iustitiae sit, corpore sanum opibusq; abundantem, se se negligere a deo obedire
promptiss. q;tamq; eiusmodi sc̄tū sp̄us gratiam inspirat.

Domine, puenisti eū in benedictionibus dulcedinis: Psal. uigesimo. In Exodo loquutus
Exod. 13. pfectus peregre dicitur, qm̄ corpus suū, cuius proprius naturalisq; locus extitit terra, colloca
uit in cælo, sed cū cælū sit patria electorū, maxime Christi, & cælum empyreum sit proprius lo
cus corporū glorificatorū, prefertim corporis Christi, in quo cælo nō ad tempus, sed aeternas
liter permanent sancti, q; in seculo isto peregrinatū video aptius reor, ut Christus ascenden
do cælum, idcirco peregre profectus dicatur, quia domesticos suos, puta fideles discipulos in
hoc mundoreligit, eisq; corporalem subtraxit presentiam ac ppriæos deseruit libertati. Tans
dem quoq; redditurus est huc unde ascēdit. [uocauit seruos suos,] parabola ista specialiter con
cernit prælatos, quibus plus datum & creditum est, ppter quod plus requiretur ab eis, atta
men ad omnes potest homines pertinere, & ita iam exponetur, ut cunctis ualeat conuenire.
Itaq; homo iste dominus Iesus, uocauit seruos suos, id est, gratiose eos sibi applicuit, [& tradid
it illis bona sua,] uidelicet dona gratiæ, sacramenta ecclesiæ, & q;quid boni in eis est. Nam
& merita nostra dei sunt munera. [Et uni dedit quinq; talenta, alijs autem duo, alijs uero unū]
i. huic dedit dona maiora, alijs minora. Porro per quinq; talēta intelligere possumus, quinq; talenta
dona qua prælati necessaria sunt ad regimen aliorū, uidelicet scientiam scripturarū, charita
tem feruentem, facundiā, exemplarem cōversationem, & uerā discretionem in omnibus. In
qua discretione cōprehenduntur misericordia atq; iustitia, quia ad discretionem id pertinet
prælatorum, ut sciant quando secundum rigorem iustitiae, & quando secundum dulcorē mi
sericordia sit agendum, qualiter etiam cōtempneri debeat dñe istæ uirtutes. Propterea san
Psal. 118.ctus rex David, precatus est dominum: Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me, per
bonitatem intelligens misericordiam; per disciplinam iustitiam, per scientiam discretionem.
Per duo autem talenta intelligi possunt, sapientia & charitas, seu donum intellectus ac uolū
tatis. Per unum uero, sola cognitio agendorum. [Vnicuiq;] seruorum largitus est [secundum
propriam uirtutem]. i. secundum ipsius capacitatem aut dignitatem. [& pfectus est statim]
id est, distributione hac facta, propriae eos libertati reliquit, ut fructificarent. Deniq; Christus
Mar. 16. post resurrectionem suam cum discipulis instruxisset, & per insufflationem spiritum sanctū
Lucas 24. post resurrectionem suam cum discipulis instruxisset, & per insufflationem spiritum sanctū
Acto. 1. eis dedit, ascendit ad cælum. [Abiit autem]. i. in opus bonum processit, & iuit quo deus eū
direxit, [qui quinq; talenta accepérat, & operatus est in eis,] id est, per ea fructuose eis utendo
ad dei honorem, proximorum edificationem, propriamq; salutem. [& lucratus est alia quia
que], i. in eisdem donis multum profecit, & alia que nondum accepérat est adeptus, gratiam
q;quod sibi concessam alijs communicauit, iuxta illud Petri: Vnusquisq; sicut accepit gratiam
s. Petri 4. in alterutrum illam administrantes. Dona etiam gloriæ per gratiæ dona promeruit. [Similiter
qui duo talenta accepérat, lucratus est alia duo,] proficiendo & fructificando in donis sibā
collatis sicut præcedens. [qui autem unum accepérat, abiens,] id est, per mentis auersionem
a deo recedens. [fodit in terram,] id est, ad terrena commoda donum scientia sibi datum cō
uerit. [& abscondit pecuniam domini sui,] id est, donum sibi communicatum à deo, nō pros
duxit in lucem ueritatis & æquitatis, nec fructuose usus est eo. Sunt etenim multi ad uirtutes
bene dispositi, ingeniosi, ac literati, & tamen ingratissimi deo, & ad carnalia se conuertunt, de
Hier. 45. quibus loquitur Hieremias propheta: Sapientes sunt ut faciant mala, bene autem facere ne
scierunt. [Post multum uero temporis, uenit dominus seruorum illorum, & posuit rationem
cum eis,] id est, in die iudicij rediet Christus, & rationem exiget à prælati ac alijs, discutiens
do qualiter usi sine beneficijs sibi concessis. [Et accedens,] id est, Christo fiducialiter se præ
sentans, [qui quinq; talenta accepérat, obtulit alia quinque talenta,] id est, fructum & meri
tum operum suorum, quæ consequutus est bene utendo talentis sibi concessis, coram Chris
toto portauit. Opera enim illorum sequuntur illos. [dicens] Domine, quinque talenta tradi
disti mihi, ecce alia quinq; superlucratus sum] pfectuendo in bonis, & gratiam mihi data
duplicando, ac alijs cōmunicando. [Ait illi dominus eius,] scilicet Christus iudex iustus. [Eu
ge,] interictio est animi exultantis. i. congaudeo tibi, [serue bone] in habitu [& fidelis] in
actu. uel bone, interius, & fidelis, exterius, non proprium, sed domini tui quærens honorem,
[quia super pauca fuisti fidelis]. i. donis gratiæ, quæ parua sunt comparatione futurorum bo
norum in cælis, bene es usus, [super multa te constitutam]. i. copiosum tibi præmium dabo,
ut cælestium sis hæres honorū, & cunctis inferioribus feliciter emineas. [Intra in gaudium dñi
tui]. i. paradisum cælestē, & beatitudinē plenam suscipes, ita ut cor tuū cōtentetur in deo, ut
poteris fruens deo immediate in semetipso. [Accessit autem, & qui duo talenta accepérat &c.]
sensus uerborū sequentium ex præinductis omnino est planus. Et quanuis huic seruo dicat
sicut & primo, Intra in gaudium domini tui, non tam amborū merces & qualis est: sed qui ma
ioribus ac pluribus donis fructuose usus est, maioris est gloriæ, cæteris paribus. Postea tamen
continet

B. quis ualde electos, deus interdum labi pmitit p mortale peccatum, sed quia electi sunt, in
peccatis non manent finaliter impletur in unoquoq; eorum illud Psal. Cum ceciderit, Psal. 36
non collidetur, quia dñs supponit manum suam. Talis fuit S. David, qui post multas prope
Reg. 1. ticas uisiones, & post uirtuosissima opera sua, in adulterium homicidiumq; dilapsus est; sic &
beatus, principem apostolorum Christus in sua passione permisit corrueat. ¶ Porro, sanctū
Nicolaum episcopum deus multiplici gratia etiam eminenter ornauit. Primo, quoniam ex
parentibus non solum secundum carnem nobilibus ac diuitiis, sed etiam mente sanctis est
genitus. Vnde in eius fertur legenda, Nicolaus ex nobilib; diuitiis, ac sanctis parentibus du
xit originem. Pater eius Epiphanius dictus est, & mater Iohanna, qui cum in primæuo iuuen
titus suæ flore genuissent Nicolaum, deinceps continenter uixerunt, in quo pater magna eo
rum perfectio. Ad carnalem etenim uoluptatem solent mouere, iuentus, pulchritudo, abu
dantia diuitiæ, pfecta obiectoru, & opportunitas loci ac tēporis, facilitas q;quod potiēdi opta
tis amplissima. Vnde non obstantibus omnibus iis, iuuenit penitus cōtinenter, magnum est
ualde, & ita fuit in parentibus Nicolaï sanctiss. quia (ut dictum est) dñites, nobilesq; fuerūt,
& quotidie simul, corpus quoq; unius fuit in potestate alterius. Inter hæc, quis frequenter ex
uitiosis parentibus nascantur filii uirtuosi, & ex uitiosis parentibus filii reprobi & pueros, attrac
men magnum est sanctos habere parentes. Deniq; ex hoc beatus Nico. diuines ac nobilis fu
it, & nihilominus mundi delicias & honores contempnit, honorabilior fuit, ac sanctior ual
det quanto nanci quis aptior est ad mundum, & plures ac fortiores habet occasiones ac op
portunitates iuueni mundane, tanto uirtuosius est, quod mundum & eius uanitates relin
quit ac uitia. ¶ Secundo, deus S. Nicolaum singulari gratia decorauit, per hoc quod infantu
lum tam gratiose, dulciterq; præuenit, ut dictum est: Nam dum baptizabatur, stetit erectus,
& quarta sextaq; feria suxit temeritatem hubera, deinceps in magna innocentia per
mansit ac gratia, atq; in uirginali munditia. Vnde in eius legenda habetur: Factus iuuenit, alijs
orum iuuenit iuicius, iuicauit quotidianè cum deuotione ecclesiæ, orationibus fu
it intentus, & sobrie uixit, quicquid de sacra scrip. audiuit, legit, & intelligere potuit, diligenter
conseruauit memoria. Ece q;mirabiliter & gratiosiss retraxit eum spiritus sanctus à uolupta
tibus, uanitatibusq; mundanis, ad quas fortiter affici, & in quas cadere solent iuuenes, pfecta
tim locupletis ac nobiles non dubit, quin spiritualibus consolationibus deus cor eius mul
totes recreauit, quibus gustatis, facile spreuit carnalia. Vnde merito de felici hoc Nicolaio di
ci potest illud ex Psal. Præuenisti eum domine in benedictionibus dulcedinis. Benedicatio Psal. 120
nanque dei est collatio gratia eius: ideo benedictiones dulcedinis dei, sunt dona gratuita &
internæ consolations, quas infundit electis, in quibus tam mirabiliter & copiose præuenit
Nicolaum pontificem, qm̄ ab infantia, pueritia, iuentute dedit & continuauit bona ista in eo
usq; in finem. Cum equidem deus omnipotens atq; liberrimus sit munificentia & opulentia
penitus infinita, in quibusdam uasis misericordia fux, puta electis hominibus, misericordia
am suam ineffabiliter prouersus mitificat: quia frequenter plus gratia offerti & influiteis, q;
pati queunt, ualide eos illustrans, inflammans, adimplens, laetificans, ita quod exclamare
cogunt

coguntur: Domine, contine undas gratiae tuae. ¶ Tertio, deus aeternus gloriosum praesulem Nicolaum ornauit principaliter liberalitate, maxima pietate, & feruida charitate, quae omnia patent in facto illo clarissimo, quod fecit in iuuentute sua, quia ut legitur, quidam coenius suus fastis nobilis, ad tantam peruenit in opiam, qd tres filias suas prostituere intendebat, ut eam turpi aleretur commercio, quod ut S. Nicol. audierit, exhorruit, & massam aurum panno inuolutam in domum uiri illius nocte occule picebat, qd & postmodum his fecit, sicq; eius ille filias suas matrem iunxit, atq; honeste aliut semetipsum. Ecce hoc opus Nicolai ex multis processit virtutibus. Primo, ex charitate dei, ne deus tam grauiter offendetur. Secundo, ex charitate proximorum, quibus subuenit, ne tantam inciderent inhonestatem ac uitiositatem. Tertio, ex misericordia, qua in indigentibus condoluit & subuenire non distulit. Quarto, ex liberalitate pietatis, qua bona sua communicauit proximis & egenis tam copiose. Quinto, ex zelo iustitia, qd turpitudinem uitiorum abhorruit. Iustitia quoq; exigit, ut in tali casu ex abundantia sua tam indigentibus, & ad tantam ruinam dispositis subueniret, idcirco opus illud libertissimum, ac iucundum corde electissimus dei Nicolaus patruuit. Præterea cum Paulus dicit apostolus, Hilarem datum diligit deus, quid mirum, si huc tam liberalem ac hilarem subuentorem deus dilexit? 2. Cor. 9. Rursus, cum Christus in euang. protestetur, Qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis; quid mirum, qd deus gratiarum suarum charismata tam liberaliter contulit Nicolaus, cum & ipse preamabilis Nicolaus proximis indigentibus fuerit tam pius ac liberalis? Nam & antequam B. Nicolaus opus egit præactum, mox defunctis suis parentibus, cœpit solite cogitare qualiter tantam suarum copiam diuini posset non ad laudem humanam, sed ad dei gloriam. E ergore. De ceteris gratiis & excellentiis, quibus deus S. Nicolaus ornauit, in sequenti dicet sermone, sed qm nihil prodest nobis sanctorum uirtutes cognoscere ac laudare, nisi easdem imitari conemur, imo magis obesset, quia ut asserit Christus: Seruus sciens uoluntatem domini sui, & non faciens, plagi uapulabit multis; Iacobus quoq; apost. Scienti, inquit, bonum & non facienti, pietatis est illius, ideo in præfatis uirtutibus studeamus S. Nicolai scientiam, gratiam nobis a deo collatam diligenter custodiendo, sobrie quoq; uiuendo, & ecclesiam assidue frequetando, uerbaq; dei memoriter retinendo. Huius oppositus faciunt multi, qd etiā ad horam aliquam a deo cōunctionis & deuotionis gratiam fortiantur, nō diu curant in ea manere, sed cito se ad exteriora effundunt, uanitatisbus resoluunt, sicut, Iudis, ristibus, uerboſitatibus uacant, nō formidantes qd summus logitur iudex: Vnde uobis qd ridetis nunc, qd plorabitis & flebitis. Tales sunt etiam qd postq; confessi sunt, statim ut ante fiunt intimorati, leues, uani & uitiosi, nō formidantes qd graue sit recidiuare, eo qd uulnera repetita periculosius & incurabilius nocet. Insuper o uos iuuenes matrimonio nōndū iuncti, cōtentiam S. Nicolai sequimini, uita carnis uitate, morū grauitate iuuenilem & etatē transcedite, diuina officia in ecclesia libenter audite, nec sitis ibidem oculis uagi, sed mente deuoti. Vos quoq; o cōiugati castitate beatissimi, imitemini Nicolai, etiā nō p. castitate uirginale, faltē per cōiugalem, ne matrimonij fidem frangatis, imo nec adulterinos cupiatis amplexus. Adulterii namq; est iniqtas maxima, neq; uos mutuo cognoscatis, nisi uel desiderio plisis ad dei obsequium educandæ, uel causa debiti reddendi, aut ob malum incontinentiam uitandū in cōpare. Præterea exemplo S. cōfessoris Nicolai studeat unusquisq; in spūali dilectione dei, ac pxiō & semp. p̄ficiere, & alios pro posse a p̄ctis retrahere. In indigentibus quoq; liberaliter subuenire, atq; operibus misericordia in defesse insistere, qm oia ista ad quēlibet p̄tinē Christianū, eo qd lex Christi sit lex totius charitatis ac pleniss. pietatis. Mat. 12. Propterea (Aug. testante) nequaq; dignus est Christianus uocari, qd operibus charitatis & misericordiae negligit immorari, imo tales merentur a deo seueriter cōdemnari, iuxta qd Iacobus ait apost. ludicri sine misericordia. Hinc uirtuosus Tobias filius sum instruēs, dixi: Quo potueris, ita esto misericors: si multū tibi fuerit, abūdanſ tribue: si parvū tibi fuerit, etiā parvū libēter imparti stude. ¶ Postremo, deus beatiss. Nicolaus innumerabilius decorauit miraculis, inter quae unū est hoc, qd dñs Cōstantinus imperator ex falsa suggestione nobiles viros incarserat, eosq; die sequenti decollari iussisset, & uiri illi hoc cognito, deū & S. Nicolai adhuc in carne uiuente ardēissime inuocassent, eadē nocte beatus Nico. p̄fusionē in spū apparuit Cōstantino, eū acriter reprehēdens, & nisi viros illos statim dimitteret, morte ei cōminans. Mane igitur factō eos dimisit, hoc miraculū in eius legenda plenius recitatur. Similiter cū quidā nauta periclitarent, & pene submergeretur, auxilium S. Nicolai deuotissime inuocabant, qui mox eisdem apparuit, atq; de tanto eos periculo liberavit.

SERMO III. Quantam fortitudinem Christus deus adjiciat eis, qui uere eum desiderant, quamq; impium sit atq; iniustum, à lege dei errantem non docere ac corrigerē.

A Vicunq; glorificauerit me, glorificabo eum, ait dominus: qui autem contemnit me, erunt ignobiles. primi Reg. secundo. Cum ergo deus sit summum, sanctissimum, ac præstantissimum, bonum, certum est qd ipse sit primum & summum honorabile, qd etiam est ratio honorabilitatis in ceteris omnibus quocunq; modo honorabilibus. Est autem creaturis aliqd honorabile, inquantū participat omnipotētiam honorabilitatis diuinæ: hinc honor debetur uirtutis, & itē ponis in dignitate seu publico officio cōstitutis, imo & glibet homo in quantū ad summam ac supbeatiss. trinitatis imaginē factus est, qd ammodo honoratus consistit. Itaq; deū altiss. in oib; & supet omnia honorare, glorificare, laudare debemus, primo & maxime propter naturalē & propriam sanctitatem, ac dignitatem ipsius, non nostra mercedis aut utilitatis intuitu. Secundo & minus principaliter, propter premium inde nobis proueniens: nā sicut in themate tactum est, deus iudex iustiss. eos glorificat, i. beatos gloriōsosq; efficit, in caelesti eos regno cōstituens, qd ipsum glorificat, i. maiestatē & gloriam eius recognoscunt, colunt, & digne pro posse honorant, obedientē omni cū diligentia diuinis preceptis. Porro nonnulli glorificant deum verbis & exterioribus quibusdam obseruantis, sed mente ab eo auersi sunt, inhaerendo per amorem rebus creatis, uanis, caducis magis qd creatori, tales sunt omnes superbi, auari, libidinosi, accidiosi, & ceteris mortalibus uitis irretiti: superbus namq; magis querit propriam laudē, honore & excellentiam, qd diuinę honorificentiam manifestatis. Auarus quoq; plus appetit & conatur rebus tpalibus abundare, qd uirtutibus mente ditari, sic & libidinosus cōtra dei preceptum, uoluptatem querit carnalem, & accidiosus fastidū habet ad ea, quae diuinū sunt cultus. Vnde de istis logitur deus per Esai. Appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autē eius lōge est a me. Et hæc uerba Chri. stus allegat, qui alio in euang. loquuntur: Quid uocatis me, dñe dñe, & nō facitis quā dico? Hinc omnes isti sunt prorsus ignobiles & uiles, sed & miseritque madmodū enim uirtus nobilitat hominem, sic peccatum uilificat eum. Idcirco peccator indignus est pane quo uescitur, aere quem respirat, terra quam calcat, imo oīn usu atq; obsequio creaturaz. Est enim creatoris uirtus & dæmonibus seruit. Præterea, qm S. Nicolaus deum totis uirtibus glorificauit, honorauit, laudauit, ideo deus etiam in presenti ipsum glorificauit, quia ad episcopalis dignitatis officium, eum cum grandi reverentia sublimauit. Nam sicut in eius fertur legenda, defuncto episcopo ciuitatis Myrrhæ, in qua S. Nicolaus habitauit, cōuenerunt uicini episcopi, præfatae urbi de episcopo prouisuri. Cumq; ieuijns, orationibusq; insisterent, reuelauit deus episcopo inter illos eminentiori, ut hora matutinali circa ecclesia ianuam uigilarer, & quem prius ad ecclesiam conficeret uenientem, ordinaret episcopum: sicutq; beatum Nicolaum ante ceteros ad matutinas uenientem, ipse cum episcopis ceteris ordinauerunt pontificē, quā uis non mediocriter renitentem. Deinde deus sublimis S. Nicolaus adhuc in corpore cōuersantem, tot decorauit miraculis, & tanta sanctitate ornauit, qd tota pene Christianitas sciuist loquidē eo, atq; in maxima eum reverentia habuit. Insuper beatiss. Nicolaus, quis misericordia fuit, tamen etiam speciali uale iustitia deus eum ornauit. Vnde in eius recitatur legēda, qd fuit feuerus, i. terribiliter iustus in corripendo, nulli in derogationem iustitiae parcens. Cū enim iudex ciuitatis Myrrhæ corruptus pecunia, tres innocētes milites morti adiudicasset, electus dei Nicol. hoc cognito, ad locum quo illi fuerant decollandi, festinanter accessit, inuenitq; spiculatorem super eos ensim uibrasse, sed ensim ipse de manu arripiuit spiculatoris, & uiros illos innocentes reduxit, iudicemq; accedens, dixit eidem: Inimice dei legis præuator, qua temeritate tanti tibi cōscius sceleris, præsumpsisti uultum aspicere nostrum. Deinde acriter iudicem illum redargens & obiurgans, tandem p̄cōntent, ueniamq; precanti induluit. Præterea deus immensus S. Nicolai in tua morte gloriose mirificauit. Cum enim ex reuelatione diuina cognosceret mortem sibi in stñe, deum rogauit, ut sibi mitteret angelos, & in inclinato capite angelos ad se uenientes uidit, dictoq; Psal. In te dñe sperauit, usq; ad id: In manus tuas cōmendo spiritū meū, spiritū tradidit anno dñi 545. Tunc auditā est ibi melodia caelestis, seu cantus angelicus. Cumq; sepultus fuisset in tumba marmorea, à capite eius fons olei, & a pedibus fons aqua profluxit, & usq; hodie ex membris eius sacrū profluit oleum, ualens in sanitatem multorum. Multos etiam mortuos deus meritis B. Nicolai post mortem ipsius suscitare dignatus est. Ecce quā multiplicit, excellentiā gratia deus hunc sanctum uirum ornauit. Eius ergo exemplo, studeamus & nos creatorem nostrum totis uirtibus honorare, quoniam ipse uerissime incomparabili honore superdigniss. est. Pensemus quā prompte, formidolose ac reuerenter multi homines suis dñis obsequiūt principib; & platis. Quanta ergo dñi miserationis est, regi omnipotēti, deo excellentiā infinite, pigrā & irreuerenti mēte seruire! Ideo sanctus logitur Hier., Maledictus qd facit opus dei negligenter. Et David rex ait: Seruite dño psalm. 2 in his

D. DIONYSII CARTHV. SERMO III.

in timore, &c. ¶ Porro, si maledicti sunt qui opus dei faciunt negligenter, q̄ ineffabili maledictione, & q̄ eternali, infernaliq̄ poena digni probantur, qui opus dei omnino non faciunt, i.e. diuina non seruant precepta, sed diabolica perpetrant opera, & inquinamentis se maculant mentis & corporis: hoc est, spiritualibus carnalibusq; peccatis, quibus sub celo nihil est turpis. Præterea B. Nico, exemplo iusti esse conemur, atq; preceptū dei de correptione fraterna strenue impleamus. Iustitia aut̄ duo regit in generali: Primo, ne alteri faciamus, qd fieri nobis non uelimus. Secundo, ut alteri faciamus, qd fieri nobis ab ipsi rationabiliter uolumus. De

Tobie. 4 primo horū duorti Tobias ait: Quod ab alio oderis fieri tibi, uide ne aliquādo alij facias. De

Matt. 7. secundo loquitur Christus: Omnia quæ cuncti uultis ut faciant uobis homines, ita & uos facite illis. Deniq; prout sanctus affirmat Bernard, Iustitia est reddere unicuiq; quod suū est. Red

de ergo tribus quæ sua sunt, uidelicet superiori, & equali & inferiori. Redde superiori reuerenti am & obedientiam, equali consilii & auxiliū, subiecto custodiā ut possit cauere peccatum, & disciplinam seu correptionem, ut malum quod, non cauit, non maneat impunitū. Iustus & rectus est, qui ad terrena animo non curuatur, qui ad celestia totus erigitur, atq; diuinæ uoluntati humiliter subditur. Veruntamen iustitia debet misericordiæ esse permixta & contenta, quatenus sicut in omni opere dei relucet iustitia & misericordia, iuxta illud Psal. Vnū uerse uiae domini misericordia & ueritas: siquidē etiam in inferno deus damnatos punit cisa

tra condignum, hoc est, minus q̄ meruerunt nec aliquē peccatorem in hoc mundo deus intantum relinquit, sicut relinqui meretur, sed per instinctū diuinū, angelicamq; custodiā retrahit peccatores à multis peccatis in q̄aliā laberentur & in omni opere nostro bono misericordia & iustitia simul relucent. Hinc indigemus discretione, per quā noscamus, qualiter unam harū uirtutū alteri miscere & contemperare in omnibus debeat. Præterea ex diuino precepto ad fraternali correptionem quilibet Christianus tenetur, secundū qd fraterna correptionis actus est charitatis: hoc etenim charitas exigit, ut proximū peccantē corripiamus, cū pecatū sit maximū animæ nocimentū. Superiores uero etiam ex debito iustitiae ad correptionē inferiorū suorū tenentur, & sicut quidam doctores testantur, propter negligentiam impletio- nis huius precepti, totus pene mundus perit & condemnatur. Videmus quippe ad oculū q̄ preceptū iustitiae correptionis fraternali paucissimi implent, imo quod grauius est, unus alterū trahit ad uitia, unus alterū consentit, blandit, applaudit in malis, atq; ut propheta ait: Laudatur peccator in desiderijs animæ sue, & iniquus beneditur. Hec est uia perditionis exter- nae. O q̄ longe sunt isti à uia salutis, sed redite præuaricatores ad cor, quiescite agere peruerse, dicide benefacere, & ut dignus sit homo corripiere proximū delinquentē, in primis corripiat & emendet seipsum. Hinc loquitur Aug. Si corripiere negligis, peior ei qui peccauit efficeris. Et sancti patres fatentur: Ita peccat qui uider proximū peccare & raret, sicut qui penitenti nō indulget. Peccatum enim more putredinis sine fine discurrit, si illud increpatio medicinalis Casiод. non refecat. Vnde & Cassiodorus loquitur: Peccatum cum p̄fueretur augetur, & remediale bonum in peccato est accelerata correptione. Hæc autem correptione impendenda est animo charitatiuo, pio, non turbulentio. Vnde ait Psal. Corripere me iustus in misericordia, & increpat me, oleum autem peccatoris, i.adulatio transgressoris nō impinget caput meum, id est, E

mentem meam nequaquam demulcent. ¶ Postremo de beato patre Nico, multa præclarula leguntur in passionali sanctorum miracula, quibus addam quod in quadam contigit coenobio, cuius monachi abbatem suum ualde instanter ac feruiderogauerunt, ut daret eis licentiam cantandi in choro speciale cantum, seu proprium officium de B. Nico, quorum precibus abbas nullatenus acquieuit. Itaq; in nocte profecti sui S. Nicolaus traxit abbatem ex lecto, eumq; acriter flagellauit, responsoriū quoddam sive antiphonā sui officij cantans, atq; quolibet notam abbati in dorsum suū unum porriges iustum, ita qd abbatis clamoribus monachi euigilabant. Quibus ad se uenientibus dixit ille, & sicut petitis officium speciale de S. Nicolao cantate. ¶ Legitur quoq; in revelationibus fide dignis, q; etiam B. Nicolaus animabus in purgatorio specialiter subuenit, multasq; liberauit, eis praesertim succurrens, quæ eum in hac uita specialiter honorauerunt. Idecirco hunc sanctum patrem præcipue diligamus, & speciali deuotione ueneremur, quia reuera ipse admodum magnus est sanctus.

¶ AD RELIGIOSOS.

SERMO III. De uitando torpore, desidiaq; in religione, & de eminentiane cessaria in omni pietate, alacritate, celeritateq; uirtutibus.

Psal. 51. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei. Habet oliua delectabilem uiriditatē in ramis & folijs, suauitatem in floribus, communicabilitatē in oleo, quod ex ea producitur, multiplicem utilitatē ex usu, quo hominibus deseruire cognoscitur. ¶ Porro, per uiriditatē contem-

DE S. NICOLAO.

Fol. XIII.

A contemplatiæ uitæ decor atq; amcenitas designantur. Per suauitatem floris, laudabilis uitæ fragratiæ insinuatur. Per olei comunicabilitatē, misericordia: Per utilitatem uero, exprimitur salutaris doctrina. Propter hæc quatuor confessor digniss. Nicolaus, merito oīua uocatur. Fuit enim diuinoq; contemplator, florens, speciosus, amenus, & sua uirtuosa ac exemplari conuersatione, miraculorumq; operatione, Christi bonus odor in omni loco omnium ædificatus, etiam alijs condolendo ac succurrendo p̄fissimus. Fuit q̄q; per yba suæ predicationis multis perutilis, sp̄ualiterq; fecundus, ac plurimum generatiuus, in quibus omnibus q̄libet eligi osus eum suo modo, & quātum sibi possibile est, seq; debet. Primo itaq; debet religiosus gratia cōtemplationis esse ornatus, in luce sapientia florens, in ueritatis notitia speciosus, in uite in ternæ exercitatione amenus. Ad hoc etenim exteriora cuncta relinquit, cœnobium ingrediatur, temporalium sollicitudine expoliatur, diuinis obsequijs totaliter mācipatur, quatenus summo & incōmutabili bono, Deo & creatori altissimo, tāto liberius uacet, tanto integrus synceriusq; intendat, tāto frequētius uniat, tanto ardentius infigatur, quo minus circa exteriora diffunditur, & pro temporalibus sollicitatur, quo etiam amplius sp̄ualibus exercitijs deputatur. Nempe cum uirtus unita fortior sit q̄ dispersa, & pluribus intentus, minor fit ad singula sensus, cōstat, q̄ religiosus mentē suam tanto liberius, plenius, purius, frequentius, atq; ardētius potest & debet Deo unire, orando, laudando, meditando, contemplando, amando; quanto amplius ab exterioribus est abstractus, à secularibus sequestratus, à temporalibus absolutus & nisi sic agat, uocationem propriā non attēdit, beneficijs Dei abutitur, & negligit miser seipsum,

B uelut q̄ nauem sibi procurauit ad nauigandū, & scalam ad ascēdendum, non tamen nauigat aut ascendit. Hinc iuxta Climachū monachus est, quis solū ea quæ Dei sunt, agit, meditatur & loquitur, Christo unitus in omni loco, actu, atq; negotio. Studeamus igitur quantum fragilitas nra p̄mitit, cor nostrum dho Deo nō incessanter unire, infigere, cōstabilire, intente orādo, deuote psallendo, salubriter meditando, sapientialiter cōtemplando, seruenter amando, & dicatores proximos alloquendo, atq; in exterioribus q̄ agimus, intētionem referendo ad Dei honorem, distractiones & uanas cogitationes semper abiiciamus, cum per Micheam dominus comminetur: Vx qui cogitatis inutile. & Sapiens: Spiritus sanctus disciplinae effugiet s̄c. Mich. 6.

¶ sap. 8. & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Increate sapientia, p̄testatur Ego pro. 8. sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. ¶ Insuper omnes inordinatas affectiones uitemus, ut ad nullam rem creatam afficiamur, nisi secundū Deum, utpote in quātum utilis aut necessaria nobis est ad Dei obsequium, ad eius notitiam & amorem, ad compleendum in herendūm q̄ ei: sed & uerba illīcita, & opera prava, omnesq; negligentias, Deo iuvante, uitare conemur. Secundo debet religiosus esse bona fama, quemadmodum scriptū est, Curam habe de bono nominet: idq; ad Dei honorem, & proximorum ædificationem, ne quis scandalizetur in eo, quia uae homini per quem scandalum uenit sed Deus in ipso & per ipsum glorificetur, & fratres ædificantur, propter quod præcipit Christus: Luceat lux uestra Mat. 5. coram hominibus, ut uideat opera uestra bona, & glorificant patrem uestrum qui in celis est. Satage ergo o frater, ut nec ybo, nec facto inordinato quenq; offendas, ut per iram, impietatiā, insolentiam, leuitatem, nemini offendiculum ponas, neq; per somnolentiam aut pigritudinē in diuinis scandalizes astantes, imo mansuetudine, patientia, pietate, alacritate, & charitate tua, aliorum superes & extingas iram, impatientiam, duritiam, ignauiam, auersionem, atq; in uera, profunda, ac stabili humilitate facias uniuersa. O q̄ amabilis Deo, q̄ honorabilis angelis, q̄ utilis congregatiō est frater, q̄ ita se habet. Ita certissime se habuit felix & sanctiss. Nicolaus, q̄ eria in iuuenili ætate & habitu seculari, ante omnes assidue ac deuotissime frequētauit ecclesias, exemplarissimus fuit, columbina simplicitate repletus, cunctis amabilis, nullici molestus, mira humilitate ac mititate repletus. Tertio debet religiosus instar olei esse communicatiū, & misericordiæ uisceribus totus redundans, ut spiritualia misericordiæ opera tanto exhuberatiū affectu uel effectu exercat, quanto minus corporalia misericordiæ opera potest peragere. Cunctis itaq; in tribulatione positis, uniuersis afflictis, tentatis, infirmis, oppressis, uiscerose condoleat, omnīq; modo sibi possibili opem ferat, orādo, cōsolando, ac alijs modis, quatenus cum S. Iob dicere mereatur: Flebam quondam super eo quia afflictus erat, & Iob 30 cōpatabatur anima mea pauperi. Et item cum Paulo: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uoror? Absit omni ut quis tam malitiosus constat, ut de fratribus discordia, contentionē, ruina rideat aut latetur, cum sapiē dicat: In tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus: Cōcordia fratrum, amor proximo Ecc. 25. rum, & uir & mulier bene sibi consentientes, imo hoc nō solum ad quemlibet religiosum, sed ad omnem pertinet Christianum, discordantes pro uitibus concordare, litigantes sedare, &

c omnem

D. DIONYSII CARTHUSIA. SERMO V.

Dominem turbationē pro posse extinguere, omnīūmī paci & quieti diligenter cum omīis ynce ritate studere. Beati nanci pacifici. Et eum q̄ talis est, angelī pacis amant. Quarto debet religi osus esse in uerbis documentisq; utilis, ut sermo eius semp in ḡa sale sit discretionis cōditus, psal. 140 atq; ad eos q̄ foris sunt, ambulet sapient: & si quid loquatur, quasi sermones Deit ponatēr ori suo custodiā, quoniā qui se putat religiosum esse, non refrenans linguā suā, huius uana est re ligio; imo cum Salomon fateatur, Vidiſſi hominē uelocem ad loquendū ſtūtū magis ſpe randa est q̄ illius corrēctio, quāto magis religiosus, ſtad loquendū apparet uelox, ſtūtū ma gis q̄ corrīgibilis est putādus. Nec ſub p̄textu iuſtrictiō ſed dificationiſ ſtūtū, debet in mo nactio ſe, p̄cūtias ad loquendū ſed potius recordemur, quod ſanctissimus abbas Pambo, rogatus a fratribus loq̄ uerbum exhortationis, ALEXANDRINO antiftiti dixit: ſi non ſedificatur in ſilentio meo, non ſedificabitur in ybo meo. ¶ Porro, quāto minus incūbit nobis uerbis do cere & ſedificare, tanto copiosius faciantus hoc uirtuosis operibus, cōdecentia morum, effica cia exemplorum. Viuus nanci & efficax ſermoni eft sancta actionis exemplum, arque ut aſſerit Leo Papa, ualidiora ſunt exempla quām uerba, & plus eft docere opere quām fermone. Bonū ergo religiosi eft, ut in medio cogregationis irrehenſibiliter ambulans, factis & moribus ſuos edoceat frates, quid agere debeat, quid uitare. Ne quaquam itaque ocoſitati, loquaciatati, torpori aut negligentiā locum demus, ne ſimus non ſolum arbor infructuosa, ſed etiam male fructifera ac noxiua, spinas iniquitatum & tribulos proferens paſſionum, dicaturq; nobis: Quomodo conuersus es in amaritudinem uitis alienā? Etrūſus: Expeſtaui ut faceret uias, fecit autem labruscas. Erubescamus coram iudice ſummo, locum hunc inutiliter occu pare, uiliter conuerſari, opusq; Dei facere negligenterimo quotidie cum recēti feruore, cum diligentia pleniore, cum uigiliātori cordis custodia domino obsequamur, p̄fertim quām ad perfectionem tendere obligemur, & feruori non addere, ſi torporem incidere, proprie q̄d ad ſcriptura: Quum consummaverit homo, tunc incipiet. Et ſaluator: Cum feceritis, inquit, omnia que p̄cepta ſunt uobis, dicit: Seruū inuitiles fuimus; quod debuimus facere, fecimus. Iacobus quoque apoftolus terribiliter ſatis effatur: Quicunque totam legem impleuit, offen dat autem in uno, factus eft omnium reus. Ecce quāta ſolicitudine indigemus, quām diligentes nos eſſe oportet in cunctis obſeruantib; ordinis, ne paulatim euacuemur, ſed q̄dide in charitatis feruore, in cordis munditia, in omni uirtute & gratia proficiamus.

SERMO V. Quām fecundos in fructibus amoris, quām ſobrios & ſpiritu pauperes oporteat eſſe religiosos.

Oliuam huberent, pulchram, fructiferam, ſpeciosa, uo cauit dominus noſter tuū. Hie remia XI. Verba hāc de synagoga Deo olim complacita & electa, literaliter ſcripta, de beatissimo Dei electo Nicolao antiftite rite intelliguntur, qui fuit oliu huber & pulchra, quātum ad interiorē ſuā animā fecunditatem ac formositatem in charitati uis affectibus, & ſi dei ac ſapiențiae contemplationibus, in exercitio omni interno & ſplendore uirtutum, mirabilēq; fulgore donorum ſpiritus sancti ac fructum eius. P̄uenit enim eum dominus p̄auentione ſuperpijſima in benedictionib; dulcedinis, intantum q̄ dum infantulus baptiza retur, atq; materna adhuc ſugere hubera, appetuerūt in eo futurā ſanctitatis p̄cipue signa miranda. Sterit quippe erectus, quām undā regeneretur baptismatis: quarta quoque & ſexta feria ſemel duntaxat ſuxit puerulus hubera; ex quibus opinari quis poſſet, q̄ forte acceleratus ſuit in eo ſupernaturaliter uetus tunc rationis. Fuit in ſuper oliu fructifera & ſpeciosa, q̄ ad exteriorū actuum uirtuoſorū executionem affiduam, uenustissimorumq; morum deco rem. Nam & angelicum habuit apparatus, & interioris gratiā plenitudo refuſit in uultu ac moribus. ¶ Præterea tanta gratiarum in undantia p̄uenit eum ſpiritus sanctus, q̄ uiuens in ſeculo, & inter ſeculare conuertans, in numero exitis perfecto vni, etiam in adolescentia anniſimo & monaſtice uita apicem illico apprehendit, diuitias ſpernendo, caſtissime ſobrijsſi meq; uiuendo; atq; in intima deuotione cum omni humilitate ſeruendo altissimo. Et breuiter, tam perfecte uixit in ſeculo, q̄ eius conuertatio exemplar uirtutum eft omni religioso. Quod enim erectus ſtēt dum baptizabatur, quid aliud innuit, niſi q̄ in Dei obsequio debemus eſſe prompti ac feruidi, & mente ad Deū ſupenſi: iuxta illud loſuer: Seruite domino cor de perfecto atq; ueriflamo. Propter qđ I. Paralip. locutus eft Dauid: Tu fili mi, ſerui dño cor de pfecto & aio uoluntario. Simus ergo alacres in diuinis, niſi pigri, niſi oſcītates, inaſti, aut ſo mnoleti; & modicū iſtud obſequiū, quod dño Deo noſtro offerimus, cum gaudio ſpirituali, promptitudine animi, feruore ſuauē ei exhibeamus: quod maxime placet ei, qui corda ſcrutatur & reneſ, nec extētiora niſi propter interiora acceptat, ac iuxta charitatis ardorem ſeu initionem remunerat, præmiumq; eſſentiale largitur. Prop̄ quod aſſerit Auguſtinus: Niſi nume roſitas.

DE S. NICOLAO.

Fol. XIII.

Aroſitas operum, non diuturnitas temporum, ſed maior charitas, maioreq; uolūtas auget metritum. Idcirco charitatis feruori, augmento, p̄fectioni iugiter ſtudeamus, atq; ad hoc reliqua omnia noſtra exercitia ordinemus. Absolute nanci loquendo, ille eft melior, ille perfeſtior, Deoq; charior, qui in charitate eft excellētior, niſi qui uigilias lōgas protrahit, aut acrius abſtinet, ſeu corporaliter plus laborat. ¶ Inſup, per hoc q̄ beatissimus iſte confessor ſemel ſuxit hu bera quarta ſextaq; feria, edocemur, quātū abſtinentia & ieiunia placeant Deo, quātū gu lositas ei diſpliceat. In hac ergo uirtute ſectemur hunc ſanctum, p̄ſerim quoniā teſte S. Bene dicto: Nihil ita cōtrarium ac uitandum eft monachio, ſicut inmoderantia cibi & potus. Ex qua uidelicet uaria oriūtū peccata, uidelicet ſomnolentia, multoq; bonorum omiſſio, euagrande ac fabulandi cupidio, orandi, pſallendi, meditandiq; tedium, cōcupiſcentia carnis, diſtractio cordis. Hinc Cassiano narrante, ſancti patres diſſinierunt, ſobrietatem ſeu abſtinentiam, ſpiri tualis ac monaſticæ cōuerſationis exiſtere fundamentum. Quo conſtat, eum non poſſe profi cere, imo quotidie magis deficere, qui ſobrietati non ſtudet. Cū etenim filius Dei uniuersi liter dicat cunctis fidelibus, Videſſe ne grauentur corda ueſtra crapula uel ebrietate, aut curis huius ſeculi, quanto magis religiosos hoc adimplere neceſſe eft: cū & Paulus minetur, Sife R. o. 8. cundum carnem uixeritis, moriētini, itemq; Carnis curā ne feceritis in desiderijs. Quo mon Ro. 13. ſtratur, q̄ in cibo & potu neceſſitas, non uolupras, ſit exquirenda. Et certe qui tam faciliter excedamus in cibo & potu, imo tam difficile ſit noſ excedere in eisdem, atq; tot uirtutia naſcantur ex gula, oportet nos ad menſam cum Dei timore accedere, & ipsam corporalem refectionem ti morate accipere, nec in ea à Dei cōmemoratione cefſare, ac ſpiritus ſancti directionem in omib; bus inuocare. Certis quoque diebus rigorofiori abſtinentia danda eft opera. ¶ Denique per hoc, quod beatus & gloriouſus iſte confessor in iuuenili atate ſeculariſq; habitu, opes ſuas indigenitibus tam liberaliſſime eft largitus, inſtruitur liberalitatem diligere, ſupfluia quoq; abſtincere, nec ad neceſſaria ac conuicta affici inordinate, & ſi auferantur, non inſipienter triftari. Quanuis ergo corporalia quād demus non habemus, nihilominus dona ſpiritualia nobis de ſuper gratioſe confeſſa, quantum liber parua, confratribus & proximis noſtriſ ardente amo re liberaliſſimoq; affectu communicemus, iuxta quod princeps hortatur apoftolorum: Vnus quiſcq; ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes. Itaq; uerba p̄ea exhortatio nis, fraternalis correptionis, ſalubris informationis impartiatur quilibet fratri aut proximo, cū ingenti munificiſtimoq; affectu paratus ſeipſum impendere, & q̄cuid boni in ſe eft, diſſun dere & tranſferre in eos qui egenit, imo multo plus q̄ habet. Per hoc equidem homo ualde affi milatur ac placet ſupliberaliſſimo Deo, gratiaq; p̄cipuum promeretur ab eo. Nam ſicut ſe habet unusquisq; ad proximos ſuos, ita ad ipſum ſe habet Deus, quemadmodū ait ſaluator: Qua mensura mensuſt ueritatis, remetetur uobis. ¶ Præterea ponderemus, q̄ uereſtūdum & turpe ſi nobis, q̄ iam in cenobio conſtituti, & paupertatem profiſſi, tam inmoderate ac pueriſter ad parua quāq; afficiuntur, & propter ea, ſi tollantur à nobis, tam impudenter ſixamur, turbamur, ac uarijs paſſionibus concitamur, curieſa quoq; & ſuperfluia quārimus, retinemus, diſigimus: per quā omnia à diuini puritate amoris, & ſpirituali pfectu, à uera perfectione non mediocriter, imo miserabiliter impediuntur, cū ſanctus hic pater Nicolaus, in adolescentia ſua & uita uulgati massas auri & abundantissimas opes tam cordialiter ſpreuerit & cetera cuncta que habuit, quaſi non habens habuit, eisq; tantum ad neceſſitatem & utilitatem, non ad uoluptatem & ſuperfluitatem, eft uetus. ¶ Amplius, per hoc q̄ uirtute ex diuina reuelatione ad epifcopatum electus, inuitatus, impulſus, tam uehementer, tamq; humiliſter reſtituit ſaluberrimum p̄ftratur nobis pufillis, imperfectis, infirmis exemplum, omnē abiſciendi ambitionē, ne ad p̄ſidentiā quis aſpiret, ne ſeipſum quoq; modo, ſiu per ſe, ſiu per alios ingerat, ne ad ea rurſus conetur, qua ſemel propter Deū reliquit. Numerari enim culpae noſ queunt, quā ex ambitione naſcuntur. Et quod hoc maledicto infectus eft, quaſi in cunctis etiam bonis q̄ agit, ad ſeipſum inordinate reflectitur, uariasq; ſuſpicioſes, ſtultas & uanas curas, timores, afflictiones illabitur, & tribulat mifer ſeipſum, imo & alios ſape. Qui talis eft, uix ad ſynergetem pertinget, ſed inficitur & deuiat uehementer: & niſi fortiter refiſſat, uix curabitur, ſed p̄bit. Nihilominus multi (proh dolor) inficiuntur hac labo, hac trabe, hac aſinaria mola, ſecundum quod ſanctus exclamat Bernardus: O ambitione ambientum crux, quomodo omnes tor Bernard, ques, omnibus placēs: Verum ut ait Chryſtoſtomus, Quis eft qui cupit p̄fereſſe, niſi qui non timet diuini diſtrictionem iudicij? Quam ut dignum eft formidantes, ſubeffe & obedire, non p̄fereſſe atque p̄cipere, appetamus. ¶ Postremo, per hoc quod ſanctus confessor iſte Nicos laus, in epifcopali officio zelo iuſtitię ſic feruebat, nullius palpans peccata, & excedentes acriter increpans, docentur qui p̄ſunt, officium ſuum ſtrene exequi, iuſtiamq; zelare, & fine

D. DIONYSII CARTH. ENARR. EPIST.

personar. acceptione arguere, obsecrare, instruere, castigare. Docemur & singuli, ut nos ipsos quotidie discutiamus, dijudicemus, disciplinemus, purgemos, atq; diuini accendamus zelo honoris, sic ut ipsius Deum totis præcordijs ac uiribus honoremus, & eum à cunctis sicut honorari optemus, aliosq; pro posse, uerbo, factio & fama inducamus ad hoc.

IN FESTO CONCEPTIONIS GLORIOSISSIMAE VIRGINIS MARIAE.

ENARRATIO Lectionis loco Epistola: EGO quasi uitis fructificauit suavitatem odoris. Ecclesiastici xlviij.



Hieron. Secūdo commendatur S. Lucia à pudore laudabili, hoc est, à uerecundia bona. Est equidē uerecundia duplex, iuxta illud Ecclesi. Est cōfusio adducēs peccati, & est cōfusio adducēs gratiā & gloriam. Verecundia bona est erubescētia de p̄ctō p̄terito aut p̄senti, & etiā timor dē turpi ne accidat. De hoc bono pudore plerimā loquitur deus: Fōs mulieris meretricis facta est tibi, noluiti erubescere. Hac uerecundia carent indutri in uitis, & habituati in turpis, q̄ gloriātur in malis, nec de suis sceleribus erubescēt: q̄a eorū ratio est penitus obscurata, atq; p latū cordis eorū prorsus infectū est, ita q̄ praua iudicant bona, nec uirtutes, sed uitia sapiunt eis. Hæc bona erubescētia debet haberī in cōfessione, q̄a tūc cōfitebit de suorū turpitudine uitiorū coram deo & eius uicario cōfessore p̄cipue uerecūdari. Qui etiā pudor nō pagat mānuis culpam, & magnam debitam satisfactionis seu p̄cēnā tollit partē. Hinc ait Ambrosi: Erubescere debemus & cōdēnare p̄ctū, nō defendere: q̄niam pudore culpa minuitur, defensio ne cumulatur. Erubescētia ista de malo culpæ, actus est sapientia ac p̄cēnitentia. Ex cōsideratione etenim pulchritudinis, sanctitatis, dignitatisq; dei, gignitur castus pudor, q̄ homo erubescit coram deo turpiter & impie se habere, atq; de culpa p̄terita nō negligit p̄cēnitentem. Porro uerecundia mala est, quia homo ita de suis erubescit peccatis, q̄ ea abscondit, negat, excusat, & cōfiteri sincere postponit. Hæc est uerecundia pessima, que multos p̄rahit in infernum. Et utiq; ualde stultū est & iniquū, plus erubescere coram hominibus de cōfessione peccati, quam F. **Hieron.** coram deo de perpetratione ipsius. Ideo dicit S. Hieronymus: Quicquid puderat, pudet cogitare. Est ite quādam uerecundia mala, qua aliqui uerecūdantur agere bona: & si quid boni agere inueniantur, hinc erubescit. Id circa Gregorius loquitur: Sicut uerecundia laudabilis est in bono, ita reprehēsibilis est in malo. Erubescere enī malū, sapientia est: sed erubescere bonū, fatuitatis. Propter qđ ait Saluator: Qui me erubescit, & meos sermones, hunc & filius hoīs erubescet. Deniq; sancta Lucia casto & bono pudore fuit repleta, caruitq; uerecundia mala. Vnde in omnibus se coram deo habuit reuerēter, & Christū cōfessa est corā p̄sequeutore constanter. Cū enim Paschasius iudex ei iuberet idolis immolare, iuxta principum Romanorum decreta, ipsa respondit: Tu principum tuorum decreta custodis, & ego legem deimei custodiām. Tu illos offendere nō uis, ego deum offendere caueo. Tu illis placere desideras, ego deo placere desidero. Itaq; in hac uirtute beatā imitemur Luciā, & q̄ nostra p̄ctā sunt plura ac grā uiora, eo cordialius erubescamus de ipsis. Sic tamen erubescamus, ut ea nihilominus sincere ac integrē cōfiteamur. Nā publicanus peccata sua erubescendo in tantū, quod nec oculis audebat leuare ad cālum, & pectus suum tūdendo, meruit iustificari. Hinc Esdras ait uir iustus Deus meus, cōfundor & erubesco leuare faciem meā ad te, q̄m iniquitates nostræ multiplicatæ sunt, & delicta nostra reuerēti usq; ad cālū. Tertio cōmendatur sancta Lucia à taciturnitā te uirtuosa, q̄niam inutilia & illicita uerba diligētissime cauit, & nihilominus cōgruo loco & tempora

IN FESTO S. THOMAE APOSTOLI.

Fol. XXIII.

A tempore sapientissime loquebatur, inno pro Christianę fidei defensione, cū impterrita promētūdine loquebatur. Nempe, ut Salomon p̄testatur, est tempus tacendi, & est tēpus loquēdi. Cum enī Paschasius dixisset ad eam: Patrimonium tuum cum corruptoribus tuis expensi disti, ideo quasi meretrix loqueris, ipsa respōdit: Patrimonium meum in tuto cōstitui, corruptores autē mentis & corporis, nūquam cognoui. Cui Paschasius: Qui sunt corruptores mentis, & qui corporis? Ait Lucia: corruptores mentis uos estis, qui suadetis, ut anima ī sui defērāt creatorem. corruptores corporis sunt, qui tēporalē delectationē p̄praeponit delicijs semipiternis. Dicit Paschasius: Cessabūt uerba, cum peruentum fuerit ad uerbera. Ei Lucia: Dei, inquit, uerba cessare nō possunt. Cui Paschasius: Tu ergo es deus? Respōdit beata Lucia: Anna cilla sum dei. Ad quam Paschasius: In te ergo es spūs dei? Ait: Qui castē uiuunt, templū sunt spūs dei. Et Paschasius: Ego, inquit, ad lupanar te faciam duci, ut ibi uioleris, & sp̄ritum sanctum perdas. Respōdit Lucia: Nō inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Nam si me iniūtam feceris uiolari, castitas mīhi duplīcabitur ad coronā. Ecce quā sapientialis & secura, non formidolosa respōsto. Itaq; & nos laudabilem taciturnitātē discamus, & tēpore opportuno sa p̄tienter loquamur, uerbiōtate semp̄ uitanis, q̄a ut ait scriptura: Qui multis utitur uerbis, lædit animam suam. Et, Vir lingoſus nō dirigetur in terra. Hinc denuo legitur: Est tacens, q̄ in Psal. 146: uenit sapiens: & est odibilis, qui procax est ad loquendum. Est autem tacens, non habens sensum loquela, & est tacens, sciens aptum tempus. Homo sapiens tacebit usq; ad tēpus, lasci uis autem & imprudens non seruabit tempus. Itaq; uerba utilia & necessaria sunt dicēda; insutilia atq; superflua sunt uitanda. ¶ Præterea p̄tactæ uirtutes, ad feciminas & ad adolescentes ac adolescentulas p̄cipue pertinet, quia in eis uerecūdia & taciturnitas maxime collaudantur, quemadmodum etiam in uerecūdia & loquacitas in eis p̄sertim uituperantur. Iuuenes igitur & pueræ ab oīn loq̄citate & in uerecūdia se refrenāt. Hinc in libro de officiis scribit Ambrosius: Verecundia cum sit omnibus x̄atibus, personis, locis, temporibus apta, tamen adolescentes & iuuenes maxime decet. Et sicut artifex in materia cōmodiore operari aptius solet, sic uerecundia in ipsa quoq; corporis compositione plus eminet. Ait quoq; Bernardus: Quām pulchra ac splēdida morū gemma est uerecundia in uita & uultu adolescentis, quoniam uera atq; indubia bona spei est nūncia, bona īdolis index, uirga disciplina, expugnatix malorum, propugnatix uirtutū, custos famæ, decusq; uitæ. Parentes ergo & seniores instruāt filios suis & a frontosa audacia, & a garrulitate, & choreis & saltationibus cohibet. ant eos sicut tenentur, ne simul cum illis damnent. ¶ Postremo, deus omnipotēs sponsam suam ac martyre gloriōsam Luciā in sua passionē mirabiliter honorauit. Cū enī Paschasius fecisset aduenire lenones, ut eā ad locū turpitudinis duceret, eā mouere non poterāt. Fecit atq; Paschasius mīle uiros accedere, nec tñ ualebat eā de loco mouere. Deinde uiris adhibuit plura paria boū, & nihilominus uirgo sancta mansit immobilis. Videntes autē amici Paschasi eum angustiari, gladiū gutturi Lucia beatissi. infixerūt. Quæ nequaquam loq̄lam amisit, nec ab illo morta est loco quoq; sacerdotēs uenerūt, & corpus ei difficultē tradiderūt. Quo facto, feliciter misericordia ad Christū, q̄ cū deo patre & spū fētō unus est deus uiuens & regnans p̄ secula cuncta, Amen. Fuit autē beata Lucia diues ac nobilis genere, uirgo Syracusana, & passa est circa annū domini CCCX, tempore (ut fertur) Maxenthij. Reliqua quāre de uirginibus.

IN FESTO S. ANTONI THOMAE APOSTOLI.

¶ Enarratio Epist. Scimus qđm diligentibus dei oīa cooperantur in bonū. Rom. octauo: POSTOLVS in præsenti Epistola describit quasdam proprietates electorum, & quanta sit eorum beatitudine ac gratia. Ideo in solennitate hodierna & aliorum quorundam apostolorum, recte ista Epistola legitur, quia beati & gloriōsi apostoli inter electos dei sunt p̄cipui, atq; primiūs spiritus, id est, p̄cipua dona gratiae spiritus sancti p̄clarissime accepērunt. Ait ergo Apo stolus Paulus: [Scimus], id est, ego ceteris apostoli ac uiri perfecti certissime credimus, & ex diuina revelatione cognoscimus. Frequenter autem in scripturis scire pro cōdere sumitur, ut cum sanctus Ioh loquitur: Scio quod redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et Martha Christo ait: Scio quia cūq; poposceris ā deo, dābit tibi. Itemq; Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Itaq; scimus, [quoniam] i. quod [diligentibus deum] amore supernaturali infuso, [omnia], iam prospera quām aduersa, bona & mala, [cooperantur in bonū]. i. finaliter eis proficiūt ad salutem. Opera nanq; uirtuosa cooperantur eis in bonum directe, mala autem indirecte. Nam ubi abundauit iniquitas, abundat & gratia. Hinc de uiro iusto fertur in Psalmo: Omnia quæcumq; facit, prospera buntur. Sæpe q̄ppe contingit, ut q̄ grauius se peccasse perpendunt, eo cautiōres, humiliores,

Rom. 8:

Iob. 19:

Iohann. 18:

Ibidem:

Roma. 8:

Psal. 1:

fere

D. DIONYSII CARTHV. ENARR. IN EPIST.

Luke. 7. feruentioresq; fiant, sicut in Euangelio ait saluator: Cui plus dimittitur, plus diligit. Veruna D men istud nō accidit uniuersis diligentibus deum. Nam aliqui reprobri ad tempus meritorie diligunt deum. ideo subditur: [ijs qui secundum propositum uocati sunt sancti] i. prædestinatis natis, qui secundum diuinæ mentis decretum ad gratiam sanctificatam uocati sunt, finalem gratiam ac perseverantiam adepturi. Itaq; secundum propositum. i. diuinæ voluntatis intentum, & rationem prædestinationis æternæ uocati sunt sancti. i. per gratiosam dei uocationem sancti effecti sunt. [Nam quos præstiuiri] i. ab æterno saluando prænouit, hos [& prædestinauit], i. in sua æterna dispositione & prouidentia præordinavit, [conformes fieri imaginis filij sui]. i. filio suo unigenito naturali per dona gratiae in præsenti, atq; per dona gloriae in futuro assimilari. Adoptiua quippe filiatio electorum, est similitudo quedam filiationis naturalis diuinæ. Conformatur ergo electi filio dei dum fiunt filii adoptiui, quia per gratiam gratum facientem, charitatem & cætera dona spiritus sancti, sortiuntur quandam supernaturem assimilationem cu deo patre, cuius imago naturalis, perfecta & plena, est unigenitus filius eius, cum sit imago bonitatis paternæ, splendor gloriae, candor lucis æternæ, & speculum sine macula maiestatis dei patris, & figura sue character substantia eius. Assimilantur quoq; & filio, qui est uerbum, ueritas & sapientia patris, dum natura eorum intellectualis dono sapientia & dæuinorum contemplatione perficitur. Potest etiam conformatio ista referri ad filium secundum eius humanitatem. Sic enim prædestinati sunt cōformes fieri imaginis filij dei, ut coheredes sint Christi, & sicut portauerunt imaginem terreni, sic portent imaginem cælestis, hoc est, sicut similes fuerunt Adæ per culpam & fornicationem, sic similes Christo homini per gratiam & uitæ. [ut sit ipse] filius dei primogenitus in multis fratribus]. i. inter prædestinatos fideles, q; sunt fratres eius secundum naturam ipsius humanam, primatus tenens ordinem dignitatis, tanquam caput eorum, & primogenitura ius possidens, hæreditatem patris abundantius percipiendo, eamq; alijs distribuendo. Dicitur etiam Christus primogenitus mortuorum, qm p̄pria potestate surrexit, & fuit primus impassibilis resurgens. Porro, inquantu unigenitus, non habet fratres; sic enim est naturalis & unicus filius, uerusq; deus: sed inquantu primogenitus, fratribus habet, quorum natura affluit, qui & sua gloria erunt participes. Hinc ad Hebreos affirmitur: Non confunditur fratres eos uocare, dicens: Narrabo nomen tuum fratribus meis. Deindeq; bona prædestinationem sequantur, subiungitur: [Quos autem prædestinavit] deus ab æterno [hos & uocauit] ad fidem & gratiam per inspirationem internam, per instructionem angelicam suu per prædicationem humanam: quæ tamen sine interna uocatione seu motione & illuminatione non sufficit. [Et quos uocauit, hos & iustificauit] indulgentiâ conferendo, seu culpam eis dimittendo, & gratiam infundendo. [Quos autem iustificauit, illos & magnificauit] i. magnos fecit in felicitate & gloria: nam quodam tam ita magnificauit, alios magis magnificabit. Itaq; prædestinationem gratiam præparat, & respicit gratiam bonum finale. Vnde secundum Augustinum, Prædestinationem est præparatio gratiae in præsenti, & gloriae in futuro. Vocatio gratiam offert, & retrahit à peccato: iustificatio gratiam confert, & respicit bonum gratiae initiale: magnificatio gratiam consummat in gloria, & respicit bonum felicitatis æternæ. [Quid ergo dicemus ad hæc?] i. qualiter ista & tantam dei misericordiam in electis satis laudare possemus? [Si deus pro nobis] est, nos defendendo ac adiuvando, sicut est pro prædestinatis, Rom. 8. [quis contra nos?]. i. quis nobis nocere ualebit? Nullus utiq; quia omnia cooperabuntur nobis in bonum. Si enim tentemur à dæmonie, si infestemur à mundo, omnia per dei gratiam sunt nobis materia meritorum. Imo si corpus occidatur, anima per patiētiam coronatur. Ideo sanctus lobloquitur deo: Pone me iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me. [Qui] deus pater inter alia beneficia sua nobis impensa, seriam proprio filio suo nō pepercit] à passione & morte crucis. Quanuis enim filius dei ter orauerit, Pater si possibile est, transfer à me calicem istum, nihilominus pater uoluit eum pati: ideo subditur, sed pro nobis omnibus tradidit illum] manibus aduersariorum permisive, quia à proditore eum tradi permisit. Porro secundum Thomam in tercia parte summae sua, deus tradidit Christum tribus modis: Primo, qm ab æterno præordinavit per Christi passionem genus humani esse saluandum. Secundo, qm inspirauit ei uoluntatem patienti pro nobis. Tertio, permisive, ut dictum est. [Quomodo nō etiam cum illo omnia nobis donauit?]. i. per locum à maiori concluditur, q ex quo filium suum charissimum sibi consubstantialem, coqualem & coæternum, dedit nobis in saluatorem per incarnationis mysterium, iuxta illud Isaiae: Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, etiam cætera cuncta filio minoru præstiterit nobis in re uel in spe, & quantum in ipso est, & ad salutem nobis necessarium est. Angelos enim dedit nobis in conciues atq; custodes. Omnia quoq; corporalia subiecit fidelibus. Nam & corpora cælestia fecit in ministerium cunctis genibus,

DE S. THOMA APOST.

Fol. XXV.

A tibus, ut dicitur in Deuter. Omne gratia in præsenti, omnem gloriam in futuro dare paratus est, sic ut & filius cōtestatur: Si qd petieritis patrem in noë meo, dabit uobis. [Quis accusabit aduersus electos Dei?] Quasi dicat, Nullius accusatio poterit eis coram Deo nocere in hora judicij particularis aut gñalis. Possunt tamen iam fraternali accusari à proximis, & paternali corrīgia plaris: immo à dæmonibus aīæ electorū apud Christū iudicē accusantur, & frequenter Purgatorio adiudicātur: sed nulla accusatio poterit eis nocere, ita ut à Deo finaliter separantur. Ideo subditur: [Deus] est [q iustificat] electos, [qui est q cōdemnet] eos. Nullus utiq; qm Dei iudicio nullus potest resistere. Idcirco subiungitur: [Christus Iesus qui mortuus est] pro electorū salute, [imo qui & resurrexit] tercia die, [qui est ad dexterā Dei] residens, id est, in summo honore & patris æqualitate, inquitum Deus secundum humanitatem uero suam sedet ad dexteram patris, id est, in potiorib; bonis illius, [qui etiā interpellat pro nobis] secundū quod mediator Dei & hoīm. Vnde in I. Iohannis canonica scriptū est: Aduo catum habemus apud patrem, Christum Iesum iustū. Et ad Hebreos legitur: Christus sempiternū habet sacerdotiū, unde & saluare potest in ppetuum, accedēs per semetipsum ad Deum, semp ueniens ad interpellādum, p nobis, ostendit etenim patri latus & uulnera. [Quis ergo nos separabit à charitate Christi?] id est, qd tollit amor Christi à nobis: [Tribulatio] corporis, [an angustia] mentis, [an famis] an nuditas, [an psequitio] an periculū? id est, mortis discriimen, damnum, apparatus mortis, [an gladius?]. i. mors ipsa, aut mortis timor. Quasi d. Nullum horum separare nos poterit à Christi amore. [Sicut scriptū est] in psal. in persona iustorum ac martyrum: [Quia prop̄ te] o dñe Deus, id est, pp̄ter tuū amore, & prop̄ iustitiam, atq; ut te finaliter obtineamus pro felicitate obiecto, obiectaliq; p̄mio. [mortificam tota die], i. assidue tribulamur, & per quotidianas aduersitates ac psequitioes ad mortem deducimur: etiā nos ipsos sp̄te ac salubrī mortificamus, propriam uoluntatem frägendo, cōcupiscētias refrenādo, & per opa penitentia nos castigādo: [estimati], i. à psequitoribus ac uictiosis hoib; reputati & spreti, sumus ut oves occisiōis]. i. ut oves q̄ occiduntur, uulnra eay & carnes in occidētum ueniat usum. Hinc Christus dixit discipulis: Ecce ego mitto uos sicut oues in medio lupoz. [Sed in ijs oīibus] aduersitatibus [super] rāminis] oīa & cōmitem sustinēdo, [prop̄ eū qui dilexit nos], i. prop̄ Christi amorem, qui prior dilexit nos, & propter beneficiū grā eius, ciuius auxilio & airtute oīa inuictissime patimur, & etiā propter ipsum finaliter obtinēdum pro p̄mio. [Certusum enī, quia neq; mors, neq; uita] id est, amor uiuēdi aut uita uoluptuosa, [neq; angeli, q̄ sunt de ordine ultimo infimae hierarchie cælestis, [neq; principatus,] qui sunt de tertio ordine hierarchie p̄dicta, [neq; virtutes,] que sunt de eiusde hierarchie medio ordine, [neq; instatia] id est, silentia bona uel mala, [neq; futura] prospera uel aduersa, [neq; fortitudo], i. uolentia alicuius, [neq; altitudo], i. dignitas seculi huius, uel cornu humanæ p̄sumptionis, [neq; profundus], i. profunditas sapientie secularis aut philosophicæ, [neq; creatura alia] poterit nos separare à charitate Dei, q̄ est in Christo Iesu. i. secundū eius doctrinā & uoluntatē à nobis impeditur Deo, ita q̄ cum toto diligimus corde, ut docuit Christus. Vel dicitur charitas ista Dei esse in Christo Iesu, qm ea q̄ Christus p̄ nostra salute fecit ac pertulit, incitat nos ad actualē ac feruēdi Dei amorem. Itud dicit Apolostolus in persona suis ipsius & alioz apostolor, quos ex revelatione diuina sciebat esse cōfirmata in ḡa. Vel si istud intelligatur dictū in persona omnī p̄destinatore, referēdum est quantū ad separationē finalē. Nam quis interdū quidā eorū separetur ad tēpū à Deo per culpā mortalem, finaliter tñ separari nō possunt. Præterea, qd de angelicis spiritib; dictū est, nō est ita intellegendū, q̄ si angelii sancti uelint nos separare à Dei amore, sed q̄a etiā p̄ impossibile uelle hoc, non tñ id possent, iuxta quē sensum ait Apostolus: Licet angelus de cælo euāgelizet uobis p̄ Gal. 1. ter id qd euāgelizauimus, anathema sit. Verunt̄ per angelos p̄fatorū cælestū ordinum intelligunt qdā angelos malos, q̄ de ordinib; illis rūsile credūtur, de quib; ad Ephesios habetur: Nō Ephes. 6. est nobis collectatio aduersus carnē & sanguinem, sed aduersus principes & p̄tates &c. Expositionē textus huius epistole hic celeris træso, qm eam sup̄ epistolas Pauli diffusius elucidauit.

SERMO L. circa epistolam: De immensa Dei erga suos misericordia, & contra malos iustitia infinita.

Beatus quem elegisti & assumpisti domine. Psal. lxiiiij. Ad hoc dominus uniuersorum, Deus omnipotens, iustus, pius & sapiens, uniuersa cōstituit, ut sua in eis perfectio relucet. Porro inter perfectiones Dei, misericordia & iustitia magnum & altum obtainit locum, ideo Deus (cuius sapientia non est numerus) uoluit misericordiam atq; iustitiam suam in intellectibus ac rationabilibus creaturis manifestari. Quos ergo præordinauit ad hoc, ut finiter saluifiant, iij uocatur electi & prædestinati; quos autem perituros præuidit, præsciti reprobi, dicuntur, & illos uocat Apostolus uasa misericordie, istos nominat uasa ita. Hoc in spiritu R. Rom. 9.

Dent. 4: Ioh. 16:

Gen. 50:

Judit. 16:

1. Tim. 2:

1. Joh. 2:

Hebr. 7a:

psal. 43:

Matt. 16:

1. Joh. 4:

Gal. 1.:

6.:

6.:

6.:

6.:

6.:

6.:

6.:

6.:

6.:

6.:

D. DIONYSII CARTHVSIA. SERMO I.

psal. 64. **I**ustus propheta intelligens, locutus est Deo: Beatus quem elegisti & assumpsti. Vere beatus est, quem Deus ab aeterno elegit, & tempore sibi placente assumpit, id est, per charitatem & gratiam sibi in vita presenti coniunxit, deinde in caelesti regno per gloriam beatificem visionis sibi astrinxit, aut ita unire decreuit. Denique, de materia ista praedestinationis diuinæ & pscientiae ac reprobationis aeternæ, non est coram populo multum loquendum, neque incaute aut abundantius predicandum, quoniam vulgus non est tam alta materia capax, & facile ex tali sermocinatione occasionem sumit erroris, uel indecentis cōfabulationis. Verutamen quia Apostolus in praesentis festi epistola euidenter de ista scribit materia, aliquid in tangentam superficialiter & succinctim, quatenus Christiani aduertant, quantum DEO habeant regreatari de hoc, q̄ prae ceteris mundi gentibus, ad fidem salutarem gratiamq; baptismi uocatis sunt. Propter quod ait Hieronymus: Nihil felicius Christiano, cui regna promittuntur celorum. Non quod omnes Christiani saluantur, sed quia nullus homo nisi Christianus, saluatur tempore Euangelicae legis, cum Christus testetur: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Etrurus ibidem assertur: Qui non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filii Dei. Primo ergo uidendum est hic, quid sit praedestinatio. Et ad hoc Augustinus respondeat, quod praedestinatio est praordinatio rationalium & intellectualium creaturarum quarundam, ad aeternam beatitudinem certitudinaliter obtinendam. Etrurus: Praedestinatio, inquit, est preparatio gratiae in praesenti, & gloria in futuro. Cum enim ad supernaturalem felicitatem Deus creauerit hominem, ad quam nemo naturalibus potest pertingere viribus, sed per sola supernaturalia auxilia gratiae Dei, hinc q̄ in quibus Deus largitur gratiosa media pertingendi ad felicitatem aeternam, dicitur electi. Et quoniam Deus nil casu alter agit aut improuise, sed omnia sapientialiter ac prouidencialiter operatur, ideo isti quibus ab aeterno decreuit praestare dona & uirtutes, certiue ac finaliter ueram adipiscendi salutem, uocantur electi & praedestinati & uasa misericordiae, quia ex sola charitate, liberalitate & misericordia sua Deus hoc facit. Ceteri autem uocantur praesciti & reprobati, uasaciræ, quoniam propter eorum demerita iuste relinquuntur a Deo. Nunc ergo pselemus profundius, quam beatissunt electi & praedestinati, quam item miserisint praesciti ac reprobati. Cum etenim totum tempus uite praesentis, sit tanquam momentum & indiuisibile. Nunc, respectu futurae aeternitatis in uita sequenti, omnisq; tribulatio huius uite sit tanquam nihil coparatione futuræ felicitatis & gloriae: constat q̄ electi, quantucunq; duras ac diuturnas tribulaciones habeant in hoc mundo, nihil minus ualde beati censendi sunt, eo qd aeternam & infabili illam beatitudinem certissime sint uenturi. Ideo ait salvator: Beati estis cum maledixerint uobis homines, & perseguiri uos fuerint, & dixerint oīne malum aduersum uos mensientes propter me: gaudete in illa hora & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in celis. Imo quo grauiora hic patiuntur, eo feliciores sunt, dummodo ueram in Deo patientiam servent. Simili modo reprobati & praesciti, quantumcunq; temporaliter prosperentur, delicientur ac honorentur, prorsus miseri sunt & tanto infeliciores, quanto nunc abundantius atq; diuitius in proprijs desiderijs prosperari ac ambulare sinuntur, cum delectatio ac duratio uite isti us, nullius momenti sint, comparatione gaudij & perpetuitatis futurae felicitatis. Vnde de cælibus scriptum est: Impij uiuunt, subleuati sunt, confortatiq; diuitijs. Semen eorum permanet, eoram eis, & non est super eos uirga Dei. Ducut in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Denique, cum unusquisq; homo in seculo isto incertus sit, an praedestinatus sit, an certe praescitus est, ut uniuersi & singuli semper timorati, custoditi, solliciti simus coram iudice summo, & periculi nostri immensitatē iugiter uereamur, p̄sertim cum in laqueorum medio ambulemus, quos pauci euadunt, ita q̄ solum multo maior pars hominum, sed & multo maior Christianorum, in aeternum damnantur. O quanta est excæratio hominū, quanta insipientia mortalium, quanta peruersitas iniquorum, qui tam intiomorato uitioseq; uiuunt, quasi a Deo iudicandi non essent, & quasi non esset uita post uitam praesentem. Idcirco de eis beatiss. Moyses dixit: Gens absq; consilio est & sine prudentia: utinā sapient & intelligent, ac nouissima prouiderent. Et sanctus David filij, inquit, hominum, usqueq; graui corde: ut quid diligitis uanitatem, & queritis mendacium? Hinc etiam Salomon loquitur: Vsqueq; stulti ea que sibi no ciua sunt, cupient. Siquidem stulti sunt omnes, Deo non adherentes nec obediētes, quoniam bona carnalia & caduca preferunt bonis spiritualibus & supernis, imo summo, incomutabiliter & interminabili bono, quod est Deus sublimis & bñdictus, cuius comparatione totus mundus est uelut puluis exiguis; prosperitatem quoq; uite presentis breuem, incertam ac modicam, prædiligunt ac preponunt beatitudini regni caelesti inæstimabili & aeterna. Nonne uassimilari stulti sunt iij omnes; & tamen tam multi sunt, ut de eis illud Ecclesiastæ dicitur

Hieron. Iohā. 3. Agust. Luca. 6. Iob. 21. Deut. 32. psal. 4. Pro. 1.

IN FESTO SANCTI THOMAE APOST.

Fol. XXVI.

Actus: Stultorum infinitus est numerus. Præterea cum inter prædestinatos & præscitos nihil ita distinguat in seculo isto, ut charitas Dei, & amor sui, quia per charitatem Dei efficitur homo membrum Christi & ciuius Ierusalem, & per amorem sui (qui est amor improbus ac priuatus; quo homo diligit se in se, & propria delectamenta ac commoda querit, contra diuina præcepta) efficitur seruus ac membrum diaboli, ciuiusq; Babylonis. Hinc ad ueram & spiritualem dilectionem Dei ac proximorum, semper nos demus, in ea permaneamus, crescamus, & cōsumi memur omnem uero inordinatum, carnalem & feedū abiiciamus de cordibus nostris amorem rematicos in Deo, & inimicos proper Deum amemus, Dei honorem & gloriā feruide desideremus, eiū uniri, placere, aeternaliter q̄ uacare super omnia appetamus, & quicquid a Dei amore impedit aut auerterit, deficiamus. Nam ut ait Apostolus, diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Insuper, cum præinducta ita se habeant, attendamus quam uere & excellenter beatus fuit & est sanctus apostolus Thomas: quia non solum quoad propriam personam eminenter electus fuit & prædestinatus, sed etiam tam copiosissimum & innumerabilem populum infidelem conuerit ad Christum, & sua prædicatione, uirtutibus atque miraculis ad aeternam perdixit salutem. Nam (ut testatur Isidorus) glorioissimus iste apostolus euangelium prædicauit Parthis & Medis ac Persis, Hyrcanis quoq; & Brachmanis; & orientale ingressus plagi, remotoraq; gentium penetrans loca, usq; ad Indiam superiorē deuenit, atque ibidem, sicut alibi, plurimos couerit. Ideo fructuissima arbor fuit, & dicere potuit cum prophetæ: Ego autem sicut oliu[m] fructifera in domo Dei. Præterea admonemur in presenti epistola psal. 51: cōsiderare, q̄ indicibilis sit charitas, munificētia & misericordia Dei in suis electis: quia p̄ supernaturalia gratiaq; suarum charismata facit eos filio suo naturali cōformes, per charitatem namq; & ceteras uirtutes infusa, sunt amici & adopti filii Dei, q̄ & paternaliter eos tuetur. No ergo pusillanimus simus aut formidolosi, quoniam si Deum ueraciter querimus, si eum diligimus, si ei placere conamur, & ei pro posse in omnibus obedimus, ipse adiutor atq; protector est noster. Ideo ipso iuuāte hostibus p̄ualemus, dicens: Apostolo: Si Deus pro nobis, quis contra nos? Amplius, sicut hic docet Apostolus, hoc inter beneficia Dei p̄cipuum est, q̄ Deus pater oī potens proprio filio suo non p̄cepit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: in quo primo apparet in æstimabilis charitas Dei ad nos, iuxta illud B. Iohannis: In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut uiuamus per eum. Secundo, in hoc appareat misericordia Dei patris, quia intantum condoluit nobis per uita uiulneratis, atq; aeternam dānationis periculis expositis, q̄ unigenitum filium suum misit nobis in medicum animum, qui anima magis nostrarū languoribus mederetur, & uita nostra curauit, ab infernali quoq; interitu liberauit, & ad uerā perduxit salutem. Hinc ait prophetæ: Benedic anima mea dominum, & psa. 102: noli obliuisci omnes retributions eius: Qui propiciatur omnibus iniuriantibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas: Qui redimit de interitu uitam tuam, q̄ coronat te in misericordia & miserationibus. Tertio, in hoc appareat summa iustitia Dei, qua Deus maluit filium suum dilectissimum, tam amarissimum mortem pati, q̄ peccata manere inulta. Imo ut Esaias dicit, Deus posuit in eo iniqtatem omnium nostrū. Quarto apparet in isto incomprehensibilis liberitas dei, quia tam magnum bonū, uidelicet unicū filium suum, p̄fessit nobis: quem etiam quotidie in sacramento nobis largitur. Ex quo constat, q̄ bona maiora dare paratus sit, tanq; benignissimus atq; ditissimus pater, si tamen fiducialiter, humiliter, ac perseveranter orauerit, miserebitur eum. Nunc ergo indesinenter consideremus beneficia dei, charitatem, liberalitatem, & misericordiam eius super nos, q̄ in eius roboremur amore, ut ab ipso nihil nos queat auertere, eius intuitu & amore mortificemus salubriter nosmetipso. Nā ut ait Apostolus: Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitij & cōcupiscentijs. Non ambulemus in desiderijs uanis, ac prauis, sed in continuo dei timore, in arcta uia salutis, in charitate, sobrietate, humilitate, ceterisq; uirtutib; sic fructuosi ac gloriosi Thomæ, imo & Christisfectemur uestigia, q̄ dicit se in Chro manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Hoc est, qd ad Corinthis dicit Apostolus: Seper mortificationem Christi in corpore nostro circumferentes, ut uita Christi manifestetur in carne nostra mortali, vnde in eadē ait epistola: Pro oībus mortuus est Christus, ut q̄ uiuant, iam non sibi uiuant, sed ei q̄ pro ipsis mortuus est. Hoc modo beatiss. Thomas apostolus mortificauit se ipsum, & Christo, nō subiicit, uixit, sed innumerabiles pro deo persecutio[n]es patietissime tulit, infatigabiliter laborauit, signatas & remotissimas ingrēdo puerias, in quibus uaria ac pessimas inuenit abusiones, quas extirpauit ab eis: i quārum una haec fuit, q̄ marito alicuius mulieris defuncto, uxor eius bene uestita, ornata, uiua sepeliebatur cum eo. Vnde in Itinerario S. Clementis narratur, quē madmodum sanctus Thomas existēs in India, misit principi apostolorum factatissimum Petro epistolam de hoc ipso:

i. iobi. 2. Co. 4. 1. Co. 5.

D. DIONYSII CARTHV. ENARR. IN EVANG.

¶ Enarratio Euangelij. Misit Iesus duodecim discipulos suos, præcipiens eis & dicens &c. Matthæi x. Lucae x. Marci vi.

Hodierno in euangelio legitur, qualiter Christus ante passionem suam misit duodecim apostolos ad prædicandum in Iudea, dans eis uirtutem faciendo magna & præclara miracula. Vnde euangelium istud in solennitate Thomæ apostoli legitur, qui post Christi passionem usq; ad fines mundi missus est prædicare, atq; innumerabilibus præclaris miraculis miras culis coruscavit lœge lateq;. Itaq; Mattheus ait: [Misit Iesus duodecim discipulos suos] id est, apolos, q; inq; discipulos Christi fuerat principales. Misit aut; eos ad prædicandum cibinatos. i. duos simul, ut dicit Marcus. [P]cipiens eis, & dicens: In uiam gentium ne abiuritis. Hoc est, nō eatis ad prædicandum gentilibus. [& in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis] ad prædicandum eis, similiter nec in illas, nec in castella eorum. ¶ Porro Samaritani erant natione gentiles, natu ex his quos rex Assyriorum adduxit, habitareq; fecit in terra decem tribuum Israël, cum cepisset & transtulisset tribus easdem, prout libro quarto Regum plenius edocetur. Recepéruntq; Samaritani quinq; libros Moysi, non prophetas. [sed potius ite ad oues q; perierunt domus Israël.] Ordo uerborum est: Itc ad oues domus Israël quæ perierunt, id est, ad homines Israëlitice pluribus, qui oues Dei fuerunt, aut esse debuerunt, iuxta illud Psalmista: Nos autem populus eius & oues pascue eius. Hi perierunt, id est, damnationi fuerunt obnoxii per proprias culpas, & spiritualiter mortui erant peccando. In primo quoq; parente per originales peccatum perierant. Itaq; sicut Christus de seipso afferuit, Non sum missus nisi ad oues que perierunt domus Israël, quoniam ante passionem suam in propria persona prædicare missus non fuit nisi ludæi, tanquam peculiari & fideli populo Dei, cui aduentus Christi specialiter fuit per prophetas promissus; sic Christus ante passionem suam discipulos suos non misit, nisi ad prædicandum ludæis, ut uel credendo & obediendo saluarentur, uel non credendo inexcusabiles redderentur. Honorandi quippe erant ludæi, quia ex semine patriarcharum descendentes, & legem habuerunt à Deo per Moysem datam, atq; ex eis Christus ac eius apostoli nati sunt. ¶ Porro post suam resurrectionem Christus præcepit apostolis: Euntes in mundum uniuersum, prædicate euangelium omni creatura. Nec tamen apostoli hoc præceptum sunt exequi, nisi postquam prædicauerunt ludæis per plures annos, & pro maiori parte fierent induciti. Tunc nang; iusta facta est transmigration apostolorum ad gentiles. Hinc Paulus & Barnabas dixerunt ludæis: Vobis oportet hunc primum loqui uerbum Dei; sed quoniam repulisti ille ludæi, ecce conuertimur ad gentes. [E]t uite autem prædicante Iudeus, dicens: Quia appropinquit regnum cælorum. Hoc est, beatitudine & gloria regni cælestis. Nam Christus sua passione pro totius mundi satisfaciendo peccatis, aperuit ianuam regni cælestis, id est, impedimentum intrandi illud deleuit, & meritum introeundi cōmunicauit hominibus. Obediendo etenim patri usq; ad mortem, & crucis patibulum suffixendo promeruit, quantum in ipso est & sufficienter, cunctis hominibus cælestis regni ingressum, suumq; meritum communicauit hominibus. Sed quia doctrina Christi & apostolorum supernaturalis fuit, & de secretis cælestibus, idcirco saluator dedit apostolis uirtutem & gratiam faciédi miracula, quæ sunt apta proportionataq; media, utpote supernaturalia argumenta ad probandum ueritatem fidei Christianæ & euangelicæ synceritatem doctrinæ. Hinc ait: [Infirmos curate, mortuos suscitare, leprosos mundare.] Hoc est, uestris orationibus impetrare hominibus beneficia ista, ita q; supernaturaliter, efficienter, principaliter præstentur à Deo, instrumentaliter uero & dispositiue à uobis. Veruntamen apostoli ante Christi passionem non leguntur aliquem mortuum suscitasse, sed Marcus afferit q; dæmonia plurima ejecerunt, & agros aliquos curauerunt. [Gratis accepisti?] i. absq; precio & merito nō accepisti? à me dona gratia gratis date, uidelicet uirtutem faciendo miracula, & etiam dona gratia gratum facientis. [Gratis date.] Hoc est, pure propter Deum, non temporalis lucri aut auoris intuitu, alijs communicate beneficia ista, & sacramenta ecclesiæ, informationem, ac cetera spūalia bona, pro quibus nihil sumerendum est per modum precij & initii paci, ne spūalibus temporalia comparentur, quia hoc simoniacum esset, quoniam si aliquid accipi possit tanq; stipendium uitæ. Hinc princeps apostolorum in prima sua hortatio canonica: Vnusquisq; sicut accepit gratia, in alterutru illa administrantes, sicut boni dispeñatores multiformis gratia Dei. Hinc quoq; idem beatissimus Archiapostolus, ut legitur in Actis, dixit Simoni Mago, uolenti emere potestatem dandi spiritum sanctum: Pecunia tua te cum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimat pecunia possideri.

¶ SERM O II. circa euangelium: De charitate S. Thomæ ad Christum, promptaq; eius resignatione ad mortem, de fraterna charitate, & quod nesciimus qui quicquā negare debemus quod impendere possumus.

Dixit

DE S. THOMA APOST.

Fol. XXVII.

Admodum euangelista refert Iohannes, quando Lazarus frater Maria Magdalena ac Martha grauiter egrotabat, miserunt sorores eis ad IESVM, dicentes: Domine, ecce quem amas, infirmatur. Cumq; dominus Iesu uellet ire ad Bethaniam, in qua habitauerunt Maria & Martha, & apostoli trepidarent, dicentes: Domine, iam quarebant te ludæi lapidare, & tu Ioh. ii. iterum uadis illuc: beatus apostolus Thomas eos exhortans ac roborans Eamus, inquit, & nos, & moriamur cum illo. In quibus uerbis ostēdit charitatem suam ad Christum magistrum ac dominum nostrum, bonum quoq; propositum suum ad moriendum simul cum Christo, & pro eo. Et quanvis sanctus ille apostolus, instante Christi passione, dum ipse ab impijs casu peretur, à proposito fortitudinis suæ ceciderit, quia cum coapostolis fugit, tamen post Christi ascensionem & spiritus sancti missionem constantissimus mansit, atq; fortissimus fuit usq; ad mortem. Nam Christo præcipiente perrexit ad Indos, cum tamen ad nullam gentem tam inuite iuisset, sicut ad illos, quantum in se erat. Nihilominus domino id iubete, promptissime iuist ad eos. Quū etenim S. Thomas apud Cœsaream esset, apparuit ei Christus, dicens: Rex Indiæ misit præpositum ad querendū hominem arte architectonica eruditum. Veni ergo, & mittam te ad illum. Cui Thomas: Domine, quo uis mitte me, præterea ad Indos. Dixitq; eidem dominus: Vade securus, & ero tecum, cumq; Indos conuerteris, ad me cum palma martyris uenies. Cui Thomas: Dominus meus es tu, & ego seruis tuus, fiat uoluntas tua. ¶ Ecce in his uerbis multa nobis proponit uirtutum opera imitanda. Primo, ut sicut B. Thomas coapostolos hortabatur ad eundem cum Christo, atq; ad moriendum cum ipso, ita & quilibet nostrum, quantum potest & obligatur, proximos suos hortetur ad bona agēda, ad exercitia uirtuosa, ad fersuidum Dei obsequiū. Quod quāuis ad superiores & p̄dicatores ac patris potissimum specter, quilibet tamē Christifidelis ad hoc ipsum aliq; modo astringitur, tam ex charitate Dei, q; ex dilectione, pximi. Si enī Deū super omnia uere diligimus, restat ut cum ab omnibus honorari optemus. Idcirco proximos nostros ad Dei uenerationē ac seruitute pro posse debemus inducere. Hinc in Apocalypsi ait Iohan. Qui audit, dicit, Veni, i. q; percipit & cognoscit aliquid esse uirtutem. Apo. xxviii. euole agendū, proximos suos inuitem ut ambulet secum in via uirtutum. Vnde ad Hebreos dicitur Adhortamini uosmetipos p̄ singulos dies, ut nō obduretur quis ex uobis fallacia peccati. ¶ Porro uidemus in seculo isto, q; serui magni & prælati, ac principum grauiter indignatur, si q; inferior, platis principibusq; eis reuerētiam debitā nō impendat. Vnde & impensis illis ille Malchus dño Iesu Christo alapā dare p̄sumpsit, eo q; (ut sibi apparuit) Chrs nō fastis reuerēter respōdit p̄tifici. Qui igitur proximos ad diuinam honorificiam maiestatis inducere nō conatur orādo, hortādo, docendo, corripēdo, exēplariter cōuersando, aut aliq; modo sibi possibili ac decente, neq; de inhonoratione altissimi creatoris sui cordialiter contristatur, à Dei amore se uacuū esse testatur. Ideo ait p̄pheta ad dñm: Tabescere me fecit zelus meus, quia oblitus sunt uerba tua inimici mei. Itemq; Docebo, inq; iniq; uias tuas, & impij ad te cōuerten- psal. 108. tur. Secundo, ad ista exhortationē proximis impendendā, astingimus ex charitate fraterna, q; omnes homines sicut nosipos spūaliter amare tenemur. Si etenī proximos nostros tanq; nos ipsos sincere diligimus, certum est q; ea fine q; bus salutē consequi nequeunt, persuadēbimus eis, hortādo eos ad bona agēda, & ad uitia relinquenda. Hinc eppe ad fraternā correptionem omnes tenemur. Videamus q; homines ad eundem locum proficentes, hortantur se inuicem ad eundem: similiter q; contra eosdem aduersarios præliantur, cohortātur se mutuo ad pugnam. Quū ergo omnes Christiani sint conuiatores & commilitones, ad eandem cælestem patriam gradientes, & contra malignorum spirituum, uitiorumq; aciem bellum iuge habētes, debent se inuicem ad gradiendum per arctam uiam salutis, atq; ad resistēdum peccatis hortari, sicq; sibi inuicem ad salutem cooperari. Hinc ad Galatas dicit Apostolus: Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Et ad Colossenses ait: Super omnia charitatem habete, docentes & commonentes uosmetipos. Vē itaq; eis, qui uero aut exemplo alios trahunt ad culpam & perditionem, aut male agentibus blandiuntur, arident, consentiunt; quia per hoc participes fuunt illorum in uitis. ¶ Præterea, hoc modo sanctus apostolus Thoma seruūtūmus fuit exhortator hominum ad uirtutes. Quū enim à regie India copiosam accepisset pecuniam pro palatio fabricando, & rex per biennium esset absens, sanctus Thomas toto biennio prædicationi fuit intentus, plurimosq; conuerit, pecuniam quoque dedit pauperibus. Imo dum adhuc esset in via ad Indiæ regem, atque in urbe quam nuptijs interesset, quas rex quidam sue filie fecit, ipse apostolus ad regis peritioem sponsos ac sponsas benedixit. Quibus paulopost Christus in somno apparuit, & apostolum ianuis clausis introduxit ad illos. Dum ergo apostolus sponsum ac sponsam ad virginitatem seruan-

e iii dam

D. DIONYSII CARTH. SERMO II.

dam cohortaretur, apparuerunt eisdē angeli duo, dicentes: Nos sumus angeli uobis ad custodiā deputati. Qui si apostoli monita seruaueritis bene, offeremus Deo omnia desideria uestra. Sicq; spōsus & sponsa sunt conuersi ac baptizati à Thoma apostolo, in uirginitate manentes & spōlus ipse nomine Dionysius, ciuitati in qua ista cōtingerant, est episcopus ordinatus. Sponauero sacro uelamine consecrata, post longum tempus martyriū est perpessa. Secundo doceatur, ut eamus cum Christo, ipsum sequendo, & hoc duplicitate: Primo, indigentibus pro posse subueniendo, quēadmodum Christus à Maria & Martha rogatus, iuit ad eas ad suscirādum fratrem earum defunctum. Secundo personaliter, exemplo Christi uirtuose uiuendo. Debemus igitur proximis nostris charitatue succurrere, obsequiisq; esse, cū dicat Apostolus: Per charitatem seruite in se. Nam & naturalis lex exigit, ut unusquisque faciat proximo, propter ut sibi fieri uult ab illo. Quod quām expediens sit, Salomon pandit, dicendo: Frater qui adiuuat fratre, quasi ciuitas munita. Hinc loquitur & Christus: Omnipotenti te, tribue. Si ergo proximus querat à nobis auxiliū, consiliū, obsequium, quicquid rationabiliter petat, charitatiue & pie impatiendum est ei. charitas namque nō quārit quæ suū sunt tantum, sed alijs pro posse assilit. Hoc modo proximis suis succurrunt, qui ad opera misericordie corporalia ac spiritualia prouident, de quibus ait saluator: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiā consequentur. Vnicuique equidem subueniēdum est in his, in quibus amplius indiget, ita ut qui tristis est, consoletur: qui infirmus, uisitetur; qui laesus, curetur. Vnde ad Theſſalonicenses dicit Apostolus: Corripite inquietos, cōsolamini pusillanimes, suscipe infirmos, patientes esto te ad omnes. ¶ Porro ad istud insinuandum, dominus noster Iesus Christus in cena nouissima pedes apostolorū lauare dignatus est. Quo facto, loquutus est eis: Scitis quid fecerim uobis? id est, quid istud quod uobis feci, significet. Vos uocatis me, Magister & Domine, & bene dicritis sum etenim. Si ergo ego laui pedes uestrorum magister & dominus uester, & uos deberis alter alterius lauare pedes, hoc est, mutuo humiliter deseruire. Itaque sicut gloriōsus princeps apostolorum protestatur de CHRISTO, quod pertransit benefaciendo, & sanando omnes oppresos à diabolo, ita & quilibet nostrum (si uere est Christi minister ac membrum) debet proximis benefacere, quantum potest & ratio dicit, lexq; diuinā requiri. ¶ Præterea hoc modo beatus apostolus Thomas proximis copiose, spiritualiter, corporaliterq; subuenit, ignorantes docendo, perfidos conuertendo, pauperibus eleemosynas tribuendo, infirmos quoq; curando. Quoniam enim regem Indiæ eiusq; fratrem & multum populum conuertiſſet ad fidēm, omnem plebem illius prouinciæ conuocauit. Quibus congregatis, debiles & infirmos fecit stare seorsum, & orauit pro eis, cumq; qui docti fuerant, respondiſſent, AMEN, coruscatio de celo ueniens, tam apostolum quām alios per horam fere mediā sic prostrauit, ut omnes se putarent iactu fulguris interisse. Erigens autem se apostolus, dixit: Surgite, quoniam dominus meus sicut fulgur uenit, uosq; sanauit. Exurgentes igitur omnes, Deum glorificauerunt atque apostolum. ¶ Secundo, CHRIS TVM sequi debemus personaliter, uirtuose uiuendo, hoc est, Christi uirtutes sequendo, charitatue, humiliter, timorate, patiente, mansuetate, constantenter, sobrie atq; simpliciter conuersando. In aniter nanque & ad grauiorem sui damnationem, Christianus à Christo uocatur, qui Christi uirtutes non imitatur. Hinc ad Ephesios ait Apostolus: Obsecro uos in domino, ut digne ambuletis uocatione q̄ uocati estis, cū omni uirilate & māfuetudine, cum patientia supportantes iniūc in charitate, solliciti seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. O q̄ compendiosissimum & saluberrimum documentum. Tertio edocemur, ut simus parati mori pro Christo, imo & pro proximis nostris, Christi mēbris & tempore opportuno. Hinc Iohannes dicit: In hoc cognouimus charitatem Dei, qm̄ ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Ordo equidem exigit charitatis, ut primo & super omnia atque incomparabiliter diligamus dominum Deum, deinde nosipos, tertio proximos, quarto proprium corpus seu uitam corporeā. Ideo primo debemus esse parati ad moriendum pro Deo, ut si potius mori, & omnia pati aduersa & asperita eligamus, q̄ Deum per peccatum mortale offendere. Proximos quoq; magis quām proprium corpus diligere obligamur, idcirco in casu debemus esse parati corporalem ponere uitā pro illo & salute. Imo q̄tidie cum Chfo, & pro eo aliqualiter mori debemus, cū ipse dicat: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suā quotidie, & sequatur me. Qui etenim cum omni diligentia cor suum custodit, & corpus suum castigat, salubriter mortificat seipsum, eo modo quo ait Apostolus: Mortificate membra uestra quæ sunt super terrā. Quæ mortificatio non est, nisi cohibitiō membrorum ab omni uisu seu opere malo, ne per linguam loquamur uebra illicta, nec p manus faciamus prohibita, nec p pedes curramus ad opera uisitiosa, sed neq; in choreis saltamus uelut uituli & camelini; nec suffici malā uitare, sed membris bene

DE S. THOMA APOST.

Fol. XXVIII.

A bene uti oportet ad exercendum opera uirtuosa. Hinc Romanis scribit Apostolus: Sicut exhibuitis membra uestra seruire immunitate, & iniquitatā ad iniquitatem, ita & nūc exhibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem. ¶ Postremo, istud felix & S. apost. Thomas implevit præclare. Si quidem pro fidei ueritate & Christo, mortem promptissimo passus est animo, ut sequenti diceretur sermone.

¶ SERMO III. De B. Thome integritate, & duodecim uirtutum gradibus quisbus populum instruxit, dec̄ stupendis circa corpus eius exhibitis diuinis miraculis.

Dixit Thomas: Domine, nescimus quo uadis, & quomodo possimus uiam scire. Respo-

didi Iesus: Ego sum uia, ueritas & uita. Nemo uenit ad patrem nisi per me. Iohannis de-

cimo quarto. In pulcherrimo ac sapientissimo illo sermone, quem dominus noster Iesus Chri-

stus post cenam novissimam fecit apostolis, scripta sunt uebra ista. Cum enim dixisset Chris-

tus, Vadoparare uobis locutus & addidisset, Quo ego uado scitis, & uiam scitis, sanctus Apo-

stolus Thomas dixit: Domine, nescimus quo uadis, & quomodo possimus uiam scire? Cui respo-

dit Saluator: Ego sum uia, ueritas & uita. Ac si diceret: Cum ego sim uia, eo ipso quo me

scitis, uiam scitis. In his uebris multa innuuntur, quæ nobis imitanda consistunt. ¶ Primo enim in his insinuatur diligentia Thomæ apostoli, q̄ tam aude inquisuit intellectum ue-

borum Christi ab ipso: ita & nos cū aliqua sacra scriptura uebra audimus aut memoramus;

quorum intellectum non capimus, instructionem & expositionem à sapientioribus inuesti-

gare debemus. Sacra nanc̄ scripture est uelut epistola nobis à spiritu sancto missa, ideo uebra

eius diligentissime debemus adueterē, & sensum attendere: alia paruipendimus uebra spiri-

tus sancti, imo & spiritum sanctum in honorem. Si rex aut princeps terrenus destineret alia

cui urbi aut personæ epistolam, nonne indignaretur & contemptum se iudicaret, si uerba aut

persona illa eius epistolam parum adueteret, nec intelligere eam curarer? Quanto magis de-

us maiestatis immensa indignabitur nobis, si uebra scripturæ diuinæ non multum aduertia-

mus, nec intelligere ipsa satagimus? Hinc Ecclesiasticus dicit: Auris bona cum omni concu-

piscientia audiit sapientiam. Et sanctus Moyses loquituri Interrogā patrem tuū, & antiuincia-

bit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. ¶ Secundo, in uebris istis insinuatur humilitas B. aposto-

li Thomæ, quia ignorantiam suam non erubuit confiteri, sed ait: Domine, nescimus quo uia-

dis. Sed circa hæc quæſtio oritur: Videatur nanc̄ Thomas uebris Christi contradixisse. Si quis

dem Christus dixit, Quo ego uado scitis, & uiam scitis. Ad quod Thomas protinus est locutus: Domine, nescimus quo uadis, & quomodo possimus uiam scire? Et respondendū quod

Thomas apost. nequaq; intendebat uebris Chfo magistrī sui contradicere, nec putauit ea fal-

Rom. 6;

Eccle. 3;

Deut. 32;

Ioh. 14;

Joh. 14;

Ioh. 14;

Propterea saluberrime monet Apostol. Estote imitatores dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos. & tradidit semetipsum pro nobis. Princeps quoq; apostolog in prima sua cano-

Ephes. 5;

nica ait: Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. 1. Pet. 2;

hōc est, humilitatis, patientiae, mansuetudinis, charitatis eius exempla. ¶ Præterea qm̄ Chri-

sti uestigia sic sequi oportet, ideo sanctus Apost. Thomas docuit populu quem cōuertit, duos

decim gradus uirtutū, per quos uelut p scalam ad fontem beatitudinis deinceps conseruentur.

Primus gradus est, ut in deum crēderent, qui est in essentia unus, & in personis trinitus. Fides

hanc est oīm fundamēntū uirtutū, sine qua impossibile est deo placere. Secundus gradus est,

ut sacrū baptismū susciperet. In adultis enim baptizandis fidei instructio debet baptismū sus-

ceptionē præcedere. Propter qd dixit apostolis Christus: Euntes docete omnes gentes, bapti-

Matt. 28;

zantes eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Vbi ait Hieron. Primo, doceant gentes; Hieron.

et iiii deinceps

D. DIONYSII CARTHVSIA. SERMO III.

deinde doctos baptizent. Tertius est, ut se à fornicatione abstraherent. Hoc enim uitium ados. D
 s. Cor. 6. deinceps ac iuuenes magis impugnat, & per uitium istud efficit homo oīno carnalis & accidiosus, ac bestialis, atq; in propriū corpus peccat, qd de honestat, & de membro Chri efficit mem
 brū meretricis, imo seipsum facit habitaculū dæmonis, q; per p̄fici luxuria possidet maxime
 genus humanū. Quartus est, ut auaritia deuitarenti: Nempe in senioribus luxuria tepeſcēt, &
 auaritia solet magis uigere. Imo multos cōspicimus, q; quāto plus uitant luxuriam, tanto ampli
 us se demergunt in auaritia insaniā uitiofam. Cuius tāta est grauitas, ut A postolus auaritiam
 idoloꝝ noīter seruit. Sicq; auari cōparantur idololatria: Nā sicut idololat̄a idola plus co
 lūt q; uerum deū, ita auari rebus uilibus & terrenis magis q; deo summo inhārent. Ex auaritia
 q; q; nascuntur fraus, rapina, mendaciū, furū, testimoniu falsum, puerum iudiciū, & innume
 rabilia mala, imo & latrociniū. Quintus, ut gulā restringerētq; gula nō aiām trñ, sed corpus
 quoq; occidit, grauatis om̄nolentia, pigritia, cōcupiscentia, luxuriam causat. Ideo ait saluatorē
 Luce. 1. Vide te nō corda uestra grauent capulā, uel ebrætate, aut curis huius seculi. Et Petrus apost.
 1. Petr. 5. Sobrij, inq; estote & uigilate. Sextus est, ut in penitentiā p̄manerent, p̄ctā iugiter detestādo, &
 de fteritis opportunitis horis dolendo. Semper enī displicere debet homini, q; peccauit. Contra
 Bernard. qd faciunt, qui mala sua præterita cū risu recitant atq; lætitia, cū tñ dicat Bernard, q; nihil sic
 displicet deo, sicut exultatio in p̄ctis. Septimus, ut in his ac cæteris bonis p̄seuerarēt. Sola nāq;
 perseuerantia coronatur, Christo dicente: Qui p̄seuerauerit usq; in finē, saluus erit. Octauus,
 Mat. 24. ut hospitalitatē amarent. Hoc nāq; est unū dī operibus misericordie. Vnde & princeps ap
 Mat. 25. postologe in prima sua epistola cohortat: Hospitalē in uiuē sine murmuratione. Nonus, ut
 1. Petr. 4. uoluntatem dei in agendis q̄rerent. Decimus, ut eam quærerent etiam in non faciendis, ut s. E
 ea agerent q; cōplacent deo, & illa uitarent que displicent ei. Vnde ad Rom, dicitur: Probe
 Rom. 12. tis que sit uoluntas dei bona, & beneplacens & perfecta. Dei nāq; uoluntas, primaregula est
 omnis iustitiae ac uirtutū. Undecimus, ut amicos & inimicos diligenter: hoc enim necessariū
 Mat. 5. est ad salutem, cum Christus p̄cipiat: Diligite inimicos uestrós, benefacite his qui oderunt
 uos. Duodecimus, ut in his obseruantis curam haberent peruigilem. ¶ Præterea cū B. Thos
 mas innumerabiles homines in inferior India, Perside, ac Media conuerterent, superiore In
 diam est ingressus, atq; innumeris ibi coruscavit miraculis, & copiosissimam plebem conuera
 tit. Cumq; uxorem Carissim cognati regis, & regis coniugi cōuerteret, à Carissimo in carcere mi
 sus est. Deinde ligatis manibus presentatus est regi, qui fecit apostolum nudis pedibus super
 ferreas laminas stare ardentes. Moxq; per omnipotentia dei, fons ibi erupit laminas illas in
 frigidans. Tunc rex fecit apostoli in ardente factari fornacē, de quo B. Thomas die sequen
 ti exiuit illæsus. Cumq; rex ei iussisset ut solem adoraret, flectens apostolus genua, dixit: Ecce
 adoro, sed non solem aut eius simulacrum, sed dominū meum Iesum Christum in cuius nomi
 ne imbeo tibi dæmon, qui in illo simulacro latitas, ut illud cōminuas: & statim in star cere est
 liquefactum. Tunc sacerdotes idolorū dederūt mugitum. Pontifex uero eorum elevans gla
 dium, occidit apostolum, dicens: Ego uindicabo iniurias dei mei. Rex autem atq; Carissimus ui
 dentes, quod populus uellet mortem apostoli uindicare, fugerūt. Christiani uero gloriosum
 corpus apostoli cum ingenti reverentia sepelierunt. ¶ Insuper sicut fertur, postmodum cor
 pus sacratissimi huius apostoli in urbem nomine Edissam translatum est. Sed cōtradicet par
 triarcha Iohannes, qui anno domini M. XL, causa pallij suscipiendo per iter unius anni Com
 stantinopolim uenit, ubi audiens Romam esse caput ecclie, uenit illuc tempore Calixti pa
 pæ secundi, ibi dispositionem & statum ciuitatis suæ Vlna nomine, sic descripti: Longitudo
 eius quatuor dierum itinere per circumuum tendit. Latitudo murorum eius duos simili
 recipit currus. Altitudo altas Romanorum tress excedit. Per medium ciuitatis Physon de
 fluit fluuius paradisi: ibi aurum optimum & gemmas preciosissimas, quibus Indi ditantur,
 emitit. Extra ciuitatem est mons lacu profundissimo circunseptus, in cuius circumitu sunt
 duodecim ecclesie, in honore duodecim apostolorum constructæ, ubi cœnobites quotidie ce
 lebrant. ¶ Porro, in summitate mōtis est excelsa ecclie, in qua sanctus Thomas quiescit.
 Hanc nullus intrat, nisi cum diebus octo ante festum eius aqua decreuit. Die itaq; solemnitatis
 eius patriarcha cum suffraganeis pontificibus indutus, ingrediens, capsam argenteam
 cum catenā deponit. Vbi cernitur corpus apostoli tanquam uiuens & erectum. Ante ipsum
 pender lampas aurea, balsamo plena, cum catena argentea, quæ semel accensa, ab anno in an
 num sine diminutione luminis ac balsami reperitur, quo omnes ægris sanantur. Est autē apo
 stolus talis forma, qualis fuerat adhuc uiuens. Facies eius ut sidus rutilat, capilli rubei usq; ad
 humeros descendunt, barba rufa & crispa, uestis dura & integra. Post Missam patriarcha ho
 stias consecratas in patena genibus flexis offert apostolo. Qui miraculose & manu aperi
 86

IN FESTO SANCTI THOMAE APOST.

Fol. XXIX.

A & singulis porrigit. Si accedit infidelis uel peccator mortalis, manum retrahit, donec ille con
 uertatur uel subito moriatur. Peracto officio, & corpore apostoli reposito, populus ad propria
 remeat, & lacus redundans, montem ut prius circundat. Hæc patriarcha Iohannes in propria
 recitauit p̄fona. Quibus auditis, Calixtus papa cū clero & populo Romano q; aderat, manibus
 in cælū extensis benedixerunt Christū, qui tanta miracula per apostolum beatissimū Thomā
 annuis tēporibus operari dignatur. ¶ Postremo, in legēda sancti apostoli Thomæ habetur,
 quod cum in p̄fatis nuptijs esset, & iugiter cælum intueretur, nec manducaret, quidam pin
 cerna alapam dedit ei. Cui dixit apostolus: Expedit tibi ut in hac uita pro hoc sceleri castige
 ris, quatenus in futuro indulgentiā cōsequaris. Nō hinc surgam donec manus quæ percussit
 me, huc à canibus deferatur. Cumq; ad hauriendā aquam ire p̄incerat, leo accurrens occidit
 ipsum, bibitq; sanguinem eius. Laceratibus uero canibus corpus ipsius, unus niger canis ma
 num eius in mediū portauit conuiuitū. Sed istud non uidetur aliquibus esse credibile, quod ta
 lem apostolus exercuit atq; obtinuerit ultiōnem. Ad quod mihi uidetur dicendū, quod apo
 stolus ex diuino & occulto instinctu p̄tacta protulit uerba, & talem uoluit fieri ultiōnem,
 non ex impatientia, aut zelo uindictæ, sed amore iustitiae pro multorum conuersione ad glo
 riā creatoris. Nam uiso tanto miraculo, tota obstupeuit turba. Rex quoq; sponsum ac spons
 am fecit ab apostolo benedic. Et huius occasione facti, multi ualde conuersti fuerūt. Aposto
 lis etiam percussori suo ueniam impetrasse legitur in futuro. Sicq; in magnum bonū eius con
 tigit eilla uindicta. Certum est autem ex scripturis utriusq; testamēti, q; homines sancti mul
 ta fecerunt ex occulto spiritus sancti instinctu, quæ secundum communem legem non essent
 licita, nec sine tali instinctu commendabilia uiderentur aut imitanda.

¶ AD RELIGIOSOS.

SERMO III. De perfecta proprie carnis abnegatione, deq; ueram religio
 nem constitutibus.

E AMVS & nos, & moriamur cum illo: Iohannis undecimo. Hæc uerba locutus est Iohā, 10.
 sacrauissimus Thomas apostolus ad coapostolos, trepidantibus illis ire cum Christo,
 quando resuscitatus fuerat Lazarum. Cum enim dixisset ad eos, Eamus in Iudeam iterum,
 responderunt: Rabbi, iam quærebant te Iudei lapidare, & iterum uadis illuc! Quibus locu
 tus est Thomas: Eamus & nos, & moriamur cum illo, uidelicet Christo. In quibus tierbis, fer
 uor dilectionis Thome ad salvatorem, & fortitudo animi eius, patescunt. Sit ergo in nobis
 tantus charitatis ardor, & tanta animi fortitudo, ut simus parati mori pro domino Iesu Chris
 to. Quia ut princeps apostolorum fatetur, Christus passus est pro nobis, nobis relinquentis 1. Pet. 2.
 exemplum, ut sequamur uestigia eius. ¶ Denique Iohannites ait in hoc cognouimus charita 1. Ioh. 3.
 tem dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus pro fratribus animas
 ponere. Si ergo exemplo Iesu Christi, debemus pro fratribus seu proximis nostris, nostras &
 animas ponere, quoniam Christus hoc fecit: quanto magis parati esse debemus, ad ponen
 dum animas nostras pro ipsomet Christo. Verum, quoniam tempore isto, istud nemo requi
 rit a nobis, est aliud genus mortis seu mortificationis, quo pro Christo quotidie mori debe
 mus, de quo in euangelio dominus Luca nono ait: Qui uult uenire post me, abneget se 2. Cor. 4.
 metipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. De quo cecinit sanctus qui loqui
 tur deo: Quoniam propter te mortificamur tota die. Et Paulus: Semper, inquit, mortificatio
 nem Iesu in corpore nostro circumferentes, ut & uita Iesu manifestetur in carne nostra mort
 tali. Quæ est ergo mortificatio ista, quæ uocatur quotidianum, martyrium? Et responderis
 dum, quod mortificatio ista in duobus consistit. Primo, in hoc quod corpus quotidie salu
 briter castigetur, & eius concupiscentia extinguitur, spirituq; subdatur, ac uatijs tribulati
 onibus exerceatur, seu poenis grauibus propter iustitiam afficiatur. De qua mortificatione 1. Cor. 9.
 ait Vas electionis: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Itemq; Mortificate mem
 bra uestra, quæ sunt super terram. Secundo, consistit in hoc quod homo plene abneget ac re
 linquat seipsum, propriam uoluntatem penitus deferendo, seq; ab omni amore priuato futi
 ditus expurgando, ita ut iam nequaquam secundum proprias & naturales affectiones incli
 nationesq; uiuat, sed iuxta Christi consilia & præcepta, iuxta charitatis diuinæ exigentiam;
 iuxta euangelicæ legis perfectionem seu beneplacitum dei in omnibus conuersetur, ut cū
 Apostolo dicere queat: Vnu iam non ego, uiuit uero in me Christus. Et deinde: Mihi autem
 ab his gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, p; quē mihi mūdus crucifixus est, & ego
 mundo. Sic se abnegare, superare, relinquere, merito mortificatio appellatur: quā ita se abne
 gans, & priuatum amorem extinguens, omnia illa amorose amplectitur, fortiter agit, patient
 terq; sustinet, quæ naturæ humanæ secundum seipsum cōsiderat, molesta, pœnalia, siue cor
 traria Galat. 2. Galat. 6.

D. DIONYSII CARTH. SERMO V.

Dicitur. Talis quippe corpus suum in omnibus domat, paupertate, fame, siti, ieunij, absti-
nentij, uigilij, disciplinis, nuditate, frigore, afflictioneq; letat, atq; in his Christi uestrigia assc-
qui gloriatur. Insuper aduersarios diligit, pro iniuriantibus orat, maledicentibus benedicit,
odientibus ac malefacentibus benefacit. Cupit cōtemni, irriteri, humiliari, subesse, ac obedi-
re. Et breuiter, quicquid nouit deo placere, & sibi accommodum esse ad complacendum ap-
proximandūq; ei, ad honorandum eum, ad obtinendum beatificam fruitionē ipsius, hoc cu-
pit, hoc amat & amplexatur. In his quasi in omnibus diuitijs gloriatur. Hoc nanc; est priua-
tum amorem expellere, sc̄q; in deo diligere, omnia illa appetere, que ad complacendū & uni-
endū se deo expedient. Hoc modo felix & satiscutus apostolus Thomas se abnegauit, & om̄em
ā se priuatū euulit amorem. Qui cum à Christo mitteretur ad conuersiōnē Indox, tunc usq;
uadē ferociū, dixit. Deus meus es tu, & ego seruus tuus, fiat uoluntas tua. Nos ergo in hac
saluberrima atq; uiuificā mortificationē tātum imitemur apostolum, & cum eo exhortemur
Iohā. ii.
Psal. 83:
Hebr. 6:
to inuicem, dicentes: Eamus & nos, & moriamur cū illo. Eamus, inquam, de uirtute in uir-
tutem, de imperfectione ad perfectionē, de via ad patriā. Eamus post Christum, eius sequēdo
uestigia, & moriamur cum illo, mortificat̄ nosipso quotidie, iuxta præacta. Delicias & ho-
nores carnis ac seculi despiciamus, prospera mundi uilipendamus. Quicquid mundus, i.e. car-
nales mundanij homines apprēciātur, sit nobis ut crux sive tormentum. Ridere, iocari, liber-
tatis, uanitatibusq; refoli, carnaliter repausari, iuxta propriū libitum uiuere, tanquam
uenena infernalia fugiamus ac aspernemur. Ad istam mortificationem, ad priuati amoris era-
dicationem, omnia corporalia exercitia nostra, & uniuersos labores, & quicquid religiose agi-
mus ac seruamus, ordinare debemus. Pro impetranda perfectione hac ipsa infatigabiliter &
affectionissime uiscerā misericordiæ dei nostri expoſtulemus. Et si ita non agimus, similes su-
mus stulto agricolo, qui equos & aratrum haberet, nec uitum eis. Vel arat quidem & seminat,
sed ex negligentiā sua, agrum à noxiis herbis nō purgat, propter quod nec percipit fructus,
sed laborat inaniter. Ecce uigilias noctis protrahimus, ieunamus, psallendo, cātando, & alia
ordinis exercitia faciendo laboramus ac fatigamur, & tamen intus parum aut nihil profici-
mus, ab amore priuato oīm uito & radice nō expurgamur. Cuius indiciū est, q; ad improbos
motus passionū, ad irā, impatientiam, cōcupiscentiā, cōtentiones, murmuraciones, indigna-
tiones, sumus tam proni, manemusq; miseri in fæcibus nostris. Nō transfundimur de uase in
uas; video gustus noster manet in nobis. Hinc exercitia & labores nostri, parū aut nihil cōpla-
cent deo, modicumq; meremur, neq; in charitatis sinceritate atq; ardore proficiamus, nec in sa-
pientiae dorio perficiamur. Vnde nec contemplationis luce perfundimur, sed imaginationibus
ac phantasticis apprehensionibus, uanis cogitationibus & distractionibus obruxitur & imple-
tur anima nostra etiā in diuinis. O quantū placet deo actus & labores nostri, si præfato mo-
do essemus mortificati, & priuato amore mundati, mentaliter reformati, quantis gratiarum
charismatibus impleremur, q; splendifuis contemplationibus illuminaremur, q; chari & fami-
liares essemus domino deo nostro. Nunc ergo charissimi fratres, præteritas negligentias des-
ploreamus, & q; hactenus tam parum proficiamus déplangentes, accingamus nos ad meliora,
& hinc in ora saluti obtinenda ac exercerida, ad eundum de imperfecto ad perfectum, atq; ad
moriendum cum Christo. Discamus frangere nosmetipso, erubescamus passionibus supē-
rari, uerēcundemur ad iram, impatientiam, pusillanimitatem, tristitiam, concupiscentiā pro-
uocari, Christi amarissimam passionem, mansuetudinem, patientiam, charitatem, constanti-
am, cā terasq; uirtutes ita quotidie intueamur ac reuoluimus, ut conformemur eisdē. Pos-
tremo ad hoc indefessē nitamur, ut mens nostra instar uirtutē perlucidi, & tanquam politissi-
mus lapis, ac lignum planissimum, ab omni fortuositate passionum, ab omni curvitate & ob-
liquitate culparum, ab omni demersione negligētiarum suarum penitus sereneretur, synēraq;
fiat, recta & imperturbabilis perseveret: ut sic deo intime uniat̄, & proxime sit coniuncta,
stans in contactu solis iustitiae, à quo radio sapientiæ perfundatur, stillicidij gratiæ locuplete-
tur, & omni roboretur uirtute.

SERMO V. Quod religiosus quisq; animam suam, templum sanctum
domino efficiat, & quibus in uirtutibus rectius agat.

AEdificauit regi domum uerbi Regum septimo. Ad literam scripta sunt uerba: hæc de Sa-
lomone, cui uir in arte architectoriæ eruditissimus, Hiram nomine, missus à rege Ty-
ri, templum construxit ac domum. Sic sapientissimus atque sanctissimus apostolus Thomas,
à Christo regi Indiē missus, eidem edificauit spirituale palatum, & hoc duplex: Vnum in mē-
te ipsius, dum eum conuertit ad fidem, & ad uirtutum structuram ordinemq; perduxit. Ali-
ud in paradiſo cælesti, dum regem ad inexitorios actus instruxit. Sic & quilibet nostrum
regi

Aregi cælorum debet in anima sua, domum, thronum, templum, palatium ædificare: imo ani-
mam suam facere debet domum, thronum, templum, palatii regis æterni, q; per Zachariam
testatur: Ecce ego uenio, & habitabo in medio tui. Apostolus quoq; Templū, inquit, dei san-
ctum est, quod estis uos. Sed & aī iusti, sedes sapientiæ appellatur. Porro per charitatem fit as-
simila domus, templū, thronus, & palatii creatoris, salvatorisq; sui. Qui enim manet in chari-
tate, in deo manet, & deus in eo. Et quis (Paulo testante) Christus per fidē habitet in cordibus
nostris, non tñ per solam informem seu nudam fidē hoc agitur, sed per fidem formatam, ut
pote charitate ornata. Domus autē in qua regia cōmoratur maiestas, uocatur palatii quod
formosum, luminosum, nobile, amplum, ac forte esse oportet, prout excellentiā decet regale,
Sive ergo ipsa anima uirtutibus decorata, siue ordinata uirtutum structura, dominus & templū
dei uocetur, debemus regi regū ac domino uniuersorum condescens in nobis habitaculū ædi-
ficare. Et quanvis uirtutes infusa sint, urpote per creationem à deo collatae, nihilo minus di-
citur homo in se uirtutū structuram seu spirituale palatum deo ædificare, uel se ad gratiæ ac
uirtutum infusionem seu incrementū aptando, seu actus uirtutū ordinate prosequendo & exer-
cendo. In hoc igitur summi regis palatio & spirituali ædificio, necesse est firmum ac profun-
dum fundamentū locare, quod est fides, aut certe timor dei sive humilitas. Patientia autē est
pauimentum. Quatuor uero paries, sunt uirtutes quatuor cardinales. Charitas deum est
turris: Tectū quoq; est spes, ostium autem prudentia, fenestræ sapientia & scientia, reparatio,
penitentia. Sit igitur primo in nobis fides catholica, certa, clara, & prorsus firmissima, ut simus
tam certi de fidei ueritate, q; certis sumus deum uerū falsitatis testem esse non posse. Atq; in fide
hac, omnia tela nequissimi ignea extinguiamus, certi de prouidentia ac assistentiā dei, & ange-
lorum opere sanctorum. Propter quod cum omni instantia, confidentia ac feroore, dei gratio-
sum auxiliū, angelorū quoq; custodum nostrorum open, assistentiāq; inuocare debemus.
Quod facientes insuperabiles erimus, imo & uictoriosi in omnibus. Quis enī sperauit in dos-
mino, & derelictus est aut quis inuocauit illum, & despexit eum? Sit, inquam, in nobis fides
certa & clara, cum non sit religiosorum circa communia languere, sed in cunctis uirtutum as-
tibus præfulgere, uirtutūq; habitus radicatos, perlucidos, immobiles possidere. Idcirco spe-
ciat ad nos habere fidem cum rationibus credendorum, ac intelligentia mentis purgate, ita
ut s̄pē contemplemur, quæ, quanta, & qualia testimonia phibuerit deus omnipotens & æter-
nus fidei Christianæ ab exordio primiū ecclesia usq; in præsentē, quæ certe numerari nul-
laten posunt. Et ipsi patres per quos deus fecit miracula, fuerant in omni uirtute perfecti,
uere humilii, patientissimi, mitissimi, deitatis amore ineffabiliter inflammati, nihil terren-
um, nil carnale, uel mundanum aut uanum cupientes, ab omni simulatione, duplicitate, ac
magica arte purissimi, soli deo intenti. Contemplemur item, quemadmodum per scripturas
ueteris testamenti, per prophetarum oracula, per finalē derelictionem hanc ludorum, ue-
ritas fidei demonstratur. Et qualiter in uiris perfectis omnia sibi pulcherrime cōsonabat, in-
comprehensibilitas fidei, spiritualitas uite, admirabilitas prodigiorū. Et quomodo nūc usq;
deus sanctos suos mirificat, per plura & eminētiora miracula sanctitati eorum testimonium
præbens, eis defunctis, q; fecit eis adhuc in carne uiuentibus. Per quod pius deus ostēdit, quā
chari sint ei, & quām gloriose uiuant ubi uiuunt, qui in tam miraculosis effectibus hic uiuunt
ubi defuncti sunt. Quid honoris & glorie largitur omnipotens animabus, quarum corpora
sic honorat: Hæc contemplando accendamur ad bene agendum, atq; in deo nostro per fidei
magnitudinem, transgrediamur murum, i.e. omne uirtutum obſtaculum, omne diabolice
tationis machinamentum. Non timeamus à timore nocturno, à sagitta uolante in die, à ne-
gocio perambulante in tenebris, ab incursu & dæmonio meridiano. Vbiq; & semper certi de
omnipotenti ac superfidelissimi creatoris præfenti, sine cuius dispositione ac permisso, nil
nobis potest accidere. De angelorum quoq; custodia, qui cunctis hostibus nostris sunt fortis-
ores. Insuper, sit in nobis timor dei filialis, sanctus, assiduus, tam perfectus, ut eorum quæ
ordinis sunt nil negligamus, quemadmodum scriptum est: Qui timet deum, nihil negligit.
Simus itaq; animalia undiq; oculata, ut diligentes & circumspecti simus, in omnibus separan-
tes preciosum à uili, hoc est, uirtutes à uitij, uera à falsis, spiritualia desideria à carnalibus, ut
preciosis inhæreamus, & uilia respuamus. Sit quoque in nobis semper profunda humilias,
ut etiam si quis dixerit nobis, seu cuilibet nostrum: Incuriare ut transeamus, non indigne-
mur: nec solum tranquillitatē, prosperitatēq; tempore, sed aduersitatis, correctionis, tribu-
lationis, iniuriarumq; hora humiles simus, non tumentes superbia, nec loquentes conuicia,
nec quæpiam aspernantes, memores eius, qui inclinato capite ante præsidem stetit, & pro-
prie nos à rege iniquo, alba ueste illusus est & contemptus. Hinc abbas Pastor distinxit,
quod

Zacharia. 2:
1. Cor. 1:6
Sapi. 7:
1. Joh. 4:
Ephes. 5:
Ap. 19:

Eccle. 21:

Psal. 90:
Eccle. 7:
Ezech. 1:8
Hier. 1:5

Esai. 52:

Luce. 1:31

D. DIONYSII CARTHVSIA. SERMO VI.

quod tam indesinenter debet monachus, timorem dei & humilitatem mente reuelare, quam incessanter attrahit aerem ore. ¶ Præterea, his spiritualis ædificij fundamens locatis, construamus in nobis patientia pavimentum, ut etiam si conculcemur & cunctis subiunctionibus, æquanimiter toleremus. Per patientiam, prospera & aduersa virtuose suscipiamus, ut nec sperni extollamus, neque aduersis deieciemur. Stetib[us] inflexibilis mentis nostra status, quia in patientia nostra possidebimus animas nostras, id est, salvas & sanas eas habemus, seu in statu salutis ac gratiae constitutas, quas per impatientiam perdimus, sicut in Iob legitur: Quid perdis animam tuam in furore tuo? Et Iudith ait: Qui tentationes non suscepunt in timore domini & in patientia sua, exterminati sunt. Et sicut qui patientes est, multa gubernatur prudentia, ita qui impatiens est, exaltat stultitiam suam. Est autem patientia clypeus hominis virtuosi, qua per eam contra uitiorum lesiones se protegit. Nam sicut per impatientiam incidit homo diuersa & magna peccata, ita per patientiam uaria ac grandia euadit uitiorum pericula. Magna aequalitas est patientie virtus. Quia qui caret, raro uel nunquam erit quietus ac stabilis, sed tanquam arundo uento agitata, hinc inde concutetur. Taliter ergo constituto in nobis patientia pavimento, parietes huius spiritualis palatij erigamus in nobis, qui sunt quatuor virtutes cardinales, prudentia, iustitia, fortitudo & temperantia, ut discreti simus in cunctis, & iustitia am induamur, secundum illud: Sacerdotes tui induantur iustitiam. Nec propter pericula mortis à virtutibus recedamus, cum Susanna dicentes: Melius est mihi incidere in manus hominum, quam peccare in conspectu domini. Multoq[ue] minus ex minorum aduentus timore abducamur à via iustitiae, ut hi qui ex timore dispergendi hominibus, aut patiendi oblocutionis seu modica dāna, non erubescunt peccare. Amplius pariteribus istis, recte uidelicet spem superponamus, quoniam spes instar recti ab incommodis, impulsionibus, temptationibus unita uestis, nos tegit ac protegit. Spes etenim non confundit. Spes omnia impetrat. Idcirco benedictus vir qui confidit in domino; & beatus homo qui sperat in deo. Omnibus autem his, charitatem pro terra superædificemus. Charitas enim est uirtus summa, & erigit ad superna, ac deo nos unit. In ea secure quiescitur, & tranquillum in summo manet. Sic ædificato palatio isto, omnium fabricemus in eo, quod est misericordia seu pietas ad omnia utilis, per quam homo ad seipsum ingreditur, iuxta illud: Miserere animæ tuae placens deo. Et item: Benefacit animæ suæ vir misericors. Atq[ue] ad suos egreditur proximos, faciens eis prout sibi uult fieri, ut uisitatis speciem suam non peccet. Ignoscens iniuriantibus sibi, & condolens omni peccanti. Feneſtre demum, quibus hec domus illuminatur, sunt sapientia & scientia. De quibus loquitur Ieremia: Diuitiae salutis, sapientia & scientia, utpote quæ sunt dona spiritus sancti, nec habebitur nisi ab existente in charitate & gratia. Donum etiam intellectus, feneſtra est domus istius. Præterea si in domo hac spirituali aliqua læſio per ueniale peccatum, aut corruptio per mortale contingat, per penitentiam protinus reparetur, ita q[uod]quam fuerat ante fortior. Est autem regiū istud palatium pulchritudiniter decorandum, varietate picturæ ornandum, contemplationibus diuinorum, ac sacris exercitijs cæterarum uirtutum, potissimum in actibus latriæ, deuotione, orationibus, meditationibus, psalmodijs. In his ergo uirtutibus, glorioſissimum Thomam apostolum imitemur, qui quanto ante ad credendum fuit durior, tanto postmodum fuit in fide constantior. Vnde & innumerabilibus corticeauit miraculis. Incarceratus quoq[ue], & ab illustris, fideliter foemina Migdonia rogarus, ut ei ignorceret, eo q[uod] eius occasione fuit carceri traditus; consolatus est eam, dicens se omnia pati libenter. Postremo, quam ardenter fuerit in charitate dei & proximi, innotescit ex hoc, quod tam longe a clate prædicando discurrevit, tam infatigabiliter pro aliorum conuersione, & dei honorificetia laborauit. Siquidem Parthis, Medis, Persis, Indis, ac alijs prædicauit, innumerabilesq[ue] conuertit ad dominum.

SERMO VI. Quanta uirtus & gratia sit fides uera, quantum deo sacrificium sit, eius uerbis credere & obtemperare.

Qvia uidisti me, credidisti: Beati qui nō uiderunt, & crediderunt. Iohannis uigesimo. Haec fuerunt uerba Christi ad gloriosum & præelectum Thomam apostolum, cum dixisset ad eum: Infer digitam tuum huc, & uide manus meas! & affer manus tuā, & mitte in latu[m] meum. &c. Ex quibus uerbis inferit Albertus, quod clavi quibus cruci affixus est dominus Iesus Christus, tam grossi fuerunt, ut digitus manus uirilis. Quia quod ait, Infer digitum tuū huc, exponitur in manus meas, hoc est, in locum cicatricis vulnerum manuum mearum. Et item, quod lancea illa dira, qua transfixum est latus saluatoris, grossa fuit & lata ad modum uirilis manus. Ex quo patet acerbitas poenitæ, quam pertulit filius dei in perforatione manus suarum ac pedum. Propter quod ei cōpati debemus dupliciter. Primo, interna compassione ex pietatis affectu. Secundo, suæ passionis imitatione, patienter ferendo aspersiones, op-

IN FESTO SANCTI THOMÆ APOST.

Fol. XXXI.

A. probria, afflictiones, iniurias, correptiones, correctiones, & alia quæ quis aduersa Christi intuitu & amore, quoniā ipse testatur: Qui non bauiat crucem suā & sequitur me, non potest meus esse. **Luc. 9.** discipulus. Non igitur simus etiam secularibus hominibus pueriores & infirmiores, ita ut p[ro] modico uerbo aut signo, aut quātulacunq[ue] aduersitata cōmoueamur, aut male loquamur, seu uindicemus, aut conqueramur. Deniq[ue] beatissimus iste Thomas, post uerba prematoria, de fidei ueritate certificatus, atq[ue] diuinæ dignationis circa se magnitudinem admiratus, de uotissime exclamauit: Dñs meus & Deus meus. Cui salvator: Quia uidisti me, inquit, credidi **Ioh. 20.** sc̄i: beati qui non uiderunt, & crediderunt. Itaq[ue] qui Ch[ristus] corporaliter non uiderunt, & nihilominus credunt in eū, utpote fide formata in eum extenti, beati sunt modo in spe, in inchoatione ac merito, paulopost futuri beati in re, in cōsummatione ac p[ro]missio, dummodo finaliter persevererēt. Magni etenim meriti est apud Deum, intellectus subiecti fidei seu scripturis, ea credendo, quæ rationem naturalem prorsus trascendent, immo, sensu ac rationi contrariari uidentur, quia per hanc credulitatis subiecti, intellectus sc̄ipsum uincit, uiolentat, mactat & sacrificat domino Deo suo. Vnde loquitur Paulus apostolus: In captitiatē redigētes oēm **2. Co. 10.** intellectum in obsequium Christi. Vult namq[ue] & exigit Deus, ut homo se totum subdat acoferat illi, à quo totum quod habet & est, sumpsit. Quemadmodum autem uoluntas se Deo subdit & sacrificat, aduersarios quoq[ue] amando, sic intellectus incomprehensibilis credendo, prout de hoc pulcherrime scribit doctor ille seruens & unctus, Gulielmus Parthensis in libro de fide & legibus. ¶ Præterea, quoniam fructuissimus iste apostolus Thomas, tam dignissime certificatus & uisitatus fuit à Christo, idcirco seruentissime atq[ue] latissime euangelizavit fidem ac legem Christi, prout apud Esaiam de ipso & apostolis Christis prædictis: Mittam ex eis **Esa. 65.** qui saluati furint, ad gentes, in mare, in Africam & Lydiam, in Italiam & Græciam, ad insulas longe, & annunciant gloriam meam gentibus. Cumq[ue] in India prædicaret beatissimus Thomas, specialiter admonuit plebem, ut uerbum Deilibenter audirent, & hoc propter quatuor rationes, secundum quod uerbum Deilibenter comparatur. Primo equidem comparatur collyrio, quia oculum mentis illuminat. Hinc in Apocalypsi loquitur Ch[ristus] Collyrio **Apo. 20.** inuinge oculos tuos, ut uideas. Audiamus ergo & nos uerbum Deilibenter ubiq[ue], in choro, in capitulo, in colloquio, ut illustretur mens nra ad intuendum & ponderandum suas defectus, oītates, culpas præteritas, mala instantia, futura pericula, sicut timorati & circumspecti ac curiositati in omnibus simus. Ad considerandum etiam Dei beneficia ac promissa, consilia & precepta, & ea quæ ordinis sunt, ut cuncta obseruet, sicut grata sit Deo, agilis & subiecta. Ad contemplandam etiam imminutatatem perfectionis & excellentiæ ac beatitudinis Dei, & supglobiosissimam Trinitatis felicitatem & gloriam, mutuamq[ue] intuitionem, dilectionem, complacetiā, fruitionem, emanationem & communicatiōem ad intra, superbeatissimam & æternam consistentiam eius. Cum omni itaq[ue] audite audiamus uerbum Dei, tanquam epistolam spiritus sancti, cum summa reuerentia audiendam, & uerba prælati nostri tanquam uerba Christi, qui ait prælatis: Qui uos audit, me audit. Propter quod Iacobus præcipit: Abiçientes oēm **Luce. 14.** immunditiam, in mansuetudine suscipite in situ uerbum, quod potest saluare animas ueras. **Iaco. 1.** Et in Ecclesiastico: Esto mansuetus ad audiendum uerbum Dei. ¶ Secundo, audiendum est **Ecc. 1.** uerbum Dei libenter, quoniam uerbum Dei comparatur potionis medicinali. Nam sicut positio talis, corpus a prauis & immoderatis purgat caloribus, sic uerbum Dei, affectum à uisitio & carnalibus mundat amoribus. Inducit namq[ue] ad Dei timorem, & spirituali accedit seruore, per quæ carnalis eradicator affectio. Ideo dixit Psalmista: Ignitum eloquium tuum uenerit. Itemq[ue] A uerbis tuis formidauit cor meum. Hieremias quoque propheta fatetur: **psal. 118.** Eius est sermo domini in corde meo quasi ignis ex austris. Itaq[ue] uerba scripturæ, & sermones sanctorum, exhortationesq[ue] patrum nostrorum, non quasi ex arida consuetudine, superficiatiter legamus & audiamus, sed cum grandi attentione, ne Deum in uerbis suis parvipedere uideamus, quatenus ex uerbis huius modi filii repleamur timore, atq[ue] diuino accèdamur amore. Docent enim nos uerba scripturarum & patrum sanctorum, quemadmodum summa, infinita, & prorsus incomparabilis sit bonitas, aſſabilitas ac suauitas Dei, & quæ admodum ipse prior dilexit nos, ac suam ad nos dilectionē copiosissime nobis monstrauit, præsertim per uerbi æterni incarnationem, & cetera quæ uerbum incarnatum pro nostra egit pertulitq[ue] salute. **Ioh. 4.** Quantum uero in Dei timore ac amore excrescimus, tantu[m] ab omni loquacitate, uanitate, carnalitate, negligentiæ & torpore cauebimus. Nec aliter credamus nos in Dei timore ac charitate proficere, nisi ab his & à cunctis quæ displicet Deo, magis ac magis quotidie abstineamus. Siquidem signum dilectionis, est exhibito operis, Christo protestante qui ait: Qui diligit me, **Gregor. sermonem meum seruabit. Tertio, uerbum Deilibenter & auide debemus audire, quoniam** **Ioh. 14.**

comes

D. DIONYSII CARTHV. ENARR. IN EVANG.

comparatur emplastro, eo q[uod] uitiorum nostrorum uulnera curet. Inducit nanq[ue] ad penitentiam salutarem, emollit cordis duritiam, & ab ingruētibus peccatis præseruat. Hinc in Actibus dicitur, q[uod] uerbis sancti Petri auditis, Iudæi compuncti sunt corde, & dixerunt apostoli: Quid faciemus uiri fratres? Quibus Petrus: Poenitentiam, inquit, agite. Cum itaq[ue] uerbum Dei audierimus, cum exhortationis, correptionis & informationis uerba nobis dicuntur, nequaquam grauemur, indignemur, aut more phreneticog[ra]e irrationabiliter reclamemus, quæadmodum de q[uod] busdam peruersis, ingratias acreprobis scriptum est: Odio habuerunt corripientem, & loquenter perfecte, abominati sunt, sed poenitamus & humiliemus nosipos, ac gratias referamus, discutentes cōscientias nostras. Quanta ergo est ingratiudo atq[ue] peruersitas fratrum, qui cum proclamat, corripuntur aut instruuntur, ad iram impatiētiāq[ue] mouentur, & de ipso anno marum emplastro, infirmiores redduntur ac grauius uulnerantur: Quibus illud Proverbiorum timendum est: Viro, qui corripientem dura ceruice contemnit, repētinus superueniet in teritus. Porro uera sapientia signum est, correptiones & informationes patienter & gratatice suscipere, propter quod Salomon ait: Argue sapientem, & diligit te doce iustum, & festinabit accipere. ¶ Quarto uerbum Dei audiamus libenter, quoniam est cibus & refectio anima nostræ, quemadmodum scriptum est: Non in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo quod procedit ex ore Dei. Quemadmodum enim corporeus cibus restaurat deperditum, reparat uires, confortat, oblectat, in uita conseruat, ad debitam quantitate in perdicunt; sic uerbum Dei hominem incitat ad recuperandum tempus negligenter inutiliterq[ue] cōsumptum, tepefactas reuocat virtutes, roborat mentem, exhilarat animam, in uita gratia conseruat eandem, atq[ue] ad debitam perfectionem perducit Dei instrumentum. Hinc ait Gregorius: Sicut de illius uita merito desperatur, qui sumptum cibum non retinet, sic de illius uita spirituali disfuditur, qui uerbum Dei non seruat nec audit. Psalmista quoq[ue] loquitur Deo: Quād dulcia fauibus meis eloqua tua super mel ori meo. Ex quibus i[n]notescit, quād malum sit signum, uerbum Dei cum fastidio quadam audire, potissimum cum dicat saluatoris: Qui ex Deo est, non ab Dei audit. Hinc etiam uerba psalmodiæ & orationum delectabilius præferre & audire debemus, nec unquam temerario affici in diuinis, sed cogitare Dei præsentiam atq[ue] intuitum super nos, eiusq[ue] uerba præfato modo suscipere, sicut rex Indie, & frater eius carinalis, Syntices quoq[ue] amita Mygdonia, & ipsa Mygdonia Carisi uxoris, soror etiam Mygdonia uxoris regis superioris Indie, & alia milia hominum multa nimis, uerbum Dei à beatissimo Thoma apostolo deuotissime audierūt. ¶ Postremo uerbum Dei alijs quoq[ue] quād plurimis rebus assimilatur, cum per Hieremiam doceatur, minus protestetur: Nunquid non uerba mea sunt quasi signis, & quasi malleus conterens petram? Ecclesiastes quoq[ue] scriptum sit: Verba sapientium sunt quasi stimuli, & quasi clavi in atlum defixi. Durissima igitur corda habent, qui uerba Dei assidue audiendo, legendo, loquentedo, ad meliora non emolliuntur, nec à sua franguntur duritia, quorum consilium longe à nobis sit. Nos uero prefato modo uerba Dei iugiter audiamus, legamus, & proferamus. Ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, cui est honor & gloria, &c.

IN VIGILIA NATALIS DOMINI.

Enarratio Euangelij, Cum esset despōnsata Maria mater Ioseph.

Matthæi primo,



Ecte euāgelium istud in profecto scratissimæ nativitatis Christi legitur, q[uod] in euāgelio isto de nativitate Chri ex uirgine, scribitur angelus p[ro]nunciatu[m] B. Ioseph, dicens: Pariet autem filii, &c., sicut patebit. Dicitur ergo à Matthæo: [Cum esset despōnsata] hoc est, in matrimoniu[m] tradita [mater] Ioseph. Alij sic appellato, qui de eadem fuit tribu, de q[uod] Maria, vnde, ut ait Hieronymus, secundu[m] legē Moy[ā] cogebatur eā accipe ut propinquā. Fuit autem gloriosem virginem & S. Ioseph, matrimoniu[m] uerg[em], quis nō fuerit per carnalē copulā consummatu[m]. Hinc Lucas uocat Mariam uxore Ioseph, ut in euāgelio crastino legetur. [Anteq[ue] conuenienter] ad cohabitandum, ut aliqui dicunt, uel, ad carnalē coniunctionem, secundum Hieronymum, ad quam nec postea conuenierunt. Inuentu[m] est in utero habens] id est, Ioseph tanquam diligens custos ac sponsus uirginis sanctæ, inuenit ac deprehendit eam esse impregnatā [de spiritu sancto.] id est, uirtute & operatiōne spiritus sancti, qui ex purissimi uirginis sacra sanguinibus corpus Christi formauit & organizauit. Quanu[m] autem MARIA de spiritu sancto concepit, hoc tamen Ioseph prima facie [ut aliqui dicunt] ignorauit. Denique, quanu[m] opera summa Trinitatis ad extra sint induit, eo quod patris & filij & spiritus sancti sit una essentia & una potestas, nihilominus incarnationis seu conceptio Christi specialiter attribuitur spirituis sancto, cum sit effectus infiniti miseris.

Matt. 1.

Hieron.

Deu. 25.

Lucæ 2.

IN VIGILIA NAT. DOM.

Fol. XXXII.

mido repleto p̄fisi, q; sunt umbra mortis, [lux orta est eis]. i. Ch̄s menti eo; resplendit, qd̄ p̄p̄dicationem apostoloz impletū est. Christus etenim ait: Ego sum lux mundi, lux uero mo-
dum loquēdi in Malachia legimus: Orieſ uobis sol iustitiae. Christus nanq; est sol iustitiae, qui
oritur eis, q; ipse ad se cognoscendū ac diligendū illuminat, & in quo; mentibus per gratiam
habitat. Itaq; culpa mortalē seu impia uita dicit mortis umbra, q; a deo separat mente, quēad
modum mors naturalis a corpore separat animā. Iterū, mortis umbra est p̄fens seculū, quod
cū sit uallis lachrymarū, peregrinatio atq; exilium, umbra & obscura quādā rep̄sentatio mor-
tis respectu patriæ non minatur, imo & uita p̄fens recte umbra dicitur mortis, dicere Grego-
rio: Vita temporalis æterna uita cōparata, mors est potius dicēda q; uita. Hęc est una expositio
passus istius. Verūtamen ybā hęc ad literam tēpore Ch̄i in seculo isto implēta sunt p propriā
prædicationem ipsius. Scriptum est enim: Cum audisset Iesus, q; Iohannes traditus esset, & ab
Herode in carcere, secessit in Galilæam, & reliqua ciuitate sua Nazareth, uenit & habitauit
in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Neptaliū, ut adimpleret quod
dictum est per Isaiam prophetam: Terra Zabulon & terra Neptaliū uia maris trans lora-
nem Galilæe gentium. Populus qui sedebat in tenebris, uidit lucem magnam, & sedentibus
in regione umbra mortis, lux orta est eis. Christo itaq; p̄dicante habitoribus Galilæe, po-
pulus qui habitauit in ea, & uitio; atq; erroribus fuit plenus, uidit lucem magnā. i. Christum,
quē corporaliter conspexerūt, & multi eorū ex p̄dicatione ipsius penituerunt, & spiritualiter
illuminati fuerunt. Cōsequenter subiungitur causa p̄fate illaminationis secundū utrancq;
expositionem inductam. [Parvulus enim natus est nobis]. i. Iesu Christus, qui erat parvulus
corpo, sed immensus in deitatis natura, magnus quoq; in anima sapientie ac uirtutem per
fectione. Sic quippe uir fuit & gigas, iuxta illud Ieremiæ: Nouum creauit dominus super ter-
ram, mulier circundabit uirum. Et in Psalmo: Exultauit ut gigas ad currēdam uiam. Vnde in Psal. 18.
hymno sanctus ait Ambroſius: Procedēs et thalamo suo pudoris aula regia geming gigas sub-
stantia, alaris ut currat uiam. Anima etenim Christi à primo suā creationis instanti, repleta
fuit gratia, omniq; sapientia & uirtute, omni etiam dono, fructu, & beatitudine, ac beatifica
deitatis fruitione. Hic parvulus à deo patre secundum diuinam naturam eternaliter natus, ex
Maria uirgine nobis, id est, ad nostram salutem est temporaliter genitus. ¶ & filius datus est no-
bis, id est, parvulus iste, q; est deus & homo, filiusq; dei patris ac uirginis matris, datus est no-
bis à deo patre saluator, aduocatus, legislator, magister ac frater, secundū illud Iohannist. Sic
deus dilexit mundū, ut filii suū unigenitū daret, ut omnis qui credit in ipsum, nō pereat,
sed habeat uitam æternam. Filius quoq; seipsum dedit pro nobis, iuxta illud Isaiae: Tradidit
in morte animam suam. [Et factus est principatus eius sup humerū eius,] hoc est, supra fortitu-
dinem potestatis pueri huius fundauit & statuit deus dominationem & autoritatem, qua pu-
er iste constitutus est omniū iudex & dominus, sicut scriptū est: Pater diligit filiū, & omnia de-
dit in manu eius. Sic per humerū pueri designatur potestas eius, qua omnia portat, i. in esse cō-
seruat, prout ad Hebreos habetur: Portans oīa uerba uirtutis suā. Itaq; super increatam & di-
uinam pueri huius potestatē fundata est eius dominatio sibi per creationem collata, ut medi-
atori dei ac hominum. Vnde ait in Psalmo: Ego autē constitutus sum rex ab eo sup Sion mo-
tem sanctum eius. Oīa namq; secundū Apostolū, subiecta sub pedibus eius. Vel sic: Factus est
principatus eius, hoc est, causa & ratio dominij sui super humerū eius corporalem. Ch̄rūs
nanq; bauilans sibi crucem, exiuit ad mortem. Quod faciendo diabolum uicit, mundi glori-
am traxit, & omnium iudex ac dominus constitui meruit, dicente Apostolo: Factus est obedi-
diens usq; ad mortem. Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est su-
per omne nomē &c. [Et uocabitur nomē eius admirabilis, cōsiliarius, deus fortis, pater fu-
tū seculi, princeps pacis.] Nominā ista secundū Hieronymi, non combinatum, sed diuinum
legenda sunt. Sex ergo nominibus istis asserit propheta hunc puerum appellandum. Vocā-
bitur ergo & uocatus est Admirabilis, propter suā incomprehensibilem deitatem, & pro-
pter miraculorum suorum eminentiam, propter suā sapientię profunditatem, & propter in-
effabilem unionem diuinā atq; humanae naturā in ipso. Vocatur quoque Consiliarius, quia
mandatis decalogi euangelica consilia addidit, & quia consilium summā trinitatis de nostrae
redemptionis modo patefecit hominibus, de quo loquitur Paulus: Nihil subtraxi uobis uti-
lium, quo minus annūciarem uobis omne consilium dei. Hinc translatio Septuaginta in-
terprete

D. DIONYSII CARTH. ENAR. IN LEC. PROF.

Esaie 9. terpretum continet: Vocabitur nomen eius magni consilij angelus. Vocatur insuper deus, & D. Ierem. 23. candū quod apud Ieremiam legitur: Hoc est nomen quod uocabunt eū, Dominus iustus no-
ster. Vbi in Hebreo habetur nomen domini Tetragrammaton, quod soli uero cōuenit deo.
Ioh. 5. Ex quo sequitur, quod Christus sit uerus deus, sicut de eo Iohannes in epistola sua ait: Hic est
uerus deus, & uita æterna. Appellatur etiam Fortis, qui secundū diuinā naturā omnipotens
est, & secundū naturam suam assumptā, fuit omni uirtute & dono spūs sancti plenissime robo-
ratus, & principē huius mundi penitus superauit. Hinc fertur in Psalmo: Quis est iste rex glo-
riæ? dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Vocatur & pater futuri seculi, quia
per gratiā eius ad celestis patriæ beatitudinem p̄ducuntur electi, & sua passione promeruit il-
lud cunctis hominibus sufficienter. Dicitur item princeps pacis, hoc est, dator & conseruator
pacis æternæ. Pacem quoq; præcipue docuit habendam & conseruandam. Pacem, inquiens,
Ioh. 14. habete inter uos. Et rursus: Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Et alibi: In quam
Mar. 10. cuncti, ait, domini intraueritis, primū dicite: Pax huic domui. ¶ Deniq; (teste Apostolo) Chri-
Luc. 10. stus est pax nostra, qui fecit utraq; unum, quia electos Iudeos atq; Gentiles fecit unū populi
Eph. 2. Christianum. Veruntamen est quedam pax carnalis, secularis & falsa, cuius Christus non est
princeps, sed reprobator. Vnde Matthei decimo protestatur: Non ueni pacem mittere in ter-
ram, sed gladium. [Multiplicabitur eius imperium,] id est, dominii Christi paulatim cresceret,
donec per totum mundum diffundatur. Christus nanci dominatur in omni militanti ecclesi-
a, quia per totū orbem diffusa est. Hinc prædictus Psalmista: Dominabitur à mari usq; ad mar-
Psal. 71. re, & à flumine usq; ad terminos orbis terræ. Et rursus: Remiscentur & conuertentur ad do-
Psal. 21. minum uniuersi fines terræ. Hinc Daniel describit, quomodo lapis de mōte sine manibus pre-
Danie. 24. catus, crevit & impleuit superficiē uniuersæ terræ. [& pacis nō erit finis,] hoc est, pacis inter-
næ, quā Christus largitur, terminus nullus erit, quia pax pectoris in vita hac inchoatur, & in
patris perpetuatur, paxq; æternitatis uocatur. [Super solium David, & super regnum eius sede-
bit.] Huic simile est, quod angelus dixit uirgini benedictę: Dabit illi dominus deus fidem Da-
uid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. A Ieremia quoq; de ipso prædictū es-
Ierem. 23. Regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Sed quomodo intelligen-
Zacha. 9. da sunt hæc, cum primus Christi aduentus fuerit in omni humilitate, paupertate, & abiectione,
Matt. 20. ut iudicaret ac pateretur, & ministraret, nō ut iudicaret atq; regnaret? Propter quod dis-
xit Regnum mēū nō est de hoc mundo. Et respondendum, quod duplex est regnum, uidelicet
Ioh. 18. corporale, quo unus alteri in exterioribus rebus, atq; humanis principiatur. Tale re-
Matt. 20. gnum Christus in primo suo aduentu nō habuit, necq; exercuit, immo discipulis dixit: Filius ho-
minis non uenit ministrari, sed ministrare. Aliud est regnum spirituale, quo deus per fidē &
gratiam in ecclesia, id est, in cordibus fideliū dominatur, quantum ad cultum diuinū, & de-
sto regno ista intelliguntur. Christus nanci suo aduentu cepit in mentibus electorū quos
conuertit, regnare. Est igitur sensus: Super solium David, & super regnum eius sedebit, id est,
regiam ac iudicariam potestem habebit, & ipsi ecclesiæ ex electis Iudeis gentilibusq; col-
lectæ præsidebit, quemadmodum apud Zachariam habetur: Ipse ædificabit templum domi-
Zacha. 6. no, & portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio suo. Dicitur quoq; Christus su-
per solium David, & super regnum eius sedere, quia in regno ecclesiæ seu populo Christiano,
cuius figura fuit regnum David, tener primatum. Ut confirmet illud & corroboret in iudicio
& iustitia, id est, ad hoc Christus taliter præsidebit, quatenus suos fideles confirmet ad mala
uitanda ac superanda, atq; corroboret ad bona agenda, sicq; fortes existant in iudicio discre-
tionis ac iustæ correctionis, & in uirtute iustitiae circa deum & proximos. [Amodo & usq; in
sempiternum,] id est, ex principio euangelicæ legis usq; in finem mundi. Ecclesiæ enim Christus
confirmauit in gratia, & semper in eas sunt aliqui boni, qui ab imperfecta iustitia uite præ-
sentis transferuntur ad perfectam iustitiam regni cælestis. Hinc Christus promisit fidelibus
Matt. 18. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usq; ad cōsummationem seculi. Hæc autē de Christo
dicūtur, quia in eo duntaxat regnum David perpetuatur. Non enim aliquis ex semine Da-
uid perpetuum regnum in mundo sortitus est, nec per successionem carnalem hoc factū est.
Vnde de perpetuitate regni David in Christo cōpleta dominus ait in Psalmo: Thronus eius
Psal. 88. sicut sol in conspectu meo, & sicut lunaperfecta in æternum. Per Ieremiam quoq; loquitur de
ut: Si irritum fieri potest pactum meum cum die & nocte, ut nō sit dies & nox in tempore suo,
Ierem. 33. & pactum meum irritum esse poterit cum David seruo meo, ut non sit ex eo filius qui regnet
in throno eius. [Zelus domini exercitum,] hoc est, magna dilectio dei omnipotētis, qui an-
gelicorum agminum dominus est, [faciet hoc]q; Christus ecclesiæ suæ tam gratiōe ac incē-
Ephes. 2. fabilitate præsidebit, & tantam hominibus gratiam cōferet. Ideo Paulus: Propter nimiam, in-
quit,

IN NOCTE NATIVIT. DOMIN.

Pol. XXXVI.

¶ quiet, charitatem qua dilexit nos, pater filium suum misit. Et in epistola prima Iohannis inducit. Ioh. 4. citur: In hoc apparuit charitas dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit in mun-
dum, ut uiuamus per ipsum.

¶ SERMO I. De eo q; admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi,
& princeps pacis, puer Iesus sit dictus, & de horum explicazione recta.

Popus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam: Isaie nono. Tempus quo Christus
fuit in hoc mundo natus est, & euangelicā legem dedit, atq; ubiq; prædicari præcepit,
merito tempus gratia appellatur, quia extremitate cœpit deus omnipotens non solum uni popu-
lo Iudeorum, sed universis per mundum nationibus uiam salutis ostendere, gratiarum dona
offerre, pietatis suæ copiosos præstare effectus. Hinc ait apostolus Paulus: Prioris ignorans Acto. 17.
tempora despiciens deus, nunc annunciat hominibus, ut omnes ubiq; penitentiam agant.

Vnde & angelus in hac nocte dixit pastoribus: Annuncio uobis gaudium magnū, quod erit Luke 2.
omni populo, quia natus est hodie uobis salvator. ¶ Deniq; in hac nocte & in die presenti, coe-
pit Christi nativitas diuersis nationibus manifestari. Manifestata est enim modo tribus Ma-

gis, innotuit quoq; Romanis per ruinam templi æternitatis, & per prophetiam Sibyllæ. ¶ Insuper uerbum istud propheticum quotidie adimpletur: dum enim iniqui conuertuntur ad deum, & Christo obedire incipiunt, qui paulo ante seruerunt diabolο, tunc utiq; populus qui ambulabat in tenebris, uidet per fidem & gratiam, & per sapientiam donum lucem magnam, uidelicet deum quem fideliter cōtemplatur, intelligendo q; ipse sit summum bonum, lux in-

B finita, sapientia sempiterna, ens omnino simpliciterq; perfectum. Omnes autem iniqui in te-
nebris ambulant, quoniam proprijs uitis eorum mens excæcatur. Ideo in Proverbis assertum. ¶ In
tuti: Relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebrosas. Sed his uitis relicta, sequamur
patrum nostrorum sanctorum uerstigia, & magnam lucē dominum Iesum, qui hæc nocte nos
bis nasci dignatus est, intueamur. Consideremus nomina eius, quibus beatus Isaia eum ap-
pellandum prædixit, & primo quām recte admirabilis nominetur. Vere etenim mirabilis in
hac operatus est nocte, quia de clauso sua uirginæ genitricis utero est egressus, & matrem suam in partu ab omni præseruauit dolore, atq; per angelum nativitatem suā manifestauit pa-
storibus. Et sicut in nocte corda paucorum induxit ad credendum ea quæ Christianæ sunt fidēi,

Luke. 2. ita postmodum totum pene mundum conuertit ad hanc tam incomprehensibilem fidēi,
qua ea creduntur, qua omnem rationem prorsus excedunt, ut quod deus est unus & trinus,
quod ipse Christus in unitate persona est deus & homo, q; mater eius est mater & uirgo, &
multa alia in comprehensibilia. Quid tam admirabile, quām mundi conuersio ad hanc fidēi

abfq; armorum uiolentia, abfq; humana astutia arteq; magica, abfq; argumentatione natu-
ralis scientiæ, abfq; ornatu humanæ facundiæ! Vere omnipotens est, qui hominum corda ad
hanc potuit fidem inducere. Idecirco secundum Augustinum, conuersio mundi ad fidem hæc,

est maius miraculum, quām aliquod eorum prodigiiorum, per quæ conuersus est ad fidem hæc
mundus. Deniq; in quotidiana iniuriorum conuersione ad penitentiam salutarem, & præ-
sertim in conuersione quorūdam uagissimorum iuuenum ad religionis ingressum, ad paren-

C tum & omnium propinquorum terrenarumq; rerū perpetuam derelictionem, clarissime pa-
tet, quām ineffabiliter mirabilis sit dominus Iesus Christus, mirabilis plane in potestate, nec
minus mirabilis in pietate, qua tot peccatis ignoscit, & pro tot malis tot bona repetidit. Asse-
rit etenim Augustinus, quod maius miraculum sit iustificatio impij, quā creatio mūdi. Nam

Augusti, quanuis infinitæ potentiae dei omnia æque possibilia sunt, tamen conuersio impij mirabilior
dicitur quām creatio mundi quia in mundi creatione non est aliiquid deo resistens, in conuersi-
one autem iniqui est rebellis uoluntas, quā uincit omnipotens, illam ad omne quod sibi pla-
cer inclinans, uertens, perduens, iuxta illud lob: Deus immutat cor principium terræ. Sic au-

tem in mentes imprimeret, & uoluntatem ad libitum immutare, afficeret, inclinare, soli omnis
potenti deo possibile est ac proprium. Nunc ergo rogemus dominum Iesum Christum, admi-
rabilem dei patris ac uirginis matris filium, nobis hac nocte natum, ut omnipotentiam suam
ostendat in nobis parcendo ac miserendotsq; imperscrutabilem suæ pietatis abyssum decla-

ret in cordibus nostris, ea semper à uitis auertendo, ad virtutes trahendo, ad se sumum &
incommutabile bonum iugiter conuertendo, atq; conuersa in se incessabiliter conseruando.

¶ Secundo, consideremus quā recte ac uere Christus uocetur consiliarius. Nempe ut ait Ambro-
sii: talis debet esse qui consiliū dat, ut sepius bonorum operū exempli exhibeat in doctrinā
Ambrōsi, in integritate, in maturitate, ut sit sermo eius salubris, actio irreprehensibilis, consiliū utile,
uita honesta, sententia quoq; decora. Hæc omnia fuisse in Christo nulli fideliū est ambiguum. Quoniam itaq; filius dei uenit in mundum hunc, ut inuitaret & informaret homines ad

beati

D. DIONYSII CARTHV. SERMO I.

beatitudinem regni cœlestis, ipse dedit hominibus saluberrima sapientissima consilia propter D. ringendi compendiose & expedite ad illam, immo & ad altum ac gloriosum gradum, chorus seu locum in ea. Quanvis enim obseruatio præceptorum sufficiat ad salutem, tamen quia in seculo isto occurunt homini multa & quasi innumerabilia impedimenta seruandi præcepta, & occasionses peccandi, tentationesq; dæmonum, carnis ac mundi, ideo Christus æterna & infinita sapientia dei patris, dedit hominibus saluberrima quædam consilia, per quæ omnia illa lauantur, & expedita ac libera mente soli deo intenditur, ad hæretur, seruitur. Certū est nāq; quod cor humanum tanto perfectius potest alicui uni uacare, quanto plus ab occupatione, affectione & distractione circa multa retrahitur. Idcirco communiter dicitur: Pluribus inter Philoso. tus minor est ad singula sensus. Et q; uirtus unita est fortior quam dispersa. Hinc dominus Iesus Christus confuluit cunctas terrenas diuitias, pecunias, carnales quoq; delicias & sensus ales affectiones, uxorem, parentes, propinquos, immo & propriæ uoluntatis libertatem relinque Luc. 12. re, quatenus omnibus illis relictis, homo in spontanea paupertate, perpetua castitate, & stabili obedientia deo ministret, atq; per hoc in dei amore, in cordis munditia, in omni uirtute & gratia quotidie proficiat copiose. Ecce ista est Christi doctrina, & ista sunt eius consilia, quæ boni religio si obseruant, ac per hoc maximum sibi præmium ditissimumq; thesaurum in casu Luke. 9. lo accumulant & acquirunt. Consuluit etiam Christus patientiam summa in tantum, ut percutienti unā nostram maxillam, præbeamus mox alteram, saltum secundum animi preparationem, ne per iram & impatiētiam ac uindictæ expetitionem & illationem, impediāmūr à dei adhæsione, & ne charitas fraternalia lèdatur seu minuatur in nobis. Insuper Christus sapientissimus consul, super gloriosissimæ trinitatis consilium super saluatione generis humani manifestauit hominibus. Docuit namq; quemadmodum deus trinitas per suam incarnationē ac passionem decreuit mundum salutare, hoc est, homines ab originali & actuali peccato, ab inferni supplicio liberare, atq; ad ueram salutē reducere. Hinc enim dixit: Sicut Moyses exaltauit serpente in deserto, ita exaltari, id est, in cruce leuiari, oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Et rursus: Ego si exaltatus fuero à terra, Ioh. 12. omnia traham ad meipsum. De hoc summa & adoranda trinitatis sapientissimo p̄fissimoq; consilio multa scribit Apostolus, potissimum in epistola ad Corinthios & ad Ephesios, & eis am ad Romanos atq; Hebreos. Siquidem ad Corinthios testatur: Sicut in Adam omnes morti untur, ita in Christo omnes uiuiscabuntur. Itemq; ad Romanos. Reconciliati sumus deo p̄ more Eph. 1. tem filij eius. Et ad Ephesios: Deus prædestinavit nos in adoptionem filiorū per Iesum Christum, secundum propositum uoluntatis sua, in laudem gloria, gratia sua, in qua gratificauit nos in dilectio filio suo. Præterea istud sapientiale ac profundissimum consilium dei ignoratæ excæcati & obstinati Iudei, qui Christum putant ac præstolantur uenturum, ut liberet eos de hac eorum temporali captiuitate, & omnia mundi regna eis subiçiat: ideo manent in suis miserijs, nec scripturas intelligunt prophetarum, ex quarum tamen consideratione multi eorum etiam in lege doctissimi sunt conuersi. Itaq; hunc sapientissimum consiliarium dominū nostrum Iesum Christum, nobis hac nocte ex mundissima uirgine natum sequamus, eius consilijs, cui tanta desuper gratia datur, feliciter acquiescat, & qui eius consilijs acquiescere non appetit, eos qui acquiescunt aut acquiescere uolunt, non auertat nec à salute impedit, ut proditor faciunt multi, etiam carnales parentes, qui prolem suam carnaliter non spiritualiter diligentes, à religionis retrahunt impedientq; ingressu, quod est enorme peccatum, & diuinæ ac fraternalæ charitati ualde contrarium. Idcirco qui tales sunt, se emendent. ¶ Tertio consideremus, quod dominus Iesus Christus, deus uere uocatur. Idcirco afficiamur ad eum, non solum sicut ad paruum nobis nocte hac natum, sed timeamus, amemus, ac ueneremus eum ut uerum deum, cum in omnibus & super omnia diligentes, alpientes ac adorantes, ut sic eius precepta obseruemus in omnibus, atq; in sancta dilectione, humilitate, patientia, pietate, ac syncretitate mutuo cōuersemur. ¶ Quarto consideremus, quod puer hic nobis natus, uocetur fortis atq; omnipotens. Ideo semper confidamus in eo, & eius auxiliū iugiter imploremus, & sic saluū erimus ac securi, quemadmodum propheta fatetur: In domino sperans, nō infirmabor. Et denuo: Sperent, inquit, in te, qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquisti quærentes te domine. Vnde & Ieremias propheta affirmat: Benedictus uir qui cōfidit in domino, & erit dominus fiducia eius. ¶ Quinto pensemus, q; puer iste uocatus est pater futuri seculi. Ideo si Christi discipuli esse optamus ac filii, futura bona regni cœlestis toto corde concupiscamus, quæramus, & adipisci perseveranter conemur, sicutq; transeamus per bona temporalia, ut non amitemus æterna. Attendamus quod in seculo isto non diu manebimus, & q; in futuro seculo sumus æternaliter permanensi in summa gloria, aut in miseria maxima. Ideo quantum

zeg

IN NOCTE NAT. DOM.

Fol. XXXVII.

A eternum excedit modicum tempus uita præsentis, tanto ardenter appetamus, & studiosius obtinere nitamur cœlestis patriæ gloriissima dona, quam uita præsentis transitoria bona. Sed uæ miseris peccatoribus oppositum huius agentibus, qui tam feruenter cupiunt hæc terrena, & tam remisse bona cœlestia, quasi hic per multa anna orū in in illis sint māsuri, ibi uero an mis perpaucis. Quanta est horū excæatio atq; perueritas! ¶ Sexto pensemus, q; puer iste, dñs Iesu, dictus sit princeps pacis. Si ergo ad eum uolumus pertinere, sumus semper pacifici, cū dicat saluator: Beati pacifici, quoniam filii Dei uocabuntur. Non ergo sit aliquis contentiosus, im Mat. 5. patiens, turbulentus, sed unus defectum alterius pie & charitatue supportet, prout seipsum à Deo apparet supportari. Ideo ait Apostolus: Alter alterius offera portare, & sic adimplabitis le Gal. 6. gem Christi. Hinc iterum exhortatur: Pacem sequimini cum omnibus & sanctimoniam, sine Heb. 12. qua nemō Deū uidetis. Etrurfus: Si fieri potest qd ex uobis est, cum omnibus hominibus pacem R. 12. habete. Porro si aliquis ex sua malignitate nobiscum pacem habere nō uult, nos tamē pacem peccoris habeamus in Deo, & charitatue ore uenit pro illo, ut nra patientia, pietate & benevolentia illum uincamus atq; lucremur. Propter quod ait Apostolus: Noli uinciri a malo, sed uin R. 12. ce in bono malum. Quemadmodū enim pacifici sunt filii Dei, ita rixosi ac turbatores, filii exi stunt diaboli. Itaq; pax Christi nobis hodie nati, custodiāt semper corda nostra. Phil. 4.

¶ Enarratio Epistolæ: Apparuit gratia Dei saluatoris nostri omnibus hominib[us] bus. Ad Titum II.

Hacc epistola ad literā tractat de Chri nativitate, pietate & gratia. Ait ergo ad Titum Apo stolus: [Apparuit gratia Dei saluatoris nři]. i. gratiola instructio, pia largitio, benigna p[ro]fessio Chri, qui uerus est Deus patri consubstantialis. Sicut autem apparuit gratia eius in sua nativitate, in qua sua humilitatis ac paupertatis exemplo nos docuit, sū nobis charitatē monstrauit, & seipsum per assumptam humanitatem præbuit corporaliter uere uisibilem, q; in sua divinitate incomprehensibilis creditur. In sua quoq; nativitate cepit cordib[us] uominū gratiam suæ illustrationis copiose infundere, deinde proprio ore docuit homines, & ppri oris in Ioh. 20. sufflatione spiritum sanctum dedit apostolis. Sic ergo apparuit gratia Chri saluatoris Dei nostri, [omnibus hominibus]. Id est, quibusdam de omni hominum genere, seu cunctis credentibus, quibus per gloriosos apostolos & eorum coadiutores, prædicata est fides & gratia Christi, de quibus à Daniele est prædictum: Omnes populi, tribus & linguis seruent ei. [C]eridiens nos] uerbo & exemplo, ut abnegantes impietatem id est, peccata quæ sunt directe cōtra Deum, ut quæ sunt cōtra tria prima præcepta, [& secularia desideria], i. inordinatas affectiones Exo. 20. a d[omi]ni diuitias, delicias & honores seculi huīus. [Sobrie] quoad nos ipsos, [& insat] quantū ad proximos, [& pie] id est, deuote & religiose, quātum ad Deum, [uiuamus in hoc seculo, expectan tes beatam spem, id est, felicem remunerationem felicitatis æternæ speratam. vnde funitur spes hic pro bono sperato, sicut in Psalmo: Tu es domine spes mea, [& aduentum gloriæ mag nifici Dei & saluatoris nostri Iesu Christi, id est, gloriolum aduentum Christi, qui est Deus in circumscribilibus & immensis, cuius primus aduentus fuit in humiliatæ & paupertate ut iudicetur, secundus uero ipsius aduentus erit in maiestate & gloria, ut iudicetur. Cuius præstola mur aduentum, quatenus in die iudicij suscitemur, & corpus glorificatum adipiscamur, [qui dedit semetipsum pro nobis, id est, sponte pro nostra salute se obtulit Deo patri in aera crucis, iuxta illud Apóstoli: Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & ho Ephe. 5. fiam Deo in odorem suauitatis. Hinc Esaias dicit: Oblatus est quia uoluit. Et ipsem protegatur: Ego sum pastor bonus, & anima mea amabo pro quibus meis. [ut nos redimere] pre Ioh. x. cito sanguinis sui [ab omni iniuitate, id est, tam originali quam actuali peccato, [& mundaret] sibi]. i. ad laudem & gloriam suam mundum faceret [populum] que in baptismo purgat ab omniciula, [acceptabilem], i. sibi placenter & gratum, [sextorem bonorum operum] i. opera bona assidue asequentem ac prosequenter. [Hæc] documenta [loquere] i. populo prædicta, [& exhortare] eum, ut Chro sit gratus atq; obediens, [in Chro Iesu domino nřo,] i. secundum uoluntatem ipsius, atq; in uiuente & gratia eius.

¶ SERMO II. circa Epistolam: De inenarrabili bonitate Dei, & q; ea iam cognita, iuste, sobrie & pie uiuendi fortior ratio nos incitare debet.

Apparuit gratia saluatoris Dei nři, Ad Titum ii. In totius mūdi creatione apparuit omnis potentia Dei, i. gubernatione mundi apparuit sapientia Dei, in conseruatione mundi inde finiter apparebat bonitas seu pietas Dei, quia nec ipse mundus, nec aliud in eo contenitum, posset p momentu subsistere aut durare, nisi ipsore bonitas creatoris illud cōtinuo cōseruaret in eis, sicut nec dies absque solis p̄sencia & influxu. Porro in incarnatione nativitateq; Christi filii Dei apparuit infinita misericordia Dei, & charitas eius ad homines, quoniam tam beni

g

Dbenignissime subuenit eisdem, tamq*e* immediate ac dignissime humana*natura* su*e* con*iu*x*t*is diuinitati. Deniq*e* Iude*e* in t^{er}ti*e* testamento apparuit iustitia Dei & rigor diuini iudi*cj*, quia lex Moysi p*re*cip*it* transgressoribus suis mortem hic corporalem infligi. S*e*p*e* nanq*e* in leg*e* illa habetur: Qui fecerit hoc aut illud, morte moriatur. Prop*e* quod ad Hebr*e*os ait Ap*o* stolus: Irrita*n* quis faciens leg*e* Moysi, absq*e* ulla miseratione duobus aut tribus moritur. Ch*f*ian*s* uero in nouo testamento apparet, m*o*stratur, patescit misericordia Dei & dulced*e* cedo sui iudicij. Non enim iniqui in nouo testamento occidi*u*bentur, sed ad penitentiam invitatur. & tam misericordissime eis frequenter parcit altissimus, ut impleatur in eis illud Ap*o* stoli: Vbi abundauit delictum, abundar*et* gratia. Hinc euangelicus ille Z*acharias*: Per uice*ra*, inquit, misericordia Dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Propterea lex Moy*s*i appellatur lex timoris, & lex Christi dicitur lex amoris, iuxta illud ad Rom. Non accepisti spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepisti spiritum adoptionis filior*u*, in quo clamus, Abba pater. In nouo etenim testamento inducuntur homines ad bene agendum amore*boni*, potius quam mal*e* timore: & ex Dei dilectione magis, q*u* temporalis aut infernalis moris formidinet ex consideratione quoq*e* multiplicium & abundatissimum beneficiorum sua*in* Dei, plus q*u* ex comminatione pecuniarum. Hinc ad Timotheum Apostolus loquitur: N*o*d*e* dit in nobis Deus spiritum timoris, sed uirtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Itaq*e* perpendamus quae & quanta pro nostra salute unigenitus Dei fecit ac pertulit, quanta nobis praestit bona, & q*u* gloria*s* pr*æ*mia nobis sp*o*ndit: sic accendamur amore ipsius, gratias ei agentes, atq*e* pro posse ei obediens, & ministrantes fideliter & constanter in omnibus. ¶ Pr*æ*terea, quo*n*iam omnis Christi actio, est n*ra* i*n*structio*u*, ideo iuxta doctrin*a* Apostoli, Christi gratia seu apparitio gratio*s* in humilitate & paupertate, erudit nos, ut abnegantes, detestantes, uitates imp*er*at*em* & secularia desideria, sobrie & iuste & pie uiuamus. In quibus uerbis plurima ineluduntur. Primo, ut abhorreamus imp*er*at*em*. i. transgressionem p*re*ceptorum tabula*pr*æ*ma* decalog*i*, quae sunt tri*a*: Primum est, ut Deum un*u* colamus, amemus, & ueneremur, cuius us*oppositum* agunt omnes idololatri*e*, & qui creatur*s* magis seruunt & inh*er*ent, q*u* creari*u*. Item qui propter aduersari*e* ex imp*at*ientia murmurant contra Deum sive blasphemant, pr*æ*sertim qui odiunt Deum, ita q*u* malent Deum non esse, quam*u* peccata sua relinquere. Secundum mandatum est, ne uane iuremus per Deum, aut per sanctos, sive per creature*s*. Hinc etenim ait saluator: Ego dico uobis, non iurare o*m*ino, necq*e* per c*æ*lum, quia thronus Dei est, ne q*u* per terram, nec aliud quodcumq*e* iuramentum. Sit autem sermo uester. Est est, Non non. Unde in Ecclesiastico quoq*e* legitur: iurationi non assuefcat os tuum, multi enim casus in ea. Vir multum iurans, replebitur iniuriae, & non deficit de domo illius plaga. Sed c*o*tra hoc Dei p*re*ceptum iam pene omnes enormiter peccant, pessimam sibi iurandi c*on*suetudinem facientes & continuantes. Quod reuera ualde pericolosum est atq*e* dannabile, cum sit contra diuinum p*re*ceptum: idcirco ex suo genere est mortale peccatum*tim*o*u* secundum doctores, usus irrefrenatus uenialium peccatorum, mortale peccatum est: quanto magis consuetudo iurandi, quae est contra Dei p*re*ceptum? Talis etenim consuetudo iurandi, est contra diuin*æ* maiestatis honorem. Nam in irreuerentiam Dei cedit, ipsum sine necessitate & reuerentia*u* in testem assu*m*ere. Ex consuetudine quoq*e* iuradi*u* incidit homo de facili in crimen per iur*e*, quod est peccatum*grauissimum* nonnulli ad tant*u* exc*æ*cationem labuntur, ut uix aliquid dicat sine iuratione. Ab*hiciatur* ergo c*o*suetudo h*æ*c p*essima*, & imp*er*itatem hanc abneget unusquisq*e*, cor*su* custodiens, linguam refrenans, nec fineratione quid loqu*e*s. Tertium p*re*ceptum est, ut dies celebremus festiu*s*, quatenus tunc Deo & deuotioni*s* specialiter simus intenti, diuin*u* uisitantes officium, & aliorum dierum uitia negligentesq*e* recuperantes. Sed contra istud agunt homines infelices, diebus solennibus abutentes, quia tunc grauius ac frequentius Deum offendunt, quam ali*s* in diebus. tunc enim p*re* solito uacant loquacitati*s*, uanitati*s*, gula*s*, choreis, ludis, iocis & trufis. Heu quanta est miseria peruersitasq*e* humana, quam*u* intmorat*u* sunt homines, q*u* negligentes sua*salutis*: quia certe, ut ait Prophet*a*, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus, nec est tenuor Dei ante oculos e*go*. Em*edem* ergo istam imp*er*itatem, idq*e* agamus diebus festiu*s* propter quod instituti*s* c*o*sistunt, orationibus ac deuotis meditationibus insistentes, de diuini*u* distinctione iudici*s*, de infernali*u* acerbitate supplicij*s*, de uit*æ* p*re*senti*s* breuitate & mortis angustia, de ætern*æ* beatitudinis gloria, de infinita perfectione & excell*æ* t*ia* creatoris, & de beneficiis eius solicite cogitantes. Matutinas, Missam, & Vespertas audiat omnis qui potest. ¶ Secundo in p*re*inductis Apostoli uerbis includitur, ut secularia quoq*e* defideria respuamus, quatenus iuxta doctrin*a* Apostoli, habetes uictum & q*u*bus tegamur, his contenti simus. Hinc ad Romanos dicitur: Nolite conformari huic seculo, sed renouamini in nos.

Rom. 5.
Luce 1.

Mat. 5.

A nouitate sensus uestri. Nullus ergo ali*u* imitetur in malo, nemo super his, curiosis, uanis & uatiosis hominibus se conformet, nullus ad ea q*u* mundi sunt, ad honores, ad uoluptates & opes inordinate afficiatur: sed quicquid appetimus, hoc in Deo & secund*u* Deum appetamus, hoc est, in quantum nobis proficuum aut necessarium est ad salutem. Nam ut ait Apostolus, Qui uolunt diuities fieri, incidunt in tentationem & laqueum diabol*i*. Christus quoq*e* in euangelio contestatur: Possibilis est camelum per foramen acus trahire, quam*u* diuitem intrare in regnum caelorum. Sed huius rursus oppositum agunt homines uani*s*, qui quicquid curiositatis, pompositatis & uanitatis uident in ali*s*, mox sequuntur aut sequi nituntur, similes bestijs, quarum una se precipitant in aquam, ignem aut foueam, ali*s* illam sequuntur. ¶ Tertio, in uerbis illis Apostoli tangitur, ut sobrie iam uiuamus. Prop*e* quod ait saluator: Videte ne grauen*tu* corda uia crapula uel ebrietate, aut curis huius seculi, Vnde in Ecclesiastico script*u* est: Sa*n*itas anim*s* & corporis est, sobrius potus, Imo sobrietas sensum facit per uigil*u* & acutum, corp*u*sc*u* ualidum, & cor*u*sc*u*ndum, & ad omne bonum bene dispositum, uitam quoq*e* prolongat. Gulositas uero bestiale est uitium, suntq*e* uite uillissima, qui ebrietati & gulositati intenti sunt, quibus in Esaia ait sermo diuinus: V*e* qui consurgit mane ad ebrietatem sestandam, et Esa*i*, potandum usq*e* ad uesperam. Istud enim ualde damnable est. Et enim si quis imp*ro*p*ri*ue*s* & ex inexperten*ia* ac ignorantia uirtutis qu*u* est in potu, ruat in ebrietatem, non est mortale pecca*tu* sed dum quis propriam infirmitatem expertus est, scit*u* q*u* potu quem bibit, esse inebriatum, & nihilominus immoderanter se replet, ita q*u* inebriatur, non a mortal*u* uitio excusatur, prout hoc S. Thomas in secunda secund*u* declarat. Deniq*e* cum hoc ita se habeat, quam*u* gravissime peccant, qui ebriosam aut gulosam potionem ducunt in usum, q*u*tidie uisitantes tabernas, loquacitati*s*, cachinnationi*s*, uanitati*s* uacantes, & t^{er}pus suum eis ad bene agendum a Deo concessum, tam miserabiliter expendentes: Quid isti responsuri sunt Christo in die iudicij? Emendent se ergo. Insuper iuxta Apostoli documenta etiam iuste uiuamus, unicuique q*u*d suum est tribuentes, & ali*s* facientes prout ab ipsis fieri uolumus nobis. Nec differenda est persolutio debiti*s*, si ad*h*is soluendi facultas, ne ex dilatatione alter d*am*num ali*q*uid patiatur, gafor*u*an cum suis pecunijs faceret lucru*s*. Pie quoq*e*, deuote & religiose habeamus nos circa Deum, ipsum adorando, laudando, glorificando, ac uenerando. Sicut c*æ*lestem beatitudinem equanimiter prestatole*u*mur, bonis operibus cum perseverantia, feruore atq*e* profectu insistentes usq*e* in finem.

B ¶ Enarratio Euangeli*j*, Ex*ist* edictum à C*æ*sare Augusto. Luce 21. ¶ Gloriosus euangelista Lucas in p*re*senti euangeli*u* nativitatem Christi ex uirgine marie*describit*, dicens: [Ex*ist* edictum à C*æ*sare Augusto,] id est, Octauianus imperator p*re*cip*it*. Iste Octauianus in tantum auxit temp*u*publicam & Romanum imperium, omnesq*e* opes Romanorum, quod appellatus fuit Augustus. Dicitur quoque C*æ*sar à suo p*re*decessore, uidelicet Iulio, cuius filia fuit uxor Octauiani. Porro Iulius uocatus est C*æ*sar, uel quia ex mortua*u* matris sua*u* utero per scissionem aperto extractus est, secundum Isidorum uel, quia cum c*æ*sarie natus est uel, quia hostium c*æ*sor fuit uictorius. Vnde nomen hoc, CAESAR, successores eius sibi retinuerunt: quemadmodum etiam Octauiano succedentes, nomen AVGVSTI ab illo sibi tenuisse leguntur. [ut describeretur uniuersus orbis.] id est, nomina omnium regionum & ciuitatum, & uillarum atque uicorum, & habitatotorum omnium horum, redigerentur in scriptis, & deferrentur ad Roman*u*, sibi*s* insinuantur. Volutu*n*anque hic imperator scire magnitudinem sue potestatis ac dominationis ex multitudo*s* subditorum. Id eo uoluit scire, quot sub Romano*u* imperio essent prouinciae, & quot urbes & uilla*s* ac uici in prouincia qualibet essent, imo etiam & quot homines. Istud etiam idcirco uoluit scire, ut agnosceret magnitudinem & ualorem tribut*u*, quod sibi*s* in singulis sue ditionis prouincijs soluebatur, & qualiter prouincias melius conseruaret in pace, prouidendo singulis de aptis iudicibus atq*e* pr*æ*sidibus. Imperator iste uictoriosissimus ac fortunatissimus fuit. Vnde temp*u*re Trajan*u* imperatoris clamatur est in senatu: Nullus felicior Octauiano, Nullus melior Trajan*u*. Præterea quinquaginta*s* annis ac medio Octauianus legitur imperasse, & quadraginta*s* secundo sui imperij anno, edictum seu p*re*ceptum istud c*o*stituisse, ita quod sub eius imperio inaudita pax fuit in mundo, omnibus uni*s* subiectis, ad p*re*figurandum, quod CHRI*S*TVS tunc ueniens, ueram p*ec*toris æternitatisq*e* pacem, omnibus in se creditibus esset datum, eos in ætern*æ* felicitatis patria collocaturus. Sicut tunc literaliter fuit impletum, quod in primo CHRI*S*TI aduentu esse implendum, p*re*dictum erat in Esaia atque Miche*a*: Conflabunt gladios suos in uomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium. [Haec descriptio prima facta est à p*re*sidente Syri*e* Cyrino.] Ante hanc generalem mundi descriptionem, p*re*ceterant aliquæ particulares certarum regionum descriptiones, quemad

Luc. 21.

Mich. 4.

D. DIONYSII CARTH. ENARR. IN EVANG.

R. Re. 14. modum secundo Regum legitur David iussisse loab, ut populum sui regni describeret. Sed ista quam Octavianus fieri iussit, fuit prima, loquendo de generali orbis descriptione. Est ita quod sensus Hæc descriptio prima, scilicet uniuersalis, quam alia talis non præcessit, facta est apud Syriæ, nomine Cyrino. Vel hæc descriptio ab Augusto fieri iussa, facta est prima, id est, primo exequutioni mandata, à Cyrino, quem Octavianus præfecit Syriæ ac Iudeam, secundum Gregorii expositorem. Cyrinus autem primo exequi ccepit imperatoris edictum in Syriæ, quæ umbilicus seu medium terræ habitabilis dicitur, & in medio Syriæ dicitur fuisse Iudeam. [Et ibat omnes uidelicet principales de qualibet domo, uel etiam cæteri qui poterant ire. Tum profitebantur, id est, uerbo & facto protestarentur se esse Romano subiectos imperio. Singuli in ciuitatem suam, id est, in urbē de qua nati fuerunt, uel ad quam amplius pertinebant. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in qua Christus fuit cōceptus, & ibidem uirgo beatissima cum Ioseph suo ministro ac sponso habitauit. Et quoniam Nazareth est situs inferior quam Bethleem, recte dicitur Ioseph ascendisse in Iudeam ciuitatem] id est, in urbē aëtri tribum Iudeam spectatam. Ciuitatem, inquam, [Dauid] regis, puta, in Bethleem, de qua David extitit oriundus. [eo quod esset de domo, &] pro, id est, [familia David,] id est, de semine David regis. Et per hoc innuit euangelista, Mariam quoq; de semine David fuisse, quia lex iussit, uirum & coniugem de eadem existere tribu, de quo tamen præcepto tribus Leuitica ac sacerdotalis fuit excepta. [ut profiteretur] se subiectum imperatori. [cum Maria despontata sibi,] antequam ipsa Christum concepit, uxore prægnanta, id est, partu propinqua. Fuit enim uere coniux ipsius, ut in præcedenti euangelio magis expositum est. Porro profectio ista fiebat uerbo & facto, quoniam profitens, dixit se Romano imperio subditum atq; in signum ueritatis, posuit denarium imperatoris imagine insignitū super propriū caput, statimq; porrexit denarium imperatoris ministro, qui nomen profitentis mox scripsit. Est autem secundum quodam ambiguum, an solus uir profitebatur. Quod si dicatur, tunc quod ait euangelista, cum Maria, referatur ad uerbum, ascensit, nō ad uerbum, profitebatur. [Factum est autem cum essent ibi,] puta in Bethleem, impleti sunt dies ut pareret uirgo purissima, quæ reuelante spiritu sancto nouerat se in Bethleem parituram, prout à Michea predictum erat. Et tu Bethleem Ephræta, ex te mihi egreditur qui sit dominator in Israel. [Et peperit filium suum primogenitum,] scilicet Iesum Christum, qui dicitur primogenitus, non quia post eum habuit alium, sed quia ante eum habuit nullum. Sic quippe in lege accipitur primogenitus, dum omne primogenitum Deo offerri iubetur. Certum est enim, quod multi tunc unigeniti erant in populo Iudeorum, qui tamen Deo offerebantur propter illud præceptum. Dicitur quoq; Christus primo genitus, quoniam dignior uniuersis, seu inter genitos tenēs primatum. Itaque peperit suum ac Dei patris unicum filium. Quem sicut sine carnali delectatione cum ingenti spirituali laetitia, in alta existens contemplatione, concepit, sic absq; corporali dolore, cum gaudio spirituali, in sublimi existens contemplatione, & (ut aliqui dicunt) genibus flexis, quasi in ictu oculi peperit, natumq; & ante se facetem, protinus adoravit ut uerum Deum. [& pannis eum inuoluit] propriis manibus, non utens nec indigens obsequio obstetricum, dicente beato Hieronymo: Nulla ibi obstetrix, nulla mulierularum sedulitas fuit. Ipsa pannis inuoluit infante, ipsa matrem & obstetrix. [& reclinavit eum] puerum pannis inuolutum, in præsepio iuxta se posito, [quia non erat ei locus in diuersorio.] id est, aptiorem locum quo puerum ponere, ibi uirgo sancta non repperit. Porro diuersorium (secundum Isidorum) dicitur, quia diuersi ibi conuenientia, ut assentur Beda, fuit spatium inter duos uicos, ex utroq; latere habens murum, & ex parte utraque portam, et ob aëris intemperiem desuper coopertum, quo festis diebus ciues conuenire ad colloquendum & solatiandum solebant. In quo etiam urbem ingredientes anima sua ad horam ponebant sicutq; à diuertendo diuersorium nuncupatur. Alij dicunt quod fuit hospitalaria, ad quam ab extra uenientes diuertebat ad hospitandum, potissimum pauperes. Et quia tunc Bethleem plena fuit hominibus, ditionesq; hospita occupauerāt meliora, Ioseph tanquam uerecundus, pauper & simplex, diuertit cum uirgine ad locum præfarum. Quod utiq; Deo præordinante ac moderante peractum est, ut in Christi nativitate in Bethleem, impleretur præacta prophetia Micheæ. Præterea aliqui dicunt, quod Ioseph secum adduxit bouum & asinam. Bouem, ad uendendum pro necessarijs in tam longo itinere asinam, pro subuertione glorioſa Mariæ. Aliqui quoque affirmant, quod præsumptum diuersorium fuit infra Bethleem, & iuxta unam portarum sub concava rupe, non habens desuper teclum, nisi rupem ex monte pendente. Cösequenter docet euangelista, quomodo Christi nativitas ceperit horum manifestari. Nam subditur: [Et pastores erant in regione eadē] scilicet in Iudea, suis galantes & custodientes uigilias noctis super gregem suum. id est, consuetas uigilationes sollicitate.

IN NOCTE NAT. DOM.

Fol. XXXIX.

A licite custodiebant circa pecora sua, quæ alebant in rure, & custodiebant etiam tempore noctis, prout in illis locis fieri consuevit. [Et ecce angelus domini stetit iuxta illos.] In corpore enim assumpto uisibiliter eis apparuit, & corpus illud habuit formam sue effigiem corporis humani. [& claritas Dei circumfulsit illos,] id est, Lux quædam diuinitus missa, aërem prope pastores sic clarificauit, quod & ipsi luce illa undique perfundebantur, secundum quod paulo post interius spirituali luce perfusi sunt, ad cognoscendum ueritatem de Christo, quemadmodum in Actibus habetur de Paulo apostolo: Subito circumfulsit eum lux de caelo. Et forsitan angelus in corpore tam luminoso apparuit, qd ab ipso lux tanta diffundebatur. Vel præter claritatem ab ipso diffusam, etiam lux ad Deo diffundebatur, per quam copiosam lucis diffusam oner figurabatur, quod Christus sol sapientie atq; iustitiae, esset in mundo hoc natus. Vnde in ueteri testamento non leguntur angeli cum tanta claritate apparuisse. [& timuerunt timore magno,] propter tam grandem inconseruamq; uisionem, & ne forte esset illusio, & quid prærenderet illa apparitio ignorantes. [Et dixit illis angelus,] qui ex sua uisione territos consolans, solet ac confortare. Vnde & sanctus abbas Antonius docuit: Per hoc discernitur apparitio nius. S. Ant. B antea, angelii boni ab apparitione angelii malitiam quanuis ex utraque uisione inquietatur homini prima facie timor, tamen si angelus sanctus appetit, territum protinus cōsolatur & roboret, ita quod timor recedit. Si uero appetat angelus malus, remanet timor incensus, etiam si uera bona exterius consolatoria proferat. [Nolite timere,] timore immoderato ac deſcidente, qualem impedit rationis & opus uirtutis, cum sit passio inordinata, quo per rationem ac fortitudinem est frenanda ac moderanda. [Ecce enim euangelizo] id est, prædicto & denuncio. [uobis gaudium magnum,] id est, causam atq; materiam gaudi spiritualis præcipui, [quod erit omniproculo.] id est, tam Iudeis quam Gentilibus in Christum credituris, communicabitur & inerit gaudium istud. Vnde distributione ista accōmoda est pro generibus singulorum, quia de omni genere nationeq; hominum aliqui crediderūt, & de isto gaudi sunt, [quia natus est uobis] id est, ad uestram salutem. [hodie] id est, die hac naturali, uidelicet in hac nocte, quæ est pars dies naturalis, continetis uigintiquatuor horas. [Saluator] Jutpote unigenitus Dei filius, qui secundum suam diuinam naturam est salvator per authoritatem & efficientiam principalem, tanquam creator & dator gratiæ ac salutis prima ac omnipotenti uirtute, qui per Isaiam testatur Deus iustus & saluans non est præter me. Atque per Osee: Ego dominus Deus tuus, & saluator non est præter me. Porro secundum humanitatem assumptam, ipse saluator est per efficaciam instrumentalem, & tanquam meritoria causa totius gratiae ac salutis. Sicq; in Actibus ait de Christo Apostolus: Acquisuit ecclesiam sanguinem suo. De quo per Isaiam predictū est: Ecce Deus uester, ipse ueniet & saluabit uos. Sua etenim passione nostra deleuit peccata, gratiam ac salutem nobis promeruit. Quod etiam sua sanctissimæ conuersationis meritis fecit. [Qui est Christus] Christus græce, latine dicitur Uetus. Christus autem uetus est non oleo corporali & unctione humana, sicut olim in lege ungebatur reges atq; pontifices, sed uetus Exo. 30; est unctio spirituali, diuina, secundum suam humanitatem, hoc est, plenitudine gratiae ac uirtutum, imo & lumine gloriae & beatifica fruitione, a primo suæ incarnationis instanti, iuxta illud in Psalmis: Vnxit te Deus Deus tuus oleo laetitiae præ cōsortibus tuis. Et in Isaia loquitur Psal. 44: Christus: Spiritus dominus super me, eo quod unxit me. Et facta est tractio ista à tota super. Isa. 61; beatissima Trinitate, cuius opera ad extra sunt diuina. Vnde sacratissimus ait princeps apostolorum: IESVM unxit Deus spiritus sancto & uirtute. Denique Christus in nouo testamento, Act. x, prout communiter utinam nomine isto, significat & supponit increatam personam, in duplice natura, uidelicet diuina & humana, subsistentem. [dominus] Christus secundum utramq; naturam dicitur dominus, sed diversimode: quia ut Deus, est dominus per independentem authoritatem, primamq; potestatem, & uniuersalem præsidentiam prorsus perfectam. Secundum naturam uero humanam, est dominus etiam omnium creaturarum per potestatem & gratiam temporaliter datum, creatam, instrumentalem, finitam. Propter quod contestatur Data Māt. 18; est mihi omnis potestas in caelo & in terra. [in ciuitate David.] scilicet Bethleem. [Et hoc uobis signum] luxa Apostolum, Iudei signa querunt idcirco pastoribus tanquam Iudeis, dat g. iii. p. 2

D. DIONYSII CARTH. ENARR. IN EVANG.

pastores & omnes egenos angelus valde cōsolabatur. [Et subito] id est, præfato angelo cum D. pastoribus adhuc loquente, secundum Origenem, uel statim post hoc, [facta] id est, exhibita. [est] à Deo, & in aëre apparuit. [cum angelo] pastores docente, quem aliqui putant Gabrielem fuisse. [multitudo militia cælestis,] id est, copiosum agmen angelicorum spirituum, qui milites summi regis sunt, quoniam cōtra aduersarios eius, puta aëreas potestates, uictorialiter discitant, eosq; uincunt & arcent, & ad omne diuina malestatis prosequendum imperium primum ptissime obsequuntur. Insuper Christo duci, qui ad superandum malignos spiritus uenit, huius militer seruierunt. Itaq; ad ueritatis certificationem, atque ad insinuandum natu pueri dignitatem, tam multi, imo secundum Origenem, tam innumerabiles angelii apparuerūt. [laudantium Deum] Jardentissima, deuotissima, & iucundissima mente [& dicentium] confona uoce ac suauissima melodia: [Gloria] id est, summa excellentia, seu clara cum laude latititia, uel beatitudine atq; laetitia, nam omnibus modis accipitur gloria hic. Proprie uero gloria, id est, glorificatio diuinæ maiestatis in cordibus intellectualium creaturerum cum debita laude, sit in altissimis Deo, id est, Deo qui in cælis præsertim in calo empyreo, esse & habitare afferitur, in quantum ibi evidentius ac magnificenter operatur, clariusq; conspicitur, quanvis secundum se sit penitus superficilissimus, incircumspectus, immensus, nullam ad locum habitudinem habens. Vel, gloria, id est, clarificatio Dei prefata, sit in altissimis, id est, in mētibus beatorum Deo, ut ipsi in omnibus Deo gloriam & honorem exhibeant. Quod utique incessanter faciunt. Vnde secundum hoc, uerbum istud est uerbum congratulationis magis, quam exhortationis, quemadmodum illud: Laudate Deum omnes angelii eius. [Et in terra] sit [pax] interna & spiritualis, qua est tranquillitas mentis in Deo, seu gaudium imperturbatum in actibus virtutis. [hominibus bona voluntatis,] loquendo de bona uoluntate non optativa rantum, (qua est velleitas imperfecta, de qua Salomon loquitur in Proverbiis, Vult & non uult piger) sed de uoluntate imperativa & efficaci, qua tempore opportuno procedit in opus bonum, si adsit facultas. Porro qui uoluntatem taliter bonam habent, sunt in statu salutis, hoc est, in charitate & gratia, quoniam talis uoluntas reputatur à Deo pro opere, & efficit quod in se est. Sumitur autem nunc uoluntas pro interiori actu uoluntatis, qui uoluntate dicitur, non pro potentia tantum. Vel sumitur pro potentia, tali actu formata. Et quoniam radix merendi ac dea merendi, præsertim in uoluntate consistit, quia libertas primo atque directe competit uoluntati, (propter quod, Augustino testante, Peccatum intantum est uoluntarium, quod si non esset uoluntarium, non esset peccatum). Similiter actus uirtutis intantum est uoluntarius, quod si non esset uoluntarius, non esset actus ueraciter virtuosus) hinc bonum & malum dicuntur esse in uoluntate, quemadmodum uerum & falsum in intellectu. Idcirco hominibus bona uoluntatis pax recte annuntiatur, conuenit, & confertur. Nam & uoluntas per charitatem animæ uires mouet ad opera bona. Postremo, residuum hymni & cantici huius angelici, ali qui dicunt editum à Symmacho papa, alii credibilius afferunt, illud a beato Hilario præsule factum. Legitur namq; in gestis Romanorum pontificum, quod Thelephorus papa instituit, ut solis episcopis liceret canticum istud incipere; postea vero Symmachus papa ordinavit, ut etiam cæteri sacerdotes possent illud incipere diebus festiuis, quia de sacerdote scriptum est.

Mala. 2. Angelus domini exercitum est. Et certe canticum istud angelicum ac præclarum, cum præcipua deuotione & aduentia cantandum est & legendum.

SERMO III. De gratitudine Christo offerenda pro sua incarnationis nativitatib; beneficiis nobis exhibitis, & de gaudio extanta Dei munificentia assumendo.

Annuncio uobis gaudiū magnum, quia natus est uobis hodie saluator, qui est Chrs dominus, in ciuitate David. Lucæ 1. Ita fuerunt uerba angelii ad pastores in hac nocte, q; uerba unuquisq; pastor ac predicator dicere potest & debet ad populum suum, cum horrido ad spualem letitiam, gratiarūq; actionem de isto tam summo & ineffabili beneficio Dei, uidelicet q; natus est nobis hodie saluator Christus filius Dei, dñs omnis entis creati. Sed nunc consideremus diligenter, quā magna & multiplex sit nobis ratio exultādi, in hac sacraissima solennitate Chri nativitate. Itaq; prima causa seu ratio gloriādi in hoc festo de Christi ortu, est significatio magna, & exaltatio admiranda naturæ humanæ per Christum. Quanto enim unigenitus filius Dei, uerius existēs Deus, plus humiliauit se naturam afflimento humanam, & uirginis faciendo se prolem, tanto præclarus per suam incarnationem & nativitatem maternam, dignificauit genus humanum, et nostram exaltauit naturam, ita q; eius ad ima descēsio, est nostra ad summa prouectio, & per hoc quod ipse factus est frater nostrus nascendo ex Virgine, nos facti sumus filii Dei. Propter quod Iohannes afferit: Quotquot

IN NOCTE NAT. DOM.

Fol. XL.

A autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Hinc secundum Gregorium, ange Gregorij: Li sancti uidentes naturam humanā à deo in unitate personæ assumptam, renuerunt tempore noui testamenti ab hoībus adorari, qui tñ tempore ueteris testamenti nō renuerunt hoc ipsum. Præterea, cum unigenitus filius dei sit dignitatis & excellentiae penitus infinitus, & unitio psonalis humanitatis cum uerbo æternō, sit ppinq; ac intima unio, ita q; creatori creatura propinquius copulari nō ualeat, certiū est, q; p; hoc q; unigenitus filius dei natus est homo, genitus humanū inæstimabiliter dignificatus ac sublimatum existat. Idcirco hoīes debent in uicē honorare in deo, sicut ait Apostolus: Honore inuicē pueniētes. Si etenim angelis sc̄i uene Rom. 12, rantur hoīes, eo q; deus factus est homo, quanto magis homo hominē ista de causa honorare deberet: imo & seipsum debet unusquisq; ex hac cōsideratione honorabiliter ac diuine habere, uirtuose ac spiritualiter cōuersando, uirtiorū uilitatem spēnendo, inquinamenta corporis & animæ deuitando, præcipue gulam atq; luxuriā, quae sunt bestialia p̄ctā, in qbus est maxima turpitudine, indecentia, bruita. Sed heu sicut ait propheta, Homo cum in honore esset, nō intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Imo quicunq; huic maximo beneficio incarnationis nativitatib; Christi filii dei ingratus est, nec uirtuose se habet, omni bruto incōparabiliter uilior est & peior. Impleamus ergo quod ait Apostolus: Imitatores dei estote, sicut filii charissimi. Imitemur charitatem, misericordiam, bonitatem, & munificientiam dei, que in Chri incarnatione ac nativitate, p̄fertim declarant ac exhibentur hoībus. Simus itaq; charitatiui, misericordes, liberales, & in affectū bonitatis corda nostra mutentur. Insuper, cernimus hoc in mundo, quod si aliquis magnus princeps despōset sibi aliquam p̄uellam egenam, tota parentela p̄uellæ gaudet, & exaltata se arbitratur per tale connubium, agitq; gratias principi illi, & libenter ei deseruit, ac cordialiter diligit ipsum quanto magis q̄li ber nostrum, sponte illum cælestem unigenitum dei tenetur diligere, uenerari, ei quoq; re gratiari, obsequi, & gaudere in ipso, quoniam nostram naturam hypostaticē sibi uniuit, intime & inseparabiliter iuncta, atq; ut sponsam charissimam, charitate & pietate amplexus est, omnīq; gratia, uirtute, lumine gloriæ, & fructu copiosissimo fecundauit. Secunda ratio exultandi de Christi nativitate, est, quia per Christum sumus ab omnī purgati peccato. Nā sūe sanctissima conuersationis passionisq; merito sacramenta ecclæsiae operantur, & nobis proficiunt ad salutem, & per ea merito Chri applicatur hominibus. Vnde merito Christi purgati sumus ab originali peccato: primo in fonte baptismi, deinde ab actualibus culpis in penitentiæ sacramento, quod est secunda post naufragium tabula. Hinc ad Ephesios ait Apostolus: Chrs dilexit ecclæsiam, & tradidit semetipsum pro ea, mundans illam lauacro aqua in uerbo uitæ, ut exhiberet sibi gloriosam ecclæsiam, non habentem maculam neq; rugam. Ecce quantum gaudent infirmi, uulnerati, egroti, dum uenit ad eos aliquis pius ac sapiens medicus, & quantum diligunt illum, à quo corporaliter ac graris curantur. Quā præcordialiter ergo gaudere debemus de aduentu & nativitate filii dei Ihesi Chri, qui est cælestis, sapientissimus, potestissimus, p̄fissimus medicus animarū, & gratis earū uulnera & infirmitates curavit, & curat quotidie, puta peccata, quemadmodum Isaías dicit: Vere lāguores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portauit. atq; in Psalmo iustus: Benedic anima mea domino, & noli obliuisci Isai. 53 Psal. 182

C omnes retributiōes eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Porro, septem uasa medicinalia, quæ detulit secum Chrs, sunt septē sacramenta ecclæsiae, quibus uulnera animalium curātur. Quotidie ergo petamus curariā medico isto, Matt. 6. dicentes: Dimebit nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris &c. Et rur situs cum Ieremias: Sana me domine, & sanabor! saluū me fac, & saluū ero. Hinc orauit Psalmi stat: Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: saluum me fac, ppter misericordiā tuam. Hæc quippe infirmitas nō est, nisi pronitas ad peccandum, & debilitas resistendi tentationibus ac peccatis. Idcirco Apostolus: Optimum, inquit, est gratia stabiliri cor. Quemadmodum enim columna sustentat domum ne ruat, sic gratia dei roborat mentem, ne tentatione aut uirtus supereret. Tertia causa hinc exultandi, quia per Christum sumus redempti à peccatis infernī. Nam & originali peccato debetur pena damnī, puta diuinæ uisionis carentia, quæ est miseria maxima. Actuali uero peccato mortali debentur pena damnī & pena sensus, quæ est punio incendij infernalisi. Per hoc igitur quod ab originali & actuali peccato nos Chrs purgauit, etiam de inferni nos liberauit supplicijs. Si diligitur qui à temporali eruit morte, cur Christum non intense diligimus, per quem à tanta calamitate, ab æterno interitu liberamur. Quarta ratio exultandi est, quia per Christum deo & angelis sumus reconciliati, atque ad sempiternam reduci salutem. Hinc ad Romanos habetur: Si cum adhuc inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortem filii eius; multo magis nunc reconciliati, salui eris

g. iiiij mus

D. DIONYSII CARTHV. ENARR. IN LEC. PROP.

Dmus in vita ipsius. Sed & gloriosus apostolici ordinis princeps Petrus sanctissimus in sua pri-
ma ait Canonica: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos of-
feret deo, deglutiens mortem, ut uite eternae efficeremur hæredes. Quā inestimabile bonum,
quā incomparabile donum est istud, quā magnum & beatū est deo frui, eum per speciem in-
tueri, in ipso in auertibilibus felicitari. Gratias ergo agamus deo patri omnipotenti, p̄ unicūm
filium eius Iesum Ch̄m, de cuius nativitate hodie spiritualiter gloriemur in domino. ¶ Insu-
per aliae multæ utilitates profluxerunt & profluunt nobis à Christo, quia per eius euangelica
documenta instruimur, per eius gratiam uiuiscamur, per eius legē à peccatis retrahimur, eius
adiutorio dæmonibus præualemus. Nam & uirtute ac merito passionis Ch̄i malitia dæmo-
num ualde restringit, & eorum potestas nō parū debilitatur. Hinc ait S. Bernard. Venit medicus
ad ægrotos, redēptor ad uēditos, ad errantes uita, ad mortuos uita. Deniq; ad miseros uenit ipsa
misericordia sempiterna, ad ignaros sapientia summa, ad infirmos potestas immensa, ad perdi-
tos & dānandos beatitudine suprema. Cur utiq; nisi ad succurrēdi, ad instruendū, ad roboran-
Bernard. dum, & adiuuandū atq; saluandū? ¶ Porro, ex euangelio isto docemur, quā uere dixit Aposto-
lus In firma & abiecta mundi elegit deus, hoc est, simplices, pauperes & despectos. Ecce enim in
hora illa q̄ natus est Ch̄s, quā multi fuerant in ludæa eruditii in lege, magni in sacerdotio, dis-
uites, nobiles, potentes, famosi, & tñ nulli eorum apparuit angelus, nec quisquam illorum audiuīt
cœlestem exercitū angelorū deū laudantium. O quā multū in molibus lectis iacebat, &
nulli eorum reuelabatur salvatoris nativitas, sed pastoribus pecorū, uiris idiotis, humilibus &
egenis. Per quod etiam designatur, quod corporalis labor qui recte fit intentione, multis co-
placet deo, cū scriptum sit: Labores manū tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi
erit. Atq; de reprobis alia dicit scriptura: In labore hominū non sunt, & cum hominibus non
flagellabuntur. Amplius ex euangelio hoc penitus, qualiter Christus sapientia dei patris in
omnibus preelegit, quod corpori erat molestius, & quod humilitatem magis commendat.
Natus est enim tempore hyemali in tenebris noctis, in oppido paruulo, in stabulo tili, & pos-
tus in p̄sepi. Et cur hoc, nisi ut suo exemplo doceret nos corpus per opera penitentia castis
gare, carnem cum uitij & cōcupiscentijs crucifigere, per arctam incedere viam, apernari hos
nores, humilitatem in omnibus semper amplecti? ¶ Postremo, communiter dici solet, quod
virgo beata Iesum in infantulum uilibus ueteribusq; inuoluit panniculis. Veruntamen in reue-
lationibus beatae Brigittæ uidua legitur, quod virgo Christifera p̄sciuīt se in Bethleem pas-
rituram, ut impleretur scriptura video mundissimos parauit panniculos lineos, quibus inuola-
uit in fante. Legitur quoq; ibi, quod virgo Maria paritum se sentiens, genua sua deuotissi-
me flexit, & mente ad deum erecta, uelut in momento puerum est enixa, uiditq; eum ante se su-
per terram iacentem, ac paulop̄t p̄ frigore palpitantem. Cui ipsa tenerime condolens, le-
uauit eum, & amplexatum deosculabatur, strigens eum ad pectus suum, sicq; calefaciens
ipsum. Deinde mundissimus eum inuoluit cum reverentia summa panniculis. Itaq; cum bea-
tis angelis deum in hac nocte deuotissimis laudibus honoremus, eius bonitatem, charitatē,
& misericordiam, ac beneficia eius considerando, glorificando, & grates ei referendo humili-
tias. Et quoniam hominibus bona uoluntati annunciatā est pax, simus semper boni & san-
cti propositi, omnem peccandi abiijentes affectum, & quotidie deo perfectius obsequi cupi-
entes, bonam quoq; uoluntatem congruo loco ac tempore extendamus in opus, omnē ocio
sitatem, ac diuināq; uitantes, & ita implamus quod ad Corinthios hortatur Apostolus: Stabi-
les estote, abundantes in opere domini semper, scientes quod labor uester nō est inanis in do-
mino. Cui sit honor & gloria in eternum. Amen.
¶ Ad secundam Missam in ortu diei.

¶ ENARRATIO lectionis propheticæ spiritus domini super me, eo quod
unixerit melis sae sexagesimoprimo.

Ita. 6.
Luca. 4.
Luca. 5.
Ioh. 1. Vanta fuerit excellentia atq; perfectio gratiæ spiritus sancti in anima Christi, beatissi-
mus Iaia prophetæ in præsenti lectione testatur: Loquens enim in Christi persona fas-
tetur: [S]piritus domini super me. Deniq; Lucas describit, quemadmodū domino Iesu
fu Ch̄o synagogam urbis Nazareth ingresso, datus est liber Iaia prophetæ. In quo cū legis-
set uerba lectionis istius, adiecit Quia hodie impleta est scriptura haec. Idecirco scriptura ista
ad literam de Christo exponitur. Ch̄s ergo secundum quod homo, ait: [S]piritus domini su-
per me, id est, spiritus dei patris, uidelicet spiritus sanctus, desuper uenit in me, & habitauit in
anima mea. Hinc in Luca scriptū est: Descendit spiritus sanctus corporalij specie, sicut colum-
ba in ipsum. Ait quoq; gloriosus Christi baptista: Vidi spiritum sanctum descendētem & ma-
nentem super ipsum. Non quod tunc spiritus sanctus ccepit esse in anima Ch̄i, immo à primo
fux

IN NOCTE NATIVIT. DOMIN.

Fol. XLII.

A fux creationis instanti plenissima fuit spiritu sancto, & omni gratia eius, sed quia tunc innotu-
it, q̄ spiritus sanctus tam copiose esset in Christo. Deinde subditur ratio, ob quā spiritus san-
ctus dicitur fuisse & esse in Christo homine, [eo q̄ unxerit me] spirituali uictio, uidelicet ple-
nitudine gratiæ & uirtutum, ut dictum est plenius pauloante. Vnde in Psalmo dicitur Ch̄or
Vnxit te Deus oleo lætitiae. Et Iohannes ait: Nō ad mēsuram dat deus sp̄ti, s. homini Ch̄fo. [ad
Ioh. 3.] annunciadum mansuetis misit me]. i. ad prædicādum mitibus regnum cœlorum, quibus &
dixit: Beati mites, qm̄ ipsi possidebunt terram. ¶ Porro per māsueros intelligendi sunt omnes Matt. 5.
dociles, uerbum dei beneuole ac dirigibilibus audientes, iuxta illud in Ecclesiastico: Esto man-
suetus ad audiendum uerbum dei. Veruntamen nō solum mansuetis prædicavit & prædicavit
missus est Ch̄s, sed duris quoq; reprobis ludæis, ne excusationem haberent. Sed idcirco ad
prædicandum mansuetis missum se perhibet, quoniam illi prædicationem salubriter audie-
runt, & quoniam principaliter missus est ad eos, & propter eos, cum dicat Apostolus: Omnia
propter electos. Translatio autem Septuaginta interpretum habet sicut Euangelizare pauperi-
bus misit me. Sicq; allegat scripturam hāc Lucas. [ut mederer contritos corde,] hoc est, uera
citer penitentes spiritualiter curarem a peccatorum reliquijs, & à reatu penitiarum, gratiæ &
uirtutes dona q̄ spiritus sancti augendo in eis. Reliquæ autem peccatorum sunt pronitas ad
peccandū, & difficultas bene agendi, atq; infirmitas resistēti peccatis, quē manent in anima
peccatis dimisi. [& prædicare captiuis,] hoc est, à diabolo captiis, scilicet peccatoribus uis-
tiorum uinculis irretitis, [indulgentiā,] id est, remissionem culparum dummodo uera peni-
teant. Hoc fecit Ch̄s dicendo: P̄cēnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Matt. 4.
De taliter captis ait Apostolus: Resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiū tenentur. Vnde in
Proverbis habetur: Iniquitates suæ capient impiūm, & funibus peccatorū suorum constringe-
tur. & clausis, hoc est, uictio confuetudine uictis & presis, super quos clausi sunt. i. pro
fundum uictiorum, os suum, [apertione m]. i. erptione à tali clausura. Ch̄s enim omni pec-
catori quātum liber uictio phibuit desperationem, ueniamq; sp̄ondit, si p̄cēnitentiam ege-
rit. Poteat quoq; exponi de patribus clausis in limbo inferni, quibus Ch̄s ad eos descendens
liberationem annunciat, eosq; inde eduxit, quemadmodum à Zācharia prædictum est: Tu
quoq; in sanguine testamenti tui emisisti uictos tuos de lacu, in quo non est aqua. [Vt præ-
dicarem annum placabilem domino,] hoc est, tempus gratiæ, in q̄ deus facilius placatur quā
olim, propter abundantiam meritorum Christi, & propter uirtutem sacramentorum ipsius.
De hoc anno dicit Apostolus: Ecce nunc tempus acceptabilis, ecce nunc dies salutis. [& diem
ultionis,] id est, extremi iudicij restantem, [deo nostro] ut in eo der uniuersus quod meretur.
Vel, diem ultionis annunciatem deo nostro, hoc est, ad gloriam eius. De quo die deus ait ad
Moysen in Exodus: Ego autem in diem ultionis uisitabo & hoc peccatum eorum, uidelicet ado-
rationem conflatis libi. De hoc die extremi iudicij, s̄p̄ loquitur in euangelio Christus.
Poteat quoq; exponi de tempore punitionis Iudæorum à Romanis in ultione sanguinis Chri-
sti. Vnde apud Lucam dominus ait: Venient dies in te, & circundabunt te inimici tui undiq;. Lue. 19.
[Vt consoler omnes lugentes,] hoc est, sua uel proximorū peccata deflentes, aut desiderio cœ-
lestis patriæ eulantes, seu alijs uirtuose plorantes. Hoc fecit Christus, dicendō: Beati qui lu-
gent, quoniam ipsi consolabuntur. Talibus æternam felicitatem promisit. [& poherēm cōfo-
lationem,] id est, spirituale solatium darem omnibus [lugentibus] Sion, id ē, Iudæorum cui-
nam & execrationem déflentibus. Quos utiq; sancti defluerunt apostoli, quemadmodum
ad Romanos scribit apostolus Paulus: Tristitia mihi magna est, & dolor cōtinuis cordis meo
pro fratribus meis ludæis. Consolatus est autem Christus apostolos, quoniam ad prædicati-
onem eorum multa conuerit millia ludæorum, ut patet in Actib; [& darem eis corona pro-
cinere,] id ē, exaltationem in cœlo pro humiliacione in terra. [O]leum gaudi,] hoc est, uictio
nem seu internam perfusionem lætitiae, [pro luctu] eorum laudabilis, [pallium laudis,] id est,
decorēm gratiarum actionis, uel ornatum laudis, quia eos in iudicio meo laudabo, [pro spiri-
tu meritoris,] hoc est, pro uirtuosis tristitia spiritus seu animæ uel mentis eorum, ita quod lau-
de & gratiarum actione spiritualiter induentur, dicendō: Lætati sumus, o domine pro diebus
quibus nos humiliasti, annis quibus uidimus mala. [Et uocabuntur in ea,] id est, prefati uir-
tuosi lugentes, appellabuntur in Sion, seu in militanti ecclesia, [fortes iustitiq;] hoc est, in æqui-
tate roborati ac stabiles, imo apostoli in die Pentecostes confirmati fuerunt in gratia atq; lu-
stitia. Vocabuntur etiam [plantatio domini,] id est, à deo gratiōe plantati, & in uirtutibus
radicati, [ad glorificandum,] dominum deum, ut eius honorem querant, & non gloriā pri-
uatam, ac propriam laudem, dicendō: Non nobis domine non nobis, sed nominis tuo da glo-
riam, Vnde & Paulus: Soli, inquit, deo honor & gloria.

¶ In

¶ In secunda Missa nativitatis domini.

ENARRATIO epistolæ: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei &c. Ad Titum tertio.

Apostolus in præsenti epistola docet nos, quām magna nobis bona per Christum & Christo collata sint. Ait enim: [Apparuit benignitas,] hoc est, misericordia, [& humanitas] saluatoris nostri dei, [id est,] humanitas quā Christus dei filius uerusq[ue] deus pro nobis assumptus. Hanc enim suam benignitatem & humanitatem coepit in sua nativitate declarare, uisibiliterq[ue] monstrare hominibus, sicut pastoribus ac multis, quibus pastores dixerunt, qualiter angelus eis apparuerit, & Christum esse natum dixisset, qualiter etiam exercitum angelorum audierunt cantantem, & natum puerum inuenissent, prout in fine sequentis euangelij legitur. Hoc autem infinita misericordia fuit Christi uerbi æterni, quod nostram assumptionem, atq[ue] ex uirgine nasci dignatus est, qui de patre deo natus est ab æterno. ¶ Deinde Christus inter homines conuerando, omnesq[ue] à diabolo oppressos curando, benignitatem & humanitatem suam demonstrauit hominibus, & hæc fecit. [Non ex operibus iustitiae quæ fecimus nos,] hoc est, non propter merita nostra, q[uia] iniqui eramus ac perditæ, [sed secundum suam misericordiæ,] id est, ex sua pietate, charitate, & gratia, [saluos nos fecit,] id est, à iugo diabolico & seruitate peccati nos liberavit, beatitudinem quoq[ue] promeruit nobis. Itaq[ue] saluos nos fecit merito sua conuersationis ac passionis, [per Iauacrum regenerationis,] hoc est, per baptismum, qui est lotio qua ex aqua & spiritu sancto renascimur, esse gratia ac uitritum adipiscendo, [& renouationis spiritus sancti,] id est, per præfatum Iauacrum seu baptismum, quo intus in animare nouamur per infusionem gratiae spiritus sancti, iuxta illud Apostoli: Renouamini spiritu mentis uestræ. Atq[ue] in Psalmo: Renouabitur ut aquilæ inuentus tua. Hæc dicit Apostolus, quoniam uirtus & meritum passionis Christi applicatur hominibus per baptismum. Nam meriti passiois Christi, est causa uniuersalis humanæ salutis. ¶ Porro, uniuersalem causam operat ad determinatos effectus per aliqua applicari. Vnde qui sine baptismo moriuntur, participes non existunt saluationis ac meriti Christi, nisi forte baptismum optauerint consequi, nec potuerunt. [Quem] spiritum sanctum effudit deus [in nobis abunde]. i.e. gratiam & dona spiritus sancti, deus pater copiose infudit cordibus Christifidelium, præsertim apostolorum, [per Iesum Christum] salutarem nostrum. i.e. uirtute & merito Christi, cuius tota conuertatio & passio in hoc mundo fuit meritoria nobis, & ab ipso tanquam a capite deriuantur charismata gratiarum in eius fidèles, tanq[ue] in membra ipsius, iuxta illud: De plenitudine eius nos omnes accessimus. [ut iustificati] i.e. à peccatis purgati & iusti effecti, [gratia ipsius], i.e. merito Christi, & per infusionem gratiae suæ, sine qua non sit delatio culpæ, [haeredes simus dei, cohaeredesq[ue] Christi,] id est, ad opium filij creatoris, & hoc nunc secundum spem uitæ æternæ,] hoc est, æternæ felicitatem sperando, nondum habendo. Vel, haeredes simus uitæ æternæ secundum spem. i.e. nunc in spe, adepturi eam in re. [In Christo Iesu domino nostro], i.e. cius auxilio, uel in ipso tanquam in obiecto beatitudinis nostra, secundum quod deus est.

SERMO I. circa epistolam: De immensa de terga genus humanum misericordia, in septem beneficis potissimum ostensa.

Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei. Ad Titum tertio. In omnibus uetus & nouum testamentum concordant, in omnibus sancti prophetæ & glorioli apostoli ac euangelistarum inueniuntur concordes. Nam quod de Christo, de eius mysteriis, gratia & excellentia prædixerunt prophetæ, hoc docuerunt euangelistaræ, & prædicauerunt apostoli: qd etiam ex duabus lectionib[us] iam expositis comprobatur. Nempe in hoc quod Christus in mundo isto inter homines uiuens, mansuetus prædicauit, p[ro]cenitibus medelam, hoc est, uisitorum conversationem adhibuit, t[er]pus gratiae annunciatu[m], & cætera quæ in prædicta Iesu lectione sunt tracta, est operatus, benignitas atq[ue] humanitas euidenter ac gratiosissime innotuerunt hominibus. ¶ Præterea, sicut Salomon cœtestatur: Vniverst propter seipsum operatus est dominus. Ipse enim est summū bonū uniuersorū, & omnī ultimus finis: & idcirco cūcta creauit, ut sua in eis resplēdeat ac pandatur p[er]fectio, quatenus ex cōsideratione creaturarum, homines inducatur ad sui creatoris reverentia & amorem, ad eius obsequiū, admirationē atq[ue] timorem, ad ipsius quoq[ue] quantum possibile est, cōtemplationem. Hinc iterū Salomon ait: Cuncta fecit deus, ut timeatur. Ideo namq[ue] tam magnū & præclarum condidit uniuersum, ut illud conspiciendo, creatoris omnipotentiam, maiestatē, incomparabilemq[ue] excellentiā intelligamus ac formidemus, & ueneremur. Vnde obtenebris hoībus, qui ita nō faciunt, logrū deus: Audipo pule stulte q[uia] nō habes cor! Me non timebitis, q[uia] posui arenā terminū mari, p[ro]ceptū semper in terminū mari, q[uia] nō p[er]terribit. Intumescent fluctus eius, & nō transibūt illud, q.d. Ex tam admiranda ac præpotens

A potenti rerum dispositione, & elementorum coordinatione merito aduenteretis, qualis & quantus sum ego, q[uia] sapiens atq[ue] omnipotens, sicq[ue] merito me formidaretis: Quod quia non facias, stulti estis & insensati. ¶ Deniq[ue] sic & in Christi incarnatione, nativitate, & in ceteris eius operibus, gratia ac mysterijs deus omnipotens bonitatem, sapientiam, omnipotentiam, charitatem, iustitiam, & misericordiam suam preclarissime demonstrauit. Sed inter hæc aduertendum, quod triplex assignatur opus dei, uidelicet opus creationis, opus recreationis seu redemptionis, & opus glorificationis. Primum, est opus naturæ. Secundum, opus gratiæ. Tertium, opus gloriae. Quanvis autem in opere creationis, uidelicet in effectibus sex clerorum, quos deus in exordio mundi produxit, ut in principio Genesis legitur, gloriose appareat bonitas, sapientia, omnipotentia dei, & alia quædam attributa ipsius; tamè hæc oīa multo glorioius in effectibus præclaris apparent in opere recreationis, hoc est, in effectibus gratiæ, in supernaturalibus mysterijs Christi, in mirabilibus eius operibus, in ipsius incarnatione, nativitate ex uirginie, ex eius inter homines conuersatione, ex sacramenti eucharistie institutione, in mundi salvatione per ipsum, in spiritu sancti missione ad homines, ex donis gratiarum collatis ab ipso hominibus. Nequaquam enim tam admiranda, præclara, ac prepotens fuit mundi creationis, sicut uerbi æterni incarnationis, seu hypostatica unio deitatis ac humanitatis in Christo. Excellentius us quoq[ue] fulget sapientia dei in saluatione generis humani per fidem dei, & passionem ipsius, quam in mundi gubernatione, aut quoconq[ue] naturali effectu. ¶ Porro, de misericordia dei planissimum est, quod in hoc eminentissime ac eminentissime declaretur, quod ipsem deus creator pro reparatione & salute sua creature dignatus est fieri homo. Optime ergo ait Apostoli: Tuus es.

B stolus in hodierna epistola: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei, uidelicet, quoniam deus noster, factus & natus est frater noster, quibus uerbis adiecit: Non ex operibus iustitiae quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. ¶ Insuper alibi ascribit Apostolus hanc nostram saluationem charitati dei ad nos, nunquam tamē meritis nostris. Nam locutus est: Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos cum elemos mortui peccatis, cōuiuicauit nos Christo, cuius gratia estis saluari. Et addidit ibidem: Gratia enim saluati estis per fidem, & hoc non ex operibus, ne quis glorietur. ¶ Præterea, ex præsenti lectione Isaiae prophetæ, & ex epistola ista Pauli docemur, quanta nobis à Christo beneficia misericorditer sint impensa, & quanta ex peccatis incurrimus mala. Primum est, quod à Christo sumus saluberrime informati, uidelicet doctrina instructi, ideo Christus ait: Ad annunciatum mansuetus misit me, secundum expositionem præhabita tam. Quocirca pensemus, quām præclara & amabilis uirtus sit mansuetudo, eo quod Christus perhibeat se specialiter missum ad prædicandum mansuetum. Vnde & in euangelio loquitur: Disci Matt. 10 te à me, quia mitis sum & humilis corde. Mansuetudo autem est uirtus moralis, per quam homo iram refrenat. Vnde quemadmodum ira impedit hominem à susceptione informationis salubris, sic mansuetudo aptat hominem ad salutaris instructiōis susceptionem. Qui ergo uult informari, non sit iracundus, indignabundus, turbulentus, aut inquietus; sed mitis, patiens, humiliis, & quietus. Hinc scriptum habetur: Mansuetude suscipite institutum uerbum, quod potest saluare animas uestras. Veruntamen sicut præhabitum est, per mansuetos hoc loco intelliguntur omnes dociles ac dirigibles, uerbum dei beneuole ac cupide audientes, iuxta ille: Iud: Auris bona cum omni concupiscentia audit sapientiam. ¶ Deniq[ue] prima pars prudentiae est docilitas, per quā homo exhibet se informabilem, dirigibilem, & sapientiam suscepit, ut rationabilibus uerbis faciliter acquiescat. Contra quod agunt homines immanes, pertinaces, irrationabiles, indiscreti, passionibus suis subiecti, & cauillatores, qui quicquid eis dicatur, semper ad suas rediunt apprehensiones, phantasmatum, passiones, atq[ue] errores. Cum itaq[ue] docilitas sit pars prima prudentiae, quicunq[ue] se præbet indocilem, ostēdit se uere prudentia esse expertem. Cumq[ue] uirtutes cōnexæ dicātur, sicut se ostēdit carere prudentia, ita & omni uirtute & gratia. Timeat ergo serui proprii sensus, & homines sui capitum, præsertim q[uia] superioribus & sapientioribus nō acquiescant. Quod quā peruersum sit, docet propheta Samuel: Me 1. Reg. 18 Ius, inquiens, est auscultare, quām offerre adipem arietum, quoniam quasi scelus idololatriæ est nolle acquiescere. Ecce quā uitiosa ac detestabilis est indocilitas ista, per quā homo omni sapientia atq[ue] prudentia uiam in suo præcludit corde. Simus itaq[ue] semper mansueti ac dociles, ut instruamur à Christo. Non tamen indiscrete credendum est omni uerbo, aut omni spissitudi, quia credendi facilitas decipit multos, & innocentes persequitur, errorumq[ue] mater est, Psal. 140 & multa ex ea mala sequuntur. ¶ Secundum beneficium Christi est, quod ipse contritos corde medetur, p[ro]cenitum corda sanando, tanquam p[ro]fissimus medicus animarum. Propter quod in euangelio protestatur: Venit filius hominis quæcere & saluum facere quod perierat. Nullus

D. DIONYSII CARTH. ENARR. IN EVANG.

Nullus ergo desperet, quoniam medicus iste est infinita potestia, infinita sapientia, & pietatis immensae. Eius igitur inuocemus, ut ab omnibus nos curet superbia, gratia humilitatis nobis praestanda, ab omnibus nos auaritia & luxuria sancte liberalitatem ac continentiam nostris cordibus impingendo, sicque a ceterorum uulneribus uitiorum nos curare dignetur, uirtutes uirtutis illis oppositas infundendo. Veruntamen contritus corde Christus non curat, nisi tempore opportuno consisteri proponat. ¶ Tertium beneficium Christi est, quod ipse predicit captiuis, pura iniquis a diabolo capti indulgentia, i.e. remissionem culparum, dummodo uere peniteant, consisteri, satisfacere, & omne peccatum deinceps uitare firme, pponant. In quo patet imminenter pietatis diuinæ, quod quantumcumque & tibi unquam offendimus deum, semper paratus est preuentientiam nostram durante hac uita suscipere. Nihilominus periculum est preuentientiam ipsam differre, cum ignoremus diem & horam, nec minor sit dei iustitia quam misericordia eius, & quia post uitam presentem implacabilis inflexibilisque consistit eis, qui in mortali decesserunt peccato. Hinc salubriter dicitur: Non adiicias peccatum super peccatum, & ne dicas: Miseratio dei magna est. Misericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in predictores respicit ira illius. Et iterum dicitur ibi: Non tardes, conseruari ad dominum, & ne differas de die in diem subito enim ueniet ira illius. ¶ Quartum beneficium Christi est, quod clausis, i.e. uitiorum grauitate oppressis, & uirtuosa consuetudine uictis, predicat apertitionem, quod promittit eis egressum a consuetudine prava, dummodo diuinæ pietatis imponent auxiliū. Quanvis etenim tales sint per naturam ualde difficulter curabiles, tamen per diuinæ pietatis respectum & gratiam dei subsidiū, subito aliquando compunguntur, repente conuertuntur feruentibusque sunt, & omnia pristina uirtus detestantur, ita quod nec afficiuntur ad ea. Aliquiuero post conuersionem grauiter de pristinis tentantur peccatis, sed deo auxiliante resistunt ac prevalunt. ¶ Quintum beneficium Christi est, quod ipse tempus gratiae predicit, in quod homines, si pure sancteque uixerint, ab ore ingrediunt regnum caeleste, quod ante saluatoris aduentum nulli fuit possibile. Unde & deo omnipotenti multum regnari debemus, quod hoc tempore natissimus. ¶ Sextum beneficium Christi est, quod etiam de futuro die iudicij nos instruit atque perterruit, ut si amore dei malam uitare bonaque agere recusamus, saltem paucore diuini iudicij id agamus. Nam ut ait Saluatus Mater, impensis ipse dicturus est: te maledicti in ignem aeternum. Quid hoc uerbo cogitaris? Terribilis potest! ¶ Septimum beneficium Christi est, quod ipse consolatur omnes pie lugentes. Nam in presenti uia eos dulciter consolatur, deinde in celis aeternam eis delectationem largitur, quemadmodum loquitur: Tristitia uestra uertetur in gaudium, & gaudium uestrum nemo tolleret a uobis. Insuper multæ sunt causæ pietatis, luctus. Prima est propria culpa. Secunda est culpa proximi. Tertia consideratio propriæ imperfectionis ac defectuostatis. Quarta est uita ecclesiæ. Quinta est oppresio sue afflictio proximorum, potissimum pauperum. Sexta est consideratio passioneis Christi, & compassionis sue dignissime genitricis. Septima est, dilatio gloriae, seu desiderium felicitatis futurae. Octaua est, uehemens ac suauissima quædam cõplacentia dei de beatis, qui istis de causis lugent. De ista demum materia possent dici quæ plurima, nisi prolixitas efficiuntur. Postremo, ex prehabitibus trahitur, quanta homini mala inferat culpa. Nam uulnerat animam, & diabolus facit eam captiuam atque subiectam, tandem quoque per malam consuetudinem claudit, demergit, & opprimit eam. Vitemus ergo peccata, & uirtutibus insistamus, beneficiis quoque Christi gratiæ esse nitamur, atque in omnipotenter dei presentia timorate ac custodite iugiter conuensemur. Ad laudem & gloriam eius. Amen.

F Enarratio euangelij: Pastores loquebantur ad inuicem. Lucæ secundo.

In predicto euangelio scriptum est, qualiter pastores audierunt ab angelo, Christum dominum esse natum in Bethleem, & qualiter multitudinem caelestis exercitus angelorum sanctorum, audierunt deum laudantem atque dicentem: Gloria in altissimis deo. In presenti autem euangelio Lucas euangelista describit, qualiter pastores Christum natum intinererunt. Itaque ait: Pastores loquebantur ad inuicem. Statim enim cum angelis discesserunt ab eis in celum, dixerunt: Traeamus usque Bethleem, quæcumque (ut fertur) unum militare distat a loco, in quo pastorum locutus est angelus. & uideamus corporalibus oculis, quod nunc oculo fidei contemplamur ac credimus, [hoc uerbum quod factum est]. i.e. rem per uerba nobis dicta significata, uidelicet puerum natum, qui est Christus filius dei, [quod] uerbum [d]is ostendit nobis]. i.e. locutus est ad nos. Vel quod d[omi]n[u]s ostendit nobis, i.e. quem puerum manifestauit nobis esse natu[m]. Poteſt quoque de increato uerbo exponi, ut sit sensus: Videamus hoc uerbum, i.e. dei unigenitum, de quo scriptum est: In principio erat uerbum [quod factum est], id est, incarnatus, iuxta illud: Verbum caro factum est, [quod d[omi]n[u]s ostendit nobis], per angelum esse in Bethleem natum. [Et] uenerunt festinantes, quia feruentes erant, ualdeque inflammati amore dei & pueri nati, & desiderabant uide tam magnum nouum, scilicet Christum regem altissimum natum, cuius maiestatem ac dignitatem

Lucæ 1. Ibidem.

IN II. MISSA NATIVIT. DOMINI.

Fol. XLIII.

A tatem pensabant ex uerbis angelii, ex apparitione quoque congratulatione & laude ac cantu caelestis exercitus tam innumerabilium angelorum. Gaudebant quoque de totius generis humana saluatione per CHRISTVM cito futura. Ad greges etiam suos, quos sine custode reliquerant, redire uelociter cupiebant. [Et inuenierunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in praesepio.] Utpote Christum pannis inuolutum, & in praesepio reclinatum. Quanvis autem Christus more aliorum parvulorum dictus sit infans, quasi non fans, seu loqui non ualens, tamen à prima sua nativitat hora, non solum Hebraeorum, sed & omnium gentium linguis distractissime ac sapientissime potuit loqui, & loquutus fuisse, si uoluisset, quoniam donis gratiae gratias datae, uidelicet generibus linguarum, gratia prophetæ, scientia interpretationis sermonum, à primo sua incarnationis instanti fuit plenissimus. [Videntes autem] pastores Mariam & Ioseph & infantem, cognoverunt de uerbo, quod dictum erat illis de pueru hoc. id est, uerbum angelii, quod eis dixit de pueru hoc, considerauerunt esse uerum. [Et omnes qui audierant, mirati sunt.] Hoc aliqui sic exponunt: Omnes qui audierunt ab angelo, uel angelis, Christum sic natum, mirati sunt, quod Christus dominus uoluit in tanta paupertate nasci, atque in praesepio reclinari, qui tamen ab angelorum exercitu taliter laudabatur. Ex quo sequeretur, quod non solum pastores angelum & angelicum cantum audierunt. Veruntamen quantum ex teatro perpendit, uidetur quod solis pastoribus apparuit angelus, angelicusque exercitus. Est igitur sensus: Omnes qui audierunt à pastoribus, quod Christus natus sic esset, mirati sunt. Unde de expositorie subditur: [&] pro, id est, [de] ihsus quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos] de pueru isto. Pastores equidem alijs retulerunt, quid audierunt de angelo isto, & qualiter exercitum angelorum audierunt cantantem. De ihsus inquam mirati sunt, quia ualde fuit mirabile, quod tantæ maiestas & tanta humilitas, tanta dominatio & tanta paupertas, in una pueri huius conuenierunt persona, quod rex celorum natus esset in terra, & desideratus cunctis gentibus aduersus Aggei 2: nisser, cuius aduentum patriarchæ ac prophetæ tam ineffabiliter optauerunt. Mirati sunt etiam de tam constanti, certa, ac feruida protestatione pastorum, qui inaudita fingerent nescierunt, sed simplici sermone quod uerum fuit annunciauerunt. [Maria autem] cuius tanta est secundum Bernardum suauitas, ut nunquam pietatis memorie portas ingrediatur absq[ue] insitæ sibi dulcedinis aspersione. [conseruabat omnia uerba haec,] quæ de Christo iam scripta sunt, & quæ audiuit ab istis pastoribus, [conferens in corde suo]. id est, in mente sua frequenter ea reuoluens & memoriter tenens, tanquam prudentissima sapientia aeterna discipula, atque euangelica ueritatis amatrix. [Et reuersi sunt pastores] ad oves & pecora sua, [glorificantes] id est, gloriosum protestantes, & magnifico honorantes. [& laudantes Deum in omnibus] beneficiis ac magnis libis, seu preclaris & gratiosis eius operibus. [que audierant] ab angelo, exercituque angelico, [& uiderant] proprijs oculis, inueniendo puerum taliter natum, prout angelus eis annunciauit, ideo subditur: sicut dictum est ad illos, [puta] pastores ab angelo.

SER M O II. circa euangelium: De gratitudine, & quomodo in Bethleem festinare spissaliter debeamus, & quid ibi nobis agendum incumbat.

CTRANSEAMUS usque Bethleem, & uideamus hoc uerbum quod factum est, quod dominus ostendit nobis. Lucæ II. In gratitudine est peccatum ualde enorme, per quod homo meretur exteram Dei dona amittere, & ihsus quæ fuerat percepitus, priuari. Gratitudo autem est uirtus præclara, per quam homo meretur conservari à Deo in donis gratiae quæ suscepit, & donis repletæri maioribus. Hinc enim in euangelio ait saluator: Habeti dabitur ei autem qui non habet, & quod uidetur habere, auferetur ab eo. In quibus uerbis per Habentem, intelligitur homo gratus, cui à fonte totius gratiae Deo ditissimo ac liberalissimo plus confertur per Non habentem, uero intelligitur homo ingratus, qui & id quod uidetur habere, amittit. Denique ad gratitudinem pertinent tria: Primum est, beneficium sibi collatum recognoscere & pensare. Secundum est, pro eo gratias agere. Tertium est, tempore opportuno benefactori pro posse uicem rependere. Hoc enim requirit debitum cõdecit, quod uocatur debitum morale. Similiter ad gratitudinem pertinent tria, istis tribus opposita, utpote beneficium tradere obliuioni, non regnari, nec uicem rependere. Itaque si innuerabilibus incoparabilibusque beneficiis domini Dei nostri Iesu Christi, gratiæ esse pro posse desideramus, oportet ut in primis ea recognoscamus, petimus, nec obliuiscamur, deinde pro uniuersis & singulis gratiæ ei pro posse reddamus: & tertio uicem rependamus eidem, ipsum honorando per adimplitione præcepto[u]rum, ipsis quoque pauperibus qui sunt membra Christi, p[ro]p[ter]e a liberaliter succurrente. Nam quicquid illis negatur, Christus sibi arbitratur negatum: & quicquid illis fit ac prestat, ipse sibi factum datumque arbitrat. Itaque primo oportet nos beneficia Christi saluatoris nostri attendere. Porro quicquid pro salute nostra assumpsit, fecit ac pertulit, hoc beneficium est ipsius. Unde in benefi-

D. DIONYSII CARTH. SERMO II.

Luc. 2. cia eius ista sunt præcipua, q[uod] propter nos incarnari, & ex paupere humiliq[ue] puella nasci digna-
tus est, q[uod] in sua nativitate tantam passus est paupertatem. Ut ergo grati simus ei de beneficijs
istis, necesse est ut & nos cum pauperibus transeamus sp[irit]ualiter u[er]o Bethleem, & uideamus hoe
uerbum quod factum est, quod dominus per Lucam euangelistam nobis in euangelio hodi-
erno ostendit. Spiritualiter autem usq[ue] in Bethleem ire, est oculum mentis illuc convertere, &
omnia quæ ibi facta credimus considerare, mente percurgere, diligenter revoluere. Considera-
mus ergo, qualiter die hesterna pudicissima uirgo p[re]gnans, cum suo ministro simplice Ioseph,
cum ueracordia ingressa est Bethleem, & qualiter cunctis hospitijs a diversib[us] occupatis, ipsa
paup[er]ula cum Ioseph declinavit in diuersorium, intravitq[ue] stabulum, in quo (ut creditur) nec
lumen inuenit ne signem, & certum est quod nec lectum. O q[uod] patienter atq[ue] humiliter pertus-
lit omnem illam inopiam. Deinde paritum se sentiens, ad deuotissimam orationem & altam
contemplationem se dedit, & subito in momento peperit, clausa & integra manens, Christum,
quem protinus adorauit Deum, nec ex partu aliqua passa est corporis debilitatem. Deinde
pensamus, qualiter pastores diuersorum sint ingressi, cum quanta admiratione ac reuerentia
puerū illum in praesepio positum aspicerunt & adorauerunt, quam feruenter etiam & iucunda
de reuelerūt uirginis gloriose ac Ioseph, qualiter angelus Dei uisibiliter eis astiterit, & qualiter
claritas eos maxima circunfusit, & omnia uerba quæ audierūt ab angelo, & quomodo anges-
torum exercitum audierunt, Deum magnifice collaudare. O quantum piissima uirgo gauisa
fuit in domino his auditus. ¶ Præterea, non solum ista consideremus ad sciendū & recordan-
dum, sed ea etiam ad nostram trahamus informationem, ad imitandum, ut discamus mundi
vanitates, diuinitarum iactantiam aspernari, humilitatem et paupertatem amplecti, & Christum
pro posse in omnibus sequi. Eia uos pauperes, consolamini in his uerbis, imo in istis Christi
exemplis. O uos mendici, uos pannosi, & in hoc mundo cōtempsti, hanc Christi paupertatem
& humilitatem indesinenter pensate, & eius exemplo, eius in tuitu & amore, in uestra paup[er]ita
te gaudeite, in omni deiectione & tribulatione patientes estote, ut animæ uestrae spiritualibus
implentur diuitiis gratiæ ac uitrum, & post huius breuissime uirtutum curriculum, celestem fe-
licitatem, quæ est status omnium bonorum aggregatione perfectus, adipiscamini pro merce
de. Christus etenim dixit: Beati pauperes, quia uestrum est regnum Dei. ¶ Insuper, uos diuites
& auari uestimentes, de uestra cupiditate, elatione & superfluitate erubescite & dolete, oca-
ulta Dei iudicia formidate, ne forte in hac uita pro bonis quæ forsitan agitis, accipiatis mera-
cedem à Deo, & in futuro patiamini repulsum ab eo. Christus enim protetatur: V[er]e uobis di-
uitibus, qui habetis consolationem uestram. V[er]e uobis qui saturati estis, quia esurietis. Quod
si V[er]e imminet saturatio, quale V[er]e erit gulosis, qui tota die, & saepe, profunda nocte, replēt se po-
tibus, & in cenis suis sedet, se ingurgitādo per plures horas: Attendite, quid in die iudicij da-
cturi sint diuites, animosi, & cupidi. Dicturi sunt utiq[ue] illud in libro Sapientie: Errauimus à uita
ueritatis, & iustitiae lumen nō luxit nobis. & sol intelligentia non est ortus nobis. Quid nobis
profuit superbia: aut quid diuinitarum iactantia contulit nobis? Transierunt omnia illa tangi-
Dionys. umbra. Hinc scriptum est apud Iob: Diues cum dormierit, nihil secū auferet, apprehenderet eum
Luc. 6.
Matt. 5.
Luc. vi.
Sapi. 5.
Iob. 27.
Ecc. x.
Apo. 3. quasi aqua inopia. Et in Ecclesiastico ait scriptura: Auaro nihil est scelerius, nihil est iniuriosius
quam amare pecuniam. Auaro quippe anima suam habet uenalem, quam pro numero tra-
dit diabolo. Dum enim propter temporalia peccat, peccando seipsum diabolo præstat, quod
præcipue agunt auari. Itaque penitentiam agite, uitam corrigite, bonus illud incomparabili-
us & immensus, in quo est omnis pulchrorum ac desiderabilium interminabilis plenitudo, a
super omnia præamate. & si terrena omnia propter Deum non uultis relinquere, superfluum
eorum usum, inordinatum affectum, uitiosam retentionem abicite, atque de eo quod supflua
in uobis, pauperibus liberaliter subuenire. ¶ Deinceps, sicut pastores uenerūt ad Bethleem fe-
stinas, ita & nos cum festinatione id est, cum diligentia ac feruore Christum queramus,
& adipisci eum per beatificam fruitionem conemur. Non enim dormietibus, non pigris, ace-
diosis ac negligenter proueniis Regnum celorum, sed timoratis ac feruidis, qui omne tem-
pus sibi concessum fructuose expédient. Attendamus ac formidemus, quod in Apocalypsi lo-
quitur Deus: Quia tepidis es, incipiam te euomere ex ore meo. Consideremus, quam feruens
ter ac fortiter laborent conducti pro temporali mercede, pro duobus aut tribus denarijs.
Cur ergo pigris sumus ad Dei obsequium? cur illud negligenter soluimus uel audimus, quibus
non præmium temporale, non pauci denarij, sed beatitudine æterna, ineffabile gaudium, imo
& summum bonum ab ipso summo bono DEO uero promittitur? O quanta est excæatio
nostra, quanta est insipientia ac tarditas nostra, quia ad ista terrena atq[ue] carnalia magis, quam
ad bona caelestia & æterna, afficiuntur. Rogemus igitur Deum, ut corda nostra illuminare ac

A inflammare dignetur, quatenus terrenis & temporalibus rebus despctis, totis ad Deum præ-
cordijs afficiamur, & per opera uirtuosas thesaurum nobis congregemus in celis, quemadmo-
dum ait saluator: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitus
thesaurizate autem uobis thesauros in cælo. Et causam tam saluberrimi documenti adlecit,
subdendo: Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Quo patet, quod avarus cor habet
in cista sua, nō in summa beatitudinis patria. ¶ Porro ad Deum festinare & currere, est arden-
ter diligere, & ex spirituali amore, quæ bona sunt, alacriter agere, & quo Deum amamus feruē-
tus, eo properamus curtimusq[ue] celerius. ¶ Præterea, quemadmodum homines qui à pastori
bus audierunt, ea quæ dicta sunt mirabātur, ita & nos pie miremur, quod dominus Deus no-
strus omnipotens, unigenitus Dei, tanta pro nostra salute assumpit, fecit ac pertulit, quod tan-
tinos æstimauit, quod tam supernaturaliter, tam magnifice ac gratiofissime egit nobiscum.
Hinc enim sanctus rex David loquitur est: Domine, quid est homo, quia innotuisti ei? aut psal. 143:
Ius hominis, quoniam reputas eum? Homo uanitati similis factus est, dies eius sicut umbra
prætereunt. Hinc quoque beatus Iob loquitur Deo: Quid est homo quia magnificas eum? aut
quid ponis erga eum cor tuum? Recognoscamus ergo prouidentiam, dignationem, & gratiā
Dei nostri circa nos, & gratiā diligentesq[ue] sumus. Amplius attēdamus, quod de beatissima uir-
gine scribit euangelista: Maria conseruabit omnia uerba hæc, conferens in corde suo. Ita &
nos eius exempli uniuersa beneficia Dei, mysteria Christi, documenta & præcepta ipsius, &
quicquid salubriter dicitur nobis, imprimamus memorie, revoluamus corde, sapienter pen-
semus, ut sic uitijs reluctemur, uirtutibus immoremur, & iuxta illa totam nostram conuersa-
tionem quotidie regulemus. Hinc quippe Psalmista loquitur est Deo: In corde meo abscon-
di eloquia tua, ut non peccem tibi. Sed quidam uani ac stolidi, uerba scripturarum scire cupi-
unt & attendunt ad ostentationem, ut docti putentur, sapiētioresq[ue] alijs, aut lucri aliquid seu
commodū fortiantur carnale. Ita abutuntur eloqujs Dei. Postremo, sicut pastores Christi in-
vento ac cōtemplato, reuersi sunt, Deum laudantes & glorificantes: ita & nos, post quā omnia
iam p[re]fata fideliter cōtemplati fuerimus, Deū laudemus uerbis deuotis, & glorificemus ac
ueremur eundem uirtutis operibus. Sicq[ue]: ad exteriora agenda tempore congruo reuera-
mur, quia non possumus semper contemplationi ac spiritualibus exercitijs occupari, sed circa
corporis necessaria crebro occupari compellimur. Quas occupatiōes ad Dei honorem & an-
marum nostrorum salutem ordinare debemus, quia tunc etiam ipsa sunt meritoria nobis, &
Deo placentes, quemadmodum ei placuit corporalis labor istorum pastorum, circa pecora sua
occupatorum. Et quoniam filius Dei factus est filius hominis, ut nos efficiamur filii Dei, ita
deamus Deo in puritate seruire, omnia carnala uita, uerba lasciva, amplexus, & oscula libi-
diuosa omnino uistantes, quoniam talia omnia Christus fons totius munditiæ uehementi ab-
horret, reprobat, eternaliterq[ue] condemnat. Ipse quoq[ue] testatur: Beati mundo corde, quoniam
ipsi Deum uidebunt. Ad cuius beatā uisionem dominus noster Iesus Christus, nobis ex mun-
dissima uirgine natus, perducere nos dignetur, qui cum patre & spiritu sancto &c. Mat. 5.

¶ AD SVMMA M MISSA M.

¶ Enarratio Lectionis Propheticæ: Propter hoc sciet populus meus nomen
meum in die illa. Isaiae quinquagesimo secundo.

C Vemadmodum sanctius ait Hieronymus, beatissimus Isaia non tam propheta, q[uod] euan-
gelista dicendum est, quoniam omnia Christi atq[ue] ecclesiæ mysteria tam diffuse ac eis
denter descripsit, ut videatur potius de præterito recitat historiam, q[uod] de futuro inducere pro-
p[re]dictiā. Ipse itaq[ue] de Christi incarnatione, nativitate, prædicatione, lege, miraculis, passione &
ascensione, apostolorum prædicationibus, gentilium cōuersione, copiosissime scriptis ac pro-
phetauit. Vnde in lectione nunc expōenda, ait per eum Deus: Propter hoc quod subditur:
sciet populus meus nomen meū, id est, electi Iudaï, puta apostoli ac ceteri ex Iudaismo cons-
uersi, cognoscet me, & q[uod] unigenitus Dei filius sim, scient per fidem. [quia ego ipse q[uod] loque-
bar,] id est, qui olim multifarie, multisq[ue] modis per prophetas de meo aduentu loquutus sum.
[Ecce adsum,] id est, in propria persona per assumptam humanitatem appareo, iuxta illud: Ver-
bum caro factum est, & habituit in nobis. Hinc denuo scriptū est: Lauda & lætare filia Sion,
quia ecce ego uenio, & habitabo in medio tui, ait dominus. [Q[uod] pulchri super montes pedes
annunciantis & prædicantis pacem.] Hanc scripturam allegat Apostolus ad Romanos de præ-
dicatione euangelica legis per sanctos apostolos. Est igitur sensus: Quam pulchri, id est, uale-
de pulchri, sunt super montes, id est, super particulares ecclesiæ, conuersatione, sapientia, po-
testate sublimes pedes, id est, affectus, processus & gressus annunciantis & prædicantis pacem,
id est, chorii apostolorum, qui prædicauerūt genus humanum per Christi passionem esse Deo

D. DIONYSII CARTHV. ENARR. IN EPIST.

- Rd. 8. patrareconciliatum.Quietiam pacem spiritualem docuerunt esse seruandam,& futuræ beatitudinis pacem promiserunt fidelibus.Hinc Paulus:Reconciliati,inquit,sumus Deo pro mortem filij eius.Ponitur itaque in hoc loco singulare pro plurali.Nam ita allegat Apostolus:Quam speciosi pedes euangelizantium pacem,euangelizantium bona,Vnde nunc subditura Annuntiantis bonum,] id est,Christi euangelium,quod est optimum nuncium.[prædicariis salutem,] id est,veram beatitudinem esse in Christum creditibus dandam,quam Christus sua passione eis recuperauit,[dicens Sion,] id est,militanti Ecclesiæ seu Israëlitice plebi,cui primo prædicauerūt apostoli.Porro SION interpretatur speculatio: idcirco per Sion intelliguntur fideles,Deum humiliter contemplantes,ac cœlestia speculantes.Velt dicentis,Sion, id est,O tu Sion,[Regnauit Deus tuus,] uidelicet CHRISTVS,qui est uerus Deus & uita æterna,ut Iohannes dicit.Ipse enim post suam resurrectionem in militante ecclesia cepit regnare per fidem & gratiam in corde fidelium.In triumphanti quoq; ecclesia iugiter regnat.
- Mat. 28. Hinc enim loquitur: Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.[Vox speculatorum tuorum,] O Sion, id est,prædicatio sue laudatio apostolorum,quos Deus dedit speculatores domini Israël,qui etiam fuerint uiri maxime speculatiui.Horum ergo uox sonuit inter ludos.Nam subditura[leuauerunt uocem,] id est,Christi euangelium fortiter prædicauerūt,præsertim in die Pentecostes,& postea,spiritu sancto recepto,[Simil laudabūt] Deum, quemadmodum in Actibus apostolorum habetur.Omnes qui credebant,erant pariter & collaudabant Deum,habentes gratiam ad omnem plebem,[quia oculo ad oculum uidebunt.] Nam Dei filium incarnatum, corporaliter conspexerunt,eumq; oculo interiori ualde illuminato.
1. Cor. 3. contemplantur,dicente Paulo:Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes.Et Iohann. 1. Iohanne:Vidimus gloriam eius,gloriam quasi unigeniti patre. Quibus in euangelio logatur Christus:Beati oculi qui uident quæ nos uidetis.Præterea huic uerbo,Oculo ad oculum simile est illud Apostoli,Facie ad faciem.Sic ergo uidebūt,[cum cōuerterit dominus Sion,] id est,ecclesiam ad se gratiore reduxit,electorum corda illuminando,electas quoque reliq; as Iudeorum conuertendo,secundum illud ad Romanos undecimo:Reliquæ secundum electionem gratiæ Dei saluæ factæ sunt.[Gaudete in domino,] & laudate Jeum [deserta Hierusalem] id est,ruinæ ecclesiæ per Hierusalem designatae,quas instaurauerūt apostoli,& edificando ecclesiam Dei ex peccatoribus,quos cōuerterunt.Hæ anteriuæ sunt peccatores,qui post suam cōuerersionem ad Christum,inuitantur ad gratiarum actionem & gaudium.Vnde in prima Petri epistola inducitur: Virtutes annūciatis eius,qui uos de tenebris uocauit in admirabile lumen suū.Ad Colossenses quoq; Apostolus:Gratias,inquit,agimus Deo patri,qui nos transtulit in regnum filij dilectionis suæ,[quia cōsolatus est dominus populum suum.] Juxta id Actuum Discipuli replebantur gaudio & spiritu sancto,Etruris: Ecclesia per totam Iudeam & Galilæam & Samariam habebat pacem,& edificabatur,ambulans in timore domini,et consolatione spiritus sancti replebatur.[Et uidebunt omnes fines terræ salutare Dei nostri.] id est,habitatores omnium finium mundi,conuertentur ad Christum,& eum oculo fidei intubentur,quemadmodum Matthœi uigesimo quarto Christus p̄dixit:Prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerso mundo.Quod per apostolos & eorū coadiutores pro maxima parte impletum est,iuxta illud: In omnem terram exiuit sonus eorum.Hinc Psalmista prædixit:
- Psal. 18. Reminiscentur & conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ.Itemq; Viderant offiſester Psal. 97. mini terræ salutare Dei nostri.Vnde & Christus ascensurus in celum,dixit discipulis: Eritis mihi testes in Hierusalem & in omni Iudea & Samaria,& usq; ad ultimum terræ.
- Act. 1. Enarratio Epistolæ,Multifarie multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis. Hebr. I.
- Sicut p̄dictum est,triplex est Chri natuitas.Vna æternalis ex deo patre,alia tēporalis ex uirginis matre,tertia spūialis in credentiū ac penitentιū corde.In hac ergo epistola aliqua scribitur sanctus Apostolus de Chri,qua ei cōueniunt ratione sue tēporalis natuitatis: aliq; quoq; quæ ei cōueniunt ratione sue generationis æternæ.Nam ait Hebreo: primos[Multifarie] id est,ual de frequenter.[multisq; modis] hoc est,distinctis uisionib; ac uarijs modis loquendi.[olim] in veteri testamento,& etiam tempore legis naturæ.[loquens deus patribus] hoc est,antiquis prædecessoribus nřis patriarchis ac bonis hominibus,[in prophetis,].i. per prophetas,qui de Chri aduentu prænunciauerunt hominibus,iuxta illud: Benedictus dominus deus Israhel,quia uisitauit & fecit redēptionem plebis sua.Sicut loquitus est per os sanctorum,qui à seculo sunt,prophetarum eius.Vnde & gloriissimus princeps apostolorum profatur Actuum quarto:Deus prænunciauit per os omnium prophetarum suorū,pati Christi Dionys. stum.[Porro prophetis loquitus est deus p angelos:quia ut diuinus Dionysius loquitur,pro-

IN SVMMA MISSA NATIVITATIS DOMINI.

Fol. XLV.

- A pheticæ reuelationes ministerio angelos sunt factæ.Interdum autem deus est loquutus prophetis per uisionem imaginariam,quemadmodum Isaías uidit dñm sedentem super solium eleuatiū. Isa. 6. Interdum per uisionem exteriorem,sicut Daniel uidit Gabrielem archangelum.Interdum per uiuionem anagogicam puræ intellectualem,quales fuerunt uisiones David prophetæ: quandoq; in uigilia,quandoq; in somno.[nouissime,] hoc est,in hac ultima mundi ætate,[diebus istis,] uide licet tempore gratiæ,& in principio ætatis ultimæ,quæ à Christo incepit,[loquutus est nobis in filio,] id est,per unigenitum suum filium incarnatum,qui in euāgelio ait,Iohan. xiiij. Verba que Iohan. 14 ego loquor,à meipso non loquor,[quem constituit] deus pater[hæredem uniuersorum,] id est,possessorum ac dñm omnium rerum creatarum,loquendo de Christo secundum naturam assumptam,sic enim constitutus est omnium dominus.Siquidem eisipo quo Christi humanitas ad in creatum & personale esse uerbi æterni assumptiona est,datum est Christo homini p̄cessere,præseri ac dominari omni creato.Vnde ait:Pater diligit filium,& omnia dedit in manu eius.Et Paulus Hc Iohan. 5 brœorum secundo: Omnia[inquit] subiecit sub pedibus eius.[per quem fecit & fecula,] id est,tem Hebr. corporalia cuncta & tempora,iuxta illud Iohannis primo: Omnia per ipsum facta sunt.Quod con Iohan. 6 uenit Christo secundum naturam diuinam.Non enim per ipsum facta sunt omnia,tanq; per instrumentum aut instrumentum,sed sicut per principalem agentem,qui cum patre & spiritu sancto unus est factor,unus creator,quoniam superbeatissimæ trinitatis operatio ad extra est indiuisa,cū ipsius sit una natura,& una potestas.Propter quod adserit Christus:Quæcumq; facit pater,hac & simi Ioh. 5 litter facit filius.Similiter in quaenam,id est,æque principaliter.Veritatem quod dicitur,per ipsum, B propriæ competit filio,cui appropriatur causalitas causæ exemplaris,cum sit omnium rerum exemplar & ars rationibus plena.[Qui cum sit splendor gloriæ,] hoc est, radius plenus sapientie patris & excellentiæ eius,candor lucis æternæ,& fulgor perfectus maiestatis paterna,in quo plena resplendet tota perfectio dei patris.Est etenim filius uerbum mentis paternæ,& dicitur splendor gloriæ,quoniam quicquid patris est,splendet in ipso plenissime:& in hoc insinuaturo coæternitas filii cum patre.Splendor nanci est igni & soli coeuius.Et si fili ab æterno fuister,Splendor fuister ei cōsempiternus.[& figura,] id est,imago sue character,[substantiæ eius,] uidelicet patris.Quævis autem figura propriæ locum non habeat,nisi in corporalibus,Apostolus tamen filium uocat figuram dei patris,quia per figuram res maxime cognoscitur,& in ea similitudo attenditur unius cum alio.Filius autem patri per omnia similis,imò similius est,non distinctus ab eo,nisi quia est ab eo,& patrem perfecte omnino represtat,idecirco figura substantiæ patris uocatur.Est autem filius patris imago naturalis & essentialis,non imitativa aut artificialis,quemadmodum filius regis,est imago patris regnantis,idecirco consubstantialis est patri.In tali enim imagine est natura eius,culus est imago.[portansq;] ipse filius,id est,sustentans,conseruans ac moderans,[omnia] creata,uisibilis & inuisibilis,[uerbo uirtutis sue,] id est,potestatis sue imperio ac influxu.Que admodum enim omnia per ipsum facta sunt,sic eius conseruatione incessabiliter egent,sine qua Ioh. 1. nec ad momentum possent subsistere.Sed sicut ex nihilo facta sunt,ita in nihilum relaberentur.Sicq; in uerbis istis notatur æqualitas filii cum patre in potestate,qua in tribus superbenedicis per sonis una eademq; consistit: sed cum filius dei sit uerbum patris,si filius portat omnia uerba uirtutis sue,uidetur quod uerbi sit uerbum.Et respondendum,qp uerbum non unitoce sumitur cum filius dicitur uerbum & in loco præsentis: hic enim sumitur uerbum pro imperio,sicut in psalmo: C Ignis,grando,nix,glacies,spiritus procellarum,qua faciunt uerbum eius.Qualiter autem filius dei uerbum dicatur,in quæcæstis expositione euangelij cluiscet.[purgationem peccatorum facies,] id est,peccatores a suis peccatis emundans,quod fecit in sua passione,atq; quotidie efficit in baptismo & poenitentia sacramento.Christus quoq; secundum qđ deus,est principals peccatorum purgator & gratiae dator,imò creator,[sedet ad dexteram maiestatis,] id est,patri altissimi seu dignitatis patri æterni.[in excelsis,] id est,in celo empyreo & gloria throno,quemadmodum ait ipse Ego uici,& sedi cum patre meo in throno eius.Denique Christus dicitur ad dei patris dexteram, id est,æqualitatim residere,quia ut deus,est patri æqualis.Secundum assumptam uero humanitatem sedet ad dexteram patris, id est, in potioribus bonis eius, quibus in deo copiosissime fruitur, tanto melior angelis effectus,] Christus secundum qđ deus,incoparabiliter & infinite melior est omni creatura; sed sic non dicitur propriæ melior angelis effectus, sed ex generatione æterna hoc haberet, sed quantum ad manifestationem & innobescientiam posset hoc dici,cum & in Psalmo dicat: Domine,refugium factus es nobis.Porro secundum humanitatem assumptam melior angelis effectus est,per gratiam unionis & hypostaticam eius unionem cum uerbo æterno.Et qđ non ad mensuram acceptum grām,sicq; à primo incarnationis instanti prelatus ac melior factus est angelis,[quan]to differentius] id est,excellentius,[præ illis nomen hæreditavit,] id est,iure diuino per generationem æternam à patre acceptum,firmiterq; possedit.De quo nomine alibi dicit Apostolus:Dedit Phil. 8 illi pater nomen quod est super omne nomen,ut scilicet homo ille uocetur unigenitus filius dei,uegusq; deus.Quod competit homini Christo ex generatione æterna,per quam plenitudinē dei h in capite

D. DIONYSI CARTHUSIA. IN EPISTOLÆ ENARR.

tatis accepit à patre. Veruntamen, quantum ad corporis passibilitatem, mortem, & sepulturam, fuit Christus paulominius ab angelis minoratus, ut dicitur in psalmo, & ad Hebreos. Hanc autem excellentiam Christi consequenter probat Apostolus: [Cui enim dixit] deus pater [aliquando] angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te.] Quasi dicit: Nulli angelorum unquam hec dixit, Psalm. 2, sed sibi unigenito suo loquitus est istud in psalmo: Filius meus es tu, ego hodie, id est, in die æternitatis, in qua semper est hodie, id est, instans, seu nunc invariabile, non habens præteritum nec futurum, [genui te.] Quanvis autem angeli appellantur filii dei per adoptionem gratiæ consummatæ feugloria, iuxta illud Iob: Vbi cras cum me laudarent angeli, & iubilarent oës filij dei? Non tñ in æternitate sunt geniti, nec propriogeniti, sed creati, quia nō eiusdem naturæ cum patre. [Et rursus] loquitur pater: [Ego ero illi] scilicet Christo, [in patrem] per generationem naturalē ac sempiternam. Aeternitas autem omne tempus includit, idcirco per quamlibet temporis differentiam desigatur, quemadmodum in euāglio ait Christus de spiritu sancto: Ille de meo accipiet, [& ipse erit Chrysostomus] in naturalem ac unicum. Testimonium istud secundum Chrysostomum sumptum est ex Isaia propheta, quod tamen nostra translatio non habet, quantum ad formam uerborum. Propterea reg. 7 babilius tamē fertur, quod sumptum sit ex primo libro Paralipomenon, ubi uerba haec habentur. Patr. 17 in propria forma. Sed tunc quæstio oritur, qualiter ualeat allegatio ista, atque probatio, cum uerba illa ad literam de Salomō dicantur ibidem. Et respondendum, quod uerba ista dicta sunt de Salomonc, in quantum figura extitit Christi, idcirco de Christo principaliter intelliguntur. [Et cū iterum introducit, id est, introducendum siue uenturum prænuntiat pater in psalmo, primogenitum suum, id est, filium suum ante omnia genitum, qui in proverbijs testatur: Dominus posse dicit me initio uiarum sua, anteq̄ quicquam faceret a principio, [in orbē terræ] id est, in hunc mundum per incarnationis mysterium, [dicit] per prophetam in psalmo s̄ allegato: Et adorēt eum] scilicet unigenitum patris, [omnes angelii dei.] Adoratio autem sibi deo debetur. Porro litera nostra sic habet: Adorate eū omnes angelii eius. [Et ad angelos quidem dicit, id est, de conditione, proprietate & existentia angelorum] dominus loquitur per prophetam in psalmo centesimotertio. [Qui] deus pater, seu filius secundum quod deus, [facit] angelos suos spiritus. Ordo constructionis est: Qui facit spiritus, id est, spirituales & intellectuales substatiæ esse angelos, id est, legatos suos, dum eos ad aliquæ numeranda uel operaenda erit. Angelus enim est nomen officij, spiritus nomen naturae: Quemadmodum miles est nomen officij, homo nomē naturæ. Sicut igitur homo fit miles, non ē conuersus; sic deus spirituales illas substatiæ, qui ex creatione sunt spiritus, efficit angelos, id est, nuncios, iniungendo eis obsequium, [& ministros suos flamمام ignis.] Ordo uerborum est: Deus facit flammā ignis, id est, angelos de ordine Seraphim, qui ob diuini amoris feruorem præcipuum, flammam ignis ignisq; urens uocantur, ministros suos. Possunt quoq; per flamمام ignis omnes angelici spiritus designari, ob diuine dilectionis ardorem, & propter naturæ suæ agilitatem, suis motus & operationis uelocitatem. [Ad filium autem,] dominus ait ad prophetam in Psalmo quadragesimo quarto. [Thronus tuus,] id est, regia dignitas iudiciorum, potestas, & solium gloriae quo resides ad dexteram patris, o[deus] unigenite, [in seculum seculi,] id est, in perpetuum manet. Hoc de Christo secundum utramq; naturam intelligi potest. Nam pater omne iudicium dedit filio, deditq; ei potestatem & iudicium facere, quia filius hominis est, ut pater Iohannis quinto. Es omnia ei subiect secundum Apostolum. Secundum deitatem uero competit Christo iudiciorum potestas, & regia dignitas per principalem auctoritatem, quanvis eas à patre acceperit, in uno numero est potestas dignitatis amborum, [uirga æquitatis,] id est, lex seu regula iusta est. Uirga regni tui, hoc est, lex euangelica, gubernatio, disciplina, qui ecclesiam regis ac instruis, impios corrigis, bonos exaltas, de qua uirga fertur in Psalmo secundo: Reges eos in uirga ferrea. Et Isaias: percuties (inquit) terram uirga oris tui. [Dilexisti iustitiam,] hoc est, omnem uirtutem & omne bonum, uiritia enim uno modo communis est uirtus, [& odisti iniquitatem,] properea, id est, merito horum, uidelicet, quoniam sic fecisti, sunxit te, Jo deus Christus[deus] Iomini sed specialiter, [deus tuus,] secundum quod homo es, quia hunc perfectissime coluisti ac dilexisti, & ipse tibi summanu largitus est gratiam. Veruntamen secundum Augustinum, in Graeco est manifesta distinctio casuum, hoc modo: dia ton ephrise se o theos ho theos tu. Ut scilicet nomen hoc Deus primo expressum, uocati ui sit casus, & idem nomen secundo positum, sit casus nominatiui, ut sit sensus: Vnxit te o deus fili, deus tuus. i. deus pater, [oleo exultationis,] hoc est, p̄mio accidentaliter, uidelicet corporis accelerata resurrectione, ascensione, glorificatiōe & plena partis lætitia sensitio, quæ usq; ad morte fuit passibilis, sp̄e participibus tuis, i.e. p̄e cunctis electis, qui tua sunt membra, & de plenitudine tua accipiunt, unaq; tecum ut homo es, à supersancta trinitate gratiam & gloriam sortiuntur. Vel sic, propterea, id est, ut iustitiam diligeres, & iniquitatem odires, Vnxit te oleo exultationis, id est, suauitate ac plenitudine gratiæ animam exhilarantis, in sacerdotem, pontificem, regem, pugilē ac prophetam. De qua unctione paulo ante dicta sunt plura. Consequenter probat Apostolus filii patri coeternū. [Et Tu in principio domine terram fundasti.] Hoc primo exponitur ita; Et tu dñe,

unige-

IN SVMMA MISSA NATIVITATIS DOMINI.

FOL. XLVI.

A unigenite dei, in principio temporis, hoc est, simul cum tempore, terram fundasti, id est, creasti, & firmiter collocasti in medio universi. Vel, Tu domine pater, in principio, id est, in unigenito filio tuo, per quem cuncta fecisti, qui ait: Ego principium qui & loquor uobis, terrā fundasti. [Et opera] manuum tuarum sunt celī] id est, omnes celos creasti. Manus autem dei sunt eius omnipotēcia ac uoluntas, intellectusq; practicus, quibus omnia producuntur. [Ipsi] scilicet celī, [peribunt] non quantum ad substantiam, sed quantum ad accidentalem suam dispositionem, quoniam tunc celorum motus, situs, influentia desinent. [tu autem permanebis,] incommutabilis & æternus, in quo non est permutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Qui per Malachiam afferit: Ego dñs & Jacob. 1 non morior. [Et omnes] celī, [ur] uestimentum ueteralcent,] quantum ad modum eslendi, quem nunc habent, & tandem amittent, & uelut amictum, id est, uestem mutabitis eos, hoc est, à soli eo cursu atq; influxu cessare præcipies. [& mutabitur], à pristina qualitate atq; in melius commutabuntur. Vnde in apocalypsi habetur: Vidi cœlum nouum & terram nouam, [tu autem idem Apoc. 21 ipse es,] id est, prorsus invariabilis permanes, in quem nec accidens cadere potest. [& anni tui nō deficient,] id est, eternitas tua omne tempus includens, & tuum esse mensurans, non finietur.

¶ Sermo circa lectionem & epistolam: Qz hilares ac lertos nos esse deceat, q; tempore gracie ac legis euangelicæ nati sumus, & in Christianorum numero constituti, quāmq;

enorme malum sit, ingratum nunc & negligentem existere.

Cic̄t̄ populus meus nomen meū in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. Isaia quinque agit, tempus gratiæ appellatur, quia in eo copiosior ac multiplicior gratia data est hominibus etiā in toto orbe terrarum, quām ante. Nam ante aduentum Christi pene ubiq; in misero idololatria, perfidia, ignorantia dei, & alia innumerabilia regnauerunt peccata, & in solo quasi populo Iudeorum cultus & cognitione ueri dei uigebant. Propter quod dixit Psalmita: Notus in Iudea deus in Plal. 75 Merito tempus aduentus Christi & deinceps, uidelicet tempus euangelicæ legis, tempus gratiæ appellatur, quia in eo copiosior ac multiplicior gratia data est hominibus etiā strari, conuerti, & deit ueraciter colere. Fama etenim sapientiæ, sanctitatis, miraculorumq; Christi, eo adhuc in mundo hoc cōuersante, in tota Syriam diffundebatur, ut pater in euāglio Matthi. Deinde per beatos apostolos & alios Christi discipulos, in uniuero mundo prædicata est euangelica lex & recepta, omnibusq; dei cognitione est concessa. Idcirco in Isaia scriptis est: Repleta est terra Iaiae, 11 scientia domini, quasi aquæ mari operientis. Et per Ieremiam quog; prædictū est: Omnes cognoscet me, à minimo eorum usq; ad maximum, dicit dominus. Denique tempore noui testamenti ac gratiæ, non solum concessa est hominibus cognitione dei secundum quod unus est, sed etiam quod sit trinus; quod ante saluatoris aduentū, non nisi maioribus fidelibus, utpote patriarchis atq; prophetis, & alijs quibusdam sapientibus specialiter illuminatis, innoruit. Et hoc est quod in hodiernæ solennitatibus epistola scribit Apostolus, q; scilicet deus olim uarijs modis loquens hominibus p; prophetas, nouissime his diebus, hoc est, in exordio euangelicæ prædicatiois loquitus est nobis p; unigenitum filium suum hominem factum, deum esse non desinet. Ecce quanta est gratia, quanta prærogatiua, excellētia temporis Christi ac euangelicæ legis, in quo ipse omnium dominus propheticus, fons sapientiæ, deus altissimus personaliter uenit in mundum, legem dedit homini bus, euangelicam prædicauit doctrinam, cordaq; hominum gratia adimpluit precipua. Vnde ab Isaia fuerat prophetatum: Dominus iudex noster, dominus legifer noster, dominus rex noster, ipse ueniet & saluabit nos. Et rursus secundum aliam translatiouem loquitur Isaías: Non angelus, Isaia 33 non legatus, sed ipse ueniet. Ista ergo ex causa tempus Christi, tempus gratiæ dicitur. ¶ In sup. ideo Tit. 5 tempus gratiæ appellatur, quia in tempore isto per Christi passionem factum est pro originali peccato, ita quod homines uirtuosi dum moriuntur, ab ore ingrediuntur regnum caeleste, dummodo p; propriæ culpe non differantur reatum: hoc autē impossibile fuit ante Christi passionem, quia tunc propter originalis peccati debitum seu reatum homines differabantur à gloria. ¶ Denique, legitur q; Alexander Magno nato, Philippus rex Macedonum pater illius putatius, scripsit Aristotele, dicens: Natus est mihi filius, & plus regrati orbi, quia natus est tempore tuo, quām quoniam natus est. Nam spero quod eruditetur atē. Quanto magis nos Christiani deo omnipotenti regnari te nemur, non tam quoniam nati sumus, q; quod tempore legis euangelicæ nati sumus. Nos quippe ex gentilibus sumus progeniti, & si illorum fuissimus temporibus, quid aliud quām ipse gerunt, fecissemus? sicut cum illis æternaliter condemnati essemus. Gaudemus itaq; & intimo cordis affectu regnaremur altissimo, quod natū sumus tempore isto, in quo non Aristoteles, sed Christi filii dei, qui est sapientia æterna, increata, immensa, saluberrimis instruimus documentis. ¶ Præterea iugiter aduertamus, quod quanto tempore isto euangelicæ legis maiora & gratiisiora à deo nobis beneficia sunt impensa, quanto copiosior gratia nobis à spiritu sancto deo uero & uiuo offert, tanto grauiora sunt nostra peccata, & tanto damnabilior ē conuersatio nostra, si deo in gratiæ ac negligentes fuerimus. Vbi etenim maior beneficia, major quoq; gratiarum actio esse de-

b. iiiii b. xx

D. DIONYSII CARTHVSIA. IN EPISTOL. ENARR.

bet. Iterum quo maior est dignitas domini nostri Iesu Christi legislatoris ac regis nostri, eo enor- **D**
misior est culpa eum offendere, eius legem praeuaricari, eius doctrinam non sequi. Propter quod
ad Hebreos ait Apostolus: Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla contradictione duobus aut
tribus testibus moritur; quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculca-
ueritis. i. cōtempserit. Cōtemnit ait, qui p̄cepta ipsius obseruare nō curat. ¶ Deinceps in hoc mun-
do secundum leges ciuiles crīmē lēsē maiestatis, uidelicet iniuratio regis aut principis, reputatur
grauissimum, atque dirissime uindicatur, imo pro illo non solū principalis transgressor, sed & filii
eius perpetuo damnantur exilio, & paterna hæreditate priuantur. Si ergo tam graue est, terrena
læderi principem & offendere regem, quam ineffabiliter graue, impius atque damnable est, sum-
mum legislatorem, unigenitū filium dei offendere, & eius p̄cepta negligere, aut ipsum in suis
lædere membris: De cuius excellentia tam multa scribit Apostolus in hodierna epistola: Ipse nan-
que uniuersorum est dominus, conditor angelorum, & deus uerus, cunctis creatis in infinitū p̄re-
stantior, qui ex sua incompræhensibili charitate, pietate & gratia dignatus est inter homines tam
suauiter, tamq; humiliiter conuersari, & hodie ex virginē illibata natus est nobis, ut eius charitate,
pietatem, dignationem pro posse semper & ubiq; sc̄temur, inter proximos nostros, charitatue, be-
nigne, humiliiter, iuste, exemplariterq; uiuendo: sicq; cum Christo diligamus iustitiam, & odio ha-
beamus iniquitatem, usq; peccata, potius quia in se fonda & odibilia sunt ac displeasant deo, in-
honorativaq; eius, quam timore supplicij. ¶ Postremo istud agendo & ita uiuendo, ad diuinā inua-
riabilitatis participationem aliqualem accedimus, recte rationi atq; uirtutum uigori iugiter in-
hærendo, quod est sapientiae signum & opus. Qui autem instabiles sunt, & omni impulsu passio-
num subduntur, sapientia atq; uirtutibus destitutos se esse ostendunt: idcirco in Ecclesiastico scri-
E
ptum est: Homo sanctus in sapientia manet sicut sol, nam stultus sicut luna mutatur. Hinc horta-
tur Apostolus: Stabiles efforte & immobiles, abundantes in opere domini semper. Nam ut Salo-
mon protestatur: Iustus est quasi fundamentum æternum, impius quasi tempestas pertransiens.
Passionibus ergo & uitjis dominemur, non subiç; famur, & mentes nostras stabiliamus in deo, eti-
hubertim intuentes, atq; cum sancto Iob afferentes: Nonne deus scit vias meas, & omnes gressus
meos dinumerat? Qui iudicem summum, coelestem, meuendissimum, sic sibi esse intentū perpen-
dit, custodite se habet ac timore, implens qd propheta loquitur deo: Seruauit mādata tua & tēfī
monia tua, quia omnes uiae meæ in cōspectu tuo. Sic ergo agamus, Ad laudē omnipotentis. Amē-
Enarratio euangelij, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud
deum. Iohannis primo.

Theologia seu sacra scriptura increatae ueritati immediate innititur, & per lumen gratiae re-
uelatur, idcirco à summo sunit exordium. Philosophia uero, quæ humanæ rationi innititur,
& ex rebus creatis ad creatoris surgit notitia, ab inferioribus inchoat, & paulatim ad supremā
pertinet: sicq; in exordio euangelij sui beatissimus Euāgelista Iohannes à Christi diuinitate, & eius
cum deo patre consempiternitate exorsus est. Quod & ideo fecit, quia quorundam hæsarchariorum
perfidas uoluit reprobare. Cum etenim fuisset in Patmos insulam relegatus, surrexerunt in Asia
Ebion & Cherinthus hæretici, imp̄issime affirmantes, Christum esse hominem purum. Hinc Ioh-
annem à Patmos reuersum rugauerunt episcopi, ut de Christi deitate plenus scriberet, & hæ-
reticorum confutaret insanias. Quod facere uolens, sic orsus est: [In principio erat uerbum.] Quod F
tripliciter explanatur. Primo, sic: In principio, id est, in exordio temporis, quo facta sunt omnia, iu-
xta quod scribitur: Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul. Erat uerbum, hoc est, unigenitus
filius à patre intellectualiter genitus. Quasi dicari: Uerbum non est creatum aut factum, sed alijs per
creationem incipientibus, ipsum ueraciter erat & inuariabiliter subsistebat. Secundo sic: In prin-
cipio, id est, ante omnia secula, in ipso æternitatis nunc atq; momento, erat uerbum. De quo scri-
ptum habetur: Fons sapientiae, uerbum dei in excelsis. Tertio sic: In principio, id est, in deo patre, q
est principium sine principio; erat uerbum, quia in mente patris æternaliter manet. Procedit enim
à patre per emanationem immanentem, que non terminatur in aliquid aliud, neq; in quicquam
ad extra. Sicq; filius per substantiam identitatem manet in patre, à quo personaliter est distinctus.
Quælibet quoq; diuina persona per circumcessiohem est in alia, cum & unaquæq; sit infinita.
¶ Hic queritur, cur euangelista Iohannes, uolens Christi deitatem ostendere, potius usus est nomi-
ne uerbi, q; filii. Dicendum, quod huius duplex est ratio. Prima, ut innuat generationem in diuinis
non esse carnalem, materialem, mutabilem, sed intellectualem, inuariabilem, immanentem ac sim-
plicem, qm uerbum proprie sumptum, est conceptus mētis interior, intelligibilis dictio, ac prolatā
intus notitia. Alia ratio est, quoniam nomē uerbi magis ad propositum pertinet, quam filii nomē.
Filius nanḡ comparisonem importat duntaxat ad patrem. Verbum autem respectum dicit, nō
tantum ad proferentem, sed etiam ad rem uerbo significatam, ad uocem quoq; quam induit, &
ad instructionem quæ per ipsum fit. Cum ergo Euāgelista iam tractet de filio dei, non duntaxat
per respectum ad patrem, sed insuper per comparisonem ad creatuā quæ fecit & regit, præsertim
ad hoc

IN SVMMA MISSA NAT. DOM.

Fol. XLVII.

Aad homines quos redemit, ad carnem etiam quamassumpsit, & ad documenta quæ dedit, cō-
stat quod conuenientissime nomine uerbi exprimitur, nec aptius neq; subtius nomen ad in-
finuandum hæc omnia inuenitur. ¶ Præterea, deus seipsum intendo ac intelligendo, suip̄st
us conceptum ac uerbum intra se profert ac gignit. Quod enim de se apprehendit ac concis-
pit, siue agnoscit, hoc in se exprimit, gignit, producit; & uerbum illud mētis paternæ intus ex-
presum, est unigenitus filius patris. Et quoniam pater uno simplicissimo actu seipsum, & alia
cuncta intelligit, ideo unico actu intelligendi profert ac gignit perfectissimum uerbum, in quo
uniuersa respresentantur, & continentur, quæ à patre noscuntur. Hinc unicū uera-
bum illud est imago naturalis & perfecta patris, & character substantia eius, tanquam ad sua
militudinem eius productum, eumq; plenissime repræsentans. Est quoq; exemplar, idea, spe-
cies, & ratio omnium creaturarum, quoniam omnes reluent in uerbo, tanquam in exempla-
ri & causali principio, ad cuius imitationem productæ sunt. Quoniam ergo tota perfectio &
natura patris perfecte reluet in filio, (quod esse non posse, nisi filius esset uere immensus &q;
liq; patris, & per cōsequens, uerus deus. Finitum enim à plena repræsentatione infiniti, distat
in infinitum) ideo filius appellatur emanatio claritatis omnipotentis deisyncera, candor lu-
cis æterna, & speculum sine macula maiestatis paternæ, atq; imago bonitatis illius, quemad-
modum de filio sub nomine Sapientie scriptum est. Quæ etiam increate, æterna, ac genita sa Sapiē. 7
pietatis in Ecclesiastico ait: Ego ex ore altissimi prodidi, primogenita ante omnem creaturam.
Eccl. 24. Et alibi testatur: Ab ætero ordinata sum, nondum erant abyssi, & ego iam cōcepta eram, ana-
Prou. 8. te colles ego parturiebar. ¶ Ostendo quando erat hoc uerbum, docet Euāgelista ubi erat [&
Buerbum erat apud deum,] hoc est, iuxta & intra patrem, tanquam inseparabile individuumq;
à patre. Non enim distant diuinæ supergloriosæ personæ loco, duratione, natura aut dignita-
te, sed ubi & quando pater, ibi & tunc filius. Cum autem dicitur, Verbum erat apud deum, ac
cipitur deus relativè aut personaliter, nō absolute & essentialiter. Quemadmodum enim pa-
ter immensus, illocalis, incircumscribilibusq; consistit, ita & filius. Vnde cum uerbum dicitur
esse apud patrem, non est ruditer imaginādum, quasi unus sit extra & prope alium, immo totus
pater in filio, & econtraſed ad designandum personalem distinctionem intra patrem & filii,
ait Euāgelista, Verbum erat apud deum. ¶ Deinceps declarat, quid erat hoc uerbum: & de
us erat uerbum,] hoc est, filius dei fuit & inuariabiliter est uerus deus, tanquam unius cum pa-
tre essentiæ. Per quod docet Euāgelista filium patri esse consubstantiale. In his nanḡ quæ
naturali emanatione procedunt, procedens siue causatum coeūum est suo fontali principio,
quemadmodum splendor luci. Filius autem naturali emanatione procedit à patre. ¶ Decla-
rato ubi, quādo, quid, & quomodo erat uerbum, nunc pandit quid operabatur. [Omnia per
ipsum facta sunt,] hoc est, omne creatum, & quicquid citra deum est, per uerbum & à uerbo
productum est, & creatum mediate aut immediate. Quid patet quod uerbum non sit factum
nec creatum, sed genitum. ¶ Porro cum aliquid dicitur fieri p aliud, præpositio per, designat
aliquid genus causæ in causalī. Dicitur autem aliquid fieri per aliud multis modis. Primo, sice
ut per causam instrumentalem, sicut domus sit per securim & terebellum. Secundo, sicut per
causam principalem, quemadmodum regnum gubernatur per eum, quem rex fecit sibi com-
parem & cōsortem. Tertio, sicut per causam extrinsecam, ut homo cæditur per baculum. Qua-
rto, sicut per causam extrinsecam aut coniunctam, ut homo uiuit per animam, & scribit p ma-
num suam. Rursus cum aliquid dicitur fieri per aliud, intelligi potest dupliciter. Primo, ut insi-
nuerit meditatio quædam seu medium causans inter primum agens & effectum. Secundo, ut
solum importet processio unius ab aliquo, siccq; fieri per aliquid, est fieri seu produci ab illo.
Iuxta quem modum ait apostolus Paulus: Paulus apostolus Iesu Christi per uolūtatem dei, t. Cor. 14
hoc est, à diuina uoluntate constitutus apostolus. Dum itaq; omnia facta dicuntur per uer-
bum, utroq; horum modorum potest intelligi, quia immediate à & bō ætero tanquam ab omni-
potētate creatore sunt facta. Sic enim omnia facta sunt à supergloriosissima trinitate, & à qua
libet diuina persona. Item omnia facta sunt per uerbum tanquam p id, qd inter patrem & crea-
turas est mediū, nō tamē qsi per causam instrumentalem separata à patre aut ei extrinsecam,
sed sicut per causam principalem, cōiunctam ac parē. Quod rursus intelligendū non est, quasi
creatura nō sint immediate facta à patre, præsertim cū pater & filius sint una oīm causa, una
principium, sed quia filius procedit à patre, habens uirtutem creativam ab ipso, atq; secundum uni
ordinē originis mediā inter patrem & creaturas, & quoniam pater nil operatur ad extra sine
filio, & quoniam uerbo appropriatur efficientia causæ exemplaris. Cum enī natura sit opera-
tionis principiū, quæadmodum trium personarū est una natura, ita & una indiuisib; actio ad
extra. [& sine ipso] & bō factū est nihil,] hoc ē, nulla pr̄sens res est citra deum, quæ non sit facta
per

D. DIONYSII CARTH. ENARR. IN EVANG.

per uerbum. Peccatum quoq; quia formaliter nihil est, sed solum auersio, obliquitas & defes. **D**icitus à summo ente, idcirco per uerbum & à ybo nō est, quantum ad istud formale, sed solū à uo luntate creata, peruersa ac defectiva. [Quod factum est]. i. omne creatū, [in ipso] uerbo uita erat, hoc est, in uerbo uitaliter, intellectualiter ac idealiter extitit ab æterno. Ut enim præhbitū est, uerbū nō solū est patris imago, sed oī etiam creature exemplar, idea ac ratio, estq; ars increata rationibus rerū plena. Porro, qd est in alio, est in illo secundā modū illius. Cū ergo uerbū sit actualissima uita, sapientia summa, ueritas prima, oīa sunt in ipso uitaliter, sapientia liter ac idealiter. Verūtamen nō sī oīa uita sunt in uerbo, quā nō sint uita in patre & spiritu sc̄d. Tota em̄ supfanc̄sima trinitas est unū oīm rerū fontale, intellectuale ac ideale principiū, & ipsa diuina essentia, ut imitabilis à diuino intellectu apprehensa, est omnium rerū idea. Nam inquantum deus intelligit suam essentiam, ut imitabilem à creaturis, essentia haber rationem idē. Præterea Euangelista dicendo, Quod factum est, in ipso ita erat; designatq; à uerbo inuariabili ac æterno absq; sua mutatione processit temporalis acrecens rerum produc̄tio, quoniam quicquid de nouo creavit, ab æterno per rationem idealem præconcepit atq; præordinauit, quando & qualiter illud produceret. Vnde in illo instanti condidit mundum, in quo se id facturum ab æterno decreuit, inuariabiliterq; præscivit. De ideis autem ait Augu-

August. stinus in libro octogintarium questionum: Ideæ sunt principiales formæ, uel rationes rerū stabiles atq; incommutabiles, quæ ipse formata nō sunt, ac per hoc æternas sunt, semp eodem modo sese habentes, quæ diuina intelligentia continentur, & cū ipse nec oriantur necq; intereant, secundum eas tamen formatur omne qd oriri & interire potest. Has autem rationes ubi esse arbitrandū est, nī in mente creatoris: Nō enim extra se aliquid intuebatur, ut secundū illud constitueret quod constituebat. Itaq; Quod factum est, & quicquid fit aut fieri, fuit & inuariabiliter est uita in uerbo, quia secundum esse exemplare, ideale, intellectuale, præexistit in uerbo, quod esse est realiter idem quod uerbum. Ideo subditur: [& uita] hoc est, uerbū istud æterna, uiale, ac simplicissimū, utpote unigenitus dei, [erat lux hominum]. i. dator omnis lucis, quæ in hominibus extat. Ab ipso enim est lux naturæ, lux gratiæ, & lux gloriæ, naturæ ingenium, omnis scientia, & omnis perfectio. Hoc etenim uerbum est summa ueritas & sapientia increata, quod ante suam incarnationem, per inuisibilem infusionem ac missione cora da hominum illustrauit. Post incarnationem uero inter homines cōversando, corporaliterq; prædicando edocuit homines, [& lux in tenebris lucet], hoc ē, uerbum seu filius dei inter exæcatoꝝ ludæos conuersans, prædicationis suæ sapientia splenduit, & radios uirtutis emisit tanquam sol sapientiæ. Vel, in tenebris lucet, quia iniquis gratiam suæ pietatis infundit, lucem fidei ac uirtutum largitur, dum conuertuntur. [& tenebrae eam nō comprehendenterunt]. i. oba tenebrati, peruersi, perfidiq; ludæi, uerbum hoc incarnatum uere nō cognoverunt, nec ei credere uoluerūt, quibus in Euāgeliō dixit: Neq; mescitis, neq; patrem meum, nō em̄ eius diuinatatem nouerūt per fidem. Per tenebras quoq; intelligi possunt omnes iniqui ac infideles, qui per fidem & charitatē uerbo æterno nō uniuntur, propter quod illud nō comprehendere aſſertuntur. Sed aduentum, qd multiplex est comprehensio: Prima, est comprehensio terminativa, qua res secundum se totam capitur, uidetur, sive cognoscitur tam perfecte, sicut ex sua natura cognoscibilis est, sicq; infinitum à finito comprehendendi non ualeat. Vnde hoc modo deus est tam incomprehensibilis omni creature, etiam sanctis in patria, quā uere immēsus. Idcirco hoc modo solus comprehendit seipsum. Quemadmodum enim deus gloriosus ac benedictus est infinite actualitatis, ita est & infinite cognoscibilitatis, ideo omnem intellectum creatum trascendit in infinitum. Secunda, est comprehensio claræ uisionis, qua essentia rei uere cōspicitur seu intelligitur, sicq; beati in calo deum comprehendere perhuent, quem facie ad faciem cōtemplantur. Nam clare per speciem uidet eum, propter quod comprehēsores uocantur. Tertia, est comprehēsio certa adhærentia per fidem, aut sincera adhæsionis per charitatem, sicq; uiatores deum comprehendunt. De qua comprehēsione Euāgelistā nūc loquitur. Est etiam comprehēsio corporalis, qua iniqui uerbum incarnatum materialiter ac uiolēter comprehendērūt, prout scribitur in euāgeliō: Cohors & tribunus & ministri Iudæorum comprehendērunt Iesum. Insuper, quia post pauca loquuturus est euāgelistā de uerbi incarnatione, ideo nūc de eius præcursorē testatur: Fuit homo missus à deo, cui nomen erat Iohannes. Iquia à deo in hūc mūndū directus est, & deo iubēt, exiuit de eremo ad ripam Iordanis, ad prædicandum ac baptizandum, ut Christo uiam pararet, annunciando ludæis Christum esse iam natum, ac protinus prædicaturum, hortando eos ad fidem Christi. Hinc in euāgeliō legitur: Anno quintodecimo imperij Tiberij Cæsaris, factū est uerbū dñi super Iohannem Zas.

Iohā. 18. Mala. 3. charia filium in deserto. Vnde & deus prædixit per Malachiam: Ecce ego mitto angelum me-

IN SVMMA MISSA NATIVIT. DOMIN.

Fol. XLVIII.

A um, & præparabit uiam ante faciem meam. Dicitur quippe Iohannes angelus, id est, nūc ius ratione officij, non naturæ, & quia conuertationis fuit angelica. Porro Iohannes interpretatur gratia dei, uel, in quo gratia dei est. Idcirco hoc nomen ualde congruebat Iohāni, in quo tam excellens extitit gratia, quod de ipso Chfs testatus est: Inter natos mulierum nō surrexit maior Iohanne Baptista. Gabriel quoq; archangelus dixit ad Zachariam: Vocabis nomē eius Iohannem. Cum autem alicui diuinitus nomē imponitur, designatur quod proprietas significata per nomē competit illi, sicut in Genesi Abram uocatus est Abraham, & Iacob dictus est Gen. 17. Israel. [Hic uenit in testimoniū], hoc est, Iohānes ex abditi eremi uenit in publicum, non Gen. 32. ad saluādūm genus humanum, sed ad testificādūm de Chfs omnium saluatore, sicut subiungit: [ut testimonium perhiberet de lumine]. i. ueritatem de Chfs prædicaret, [ut omnes] homines [crederet] in Christum, tanquam in uerum deum, [per illum]. i. mediate testificatione ac prædicatione Iohāni, qua hominum corda ad credēdūm in Chf dispositi. [Nō erat ille Lux]. i. Iohānes Baptista nō fuit lux principalis & prima, quæ essentialiter lux est, utpote Christus, Veruntamen Iohannes fuit lux quædam participata, instrumentalis & secundaria, quem admodum & apostolis ait Saluator: Vos estis lux mundi. At uero ut diuinus Dionysius dicit, triplex est lux: Est enim lux illuminans nō illuminata, ut deus. Et est lux tantum illuminans Matt. 5. ut hi qui modicā gratiam fortis, nec illuminat alios. Eest lux medio modo se habet, scilicet lux illuminans & illuminata, ut hi qui de gratia sibi coiuicata allorum illuminant corda, de quibus legitur in Daniele: Qui ad iustitiam eruditūt multos, quasi stellæ fulgebunt Danie. 12. in perpetuas æternitates. Inter hos beatissimus iste Iohannes fuit unus de summis, de quo in euāgeliō loquitur Christus: Ille erat lucerna lucens & ardens lucēs persapiētiam, ardēs per Iohān. 5. charitatem, [sed ut testimonium perhiberet de lumine], hoc est, de Christo. Quod fecit, dices do Iudæis id quod scriptum est in Marco: Venit fortior me post me, cuius nō sum dignus, p. Mar. 13. cumbens soluere corrigerem tuorū eius. [Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem inuenientem in hunc mundum], hoc est, Christus saluator mundi, erat & est lux plena, non participata, aut defec̄tua, quia ut deus, est lux prima superessentialis, superclarissima & immensa, immo pater & filius & spiritus sanctus sunt una lux, sicut sunt una essentia, una sapientia, una potestas. Quicquid enim absolute de deo dicitur, tribus personis commune est. Nihilominus lux filio appropriatur, quia lux spiritualis præcipue pertinet ad intellectum ac sapientiam. Cum ergo uerbum seu filius sit emanatio intellectus, sic ei appropriatur lux, quemadmodum sapientia, ueritas, ars, splendor, & species. Hæc lux illuminat omnem hominem uenientem, hoc est, qui per natuitatem ingreditur mundum istum, lumine naturalis ingenij, iuxta illud in Psalmo: Signatum est super nos lumen uultus tuū domine, dedit̄ laetitiam in cor de meo. Illuminat quoq; lumen gratiæ omnem hominem qui lumine illo illuminatur. Vehil Psal. 4. luminat omnem hominem, id est, quodam de omni genere hominum, iuxta quem sensum in Psalmo prædictum est: Benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnifica bunt eum. Deinde Christus post suam passionem per apostolorum prædicationem totum mundum illuminat, secundum quod Paulus testatur: Nos, inquiens, docentes omnem hominem. Illuminat etiam omnem hominem, dando unicuique homini custodem angelum suum, qui à diueris erroribus & peccatis retrahit hominem sibi commissum, & bona suggerit ei. [In mundo erat]. Nam Christus secundum quod deus, in circuncisibilibus est & immensus, ideo omnia implet ac penetrat, & essentijs rerum illabitur, estq; ubiq; per essentiam, præsentiam atq; potentiam, propter quod loquitur: Nunquid non cœlum & terram ego impliceo? Porro Chfs secundum qd homo, inter homines ambulauit, [Et mūndus per ipsum factus est] eo sensu quo dictum est, Omnia per ipsum facta sunt, [& mūndus eum nō cognovit]. Mūndus in euāgeliō sancti Iohāni diueris accipitur modis. Primo, pro tota creatura, sicut in uerbo p. Iohān. 13. habito. Secundo, pro cūctis hominibus in terra degētibus, tam bonis quām malis. Tertio, pro electis, ut cum dicitur: Sic deus dilexit mūndum, ut filium suum unigenitū daret. Quarto, pro peruersis ac perfidis, & ita nūc ait euāgelistā: Mundus eum nō cognovit, quoniam obtenebrati & impj Chrm nō cognoverunt per fidem ac sapientiæ donum. [In propria uenit], i. per incarnationem descendit in mundum istum, quem condidit, specialiter in Iudeam & Israeليم plebem sibi peculiarem, [& sui eum non receperunt] hoc ē, Iudei qui fuerunt tunc populus dei per legem Mosaicam, ad unius ueri dei cultum specialiter deputati, nō receperūt Christum per fidem, sed pro maiori parte manserunt increduli. [Quotquot autem receperunt eum] per fidem formatam, [dedit eis potestatem], id est, idon citatem ac gratiam efficacem, filios dei fieri, hoc est, per quam efficiūtur dei filii adoptiui. Hæc etenim gratia gratum faciens, datur simul cum fide & charitate, quæ gratia ponit hominem in esse supernaturale, deinceps

D. DIONYSII CARTH. ENARR. IN EVANG.

deiformi atq; ad promerēdum idoneo, & ita per gratiam hanc sit homo dei filius adoptiūs. Porro, omnibus Christum per fidem recipientibus datur potestas filios dei fieri, filiatione gloriae consummata in patria. Per fidem namq; venitur ad speciem. Filatio quoq; gratia ad optionis, ordinatur ad filiationem glorie beatificæ fruitionis. Filatio equidem in assimilatiōne fundatur, [his qui credunt in nōmīne eius] nominato, hoc est, in ipso Christo fide formata, id est, per charitatem ornata. Cum itaque uerbum sit dei filius naturalis, homines qui ei per fidem iunguntur, atq; per charitatem incorporantur, efficiuntur dei filii adoptiūi, quoniam filatio adoptiūa, est participatio quedam filiationis naturalis. Cōsequenter euangelista distinguit generationem spiritualem, per quā filatio adoptiūa acquiritur, à generatione carnali. [Qui] credentes adoptiūi filii, [nō ex sanguinibus], i. nō ex semine uiri, in q; est uitus formatiū, & semine niueris, quod est materia proliſ. Semen autem uocatur sanguis coagulatus. [necq; ex uoluntate carnis,] hoc est, cōcupiscentia sensualitatis uel feminiz, quā nomine carnis exprimitur, quoniam uiro est mollior, atq; in ratione debilior. [necq; ex uoluntate,] i. cōcupiscentia, [uiri, sed ex deo nati sunt,] hoc ē, diuina uirtute, miseratione, ac gratia spiritaliter regenerati sunt, & esse diuinum sortiti. Nam loquendo de esse natura, certum est, q; sicut infideles ac reprobū, ita & fideles & electi ex commixtiōe uiri & feminæ nati sunt. Sed loquendo de esse gratia, electi & boni ex deo renati sunt, qd communiter sit in baptismo, iuxta illud: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spirito sancto, nō potest intrare in regnum dei. Vnde Iacob. 1. Iacobus afferit: Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis. Potest demum in uerbis expositis per uoluntatem carnis & uiri, superior appetitus intelligi, in quantum actum generationis impetrat, aut ei cōsentit. Supra docuit euangelista, quid uerbum dei fuit ab æternō nunc pādit qd factum sit in tempore, dicēs: Et uerbum caro factū est. hoc est, unigenitus dei uerus existens deus, ueraciter factus est homo, assumendo naturam humanam ad suam propriam & incrementam personalitatem, ita quod in eodem esse personali increato, in quo uerbu subtiliter ab æterno, subsistit & Chri humanitas. Sicq; in Chri sunt duæ naturæ & una persona. Deinceps in eodem momento est corpus Christi à spiritu sancto formatum & organizatum, eiusq; anima creata & corpori illi cōiuncta, atq; utrumq; simul à uerbo assumptum. Itaq; caro hic sumit pro Psal. 64. horiūne, utpote pars pro toto, sicut in Psalmo: Ad te omnis caro ueniet. Et potius dixit sp̄ritus sanctus per Euangelistam, Verbum caro factum est quām, Verbu homo factū est. Primo, ut magnitudo diuina inclinationis ac excinanitionis evidentissime confundatur. Secundo, ut ueritas incarnationis clarius designetur, & hæres Manichæorum evidentissime confundatur. [& habitauit in nobis,] quia inter homines uixit & ambulauit, præsertim inter apostolos. Humanitas quoq; assumpta, fuit templum & habitaculum deitatis in eo latentes. Vnde dixit Iudeus: Soluite templum hoc. Quod dixit de templo corporis sui secundū euangelistam. [Et uideamus gloriam eius,] hoc est, excellentiam Chri in uerbis & factis, in omni sapientia & mirabiliorum eminentia, in potestate, & omni perfectione, claritatem quoq; quā habuit in transfiguratione, uiderunt Iohannes iste euangelista, eiusq; frater Iacobus, & gloriolus apostolicus agminis princeps Petrus: glorificationem etiam eius in ascensione uiderunt apostoli, subinde de deitate ipsius oculo interiori uiderunt per fidem, [gloriam quasi unigenitā patre,] hoc est, talē eius uidimus gloriā, qualē decuit esse & cōspici in filio dei. Et ita hæc dicit, quasi, nos ueritatem, nō similitudinem tantū. Ac si de aliq; rege cū magno apparatu intrāte, diceremus: Ipse intrauit q̄s rex, i. tā præclare ut spectat ad Regem. Vidimus etiā cū plenū gratia & ueritatis. Tota enim capacitas animæ Chri, gratia fuit impleta, nec capax est mēs creatiā gratia amplioris. Hæc gratia gratiū faciens habitualis in Chri, uocatur etiā in eodē gratia capitū, in qua tu m̄ est tā superabundās, q; ipse de eius plenitudo influit suis mēbris, puta fidelibus, quorū caput ipse est. Chri etiam dicitur plenus ueritate, hoc est, deitate secundū Augustini, quia in ipso habitat totius diuinitatis plenitudo. Anima insuper Chri plena fuit ueritate doctrinæ, ueritate uita, & ueritate iustitiae. Si autem per ueritatem sapientia intelligatur, dicendum quod Christus homo ab incarnationis exordio plenus fuit sapientia beatorum, quia uidit deum clare speciem, immo eminenter præ omnibus sanctis, & tam clare ut modo. Fuit demum in Christo sapientia indita seu infusa, qua res creates cognovit in proprijs naturis, ordinibus ac generibus per species suæ animæ concretas, sed & sapientia illa quā donum est, perfectissima fuit in Christo, sicut & cetera dona. De expositione euangelij huius loco tam breiter tranſeo, quod super Iohannem illud diffusus elucidavi.

SERMO VII. De Christi amabilissima incarnatione, & quas gratias illi age re debeant pro tanta dignatione Christiani, & miracula nonnulla in nocte nativitatis Christi facta.

Vera

A **V**erbum caro factum est. Iohannis I. Quanuis singuli articuli fidei Christianæ seorsum accepti, sint admirabiles, supernaturales & incomprehensibiles ualde, tamē dum omnes comparantur ad inuicem, & ordo credibilium & argumenta securiores creditorum simili considerantur, nihil inuenitur credibilius acrationabilius eis. Omnia namq; sibi mutuo pulscherime consonant & concordant, & unum ex altero credibilius redditur; dumq; omnia comportantur, fide nil certius reperitur. ideo q̄xix Psalmista: Domine, testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Porro inter cetera quā credi iubetur, unum est non mediocriter magnum, q; omnipotens ac sapientissimus Deus creauit genus humanum ad supernaturem beatitudinem, scilicet ad suūp;sum claram per speciem fruitemq; uiuētorem, qua diuina essentia in se ipa clare conspicitur, & quid sit Deus, uidetur. Hinc enim ait filius Dei ad patrem æternū: Hęc Ioh. 17. est uita æterna, ut cognoscant te uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Et Iohannes apostolus in prima sua canonica: Charissimi, inquit, nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quia uidebimus cū sicuti est. Vnde secundum Apostolum: Videbimus Deum facie ad faciem, hoc est, clare & immediate, 1. Co. 13. sicuti est in seipso. Preterea, uisio ista est ineffabilis dignitatis, cum sit immediata ac fruitiva contemplatio beatificac̄ possessoris boni summi ac infiniti, uidelicet Dei. Est etiam beata uisio ista incomprehensibilis iucunditatis atq; dulcedinis, quoniam Deus est ens immensè pulchritudinis, infinitæ conuenientie, atq; incircumscribibilis serenitatis ac deliciostatis. Certumq; est, q; quanto aliquid in seipso est pulchrius, suauius, ac conuenientius, tanto delectabilius est eo frui, & ipsum inspicere. Hac autem beatitudinem perdidit primus homo sibi ipsi acto sui posteritati, transgredivendo Dei præceptum. Et quoniam beatitudo ista est tam ineffabilis dignitatis ac iucunditatis, ut tacitum est, ideo nulla pura creatura, nec angelus, neque homo, digna aut idonea fuit, beatitudinē istam toti humano generi recuperare. Idcirco ipse Deus creator omnipotēs, unigenitus filius Dei, dignatus est fieri homo, qui in sua Deitate sibi nō compebat promereri propter excellētiam suam sed naturam assumpit humanam, quātēnus in ea & per eam satisfaceret pro peccato originali primi parentis, ob cuius peccati reatum homines a præfata impediebantur felicitate. Sicq; satisfaciendo pro illo peccato alijq; peccatis, recuperauit atq; promeruit generi humano amissam beatitudinem illam, & reconciliavit Deo patri genū humanum. Hac ergo de causa fatemur, quod uerbum Dei factum sit caro, id est, quod Deifilius factus sit homo, ut homines faceret diuinos atq; beatos. Ecce quāta est ista foliūtā, lenitas, in qua Deus noster natus est frater noster, in qua natus est nobis saluator, q; ab æterna nos damnatione eripuit, gratiam nobis proueruit, & gloriam recuperauit æternā. Gratiā ergo ex totis præcordijs Deo nostro agamus, & subiçiamur, ei in omnibus fideliter obsequiamur. Non despiciamus nosipso, i. animarum nr̄arum salutem nō negligamus propter carnales delicias, temporales diuinitias, humanos honores sed consideremus, quanti nos æstia manuit Deus altissimus, quanta unigenitus Dei pro nr̄a salute assumpit, fecit ac pertulit. Idcirco & nosipso pro nr̄a salute laborare ac pati non recusemus. Habeamus Deum omni hora præ oculis, studeamusq; semper parati esse ad mortem, uiuendo absq; orni mortali peccato. In suis, quia cōmuniter, immo uerissime dicitur, Felix quē faciunt aliena damna peritū, efficiamus & nos sapientes ex cōsideratione damni eorū, qui aternaliter sunt damnati, & irrecuperabilē perierunt. Inspiciamus diligētissime, q; magna & indicibilis sit nunc eorum calamitas, p̄cna, desolatio, & pressura, qui in inferno sepulti sunt, eo q; tēpus uite præsentis negligenter & carnaliter expenderunt, & Christi beneficijs fuerunt ingrati, atq; hæc temporalia & terrena magis, q; Deum & spiritualia ac bona cælestia, dileixerunt. Inæstimabilis certe eorum est p̄cna, & tristissima expectatione torquentur, quia nil aliud præstolantur, nisi suppliciorum augmēta. Nam qui nunc solum puniuntur in anima, post diem iudicij simul in corpore puniētur, iacentes in igne gehennæ. Verum ut istam euād amus damnationē, nunc ambulemus quotidie per arctā uia salutis, in cōtinua cordis custodia, in dei timore, in sobrietate, humilitate, patiētia, p̄estate & dilectione, in fructuosa temporis deductione, & omnia ad dei honorem ac gloriā res feramus. Amplius, hodie Chis dominus noster multa mirabilia fecit in mundo, per que suam declarauit nativitatem. Siquidem in nocte nativitatis Christi, pulcherimum atq; fortissimum templum Aeternitatis corruit Roma. Nam ut testatur Papa Innocentius tertius, in Ro Innocentia per duodecim annos magna pax fuit, idcirco Romani pulcherimum construxerunt templum in Roma, quod Pacis templum nominauerunt. cōsuluerunt quoq; Apollinem, qđiu duraret hoc templum. Et respondit Apollo: Quousq; pariet uirgo. Tunc dixerunt Romanit Erago in æternū durabit, nam uirginem parere reputabant impossibile. Hinc in foribus templi scriperunt hunc titulum: Templum Pacis Aeternum. Sed in nocte qua peperit uirgo Maria i. Chri

D. DIONYSII CARTH. SERMO VIII.

Christum, templum illud funditus cecidit, & ibi nunc est ecclesia sancte Mariæ Novit. Tunc D etiam cecidit statua Romuli, quem pro Deo colebant Romani, quam statuam in templo æter nitatis Romani posuerunt. Iterum ait Papa Innocentius tertius, & idem testatur Orosius, quod in nocte nativitatis Christi, fons aquæ uersus est Romæ in oleum, qui erumpens usq; in Tibe rim fluxit, totoq; die illo largissime emanauit, & ibi nunc est S. Maria trans Tiberim. Propheta uerat quippe Sibylla, q; quādo erumperet fons olei, nascetur saluator. Per hoc autē significatum est, q; per Christi aduentum fons pietatis diuinæ misericordiam suam cunctis homini bus præ solito copiosissime exhiberet, quia per oleum misericordia designatur. Insuper legitur, q; S. Ieremias propheta post mortem Godolii in Aegyptum descendens, p;dixit Aegyptiis, q; uirgine pariente, eorum corrueret idola. Quod (ut legitur) accidit ita. Recitat rursus Innocentius Papa, q; cum Octavianus imperator Romanum maxime dilatassem imperium, & rem publicam ualde auxisset, in tantū Romanis placuit, q; uoluerunt eum p; deo adorare & colere. Prudens uero imperator se esse mortalem consideras, recusauit adorari & coli ut deus. Romanis uero importune instantibus, imperator aduocauit Sibyllam, interrogas eam an unquā nasciturus esset in mundo rex maior eo. Cumq; in die nativitatis Christi Sibylla instaret oraculis, quærendo de hoc certificationem à Deo in camera imperatoris, ecce media die uidit circa solem aureum circulum, atq; in medio circuli uirginem speciosissimam, puerum in sinu gestantem. Quam uis onem imperatori ostendens, dixit: Hie puer maior te erit, ideo ipsum adora. Imperator autem ualde admirans, puerum adorauit, & Deus uocari penitus recusauit. Multa alia mirabilia die hoc facta leguntur, per quæ omnia declaratur, quād admiranda ac gratiosa fuit nativitas Christi filij Dei ex uirgine. Ideo tempus istud cum maxima deuotione est expendendum.

AD RELIGIOSOS.

SERMO VIII. *Quis, Qualis, & Quantus sit, qui hodie serui formam misericordia accepit, quoniam ob hoc plene lætabitur nemo, q. non omni abiecto corpore desiderat, nouum cum Christo hominem induerit.*

Evangelizò uobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est uobis hodie saluator. Lucæ secundo. Vere hæc est solennitas solennitatum gaudiosanimis, in qua na
1. Petri. **tus** est nobis saluator, qui non corruptibilibus auro uel argento, sed preciosissimo sanguine suo nos liberauit, non de morte corporali & breui, sed infernali atque perpetua, & insuper nostra deleuit peccata, & gratiam nobis promeruit, ac celestem felicitatem recuperauit. Nunquam tale quid mundus audiuit, nunquam tam felices percepit rumores. Denique in hac Christi natuitate multa sunt consideranda, de quibus modo per ordinem in sermonibus, quod dominus dederit, referetur. Primo, quis, qualis, & quantus sit iste, qui nobis hodie natus denuncia
Lucæ 1. **tur.** Ad quod sanctus archangelus Gabriel respondet: Hic, inquiens, erit magnus, & filius altissimi uocabitur: & dabit illi dñs Deus sedē David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius nō erit finis. Verūtamen Isaías propheta spiritus sancto repletus, clarius pleniusq; loquutus uidetur, dicendo: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & uocabitur nōm̄ eius, Admirabilis, Cōsiliarius, Deus, Fortis. Pater futuri seculi, Princeps pacis. In quibus angelicis atq; propheticis uerbis, duplex in Christo natura, & una personalitas designantur. Est enim in eo uera, æterna ac plena Deitas, uera quoq; humanitas. Et in gemina hac natura, una psona est Christus, qui per generationem æternam, intellectualem, diuinā, accipit à parte Deitatis naturā: per generationē uero temporalem, corporalem, humanam, accipit à uirgine matre naturam humanā. Ecce quis, qualis, & quantus est, qui hodie natus est nobis. Quis, quia uerus Deus, Dei patris unigenitus filius. Qualis, quia omnipotens. Quantus, quia immensus. Et ista sibi cōueniunt secundum Deitatis naturā, secundum quam est patri cōsubstantialis, & q; coeternus. Secundum naturam uero assumptā, est homo penitus innocens, tanta gratia, sanctitate, & gloria adimpletus, q; natura creata maioris capax esse non potest, sed tota sua humanitatis capacitas fuit in eo repleta. Gaudeamus ergo in dño, & totis precordijs res gratiam eum Deo uni ac trino, q; is, talis ac tantus hodie nobis est natus. Siquidem Deus, & creator noster, factus est frater & saluator noster: nō angelorum, sed hominum assumpit naturā: factus est homo, non angelus. Ecce q; incomprehensibiliter magnifice egit nobiscum, quantum subleuauit & honorauit naturā humanā, eam potissimum quam assumpit, quā hypostaticā unione sibi unituit, & per eam totū redemit genus humanū. Vidēt omnes angelici spiritus in dño Deo suo humanā naturā Deitati immediate suppositali cōiunctione unitā, omni creatura in comparabiliter inefabiliter q; prælatam. Et super hoc uehementissime admirātur, infinitam Deidignationem, pietatē, bonitatem, charitatem, munificentiam, comprehendere nō ualent, nec genus humanū parvū pēdendum iam arbitrātes. Cum ergo dñs Deus noster propter

IN SUMMA MISSA NAT. DOM.

A nos tanta se exititatu, debemus cum omni diligentia eius circa nos charitatem, pietatem, dignationem, liberalitatem aduertere, atq; pro uiribus grates ac uicem reperire. Nempe in ultima mundi aetate cum totu pene mundum idolatria & alia horribilia innumerabilia uitia occupassent, non obstatibus & tantis generis humanis celerbibus, unigenitus Dei Deus uerus essentialiter sanctus, in hunc inuidum uenire, humanam natu ram assumere, ex uirgine nasci, inter homines couersari, eosq; uisitare, docere, curare, saluare dignatus est. Quis hanc Dei bona Baruc. 3. nitatem, misericordiam, charitatem, patientiam concipere, admirari, effari, collaudare, uenerari sufficiat? Veruntamen laudemus, regratiemur, ueneremur pro posse, & eum qui intantu nos prius dilexit, feruenter rediligamus, uicissitudine prout possumus ei exhibeamus. Hoc quippe Luce. 2. 1. Ioh. 4. quirita nobis, hoc pro summa gratiaru suscipit actione, hoc pro uicissitudinis redditione acceptat, ut praemorata ipsius bonitatem, charitatem, misericordiam, dignationem, munificem tam non solum mente recognoscamus & uerbis laudemus, sed operibus quoq; pro posse secemur, ut simus & nos cunctis beneuoli, & alios quis aduersarios, charitate praeueniamus, ut uiscera misericordie geramus & demostremus ad eos, dignamq; pie ad omnes nos habeamus, atq; uniuersis & singulis quatum ualeat possibilitas nostra, benefacere non cessemus, quicq; bo ni nobis desuper cocessum est, alius liberaliter comunicantes. Nec ab hac Dei incarnationi & hodie nobis nati imitatio, quorūcunq; improbitate, ingratitudine, malitia retrahamur, ne uincamur a malo, sed mala proximo, uincamus in bono, quēadmodū Christus Deus noster hodie nobis natus, sua bonitate, sapientia, pietate nostras uicit malitias. Penitemus quid dicat Propheta: Si reddidi, inquit, uerbiuebus miti mala, decidā merito ab inimicis meis inanis: Per sequatur inimicus animā meam & cōprehendat, & conculcet in terra uitā meam, & gloriam meam in puluerem deducat. Ecce quāta mala sibi impetrat uir sanctus, si iniuriatibus sibi, mala retrubuit, si ultus est semetipsum. Vbi ergo nos religiosi manebimus? quid fieri de nobis? Vbi latebimus, si nobis mala inferentibus, mala retrubuamus: si vindicare nos uolumus, qui iam Christi p̄cepta, consilia, documēta, exempla suscepimus & habemus, cum & Salomon in ueteri dixerit testamēto: Ne dicas, reddā malum pro malo: expecta dominū, & liberabit te. Iob q̄cū in lege natura: Si gauisus sum, inquit, ad ruinā eius q̄ me oderat, & exultauit inuenitus Job 31. set eum malū, p̄serritum cum nostra à nobis exquirat profilio, subiectione & abiectione gaudere. Præterea, quoniam dñs maiestatis tūcum se inclinat, q̄ noſtrā propaginis sibi assumpit naturam, de hemus nos semp humilium inclinate, & fratribus nřis pie nos ac affabiliter applicare, atq; per charitatem seruire in inuicem, imo per humilitatem superiores inuicem estimare, nec quenquā quasi uilem, imperitū, aut defectuosum ita despicer, ut quasi dedignemur eum affari, ascidere, sociumq; habere, imo recordemur frequentē quod per Italiā loquitur spiritus sanctus: Vx quis spernis, nonne & ipse sperneris? Cum fatigatus de scris contemnere, tunc & Isaiae 33. ipse contemneris. Idcirco consideret unusquisq; proprias defectuositates, culpas, ærumnas, & aliorum uirtutis seu bonatīcēs cōtemnet seipsum, non alios. O quanta incidentia uitia, qui sibi ipsi inaniter placent, & in proprijs oculis magni sunt, de gbus princeps ait apostolorum: Audaces, sibi placeat. Ita in hac preclarissima solemnitate spiritualiter nequeūt exultare. Nos uero p̄fatas abiecties infanias, attento q̄ angelus sanctus euāgelizauerit nobis hoc die gaudiu magnum, gloriemur hoc die, & deinceps in dñō lætetur cor nostrū, ut timeat Deum. Exultet labia nostra cum cantauerimus ei, & quicquid spirituali gaudio contrariatur, uitemus. Spiale etiā gaudium uirtutis est actioni annexum, & procedit ex ea. Propterea uolens in dñō spiritualiter gloriari, necesse habet uirtutis actibus inhārere, ociositatēs, loquacitatis, dissolusiones, contentiones rejicere, & ea q̄ agit, ad Dei honorē humiliiter ordinare, ne & de ipsis bonis inaniter extollatur, ac fatue gloriatur. Faciat sibi religiosus uim utilem, uiolentiā salutarem, custodiēs semetipsum & animā suam solicite, quo usq; ad consuetudinem pueniat bonam, qua adepta, Deu. 4. erit sibi p̄facile & iucundū passiones reprimere, solitudini silentioq; uacare, orationibus, meditationibus, psalmodijs, uigilijs occupari, in colloq; quoq; & cum uisitantibus moderamen servare in uerbis, cōdecentiamq; in moribus. Hos ergo celeberrimos dies cū ingēti alacritate & deuotio p̄cipua fructuose ac saluberrime expēdamus: nec uigiliæ molestant quēpiam, sed de lectentia laudibus Dei officijsq; diuinis nō tardui, nō somnolentia, sed feruor ac diligentia miscetūr, & puero Deo prop̄ nos nato, b̄ fidictionem, grārum actionē, honorem, cultum, subiectiōnē amorose ac deuotissime uigil offeramus. Ad laudem & gloriam omnipotentis.

SERMO IX. Cur Dei filius incarnatus & homo natus sit, & per hæc quid misero homini collatum.
Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Psalmo Ixxxvi. Secundū sacrae scripturæ doctrinam, in uno omnes peccauimus, cecidimus, perditii fuimus, & eramus natu- Eph. 2. i ii ra

D. DIONYSII CARTH. SERMO IX.

¶ filij iræ, propter primi transgressionem parentis. Per unum quoq; hoc est, per Christi incarnati nationem, obedientiam, passionem sumus recuperati, redempti, & Deo reconciliati. Propter quod loquitur Paulus: Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes uiuiscabuntur. Et rursus: Per unum, inquit, hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors. Et sicut per unius inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedientiam iusti constituntur multi. Oportet igitur scire, quid boni p; primi parentis purificacionem amissimus, & quid mali per eam incursum. Quid item boni p; Christum sumus adepti & adepti prii, & quid mali per eum evasimus. Ad qd declarandum necesse est tangere, Quiter primi parentes fuerant instituti. Et quāuis inter doctores inueniatur dissensio, an creati fuerat in charitate & gratia faciente, concordis tamē discutit, q; creati erant in originali iustitia, & magna ordinatione interiori, suorum ac tranquillitate, atq; scientia naturalium rerum, que scientia magis abundauit in Adam q; Eua. Habuerunt ite alias quasdam infusas diuinorum ac mysticorum notitias, potissimum Adam. Porro per originalē seu naturalem iustitiam fuerunt in primis parentibus caro subiecta animæ, sensualitas rationi aequolitati, ratio ac uoluntas Deo. Et qd ratio & uoluntas māserunt Deo obedientes, obediuit sensuua pars rationi, & caro spiritui. Mox uero ut ratio & uoluntas diuinæ inobedientes facta sunt iussioni, ccepit sensualitas rationi esse rebelles, corpusq; animæ. Deniq; Adam, Dei transgrederēdo pceptum, nō sibi duntaxat, sed & omnia sua posteritati meruit originalis iustitiae amissionem, deinde carnis passibilitatem, mortalitatem, imo & moriendi necessitatem, uarietasq; exuinas, angustias, & labores, quibus in hac uita subiiciuntur atq; deprimitur. Promerēdo demum sibi ac posteris suis originalis destitutionem iustitiae, promeruit sibi & eis regni cœlestis clausuram seu pecuniam damni. Hinc omnes in originalina scimus culpam, & parvuli sine baptismo decedentes, gloria priuatam cœlesti. Ad hoc igitur Dei filius humana assumpit naturam, ut ab omnibus illis in commodis nos saluaret, quæ p; primorum dialem Adæ transgressionē incurrimus, ut scilicet ad originalis iustitiae conformitatem nos reducat, gratiæ & uirtutes nobis recuperet, & regnum restituat sempernūt, sicq; in futura resurrectione ab omni passibilitate, mortalitate, atq; miseria redimat suos electos. Ad originalis autem iustitiae conformitatem in baptismo reducit, in quo etiæ gratia gratum faciens, & uirtutes, donaq; spiritus sancti, baptizatis infunduntur, ac ianua regni aperitur cœlestis. Sed scilicet ri quis posse, an ne aliud q; unigenitus Dei filius, poterat hominem sic saluare. Ad quod respōdetur, q; nulla pura creatura ad hoc fuit idonea, tum propter gravitatem peccati, tum propter cōmunicabilitatem naturæ in infinitum, tum propter gratiæ eminentiam, tum propter aternitatem beatitudinis dignitatem, prout hæc alibi diffusus fuit ostēta, & nunc breuiter repeti possunt. Primo itaq; propter gravitatem peccati hoc fieri non ualebat, quia cum Deus sit dignitas ac sanctitatis penitus infinita, peccatum mortale q; ipse contemnitur & offenditur, est enormitas quodammodo infinitæ: ideo ad expiationem ipsius necessarius fuit reconciliator, satisfactionis factor, mediator, & salvator dignitatis & efficaciam infinitam in cuius etiæ fide & uirtute, pro alijs peccatis satisfacta peccatoribus. Secundo, propter humana naturæ cōmunicabilitatem immensam, propter quam pro totius humani generis peccatis satis facere, & totam in omnibus recuperare naturam non fuit idoneus, nisi infinita dignitatis salvator, cum maius sit satisfacere pro pluribus, quam pro uno. Tertio, propter gratiæ gratum facientis dignitatem, quæ gratia cum sit diuinæ essentia similitudo supernaturalis, hominem in supernaturali deiformitate esse constituens, est quodammodo dignitatis immēsa, ita quod eam roti humano generi promoveri nulla pura creatura fuit condigna. Quarto, propter aeternam beatitudinis dignitatem, quæ beatitudo cum sit summi, in creating, & infiniti boni immediata beatifica ac plena fructu, est dignitatis magis infinita quam gratia. ¶ Præterea, cur filio magis quam patri aut spiritui sancto competit, incarnari, rationabiles causæ traduntur. Filio namq; specialiter competit patrem placare, atq; pro patris honore zelari. Rursus, quoniam filio proprio cōpetit similitudo cum patre, angelus autem & homo Dei similitudinem inordinate cupierant, & sibi, quod filij est, quodammodo usurpabant, sicq; in filium specialiter peccauerunt: propter quod pater pro filio zelans, utruncq; damnatus filius uero conspiciens patrem ita pro se zelatum, & rationales creaturem damnasse, uolens patri recuperare quod sui occasione perdidera, serui induit formam, & angelicam reparauit ruinam per humani generis saluationem. Insuper, homini cum uerbo aeterno est specialis assimilatio, quoniam homo à rationali seu intellectuali perfectiorne sortitus est speciem, unde & animal rationale mortale esse diffinitur; uerbum autem aeternum, emanatio est intellectus patris aeterni, exemplarisq; ratio omnium rerum. Amplius, filio in diuinis magis q; alteri personæ congruebat esse filium hominis. Rursus, si pater aut spūs filius esset incarnatus, essent duo filii in diuinis, & uideretur ibi esse quasi quædam filiationis con-

Isaiæ 14.

Gen. 3.

Phil. 1.

IN SVMMA MISSA NAT. DOM.

FOLI.

A fusio. Adhuc autem, sicut omnia per filium sunt creata, sic per eum omnia decūstare formari. Ex p̄ha bitis innotescit, cur sancti doctores affirment, q; filij Dei ad infinitum descendit, sit nostra ad summam prouerbioq; uerbi incarnationis, sit nostra deificationisq; eius exinanitio atq; dignatio, sit nostra sublimatio ac significatio, utpote quoniā unigenitus Dei ita se propt; nos inclinādo, ex animo, humanæ naturæ applicando, promeruit sue obtinuit nobis gratiæ & charismata in plenti, & dona gloriæ in futuro, per quæ deificamur, significamur, ac sublimamur. Cum igitur istis ex causis sit Dei filius incarnatus, studeamus in desinēter ab omni corruptiōe uictiorum passionumq; abstinerē, ut simus integramente, in nullo deficitente, & toto corde domino igitur adhaerere, iuxta quod scriptum est: Adhuc sit aia mea post te. Et, Mihi adhaerere Deo ho psal. 62. num est. Conemur quotidie deificari, hoc est, Deo p; dona gratia ac uirtutū, eagiç; actus & spirituali rituā profectus, p; fertim per contemplationis splendorem ac sanctæ dilectionis feruorem, magis ac supernalius assimilari. Cum enim Deo sit proprium misereri ac parcere, per piatem internam & misericordiæ uiscera, pia, copiosa, uiscerosaq; opera, Deo ualde salubriter conformamur: quatenus, sicut ipsem dominus Deus a nobis miserrimis toties & tam dire offensus, non protinus infert iram, nec uicelicit scelus ualde, sed condoleat, longanimer praestola Iob 33. tur, imo per se & angelos sanctos a homines bonos, per bñficia & miracula ac flagella, ad rez Iudicij 8. conciliationem & emendationem nos exhortatur (propter quod afferit Paulus: Pro Christo 2. Cor. 5. legatione fungimur, tanq; Deo exhortante per nos: Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo) ita nos iniurioribus nostris cōsoleamus, nō irascamur: ignoscamus, nō uicem amure eosq; pie præueniamus, & omni quo possumus modo, ad charitatem, pacem, & emendationem eos trahamus. ¶ Deniq; cum tam iustus sit Deus, ut nullum peccatum deferat impunitum, tūc Iob 24. iustus Deo salubriter assimilamur, cum nullum in nobisq; peccatum dimittimus impunitū, in discussum, in dijudicatum. Verum sunt aliqui ad uindictam culpa proximorum suorum pro nissimi, hortaturq; p;identem, utillos corripiat acris & castiget: proprias uero uitiositates dissimulant, nec tangi, corripi, corrigitq; permittunt. Qui suera charitate atq; iustitia essent ornati, inciperent a scipis. Postremo, cum unumquodq; illi potissimum conformetur, cuius actionibus magis insistit, & ipsi Deo omnipotenti ac adorādo sit proprium, scipsum aeternaliter contemplari ac summe diligere, certum est q; quanto ipsius contemplationi atq; seruenti dilectionis frequentius, purius, stabiliusq; vacamus, tanto deiformiores efficiemur.

B SERMO X. De fructu incarnationis, nativitatib; Christi, & quomodo se illo dignificare debeant religiosi.

N Otum fecit dominus salutare suum, in conspectu gentium revelauit iustitiam suam. In Psalmo xcviij. Cum finis incarnationis, nativitatis & passionis filij Dei, sit salus mundi, & honorificentia ac gloria supergloriosissimæ Trinitatis ideo sicut ab exordio seculi coepit summe pius ac sapientissimus Deus, Christi aduentum, nativitatem, passionem, ac cetera eius mysteria prænunciare, sic Christo nato, mox ccepit eius nativitatem ac liberatiōem per eum fiendam, tam Iudeis quam gentibus reuelare, ut uniuersi ad Dei cognitionem maiorem p̄du-

C ciinciperent, & beneficia Dei agnoscerent, grati esse ac sue salutis prouidere satagerent. Hinc ea dem quoniam est CHRISTUS hora, angelus sanctus apparuit dixitq; pastoribus: Euange Luc. 2. lizo uobis gaudium magnum, quia natus est uobis hodie salvator. Tunc quoq; (ut creditur) stella in oriente apparuit tribus Magis, & eos ad Christum ducere ccepit. Pastores uero quoq; ui derant & audierat, ceteris retulerunt Iudeis, similiter Magi gentilibus: atq; ut afferit Leo Pa pa, non tunc latuit Christi nativitas Romanum imperium, quia tunc Romæ fons olei erupti sc, & templum Aeternitatis corruisse, unaq; Sibyllarum Octauiano imperatori de Christo lo quuta, legitur. Per alia quoq; multa tunc fuerat declarata, sicut in aurea fertur Legēda. Hinc per Isaiam p̄dictū est: Paruit dñs brachium sanctum suum in oculis omniū gentium. Et uo Isaiæ 52. debuit omnes fines terræ salutare Dei nostri. Hoc est quod iustus Simeon cecinīt, cum puerus Ie sum in ulnis tenens, gratulabundus inter cetera sic depropulsit Viderunt oculi mei salutare tuum dñe. Quod parastante faciem omnium populorum, &c. ¶ Porro Christus secundū natu ram humana assumpit, salutare Dei uocatur, qm Deus pater seu Trinitas tota per ipsum saluat genus humanū, quemadmodū scriptum est: Deus autē rex noster ante secula, operatus est salutem in medio terræ. Vnde per Isaiam loquitur pater ad Christum: Dedit te in lucem gentium, ut sis salus mea usq; ad extremum terræ. Idcirco afferit dñs Iesus: A meipso facio nihil, pa ter uero in me manens, ipse facit opera. Præterea, quis ab exordio mundi Dei naturaliter bonus, pius & liberalis, diuersa & magna beneficia gratiæ & dona hominibus sit largitus, postquam tamē assumpit de nobis quod nostrum est, hoc est, postq; ex uirgine gloriofa, proxima, dñna & sorore nřa, humanam assumpit naturam, ccepit p̄ solito quæ sua sunt, copiosissime in

Aet. 5.

Mat. 2.

Luc. 2.

Mat. 2.

Luc. 2.

Psal. 73.

Isaia 49.

Iohā, 14.

D. DIONYSII CARTHV. SERMO X.

partiri & cōmunicare hominibus, electorumq; corda gratioſiſſime uifitare, mentes illuſma D
 Psal. 50. re, incerta & occulta ſapienſia ſue maniſtare eisdem. Et quod ante paucis prophetis reuelauit ac patriarchis, iam undiq; uniuersis orſus eſt publicare. Propter quod per Ieremiam predixit: Omnes cognofcent me à minimo eorum uſq; ad maximum. Et in Iſaiā ſcriptum eſt: Repleta eſt terra ſcientia domini, ſicut guttae maris operientes. Hinc Chriſto nondum nato, beatiss. Iere. 31.
 Iſaiā. 11. Lohānes Baptiſta in utero matris ſpirituſancto repletus eſt, & parētes eius copioſa gratia ſunt perfusi, natoq; Chriſto paſtores, Simeon, Anna, & alii multi. Nihilominus uerū eſt quod ait Iohān. 7. Lohānes euāgelista: ſpiritus nondum erat datus, quia leſus nōdum erat glorificatus. Quāuis enim que dicta ſunt, ante Chriſti glorificationem, que in eius reueneratione & ascensione peracta eſt, ceperint fieri, non tamen in tanta plenitudine datus eſt ſpiritus sanctus ante Chriſti ascensionem, ut poſte: non q; uirgo ſacratissima & Iohānes Baptiſta ante diem illum pentecostes nō acceperint ſpiritus sanctum tam copioſe, ſicut in die pentecostes apoftoli, imo de uirgi ne benedicta nullum eſt dubium, quin copioſius ualde. Sed qđ ante in paucis ſiebat electis, in die pentecostes & poſtmodiū uſq; in praefens, in multis milibus factum eſt ubique terrā, Itaq; cum idcirco uenerit Chriſtus, ut in Dei cognitione crescamus, & ad beatificam eius pecuniam notitia, ſtudeamus in Dei cognitione proficerem, quemadmodum Paulus hortatur: Pater glorie det uobis ſpiritu ſapienſia in agnitione eius, illuminatos oculos cordis ueſtri. Et alibi: Postulamus, inquit, ut impleamini agnitione uoluntatis Dei, in omni ſapienſia & intellectu ſpānli, ut ambuletis digne Deo, per omnia crescentes in ſcientia Dei. Quæ omnia pſertim intelligi poſſunt de ſapienſia, intellectu & ſcientia, prout ſunt dona ſpānſanci, nō prout ſunt E
 habitus acquiſiti, quanq; etiam poſſunt intelligi de ſapienſia, intellectu, ſcientia, inquantuſ acquisiti habitus appellātur. ſapienſia autē & intellectus atq; ſcientia, ut ſunt inter ſeptē ſpirituſancti, omnibus & ſolis in charitate & gratia exiſtentibus inſunt. Idcirco ſicut p. actus mēritorios ac deuotos, cū diligētia tota factos, proficiimus in charitate, ita & in ſapienſia, intellectu & ſcientia iam pſatis. ſapienſia uero & intellectus ac ſcienciam, prout ſunt habitus acquiſiti, humano ſtudio addiſcuntur, legendo, audiendo, ſeu inueniendo. Sicq; ad intelligēdum ſacram scripturā, ad agnoscendum uarios intellectus ipſius, ad ſciendū que de creaturis in ſcripturis traduntur, ſtudiosiſiſſe debemus, cū ipſa ſcriptura fit quaſi epiftola nobis à ſpānſancto miſſa, ad quam intelligendā non laborare, eſt ſpiritus sancti uerba paruipendere, & eius excellentia de rogarē. Verūnam ad proficieūdum in ſapienſia, intellectu & ſcientia, prout ſunt dona ſpiritus sancti, p̄cipue debemus inuigilare, cordis puritati ſtudendo, & omni malitia refiſtendo. In maleuolum enim animam non introibit ſapienſia iſta quæ donum eſt, nec habitabit in corpo re ſubditō peccatis, mundū uero corde, illuminantur à Deo, à cuius gratioſa ac affluentiflma illuminatione nihil nos impedit, niſi propria culpa, remiſſio ſeu negligētia, quemadmodum loquitur Ieremias: Peccata ueſtra prohibuerunt bonum à uobis. Et Iſaiā: Iniquitates, inquit, 1. Re. 7. ueſtra diuiferunt inter Deum ueſtrum & uos. Ideo Samuel primo Regum hortatur: Prepara te corda ueſtra diuo. Debet etenim homo facere quod eſt in ſe, ſe diſponendo ad gratiaꝝ chazrifmā, ad ſapienſia ſalutariſ ſuſcipienda fluenta & incrementa. Propter quod ait Psalmitas: Accedit ad eum & illuminamini. In Prouerbijis quoq; fertur: Hominis eſt anima preparare. F
 Psal. 33. Imo quāto plus ad ea nos p̄paramus, deſiderando, orando, uitia declinando, paſſionē dñi cam intime recolendo, uirtuosis exercitijs inhārendo, tanto abundantius eis implebimur, cū apud Iob dicatur: Si direxerit homo ad Dei cor ſuum, ſpiritu illius & flatū ad ſe trahet. Inſu per carnalia obiectamenta grefſus, tactus neceſſe eſt deuitare: quia ut in Iob aſſeritur, ſapienſia iſta non inuenitur in terra ſuauiter uiuentium. Propter quod per Iſaiā inducitur: Quem docebit dominus ſcientiam? & quem intelligere faciet audītum? A blaſtatos à laſte, auſſulos ab hubere. Et breuiter, cum uniuersa peccata non ſint niſi quædā ſtultit, oportet non ſolum ab omni abſtinenre peccato mortali, ſed etiam à uenialibus, quātum humana permittit fragilitas, & p̄ſerſim ab incuſtodia oriſt quia ut Salomon protestatur, Qui incoſideratus eſt ad loquendū, ſentiet mala. Et iterum ait: Vidiſti aliquem uelocem ad loquendum: ſtultitia magis ſperanda eſt, q; illius correctio. Præterea ſic agentes, p̄paramus & exhibemus pueru IESV Deo eterno propter nos hodie nato, ſpecioſiſimum intra nos thalamum, cunabula mollia, repauſatorium placitum ac ſuaue, utpote propriam mentem, ſanctarum cogitationum uarietate ornatam, ardentiū affectionum ſynceritate fragrātem, uirtutum ac donorum depictam habiſbus, honorumq; operum diuitem meritis, uirtuosis actibus iugiter occupatam. O q; libenter in huiusmodi mēte Chriſtus quiescit. Quod ut fiat in nobis, indeſſe conemur, ne inutilium cogitationum pulueribus, ne uerborum inaniu maculis, ne illicitarum appetitionum ingaſmentis, ne negligentiarum & pigritiarum cineribus domiciliū noſtrā animā reſpergaſimus,

IN SVMMA MISSA NAT. DOM.

Fol. LII.

A mus, mentem de honestemus, locum diabolo p̄paremus. Sed nec ebrietate aut crapula cor noſtrum grauetur, qn̄ optimum eſt gratia ſtabiliri cor, non eſcī. Beatus eſt plane, cui quoti die zelus in eſt ardentior deo placendi, proximis ſuccurrenti, in ſapienſia ſalutari crescendī. Luce 11. Hier. 13.

¶ SERMO XI. Detriplici Chriſti nativitate ſue generatione.

Dominus dixit ad me: Filius meus eſt tu, ego hodie genui te. In Psalmo. Triplices assignas Psal. 2. Cur generatio Chriſti tam admiranda, ut de unaquaç; earum uerificetur illud Iſaiā: Geſuſ ſciat 52. generationem eius quis enarrabit? Prima, qua & incomparabiliter admirabilis, ineffabilis, inſ comprehendibiliſ; conſtituit, eſt generatio illa æterna, diuina & intellectualis, qua a patre æterno externaliter, immaterialiter, atq; inuariabiliter genitus eſt. Nam deus pater cū ſe mens actu aliſſima, ſimpliſſima, ſecondiſſima, & ſuperſapienſiſſima, ſeipſum inceſſabiliter ac æternis ter inuenis & intelligens, ſuipſius conceptum & uerbum internum intra ſe profere ac gignit. Quod enim in ſe & de ſe intuetur ac conficit, hoc intra ſe exprimit. Et haec ipſa expreſſio ſeu interna loquutio dei patris, eſt actua generatio eius. Iſpa uero uerbi prolatus, eſt paſſua ipſius generatio: Porro uerbum ita a patre prolatum, recte appellatur filius eius, cum ſit emanaſtio intellectus paterni, ſecondum rationem ſimilitudinis ab ipſo procedens. Hinc quoq; uocatur imago patris, imago utiq; naturalis, plena, perfecta, conuictualis, in qua quicquid patris eſt, pleniflme ſplendor. Simili ratione dicitur ſplendor lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula maiestatis dei patris, atq; figura ſeu character ſubstantiae eius, quemadmodum ad Hebreos 1. & apud Sapientem patet. Inſuper, quoniam deus pater uno & eodem actu intelligendi co-dapic. 7. gnoscit ſeipſum & cuncta creaṭa, ideo unico actu generat uerbum ſuum eternum, perfectum, quod eſt ſuipſius imago, & omnium rerum creatarum exemplar, idea, & archetypa ratio. De hac generatione ſua æterna loquitur filius dei, ſub nomine ſapienſia: Nōdum erat abyssi, Pro 8. & ego iam concepta eam. Ante colles ego parturiebar. Quando p̄parabat celos, aderam, & eram cum eo cuncta componens. Et rurus: Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturem. Vnde & per Iſaiā loquitur pater: Niſquid ego qui alios parere facio, ipſe non pariam: Si ego qui generatione alij tribuo, ſteriles remanebo. Deniq; generatio iſta æterna, quanuſi cantu ſuam exprimatur & capiatur a nobis, nihilominus incomprehensiſibilis & ineffabilis fertur, quoniam qualis ſit & qualiter actu conſiſtat ſue agatur generatio illa, ne quaquam plene ut eſt, comprehendere poſſumus aut effari. Et multa circa eam creditur, quæ omnē naturali rationē tranſcendent, & omne in capacitatē mentis humanae excedunt. Vr, qđ in patre ſunt idem realiter pſona generat, eſſentia eius, & generatio ſua actiua, Filius quoq; eadem numero cū patre eſſentia habeat. Et quis uere generetur a patre, nō tñ in eo eſt indigenia, dependentia, potentialitas, aut imperfectione illa. Et breuiter, qđ incomprehensiſibilis & ineffabilis eſt deus pater, tam incomprehensiſibilis & indiſcretibilis eſt generatio eius. Et idem ſentientiam de filio. Ad qđ in ſuam loquitur Salomon, dicens: Quod nomen eius, & qđ nomen filii eius, ſi noſti. ¶ Præterea alia eſt generatio Chriſti humana, corporalis, ac temporalis, qua ho- Prou. 30. Luca 2. ditera die proceſſit ex uirgine matre, quæ item ineffabilis, incomprehensiſibilis eſt, cum nec Eſaiā 9. hoc ualeat cōprehendi, qualiter uerus homo ex clauſo prodijt uirginis utero. Ne hoc, qualiter pſona æterna, ueruſq; deus de nouo ſit ueraciter generatus, nec illud, qualiter Chriſto hinc inde realiter atq; localiter moto, nequaq; hoc eſt, nec per ſe neq; per accideſis mota ſint omnia quæ erant & ſunt in ea. Nam diuinitas eius ſemper māſtror proſus immobiſilis. Præterea genera- Matt. 11. ratione Chriſti humana ponitur duplex in utero, & alia ex utero. De quarum prima ha- betur in Mat. Quod in ea natum eſt, de ſpiritu ſancto eſt. Haec generatio facta eſt in annuncia- tione dominica, qn̄ ad uerba archangeli Gabrielis respondit diuiniſſi, uirgo: Ecce ancilla dñi, ſiat mihi ſecundū uerbum tuū. Tunc enī omnipotente & infinita dei agente uirtute, p̄ſtantissi. Luce 1. uirgo in instanti filium dei cōcepit, ita qđ tunī in momēto formatiū & organizatum eſt corpus Chriſti & aia eius creaṭa, corporis unita: atq; utruq; ſimil formaliter iſtum, eſt à ybo æterno aſſumptū, & ſuę diuinitati immediata pſona iſiū ſiunctum, ita qđ in in creato eſſe hypostatico uerbi ſuppoſitata eſt humanitas Chriſti, & ſic tñ generatus & natus eſt Chriſtus in utero. Nam & in ceteris generabilibus generatio in utero nuncupatur, qđ aia corpori co-pulatur. Generatio autē ex utero, eſt quaſi manifestatio ſeu p̄ditio ḡhationis facta in utero, ſeu geniti nati in eo. ¶ Tertia ḡhatio Chriſti eſt ſpānli, qua ipſe ſpiritualiter naſcitur ſeu eſſe incipit in cordibus credentiū, & eorū qui cōuertuntur ad ipſum, ſeu regenerātur in eo. Quæ ḡhatio ualde extat mirabilis. Quis enim ſatis ualeat admirari, qualiter totus pene mūdus ad cum conuertus eſt, eumq; credidit eſſe uerum deum q; homo eſt, & in tanta humilitate, paupertate, ac pſecutionibus uixit in mūdo, ac tandem amarissimā atq; turpissi, moriē tolerauit in ipſo latro Mar. 29. Luc. 24.

D. DIONYSII CARTH. SERMO XII.

Et & tanta sibi soli possibilia miracula, mundum conuertit ad Christum, imo potius per inferiores instinctus diuinos, & illuminationes supernas, per inspiratioes secretas id egit, nec exteriora miracula per se suistunt ad hoc sufficientia, ppter tarditatem, fragilitatem, imo & peruersitatem cordis humani. Hanc quoq; tā admirabile fidē cōseruauit & spūalere fecit deus omnis potens, inter tortfidei impugnationes à tyrannis, ab hæreticis, à philosophis, à Iudeis, & ab insuisibilibus hostibus eius, quā & nūc usq; cōseruat, & usq; in finem mūdi omnispotēs cōseruabit, quanq; tēpore Antichristi ad tempus modicū uidebitur ex magna parte occūbere, sed tunc paulo post, plus q; unq; ante, uigebit. Vnde ad insinuandū causam ineffabilitatis generationis istius spūalis Christi, cū Isaías propheta dixisset, Generationē eius quis enarrabit? subtilissime addidit: Quia abscis est de terra uiuentū. Pro quo Septuaginta trāstulerunt, quia tollet de terra uita illius, i.e. per occisionē auferetur de seculo isto. Itaq; enī tamur ad hoc, ut Chīs semper spūaliter generetur in nobis, per gratiæ incrementa, & uirtutū pfectus. Ipse enim in euāgeliō protestatur: Quicunq; fecerit uoluntatē patris mei qui in cælis est, ipse meus frater & soror & Matt. 13. mater est. Deniq; ad hoc filius dei de uirgine matre corporaliter natus est, ut spūaliter in omnibus nobis nascatur, & renascamur in eo. Nascitur quippe in nobis, q; per fidē & charitatē incipit esse in nobis, aut certe per charitatis & cæterarū incremēta uirtutū, splendidius ac perfectius demoratur & regnat in nobis, q; ante. Vtraq; uero gñatio ista Chīi ordinatur ad hoc, ut ad claram & beatificā cōtemplationem primā & æternā generationis Christi pueniamus, quia in hoc plena cōsūtis electoru felicitas, ut superbeatissimæ trinitatis essentiam, consistentiam, emanationē & cōmunicationē ad intra, mutuā quoq; intuitionē, dilectionē, cōplacentiam & fruitiōne clare p speciem cōtemplentur. O q; inestimabiliter gaudet omnes celestis Ierusalem ciues, lypidissime intuēdo, quēadmodum unigenitus filius à patre æternō inuariabiliter generatur, quemadmodum etiā sp̄ritus sanctus à patre & filio tanquā ab uno principio æternā liter profuit & spiratur. Quemadmodū pater se totū cōmunicat filio, pater quoq; & filius sp̄ritus sancto. Qualiter item h̄a tres supbenedicta persona seiuicem intuentur superclarissime cū infinita delectatione, ac supgarantisime diligūt cum immensa suauitate. Hoc & nūc per fidem ac sapiētis donū pie a chūmiliter contemplēmus cum intima congratulatione. Postremo, ut ad huiuscmodi contemplationē simus idonei, per exercitia uirtutū moraliū oportet nos pr̄parari, purgari ac reformari. Quomodo enim in tā supersplendidissimū, increatūm q; lumen mens poterit figi, si motibus subiacet uictoriū, in gerudinibus passionū, atq; facile hinc inde in star arundinis agitetur? Necesse est ergo, ut suo quisq; animo dominetur, ut animositas tem suppediter, iram impatiensq; cōculerit, timoratus, custoditus, sollicitus semper in deo existat. Quod si ita habuerimus nos, erimus certe deo charissimi, affluentissime aderit nobis, filicidia gratiæ sue, sapientiæ riuos, charitatis ardores, lucē miserationum suarum multiplicabit, perficiet, & cōseruabit in cordibus nostris. Vbiq; itaq; & indefessē aspiremus ad deū, & suspiremus ad eum, & intra nos, ipsum alloquamur, inuocemus, laudemus, ac ueneremur, ne ad momentū recedat à nobis, ne gratia eius minuatur in nobis, ne charitas unquam tepescat aut spirituale studium remittatur, imo quotidie uirtuosiores, feruiores, efficacioresq; simus in omni eius obsequio. Ad laudem & gloriam eius.

SERMO XII. De nudo ac misero pueri lesu in hūc mundum ingressu, quo religiosi ad tolerantiam, paupertatemq; prouocantur.

Nuenietis infante pannis inuolutum, & positum in pr̄sepio, Lucæ secundo. Quemadmodū in Christo est duplex natura, utpote diuina altissima, & humana declivis, sic in omnibus quæ de ipso leguntur, est considerare quædam ualde sublimia, & quædam ualde declivia. Quod etiam in ijs que de sua nativitate leguntur, perpendiculariter fœcūdata est genitus, quis satis miretur? Hoc ergo subline est atq; deificum. Rursus, quod in statu bulo natus, panniculis inuolutus, atq; in pr̄sepio reclinatus est, basium asserimus. Quod uero eius nativitatem angelus nunciavit pastoribus, quod puerulum illum appellauit saluatorē & dominum Christum, q; etiam celestis exercitus deum laudans apparuit & cantauit, Gloria in altissimis deo, ad sublimia pertinet. Similiter q; templum æternitatis corruit Romæ & olei fons erupit, stellæq; Magis ostēla est, & alia mirabilia quæ in illa hora cōtigerant, maiestati nati infantulū attestātur. Insuper, omni cōsideratione dignissimū est, q; angelus paupertatem Christi sic commēdauit pastoribus, eā illis pro signo agnoscendi infantē assignans. Hoc, ingens, uobis signū: Inuenietis infantē pannis inuolutū, & positū in pr̄sepio. Quo monstrauit, q; specialiter nobis considerāda sit Chīi paupertas, imo & imitāda. Quā utiq; paupertate, Christus non solū in sua nativitate elegit, atq; in suo sacratissimo corpusculo consecravit, sed

IN SVMMA MISSA NAT. DOM.

Fol. LIII.

A sed in tota uita sua usq; crucis martyrium continuauit, & verbis edocuit & exemplis, intantum ut dixerit: Volucres celi nidos habent, & uulpes terræ foucas, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet. Hinc de ipso uaticinatus est cum ingenti admiratione sancti catus in utero Ieremias: Quare quasi colonus uenturus es in terra, & quasi uiator declinās ad manendum? Quare uenturus es uelut uir uagus? Vnde & Christus in Psalmo fatetur: Paus per sumego, & in laboribus a iuuētate mea. Exaltatus autem, humiliatus sum & cōuertatus. Hinc in Euāgeliō protestatur: Qui non renunciarerit omnibus quæ possidet, nō potest meus us esse discipulus. Quo constat, q; indecens & iniustus sit Christianum terrenis insisterē consgregandis, cupiditatē uacare, & thesaurizare in terris. Quod ex euāgeliō alijs scripturis copiōsissime posset ostēdiū alijs quoq; sermonibus hubertim probatum est. Quæ cū ita se habebant, q; uitiosum est etiam religiosos mammonæ deseruire, avaritiae locum dare, augēdias opibus indesinenter ac miserabiliter inhibere, quasi non sit uita alia post præsentem, & quasi deus religiosos & specialē nō habeat curam, atq; per hæc scandalizare grauiter seculares. Nonne natura paucis minimisq; cōtentā est? Et per quid adeo per̄petuā monachica oīs sacra religio, sicut per temporalium affluentia rerū? Ex qua, immoderantia & exquisitio ciborū ac potū, multaq; alia uita gulā consequentia oritur. Verū sunt multi religiosi paupertatē profesi, sic pauperes esse uolentes, ut eoz quæ ad corpus pertinent, ei nil desit. Et quid dico, desit, quū nec his cōtentur, quibus honesti seculares contentarentur, sc̄q; abundare arbitrarentur? Cōsideremus oī fratres uocationē, professionēq; nostrā. Quid deo uouerimus, fugiter recordemur. Quām Psal. 65. metuenda & distracta sint dei iudicia, q; terribilis sit ipse in cōsiliis suis super filios hominum, pro funde pensamus. Nōne ex nostra professione tenemur ad perfectionē q; tendere, in gratia ac uirtutibus assidue & condigne proficer? Quid ergo est, q; post rāta tēpora quibus in ordine fuimus, adhuc tā remissi, impfici, ac passionabiles inuenimus, nec supponimus oībus actibus nostris dei timorē? Idcirco in māducando, bibendo, loquēdo, repausando, atq; nosipso in multis palpādo, q; tide ualde peccamus, & s̄pē nō minus bona omittēdo, q; mala agendo. Porro, si omnes Christiani ad arctā uiam, p̄cūnitialem q; titam tenentur, quāto magis nos religiosi, quorū nō est circa cōmunia languere, sed antonomatice deuotioni intendere, stricte ac strenue cōuersari, & carnem cum uitij & concupiscentijs crucifigere, omnia tamen dīcre te agendo? Si igitur aliquid uictualū aut in dumentorum seu combustibilium s̄pē nobis deficiat, non faciliter murmurēmus, nō contristemur, sed Christi paupertati & afflictiones re miniscendo, gloriemur in domino, quod eum saltē permodice possumus imitari, quemadmodum princeps hortatur apostolorum: Cōmunicatē Christi passionib; gaudete, ut in revelatione gloriæ eius gaudeatis. Ecce Christus uirtus & sapientia dei patris, sapientia plane attingens à fine in finem fortiter, & disponens cuncta suauiter, qui in seipso & per seipsum nihil omnino sine rationabiliss. specialiss. ac præstantissimis causis assumptis, fecit ac pertulit. Hic inquam dominus Iesu Christus in frigore hyemali intensō, in stabulo tetro ac fōrido nasci, pānis inuolui, in præsepi locari elegit, atq; in cunctis, que duriora sunt corpori præacceptauit, ut nō uerbis dūtaxat, sed suis sanctissimis nos informaret exemplis, corpus affligere, concuspiſcentias edomare, prospera mundi despiciere, cælestia totis præcordijs affectare. Fleuit, non risit, ut doceret nos uacare cōpunctioni, nō dissolutioni lachrymis, nō risibus; maturitati, nō leuiati. Nihilominus nos ingrati, miseri & cæcati, adhuc quærimus mollia carni, alimēta lauta atq; superflua, curiosas preciōsasq; uestes, stratum suave. Nedum ad risus, sed etiam ad caschinos sumus proclives, illud Ecclesiastici nō pensantes: Sicut sonitus spinarū ardentiū subolla, sic risus stulti. Etrutus: Cor sapientum ubi tristitia, & cor stultorum ubilatitia, imo qd ipsem Christus locutus est. Vx, inquietus, uobis qui ridetis, quia plorabitis & flebitis. Nonne in ualle lachrymarū, in loco exilij, in carcere & corpore mortis sumus? Cur millia misericordiū quotidie pereuntium non desfemus? Cur proximorum peccata nō deploramus, si tamen eos sicut nosipso diligimus? Cur super iniurijs & inhonorationibus ac offenditionibus domini dei nostri quotidiani, innumerabilibus ac grauissimis, non cōtabescit cor nostrū, nec zelo zelamus pro eo, si tamen eū super omnia & plus quam nosipso diligimus, qui de proprijs iniurijs etiam modicissimis tam dire tabescimus? Ideo sanctus ait Bernardus: Ludam ne amplius & illudam lachrymas eius! Desleamus oī fratres nosipso, deploremus ruinā ecclesie in omni statu, gradu ac ordine eius. Et quo minus prædicando, eo plus deprecando, exemplariter conuersando, & bonæ famæ dulcedine redolendo, alijs suceurramus, ecclesiam adiuuemus. In super si s̄pē hyemalium noctium affligamur frigoribus, non feramus moleste, sed rememos, remar, quid Christus dei filius pro nobis in frigida illa qua natus est nocte, & deinde diu ac se per perpetuū est. Cum pastoribus eum spiritualiter uisitemus, & eum sequi non pigritemur.

Matt. 7.
1. Petri. 4.
Eccle. 8.
Ibidem.
Luca. 6.

Bernardus.

Com.

D. DIONYSII CARTH. ENARR. IN EPIST.

Compatiamur tenerrimo pueru, tanta propter nos passo, in tam duro præsepio reclinato, tan
tis penurijs sic affecto. Pelliceas nostras supponamus infantili eius mollissimo corpuseculo,
Luca. 2. & uestibus nostris eum operiamus. ¶ Postremo, per hoc quod pastoribus uigilantibus ange
lus sanctus apparuit, cōstat, q̄ gratia ac placita sunt angelis sanctis nocturnæ uigilij. Quibus ue
ri religiosi deo intenti sunt, eius p̄conis occupati, eius contemplatiib⁹ in hæretes, suas quoq;
cōscientias p̄scrutantes, suamq; uitā discutientes, uenī suorū deprecates peccaminū, supernos
rum quærentes influxum charismatū, emendationem feruam proponentes in omnibus. Hinc
quippe dixit propheta: Deū exquisiu manibus meis nocte contra eum, & non sum deceptus.
Psal. 76. Anticipauerunt uigilias oculi mei. Cogitau dies antiquos, & annos æternos in mente habui:
Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritū meū. Itaq; & nos
omnia ista singulis noctibus, imo & frequenter in die peragamus deuote, atq; cum omni dile
gentia studeamus puritatem internæ, in qua maxime complacet deo. In psalmis & orationibus
cordialiter delectemur, ubiq; & maxime in diuinis deo stabiliter intendamus, ut exultent la
bia nostra cum cantauerimus ei. Ad hæc agenda, ad matutinale officium, ad creatoris nostri
obsequium surgamus alacriter, exiliamus de lectulo, & pigre quid agere erubescamus coram
deo & angelis sanctis custodibus nostris, quibus ubiq; reverentiam tenemur, & exhibere de
bemus. O quām uile ac miserum est, hora illa diuini officij, somnolētia opprimi, pigritia non
reniti, carnalem repausationem amplecti. Executiat ergo se somnolentus, & dei presentiam co
gitet piger. In conpectu angelorū psallamus feruenter, & omne opus dei diligenter agamus.
Psal. 137 Sacram quoq; Christi infantiam dulciter contemplemur, & natum infantulum tam specio
sum ac super dulcissimum, charitatis brachijs constringamus, & nostris pectoribus affectuo
sissime applicemus, atq; ad Christianæ infantie innocentiam, ad columbinam simplicitatem
redeamus ac pertingamus. Ad laudem & gloriam pueri nobis nati, qui cum patre & spiritu
sancto unus est deus æternaliter benedictus. Amen.

¶ In festo sancti Stephani protomartyris.

ENARRATIO lectionis loco epistolæ: Stephanus plenus gratia & fortitudine. Actorum sexto.



Effectionem, dignitatem, actū, atq; martyrium glorioſissimi martyris Ste
phanii, felix euangelista Lucas compendiō describit, dicēdor [Stephanus
plenus gratia & fortitudine.] Porro paulo ante hac uerba habentur: Elege
rūt Stephanum plenum fide & spū sancto, uidelicet in unū & primū septem
diaconorum. Nunc uero assurrit Stephanus plenus gratia, gratum facien
te, quæ est habitus supernaturalis, mentem in esse deiformi & ad pmeren
dum idoneo, ponens: et fortitudine, quæ est uirtus moralis & cardinalis, ar
dua strenue aggrediens, q; quā homo bene & cōstanter se habet in periculis mortis. Fuit etiam
plenus fortitudine, quæ est unum de septem donis, p; quā homo pfectioñis operibus insistit
stabiliter. Per quæ uerba insinuat, quod Stephanus fuit uir apostolice perfectionis, & ualde
heroicus. [faciebat signa] quo ad minora miracula, [& pdigia] quantū ad maiora, [magna in
populo] iudæorū, quibus in Ierusalem statim post spiritus sancti missionem p̄dicauit. [Surre
xerit autē qdam de synagoga quæ appellatur Libertinorum,] hoc est, de cōgregatione ac nu
Actu. 2. mero Iudæorum, qui dicti sunt Libertini, à regione de qua fueruntuel, quia manumisisti, hoc
est, libertati donati fuerunt, cum prius fuerint Ierui, seu Ieruili conditionis. [& Cyenenſi] sicut
dictorum à Cyrene ciuitate Libyæ, secūdum Bedam, [& Alexadrinorum,] hoc est, de Ale
xandria urbe Aegypti, [& eorum qui erāt à Cilicia & Asia,] quæ sunt regiones uicina adiu
cem, [disputantes cum Stephano,] id est, contra eum p̄bare conantes quod Iesus Nazarenus
nō fuerit Christus. [& nō poterant resistere sapientiæ] Stephanii, [& spiritui,] id est, spiritu iſan
cto, [qui loquebatur] per Stephanum, prout ait saluator: Non enim uos estis qui loquimini,
sed spū patris uestrī qui loquitur in uobis. Impleta est ergo in Stephanu illa Christi p̄missio
Ego dabo uobis os, & sapientiam cui nō poterūt resistere, & cōtradicere omnes aduersarij ue
stri. [Audientes autē hæc,] yba beati Stephanii, quæ in Actis scripta sunt, & in Lectiōe hac omit
tuntur, quibus uerbis Stephanus dure atq; iustissime redarguebat p̄fatos Iudæos. Dura, in
quiens, ceruice & incircuncisi corde & auribus, uos semper restititis, spiritui sancto, & nunc
p̄ditores & homicidae Christi fuisti. [dissecabantur cordibus suis,] hoc est, præ uehemetia
ira & impatientiæ uarijs modis intra se quodammodo rumpebantur. Quemadmodū enim
charitas & cōcordia faciunt unionem indiuisiōnemq; cordi, sic odī, discordia, ira & impa
tientia disgregationē ac dissecationē faciunt animorū. [& stridebant dentibus in eū] tāquam
rabidi canes, mētis furorē forinsecus ostendentes. Itaq; dissecabātur, quemadmodū mala
olla

DE SANCTO STEPHANO.

Fol. LIII.

A olla posita in camino crepit & exilit, quia superbis, impatiētis, incorrigibiles, quorum peruer
sitatē atq; infaniam multi sequuntur, qui dura ceruice redarguant increpanēt: & quo ra
tionabilis conuincuntur, eo plus indignantur & irascuntur, non attendentes illud Prouer
biorum: Viro qui corripiēt dura ceruice cōtemnit, repētinus superueniet interitus. [Cum Pro
autē Stephanus esset plenus spiritu sancto,] quo pleni dicūt, qui eius gratia & charitate im
pletur. [intendis in cælum] joculis mētis & corporis, tanq; ad desideratissimam patriā, quā
fuit mox ingressurus. [uidit,] hoc est, cōtemplatus est per donum sapientiæ, [gloriā dei] sicq; be
atitudinem & mercedem sibi paratam deus ei ostendit, pregustareq; fecit. [& Iesum stantem à
dextris uirtutis dei,] Verba ista pensando uideor mihi audire conitrum. Quis enim huic be
atissimi martyris excellentiam digne miseretur? Quis uifonis huius magnifica exprimat quali
tatem? Quis demum in istis diuinæ pietatis immēritatem satis collaudet: Itaq; uidit gloriam
dei, hoc est, deum gloriosum & maiestatem & excellētiā ac beatitudinem eius. Sed q̄modo
uidit per fidem, an per speciem? Et dicunt nōnulli, quod pro morula illa uidit diuinam esenti
am seu deū clare per speciem, sicut beati in patria, quemadmodū datū est Moysi & Paulo in hac
uita deum uidere, secundum Augustinum libro de uidendo deum. Sed cōtra istud obijcitur,
quod Moysi loquebatur deus Non uidet me homo, & uiuet. Circa quod dicunt doctores
communiter, quod nemo in uita præsentis uiuentis uita humana, utpote sensibus uentis corpo
reis, possit deum uidere per speciem, sed ab omnium organicarum sensituarumq; uictu opera
tione suspenditur, qui deū taliter contemplatur. Stephanus uero in uisione hac sensibus actus
alter utebatur, loquens Iudeis. Hinc alij dicunt, quod gloriam dei uidit imaginaria uisione,
quemadmodum Isaías, Ezechiel, Daniel, Iohannes quoq; in Apocalypsi, in quorū uirtute ima
ginativa fuit ministerio angelorum similitudo siue effigies quādam formata, diuinæ maiesta
ris representativa. Alij dicunt, quod effigies huiusmodi corporalibus sancti Stephani oculis
fuit obiecta. Ceteris uidetur, quod uisio ista fuit anagogica pure intellectualis, quales & san
cti David uisiones fuisse creduntur. Sicq; uisio ista medio modo se habuit in uisionem dei
per fidem, & uisionem eius per speciem. ¶ Insuper, qualiter Iesum uidit in forma humana: Dis
cunt nonnulli, q; uisus Stephani diuina uirtute fuit sic confortatus, quod sua acie penetrans
cælos, uidit Iesum in cælo empyreo. Sed cum uisio fiat intus suscipiendo magis, quā extra mit
tendo, alij dicunt, quod corpus Christi uisum Stephanū immutauit. In potestate etenim Chri
sti est, ut corpus suum faciat à remoto uideri, sicut de propero ino cum corpus glorificatum sit
anima; suæ plene subiectum, in potestate animæ gloriae est, ut ad eius libitum corpus suum
aliorum uisum immutet, aut non immutet. Visus est autē Iesu stare, quoniam stare pugnat
is est atq; iuuantis. Sed & Marcus dicit Iesum sedentem à dextris dei, quia sedere imperantis
est & regnantis. Stephanus uero uidit Iesum tanquam paratum ad suum auxiliū, imo & actua
liter adiuuantem, ideo uidite eum stantem. [& ait: Ecce uideo cælos apertos.] Non quod in cæ
lestibus illis incorruptilibusq; corporibus fuerit realis apertio, fractio siue diuisio, sed q̄ni
am beati Stephanii uisum ab aspekte Christi habitantis in cælo summo non impediabant, &
forte Stephano uidebantur aperti ob oculis cuiusdam corporeæ lucis emicationem, desuper à
Christo radiantem ac fusam, sicut in magnis coruscationibus cæli aperi uidentur. [& fili
um hominis stantem à dextris uirtutis dei,] Qualiter Christus dicatur esse, stare, sedere à de
xtris dei, exppositum est supra in epistola tertia Missæ natalis Christi. [Exclamantes autem uo
ce magna, continuerunt aures suas queritati eas obſtruentes, quā reputabant blasphemiam,
[& impetum fecerunt unaminiter in eum,] cōcordes facti in persecutione martyris sancti. [Et
ejicientes eū extra ciuitatem,] Ierusalem [lapidabant] eum tanquam blasphemum, quia secū
dum Moysi legem blasphemantes fuerunt extra castra lapidāti. [& testes deposuerunt testis
menta sua, secūdum blasphemiam accuserunt, & primi in eū lapides factauerūt, q; per Moysen fuit p̄cepit,
ut manus testū prima cōset sup lapidādum. Exuerūtq; se ut expeditiores essent ad projicien
dū. Adolescens uero iste postea dictus est Paulus, quādo ex supbo persequitore humiliis apo
stolus est effectus, qui aliorum uestes custodiēdo, quasi omnī illorū manibus lapidauit. [Et
Iapidabāt Stephanū inuocātē & dicēt: Domine Iesu, suscipe spiritū meū] in gloria tua.
[Positis autem] id est, flexis genibus, clamauit uoce magna,] quia ex intimo & ardenti chari
tatis affectu, [dicens: Domine, ne statuas,] id est, non imponas, sed ignosce [illis hoc p̄ficiū] qd
me occidendo committunt. Ecce pro se stans, pro intersectoribus uero suis, imo intersector
ibus tam crudelibus genua flectens, orauit. In quo mira ipsius patientia perfectaq; charitas
declarantur, & sequutus est glorioſissimus martyr iste Christum tam sublimiter quam con
formiter. Nam & Christus in cruce dixit: Pater, ignosce illis. Qui etiā docuit: Orate pro per
ſequenti

D. DIONYSII CARTHV. SERMO I.

Frequentibus & calumniantibus uos. [Et cum hoc dixisset, obdormiuit in domino.] hoc est, D feliciter quieuit in deo, qui eum in brachijs sua charitatis ac pietatis assumpit, & de corpora lis occisionis acerbitate transtulit ad quietem dulcissimam felicitatis æternæ.

SERMO I. circa epistolam: Quomodo perfectus in gratia dei crescat, in quibus gratia dei consistat, & quanta mala adferat ociositas.

STEPHANVS plenus gratia & fortitudine: Actuum sexto, Viri electi ac virtuosi, gratia ple nti uocantur in seculo isto, non quia plus gratiae recipere nequeunt, sed quia in gratia dei & donis spiritus sancti abudant. Veruntamen quotidie crescent in gratiam ampliorem gratiam sunt adepti, eo copiosius promerentur in gratia perfici, i. plus repleris & q̄ magis replen tur, eo ad gratia incrementum aptiores redduntur. Propter quod ait Saluator: Habenti dabitur, & abundabit. Eusebius quoq; Gratia, inquit, de gratia nascitur, & profectus profectibus seruunt. Porro, sicut unum peccatum potest atq; demerito suo trahit ad aliud, & hominem gratia indigniorē constituit, sic unū opus bonum disponit ad aliud, ideo scriptū est: Peccator adiicit ad peccandum. Etenim certū est, q̄ quanto q̄s fuerit in charitate p̄fectior siue feruentis, or, tanto feruentiores, sinceriores, promptiores, ac frequētiores habet affectiones ad deum, & cæterarum actiones uirtutū loco & tempore opportuno perfectius frequentiusq; exequitur. Charitas namq; cæteris iubet uirtutibus. Hinc homines in gratia & charitate, ac uirtutibus bene fundati, exercitati, locupletes & pleni, opera uirtuosa exequuntur multo delectabilius quam homines imperfecti, & nihilominus multo plus promerentur etiam eisdem operibus tam de gratia incremento, quam de gloria præmio. Ex quo patet, quod labori sue difficultas & tati exercitū uirtuosi non correspontet in celo præmium essentiali, sed accidentalē. Charitas uero perfectionis, feruori, seu maioritati essentiali præmium, quod est beatifica ac fructuosa uisio dei, est correspondens. Vnde & absolute loquendo, ille est melior qui in charitate dei exactus perfectior. Propter quod loquitur Augustinus: Nō numerostas operum, non diuinitatis temporum, sed maior charitas auget meritum. Studeamus itaq; semper in dei amore profices re, deum quotidie plus amando, magis desiderando, & eius intuitu quicquid ei displicerit, charitatemq; minuit aut tollit, uitando. Præterea iam pensandū, qd sit gratia dei, loquendo de

Augusti. gratia gratum faciente. Vbi sciendum, quod iuxta diuinum Dionysii documenta, sicut res natura lalis per formam substatiālē ponitur in esse naturali specifico, per quod ad operationes suæ naturen conuenientes efficit potēs & aptum, ita per gratiam gratum facientem ponitur rationalis creatura in esse supernaturali diuino, per quod ipsa fit deo grata, i. accepta ac placens, quoniam ei per hoc esse supernaturaliter assimilatur. Per idem quoq; esse gratia, fit ad actions æternæ uita meritorias deo placentes idonea. Neq; enim potest actio creature rationalis deo placere, nisi & ipsa creatura rationalis primo in se complacat deo. Ad quod insinuandū, scriptum est: Respxit dominus ad Abel, deinde ad munera eius. Ita quod primo per approbationem respexit ad Abel, deinde ad munera eius. Hinc gratia ista dicitur immediate esse in essentia animæ, & eam directe perficere. Amplius, qm̄ homo ad supernaturalem finem, seu felicitatem creatus est, idcirco non nisi per supernaturalia media, utpote per gratiam, fidem, spem, charitatem, cæterasq; uirtutes infusas, ad beatitudinem illam ualeat pertingere. Media quippe operatur suo fini proportionari. Ecce quam necessaria est nobis hæc gratia dei, in qua tanto plus perficit homo, quanto diligentius omni horæ occupat in opere bono. Nam qui remissi & negligenter le habet, gratiam dei perdit. Ocijs uero sunt uicijs, quemadmodum in Ecclesiasti co scriptum est: Multa mala docuit ociositas. Hoc certe uidemus ad oculum in diuitiis atq; nobilibus seculi huius, qui ocijs uacat, & innumerabilia incident uita, puta loquacitates, car nalitates in gula, luxuria, iocis, ludis, risibus, cæterisq; uanitatibus insistētes, & diuina negligentes p̄cepta. De quibus ait prophetas: In labore hominum non sunt, ideo tenuit eos supbia, operti sunt iniquitate & impietate sua. Prodijt quasi ex adipice iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis. Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excuso locuti sunt.

Lucæ. 6. Hinc ait iudex cælestis: Væ uobis diuitiis qui habetis consolationem uestram. Væ uobis qui saturati estis, quia esuriens. Væ uobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Itaq; pauperes diuitiis feliciores, cæteris paribus, sunt censendi, cum Christus affirmet: Beati pauperes, q̄ uestrum est regnum dei. De diuitiis uero scriptum est: Nūc diuites plorate, ululant in miserijsque aduenient uobis. Risus uester conuertetur in luctum, & gaudium in merorem. Nolite ergo diuites, nolite superbire, nolite egenos despicer, sed eos uobis corde pponite, eorū suffragia postulate, & ut orent pro uobis eis, liberaliter subuenite. Ideo namq; ait dominus les fusi: Facite uobis amicos de manmona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipient uos in eterna tabernacula. Præterea aduertendum, q̄ diuersi sunt gradus plenitudinis gratia dei. Vnus

DE SANCTO STEPHANO.

Fol. LV.

A & insimus est, plenitudo sufficientia ad salutem. Hæc est plenitudo necessitatis, uidelicet gratia obseruandi precepta Dei atq; ecclesie, sine quoq; obseruatione nemo potest saluari. Chio discente: Si uis intrare ad uitam, serua mādata. Secundus gradus plenitudinem gratia, est plenitudo supererogationis, per quam gratia plenitudinem obseruatur euāgelica Christi consilia, qui gradus plenitudinis, pertinet ad religiosos. Tertius gradus est excellentia specialis, pertinet ad viros heroicis & pfectos. Quartus est gradus eminētia singularis, cōueniens Christo, q̄ se cunctū naturam assumptā, gratiam nō ad mēsuram accepit, ut Iohannes tangit. Porro in beato Stephano fuit plenitudo grā, nō solum quantum ad gradum supererogationis, sed etiam quantum ad gradum excellētia specialis, nam erat vir ualde heroicus, imo vir apostolicæ pfectio[n]is, quæ ad modum ex lectione p̄habita, & alijs q̄a Actuum vi. ac vii, de ipso sunt, sciz p̄ta, probatur, de q̄bus in sermōibus subseq̄tibus mētio fiet diffusor. Itaq; & nos in uirtutibus, quas de B. Stephano in lectione ista audiuimus, gloriosum martyrem Stephanum imitemur, & primo in grā, q̄tenus quanto anima nra corpore suo extat nobilior, diuitiisq; uictura, tanto ardenter cupiamus, infatigabilius quoq; conemur gratia Dei reperi, uirtutibusq; ditarī, quam abundare in rebus temporalibus. Et quia secundum beatum Bernardum, Gratia Dei in tribus consistit, uidelicet in odio p̄teritorum culparum, in contemptu honorum p̄sens Bernard, & in desiderio bonorum futurorum cælestium debemus in primis quotidie culpas nostras p̄teritas detestari, deflere, odire, & ultra id quod in confessione nobis pro penitentia est iniunctū, aliqua opera bona ac penitentialia facere, orādo, eleemosynas dando, & ppria cor

E pora castigādo. Secundū debemus p̄sentia bona (id est, terrena & sensibilia ac temporalia ista) contemnere, non quantum ad id qd̄ essentialiter sunt, quod utiq; bonum est & ab optimo creatore eis collatum est, sed inquantum in uia salutis impediunt nos, quatenus uictum & ueritatem habentes, simus cōtentī. Hinc sollicitudo immoderata, anxietas formidolosa, superfluous amor, auara temeritas, nimia occupatio circa temporalia, prohibentur & cōdemnantur à Christo, quia in seipsis sunt uictiosa, & per ea cor impeditur à Dei memoria & contemplatione, à spirituali amore, ab occupatione circa opera uirtuosa. Tertio debemus felicitatem & gaudia cælestis patriæ feruenter appetere. Quæ ut sanctus ait Gregorius, nullus digne desiderat, qui non cum lachrymis pro illorum adeptiōe quotidie deprecatur, imo tam affectuosissime debemus ea & etiam gratia ac uirtutes in hac uita optare, ut cōparatione eorum omnia uilepēdamus terrena, atq; quotidie suspiremus ad paradisum cælestem, ad cōsortia angelorum, ad intuitū omnium beatorum, & incōparabiliter ad beatificā uisitionē, ad sempiternam fruitionē Dei omnipotētis. Refert S. Augustinus, apud Cæsaream Cappadociam fuit quædā nobilis femina uida, Septem filios & tres filias habens, à quibus cum quadam uice est offensa, omnibus maledixit. Cuius maledictionem statim ultio Dei sequuta est. Mox enim omnes filii illi ac filiæ, horribili membrorum tremore percussi sunt, idcirco p̄ uere cundia à suis fugientes cōciuibus, per totum mundum uagari cōcepunt, & undique inspiciebātur ab uniuersis. Tandem unus illorum filiorum & una filiarum ad urbem sancti Augustini uenerunt, & beato Augustino, quid eis contigerat, retulerunt. Post hoc in die sacratissimo Paſcha, filius ille nomine Paulus, ante altare sancti Stephani se prostrauit, & pro sua curatione Deum ac sanctum Stephanū deuotissime precabatur. Astantibus uero, rei exitum p̄fistolantibus, surrexit subito sanus, & p̄ne curatus. Cum autem die sequenti Augustinus sermocinaretur ad populum, filia illa p̄fæcta nomine Palladia, omnibus membris tremens, assitens, ad altare sancti Stephani iuiti & orationi se dans, ac repeate quasi obdormiens, mox curata surrexit. De quorum curatione Deo ac S. Stephano, tam ab ipsis q̄ à populo, infinitæ grates referebantur. Ex quo item exemplo ostendit, quam horrendum peccatum sit, parentes offendere.

E NARRATIO Euangelij, Ecce ego mitto ad uos prophetas. Matt. xxiiij. **C**HRISTVS in euangelio hodierno declarat, quanta bona fecit Iudæis, & quanta fuit illo cum ingratitudine, induratio, atq; crudelitas. Itaq; à Matthæo dicitur: Ecce ego mitto ad uos prophetas. Hec uerba dixit Christus Iudæis, p̄x ante suam passionem, uidelicet feria teria post Ramis palmarum, prout ex euangelio sancti Matthæi demonstratur. Est igitur sensus Ecce ego mitto, id est, statim post resurrectionem meam & spiritus sancti missionem, mittam ad uos prophetas, qui futurorum pure contingentium, Deo reuelante, habuerunt notitiam, quales fuerunt omnes sancti apostoli, qui spiritu prophetarū pollebant. [& sapientes] in contemplationibus diuinorum, quales item fuerūt glorijs apostoli, in quorum persona Paulus: Nos, inquit, reuelata facie gloriam domini speculantes, [& scribas, id est, legis doctores, ut fuerunt Nathanael, Stephanus, Zena, Apollo, imo & Paulus apostolus, ante suam conuersiōnē à Galatæ instructus, Hos Christus misit ad p̄dicandum Iudæis, quibus loquitur Paulus in

Gregorius.

1. Tim. 6.

Augusti.

Septem.

Augusti.

Gregorius.

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EVANG.

- A&t. 13. Actis apostolorum: Oportebat uobis primum loqui uerbum Dei, sed Iudei pro maiori parte D increduli, & missos ad se persequebatur, sicut subiungitur: [& ex illis] id est, quosdā illorū occidetis, & crucifigetis, & ex illis flagellabitis] quosdā [in synagogis uestris.] Hoc in Actibus apostolorum legitur adimpletum. Nam Stephanum occiderunt, apostolos flagellauerūt, [& psequemini de ciuitate in ciuitatem.] Vnde in Actibus legitur, q̄ in eodem die quo beatus lapidatus est Stephanus, facta est psecutio magna in ecclesia qua erat Hierosolymis, & omnes dispersti sunt p̄ter apostolos, [ut ueniat sup uos] id est, uobis imputetur omnis sanguis iustus, q effusus est sup terrā] id est, crudelis effusio sanguinis omnium innocētium atq̄ iustorum. [a sanguiue Abel iusti] inclusus, quem Cain occidit, [usq; ad sanguinem Zacharia filii Barachis.] Per hunc Zachariam, intelligit sanctus Hieronymus Zachariā filium Ioiadā pontificis Iudeorum, quem Iosas rex Iuda iusti occidi in templo, ut legitur quarto Regum. Sed tunc quæstio oritur, cur dicitur hic Zacharias filius Barachia, & nō potius Ioiadā. Respōdet Hieronymus, q̄ hoc factum est ad commendandam patris sui sanctitatem, Barachias n̄q interpretatur, benedictus dñi, & ipse Ioiada pontifex, fuit uir ualde electus à Deo, ac uirtuosus, ut q̄rto Regum & secundo Paralipomenon edocetur. Rursus circa haec nascitur quæstio, cur horum sanguis super Iudeos, quibus Christus loquebatur haec, uenit, cum nullum horum occiderint, neque tetigerint. Respōdet Hieronymus, quod scriptura ponit duas generationes: vnam iustorum, aliamq; prauorum. De prima ait Psalmista: Haec est generatio querentium dominū. De secunda: Generatio, inquit, praua & exasperans. Sic ergo saluator per istos impios quos affatur, designat generationem malorum, in qua continentur, qui Zachariam interficerent. Reprobi autem in inferis sibi inuisum suas augent miserias, sicut sancti in cælo mutuo sibi accumulant gaudia sua. Vnde subiungitur: [quem occidistis] id est, quem Zachariam generatio uestra iniqua, cum una corporis perditionis consistitis, interfecit. [inter templum & altare] holos cauitorum, quod fuit extra templū in atrio eius. [Amen dico uobis, uenient haec omnia] peccata & mala pena pro peccatis infligenda, [super generationem istam] prauorum. Omnes etenim reprobri sunt socii in tormentis. [Hierusalem Hierusalē] id est, tu plebs Iudaica ubi inhabitans. Bis ait, Hierusalem, ad insuauandum suæ dilectionis & compassionis affectum, atq; ad prouocandum audientium aduentiam. [quæ occidit prophetas & lapidas] id est, lapidum projectionibus necas, [eos qui ad te] instruendam & conuertendam, [missi sunt. Quo]ties] id est, ualde frequenter, uidelicet primo per prophetas, secundo per meipsum, tertio p apostolos. [uolu] quantum in me fuit, & uoluntate antecedente. [cōgregare] hec est, spiritualiter adiuuare per fidem, charitatem, obsequiumq; diuinum. [filios tuos,] hoc est, habitatores, & particulares quæsq; personas, totamq; plebem Iudaicam, tibi quasi matri ac metropolisi subditam. [quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas] id est, multū affectuose atq; solicite. Nam inter pénata animalia uidetur gallina p̄cipuum habere affectionem & curam ad suoruī nutritionem ac defensionem pullorum; ideo quoq; similitudinem ponit gallina, quia gallina est animis fructuosa, quieta, & domesticasie Christus nobis fructuissimus, quietus, socialisq; fuit, inter homines conuersando, atq; p̄ eos moriendo. [& noluiti] taliter congregari, sed mihi & legatis meis, quos misi ad te, fuisse rebellis. [Ecce relinqueret uobis] id ē, ad uestram punitionem ac confusione pro tantis peccatis. [domus uestra deserta,] i.e. templum ac habitaculum uestra penitus destruūtum, quod per Titum & Romanorum exercitum quadragessimo secundo anno post Christi passionem impletum est, quemadmodum antea fuit prophetatum: Ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce uenturo, & usq; infipsal. 68. nem persevererabit desolatio. Et in Psalmo: Fiat habitat eorū deserta. [Dico enim uobis, non me uidebitis amodo] id est, ab hora hac, excepto tempore passionis, iuxta quem sensum alibi scriptum est: Nemo uult videū eum amplius interrogare, cum certum sit, q̄ paulopost, tempore passionis, eum interrogauerunt. Vel, amodo, id est, tempore huius hebdomadae, [donec dicatis] i.e. in initio prop̄ euidentiā r̄ei. [Benedictus] est Christus qui uenit in nomine domini. [qd erit in die iudicii, quādo uidebit in quem cōponerunt, & cōsitebunt] q̄ ipse fit Christus salvator & iudex mūdi: vnde in passione dixit Iudei: Amodo uidebit filium hominis ueniens in nubibus cæli. Porro si exponatur de spūi uisu per fidem, tūc aliqui Iudeorum post Christi resurrectionem conuersi, contemplati sunt Iesum, dicentes: Benedictus qui uenit in nomine domini. In fine quoq; seculi omnes cōuertentur, & dicent hoc ipsum. Venit ipse Christus in mūdum per incarnationis mysterium uenit in corda fidelium per gratiae infusionē, & spiritualē ac inuisibilem missionem uenit etiam omni die in sacramento altaris.
- SERMO II. circa euangelium: Quod ecclesia, ut olim synagogæ, uiri sanctitate p̄fstantes missi sunt, & d̄ S. Stephani uirtutibus.

Ecce

DE S. STEPHANO PROTOMAR.

Fol. LVI.

- A** Ecce ego mitto ad uos prophetas & sapientes & scribas, Matth. xxiiij. Per Hierusalem, quæ interpretatur uisio pacis, designatur allegorice ecclesia militis, quæ modo p̄ fidem & sapientiæ donum, supnæ Hierusalem, hoc est, triumphatis ecclesia suauissimam pacem pro posse suo dulcif̄ cōtemplatur. Itaq; ut in veteri testamento Deus altissimus misit ad synagogam Iudeorum p̄phetas & sapientes ascribas, ita in novo testamento ad ecclesiam Christianorum prophetas ac sapientes scribas, q̄ misit & utiq; multo frequenter, multoq; abundantius fecit istud in novo testamento q̄ ueteri. Nam tēpus noui testamenti seu euāgelicae legis, tēpus gr̄æ appellatur, quia in eo Deus singularem gratiā & maximam misericordiam hominibus impartitur. Etenim postq; Deus factus est homo, ipse p̄cepit coepit homines facere deos, i. diuinos per supnōrum infusionem charismatum, hoc est, per gratiā, uirtutes, ac dona spūsancti. Propter qd scriputum est: Maxima & preiosa nobis dona donauit, ut p̄ hæc efficiamur diuinæ consortes na. 1. Pe. 2. tura. Misit igitur Deus omnipotens ad ecclesiā prophetas & sapientes ac scribas. Primo, qm̄ sanctos apostolos, qui omnes gratiam prophetæ excellenter habebat, & sapientissimi extiterunt, utpote profundissimi contemplatores Dei ac supnorum, in lege queq; tam Mosaica q̄ euāge lica fuerit doctissimi: Hos, inquam, quos primo misit ad synagogam, dicens: In uia gentium Mat. 10. me abierts, qd ante passionē suam loquutus est, quibus & post resurrectionē suam fatus est in Actib. Eritis mihi testes in Hierusalē & in oī Iudea & Galilæa & Samaria. Hos post resurrectiōnem suam misit in mundū universum ad cōuertendum gentilitatem, dicens: Euntes docete. Act. 1. omnes gentes. Hinc Paulus & Barnabas leguntur dixisse Iudei: Vobis oportebat primū loz omnia gentes. B qui uerbum Dei sed quoniā repulisti illud, ecce cōuertimur ad gentes, sic enim p̄cepit nos bis dñs. Nec solos apostolos, sed & alios multos ex Iudaismo conuersos, & prophetæ spiritu decoratos, sapientia quoq; multiplici desuper illustratos, misit ad ecclesiā Deus, inter quos fuisti sanctus Silas, Marcus ac Lucas euāgelistæ, multiq; alij, quoq; aliquos in suis epistolis exprimit Paulus, & quidam ex septuaginta duobus discipulis ad gentiles missi fuerunt. De quibus omnibus loquitur Deus æternus: Mittā ex eis qui salutati fuerint, ad gentes in mare, in Aphram & Lydiam, in Italiā & Græciam, ad insulas longe, & annunciant gloriam meā gentibus. Secundo misit Deus ad ecclesiā prophetas & sapientes ac scribas, quoniā multos ex genitilitate conuersos, multiplici atq; mirabilī gratia adimpleuit, dando eis non solum gratiā gratiū facientem, uirtutes infusas, & septem dona spūsancti, sed etiam copiosa dona gratiā gratiū data, uidelicet gratiam prophetæ, sermonem sapientiæ, sermonem scientiæ, genera lingua rum, operationem miraculoz, discretionem spirituum, inter quos inclite splendorunt beatissimi uiri, Dionysius, Ignatius, Polycarpus, imo in libro de diuinis nostris refert diuinus Dionysius, q̄ beato Hierotheo ex gentilitate cōuerso, tam copiosam gratiam, tamq; profundam sapientiam p̄fstitit Deus, q̄ etiam gloriōsi ac summi apostoli inde fuerint admirati. Hos itaq; ad ecclesiam misit Christus, quia fecit eos Christianorum multorū magistros ac præfules. Deinde post istos qui in primitiva fuerunt ecclesia, misit ecclesia suæ alios viros sanctissimos sapientesq; ualde, & in lege noua doctores, puta Martinum, Nicolaum, Antonium, Hieronymum, Ambrosium, Augustinum. Et deinde usq; in præsens sapientissime, imo frequenter secundum ordinem sapientiæ suæ, misit Deus ecclesia suæ viros propheticō spiritu, sapientia ac doctrina p̄claros, ut sanctum Germanū, B. Bernardum, electum Frāciscum, S. Dominicū, multosq; tales. Sed heu infidelium Iudeorū p̄ uitatem sequuntur sunt, imo quotidie adhuc sequuntur multi nomine Christiani, qui supiores suos & viros bonos, à quibus reprehēduntur, gravant & psequuntur, odiunt & diffamant. De talibus scriptum est: Odio habuerunt corripētum, & loquentem perfecte abominati sunt. Iste sunt similes canibus furibundis, qui à dñs suis nequeunt refranari, sed mordēt in eos. Deniq; quia etiā in ecclesia multi sunt uocati, pau. 20. ci electi, Christus cōdolens ecclesiæ, ait ad eā: Hierusalē, quoties uolui cōgregare fū. Matt. 23. Ilos tuos, quæadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluiti! Alea equidē Christi, sunt potestia & misericordia eius, sub qbus protegit suis electos. Vnde oravit p̄pheta: Sub umbra alas tuas, protege me. Sub his alis protegi cōgregari, renunt multi nomine Christiani, hoīes praua cōsuetudine uicti, duri & obstinati, Deo uniti nolentes, sed uitijis inharentes, supbi, libidinosi, auari, leues, & dissoluti. His ergo domus eoz desertare relinquuntur, quia eorū cōsta dā spiritus sancti inhabitatione priuantur. Ab hoīis nos abstrahamus consortio, & beatissimi protomartyris Stephani sequamur uirtutes, quatenus sicut ipse Christo firmissime ac fidelissime pro prorsus adhæfit, & sub eius confugit alas, non de uiribus aut meritis suis præsumens, sed totam spem suam ponens in Deo, iugsterq; auxiliū & processum uirtutum depositis ab eo: ita & nos Christo Dei filio, à quo Christiani uocamus, stabiliter adhæreamus, ab eo protegi, adsequari, ac perfici incessabiliter deprecemur, eius obseruemus p̄cepta, uitantes peccata mortis.

k ij sa

D. DIONYSII CARTHV. SERMO III.

zalia, imo & pro posse uenialia, quæ nisi diligenter uitentur, ad mortalia trahunt peccata. Præ dæterea, q̄ gratiosus, virtuosus, emens ac pfectus fuit B. Stephanus, Lucas euāgelista Actuum sexto septimoq̄ cap. compendiose describit. Primo etenim ibi laudatur à plenitudine gratia, & de hoc in præsenti sermone tractatum est, & nunc modicum quid addendum. Népe ut Ari stoteles docet, in omni genere seu ordine aut multitudine rerum, primum est maximum, hoc est, in ordine suo perfectissimum, sicut in ordine corporum lucidorū sol est maxime lucidus, et in ordine calidorū ignis potissimum calidus est. Quoniam ergo benignissimus Deus elegit beatum Stephanum in primicerium martyrum, ita q̄ in euāgelica lege primum est qui pro Christo saginum fudisse, ac mortem legitur pertulisse hinc constat, q̄ ualde speciali eminentiā gratia perfectionis, à Deo sit decoratus. Secundo laudatur à plenitudine fortitudinis spūialis, quā in suo martyrio mirabiliter declarauit. Comprehensus enim à ludicis, non expalluit, non ex Mat. 10. pauit, non tacuit, implens quod docuit Christus: Nolite, inquiens, timere eos qui corpus occidunt, sed testimonis perhibuit ueritati cōstantissima mente, sceleratissimosq; ludicos increpauit iustissime atq; acerrime libertima uoce. Exiuit ad mortem animo imputurbato: & cū un dīq; vulneraretur, non est lapsus à mentis constantia, imo plus doluit de lapidātū se culpa, q̄ de propria morte. Hæc est uera fortitudo iustorum, sic stabilitum esse in Deo, ut nulla p̄spec ritas, nulla aduersitas mentem auertere posset ab eo. Propterēa S. ait Gregorius: Iustorum fortitudo est, carnē domare, proprijs uoluntatibus repugnare, delectationē uitæ p̄scantis extingue re, huīus mūdi aspera pro p̄mījs æternis diligere, prospicitatis blandimenta cōtemnere, aduersitatis metū in aīa superare. Porro impiose fortitudo est, transitoria incessanter diligere, contra creatoris flagella insensibiliter perdurare, ad inanem gloriā & temporalē honorem iugis aspirare, bonos p̄sequi, proprijs uiribus inniti, atq; illatas iniurias pro posse ulcisci. Hanc prauam fortitudinem asp̄nemur, & electorum fortitudinem amplectamur, superando nosipso. Nam Matt. 11. ut ait saluator, Regnum cælorum uīm patitur, & uiolenti rapiunt illud. Salomon quoq; Melior, inquit, est patiens uīro fortis: & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Tertio, B. Stephanus cōmendatur ab excellenti uirtute, & gratia miraculosa. Fecit enim prodigia & signa magna in populo. Vnde & sanctus recitat Augustinus, q̄ flores sup altare. S. Stephanus post nebatū & inde sublati, super infirmos sunt positi, & protinus sanabantur infirmi. Panni quoq; de eius altari accepti, & sup ægros positi, multis infirmis cōtulerunt medelam. Insup Augu Bernard. stinus testatur, & beatus Bernardus hoc ipsum allegat, q̄ glorioſissimus Stephanus protomartyr post suam passionem sex mortuos fuscitauit. Tantum ergo martyrem diligamus, ueneremur, & inuocemus, eius charitatem, fortitudinem, pietatem, aliasq; uirtutes iugis initemur. Discimus etiam cum eodem spiritualiter miracula operari, cæcos illuminando, surdos curando, claudos sanando, inottios fuscitando. Sic namq; cæcum illuminat, qui errantem & uitios obnubilatum, ad uiam ueritatis ac salutis reducit: & qui eum qui uerba Dei audire auribus mentis non curat, inducit ad hoc, q̄ libenter audit uerba Dei, is curat surdum: sanat quoq; & claudum, qui iniustum & pigrum uerbo, exemplo, oratione, aut alio modo ad amorem inducit iniquitatem, atq; diuinā alacritatem obsequit. Qui uero quempiam in mortali culpa fecit ad peccantem reuocat, mortuum fuscitat. Hæc itaq; faciamus, gratiam nobis collatam, proximis communicando, quia ita dicit Iacobus: Qui conuerterit fecerit peccatorem ab errore uia sua, saluat anūmam eius à morte, & operit multitudinem peccatorum.

SERMO III. De sapientia & correptionis utilitate, de inimicorum dilectione, p̄reconijsq; sancti Stephani.

OMNES qui sedebant in concilio, uidebant faciem Stephani tanq; faciem angelī. Actuum sexto. Sicut in Actibus apostolorum recitat beatus Lucas euāgelista, cum post Christi ascensionem & spiritus sancti missionem quotidie creceret numerus Christianorū in sancta ciuitate Ierusalem, quia per prædicationem atq; miracula apostolorū, plures quotidie conuertebantur ad Christū, etiā de cōsilio beatissimorū apostolorū ordinati sunt septem primi diaconi, inter q̄s p̄cipuus fuit B. Stephanus. Propter quod Lucas de eius sanctitate, sapientia, passione, specialiē scribit in Actis. Vbi sicut in p̄cedentib; est tactū sermonibus, de multis ipsum commendat, uidelicet de plenitudine fidei & gratiae ac fortitudinis, de excellentia miraculorum, quia signa & prodigia magna fecit in populo. De quibus beati Stephanus laudibus & uirtutibus in p̄reinductis sermonibus dictum est, nunc reftat de cæteris eius p̄reconijs atque uirtutibus à Lucas euāgelista descriptis, quod Deus cōcesserit, loqui. Itaque post p̄redicta, primo laudat eum Lucas ab excellentia sapientia sibi collata. Nam quod Christus in euāgelio suis promisit discipulis: Ego, inquiens, dabo uobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij uestrī, in sacro leuita Stephano copiose fuit impletum, quo

niam

DE SANCTO STEPHANO.

Fol. LVII

A niam infideles Iudei sapientię eius resistere non ualebant. **¶** Porro sapientia est cognitio creatoris dei altissimi. Loquī autem sacra scriptura de multiplici sapientia. Primo de sapientia æterna & incréata, quæ est deus omnipotens. Secundo de sapientia creata, quæ est multiplex ualde. Est en sapientia naturalis & acquisita, quam habuerunt excellentiores philosophi, quæ est cognitio priuatae causæ diuinarumq; rerum, uidelicet dei ac diuinorum. De qua sapientia Aristoteles in meta physica sua tractat, & de qua in libro de causis, in Timœo Platonis, in Elementatione theologiae Proclī Platonicī agitur. Hæc sapientia est cognitio dei, ad quam ratio naturalis ex consideratione creaturarum potest pertingere. Nam sicut causa ex suis effectibus, sic creator ex creaturis potest cognosci. Propterea dicit: Vani sunt omnes homines, quibus non subest scientia dei, & de his quae uia Sapientia. 13 dente bona, non potuerunt intelligere eum qui est. A magnitudine enim speciei creature poterit creator cognoscibiliter uideri. Quibus uerbis concordat illud Apostoli: Inuisibilita dei à creatura Rom. 1. mundi. i. ab homine per ea quæ facta sunt, conspicuntur: sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas. Alia est sapientia creata supernaturalis, quæ iterum duplex est. Vna infusa, quæ etiam haberi non potest, nisi per infusionem spiritus sancti. Et ista proprie appellatur unum & primum donum inter septem dona spiritus sancti. Estq; sapientia ista amorosa cognitionis dei, per quam de ipso bene sentimus ac iudicamus, per gustum sue bonitatis, & per connaturalitatem nostri affectus ad ipsam. Alia sapientia creata supernaturalis est unum de donis gratiae gratis datur, quæ sapientia haberi potest à bonis & malis, & item per infusionem à deo, per acquisitionem quoq; studio exercitij humano. Hæc est sapientia quæ in libris sacrae scripturæ continetur ac discitur. Estq; cognitionis scripturarum, per quam scit homo ea quæ sunt fidei Christianæ defendere, persuadere ac declarare, de q̄ ait Apostolus: Alij per spiritum datur sermo sapientie, alijs sermo scientie. Hæc sapientia quanuus 1. Co. 12. ex scripturis nunc addiscatur, tñ originaliter non nisi à deo per reuelationem & infusionem est habita. Subinde S. Stephanus in utraq; hac sapientia fuit ualde excellens. Sapientia nāq; quæ est unū septem donorum spiritus sancti, habetur ab omnibus in charitate & gratia existentibus secundū aliam gradum, & quanto quis in diuino plus crescit amore, tanto in sapientie dono plus proficit. Quemadmodū ergo primicerius martyrum Stephanus in dei ac proximorum charitate fuit ualde excellens, ita in dono sapientie fuit prefulgens. Quām excellēt uero habuerit sapientiam alteram, utpote diuinarum nostriarum scripturarum, cōstat ex his quæ Actuum vij. continent. Nempe ut ibi describitur, cum uisio Iudei sapientie Stephanii resistere non ualerent per rationem ac sapientiam, studuerunt ei resistere per uiolentiam ac humanam astutiam. Nam submiserūt uiros testes mendaces, qui dixerunt: Nos audiūmus Stephanum istum proferre uerba blasphemie contra deum ac Moysen. Commouerunt itaq; plebs & seniores: sicut concurrentes, rapuerunt Stephanum, & adduxerunt eum in suum concilium, statueruntq; falsos testes, dicentes: Homo iste, si Stephanus non cessat loqui aduersus locum hunc sanctum & legem. Tunc B. Stephanus se ratiocinabiliter excusat, & longas ueris testamenti historias ac scripturas compediōfissime allegavit. In quo declarat quām doctissimus fuerit in scripturis, & forsitan ante susceptionem spūis sancti doctus fuit in lege, quemadmodum Paulus. Deinde secundo laudatur S. Stephanus ab excellētia angelici apparatus, atq; splendoris in eius tunc facie apparentis. Cum enim tam falle accusatus fuisset, non est uultu aut corde turbatus, non ira aut impunitia motus, non pallore aut timore perfusus, sed mente constantissimum fuit, securus, imperterritus & iucundus, in deo tranquillissimo ac splendente uultu ornatus, ita q̄ omnes in concilio illo malignantum existentes, uiderunt uultum eius esse angelicum, nec tñ ex hoc conuersti aut compuncti fuerunt, sed inuidia magnitudo excauit corda eorum, feceruntq; eos pessime iudicare de illo. **¶** Deniq; ex tanta claritate in uultu sancti Stephanii sensibili apparēte, perpenditur, quām p̄eclara ac mira fuerat mentis sine interior puritas, gratioſaq; claritas, innocentia, sapientia atq; perfectio. Ex qua etiam re eminentia Stephanii demonstratur, quia in tota scriptura canonica non legitur homo talēm habuisse uultum in terra corā hominibus, nisi Christus in transfiguratione, Moyses quoq; ac Stephanus. Veruntamen in alijs scripturis fatis authenticis tale quid de multis legitur sanctis, sicut de beatiss. principe apostolorū Petro, Mar. 9. de diuino Dionysio, de sacratissimis Catharina ac Barbara, & alijs ualde multis. Tertio sanctus Stephanus commendatur à strenua adimpletione p̄cepti de fraterna correptione. Cuius impletionem negligunt multi ex humano timore, imo pauci proh dolor p̄ceptum hoc impletūt ueraciter, id est innumerabiles condemnantur. Sed talis non exitit Stephanus, siquidem in medio hostium stans, & ab eis se mox occidendum perpendens, constantissime eos redarguit, dicens: Dux Act. 6. atra ceruice & incircuncis corde & auribus, uos semper restititis spiritu sancto &c. sicut in expostione lectionis innotuit. Hanc itaq; S. Stephanii iustitiam, cōstantiamq; sequamur, nec proximorum palpemus defectus, sed charitatibus ac iuste reprehendamus, cum sanctus afferat Augustinus: Si cor Augusti, ripere neglexeris, peior eo qui peccauit, efficeris. Veruntamen in primis reprehendat, castiget, emendet unusquisq; seipsum, ut alios increpare sit idoneus: quia ut sancti patres testantur, qui in eisdem aut maioribus sunt peccatis, alios reprehendere sunt indigni. Nam & charitas incipit à seipso. Prae k. iij. tercua

D. DIONYSII CARTHUSIA. SERMO III.

terea qui corripitur, patienter, grata ter & charitati debet accipere, scilicet omnino ad emendationem exponere. Quod utique verae prudentiae signum est, sicut & stoliditatis indicium est & arrogantiæ opus, corripienti irasci, indignari, detrahere, correptionem abducere. Hinc Salomon loquitur.

Pron. 11. tur. Qui diligit disciplinam, id est, correctionem & informationem, diligit scientiam. Qui autem odie Sapientiam, increpati, insipiens est. Et alibi protestatur: Qui abiicit disciplinam, despiciat animam suam; quid Eccl. 10. autem acquiescit increpati, possessor est cordis. Ex scriptum est: Quam bonum est correptum manifestare poenitentiam, sic enim effugiet peccatum. Vnde igitur Ihesus qui nec a parentibus, nec a superiорibus, nec a sapientioribus corripi volunt, sed impunite ac libere transgredi, imitantes diabolus.

Ubi. 14. lum, qui ab initio recusauit subesse. Quarto signifer martyrum Stephanus commendatur à sublimitate aquae insolita visione, qua inter impios stanis, uidit caelos apertos & gloriam dei ac Iesum stanum à dextris patris eterni. O quanta fuit puritas, quanta dilectione, quanta perfectio animæ huius invictissimi martyris, qui adhuc uiuens in carne mortali, ad tam altam ac californem perductus est usque in seculo isto sic meritis certificari de felicitate futura, sic pragustare, sic intueri candeat, immo & eius obiectum beatissimum & eternum. Quinto laudatur à sua charitate perfecta, à patientia summa, ab oratione praeservanda. Pro suis eternis crudelissimis interfectoribus flexis genibus exorauit stanis, pro seipso, in quo pareret, spiritaliter ac seruenter illos dilexit, quam patienter mortis supplicium ab eis sustinuit. Sed ut nobis, ut peruerstatisbus, auerstibus & impatientiis nostris, qui nec propter deum, nec pro nostra salute, nec propter peccata nostra, aliquid uolumus pati, immo pro uno uero turbam, indignamur, irascimur, atque nosipos ulciscimur, esti non opere, tamen affectu: pro modica quoque offensa, magnam si possumus, vindictam inferimus. Vbi est timor dei?

March. 6. ubi consideratio futuri iudicij: ubi quod quotidie in oratione dominica dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimicimus debitorib. nostris? Vnde ait saluator: Cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem: quod si non dimiseritis, nec pater uester celestis dimittet uobis peccata uesta. Nec sufficit coram deo iniuriam illatam dimittere, sed oportet & iniuriantes diligere, & benefacere ipsi, atque ex corde orare pro eis, quemadmodum præcipit Christus.

Matt. 6. Diligit inimicos uestros, benefacite Ihesus qui oderunt uestros, & orate pro persequenteribus ac calumniis, antibus uestros. Semper enim remittenda est iniuria seu offensa quantum ad culpam, emendatio etiam seu satisfactio exigit secundum processum ac ordinem iuris, quamvis uirtuosius & deo placentius sit, ipsam quoque satisfactionem amore Christi dimittere, nisi forsan ex tali remissione iniurator sit ad iniuriandum audacior, aut bono recipi, inde immineat damnum, aut ipsa iustitia Bernardi patiatur iacturam ac suppeditetur. Nam ut sanctus ait Bernardus, sicut condolendum est fratribus peccantibus, ita est compatiendum iustitiae, que tam impudenter ac impie conculcasur. Postremo patientia est uirtus moralis, qua in aduersis passionem tristitiae refrenamus. Non ergo propter aduersa inordinate tristemur, immo potius gloriemur in eis, in quantum aduersa sunt nobis tam multipliciter ineffabiliterq; salubria, dummodo ea intuitu & amore dei æquanimiter toleremus. Nam per ea purgamur à uitij, præparamur ad gratiam, & crescimus in eadem, Christo propter nos passo assimilamur, à futuris penitencipimur, atque ad sempiternam beatitudinis brauium compendiosius peruenimus. Itaq; in praetatis virtutibus beatissimum primicerium martyrum imitemur, præfertim in charitate & patientia & orationibus, p. inimicis. Imo ut hoc agere ualeamus, beatum protomartyrem Stephanum intuemos, ut nobis gratiam hoc agendi impetrare dignetur.

AD RELIGIOSOS.

Sermo IIII. De scandalo non praestando, & quid sit plenaria esse spiritu sancto & fortitudine.

Stephanus plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo. Actuum 6. In omni genere primum dicit esse maximum sue potissimum, idcirco beatum Stephanum primicerium martyrum seu protomartyrem, hoc est, primum eorum qui in euangelica lege a tempore pro Christo proprie sponte martyrium passi sunt, deus tanta diuinorum charismatum excellētia decorauit, ut ei æqualis uix uideatur inter martyres solum. Deniq; quod eius sanctissima uita, sapientissimæ doctrina, uiurentum emulmenta, uictoria res passio, in scriptura canonica ab uno euangelistarum tam lucide describuntur, nonne celesti preconio plenum est? Quid ergo ait de eo cuius angelista? Elegerunt, inquit, Stephanum plenū fide & spiritu sancto. Et paulopost: Stephanus plenus gratia & fortitudine &c. multaque alia, ut nouis charitas uesta. Et quoniam plenus fuit fide & gratia, fecit copiosa miracula, sicut & boni testimonij, & inter septem primos diaconos fuit primus. Et recte plenus gratia & fortitudine suisse describitur, quoniam tam ad bona agenda, quam ad malam perferenda desperaverat. In Ihesu itaq; quæ de eo scribuntur, ipsum quantum ad nostram spectat uocationem, sequamur si quilibet nostrum boni testimonij, utpote exemplaris, ne cōuenit aut aliquæ de conuentu seu alium quæcumque scandalizet. Nempe qui in aliorum presentia mala agit, tantos quantum in se est, occidit aut laedit, à quantis male agere cernitur. Hinc qui in cōgregatione uersat, aut cum magno sui ac aliorum periculo male se habet, aut cum gradi sui & aliorum profecto.

DE SANCTO STEPHANO.

Fol. LVIII

¶ pfectu bene se regit. Sit igitur unusquisque in cunctis que agit, circumspectus, diligens, timoratus, quæ genus & decum honoris, & subiuncti operis salutem, & proximos suos edificet, & præsertim puerum Matt. 18. et scandalum est uitandum. Noli illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Nemini demus Ro. 14. ullam offensionem, ut non uituperet ministerium nostrum. Pensamus quod ait Apostolus Peccan. 1. Cor. 6. tes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Christus etenim pte 1. Cor. 8. stat: Quod uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Qui rufus terribiliter cōminatur: Qui scan- Matt. 15. dalizauerit unum de pusillis istis, expedie ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demerga Matt. 18. eum in profundum maris. Benedictus est deo, fructuosis congregatio[n]is, & felix in spe, cuius uirtu-

tes aliorum uitia demoliriuntur, cuius matutitas aliorum levitatis & dissolutiones restingerit, cuius levitatem aliorum loquacitatem euellit, qui tanq; angelus pacis in medio fratrum pacifice ambulat, etq; sollicitus, ut de domo dei scandali tollat, discordantes concorde, charitate & pacem in omni bus sonet, ut de eo uere dicatur: Hic est frater amator, hic est qui multum orat pro plebe. Matt. 15. 2. Mac. 15.

¶ Præterea erubescat quisq; semper esse pusillus. Qui enim scandalizatur, teste Hieron. pusillus est. Hieron., Maiores namq; scandala non recipiunt. Sunt autem pusilli spuialiter infirmi, nondum in uirtutibus sta- bili, qui non ex malitia, sed ex infirmitate aut ignorantia scandalizantur. Religiosorum uero est in sapientia & uirtutibus semper proficere, aliorumq; facta, quantum fieri potest, in melius inter- pretari, p[ro]le excusare & alleuiare, atq; peccantibus condolere, ex aliorum quoque ruina fieri cauio-

rem. Sunt denum nonnulli malitiosi potius quam pusilli, ad iudicandum de alijs temerarij, q[ui] quicquid boni in alijs uiderint, parum aut nihil inde aedificantur, sed potius obscurare atq; in peius id trahere moluntur. Si uero malo quid in proximis deprehendunt, sciam dijudicare, deridere, con-

temnere, accusare, obloqui proni sunt, similes phariseis, de quibus ait saluator: Sinite illos, cecidi Mat. 15. sunt, duces cœcorum. Hi ne pereant, iuxta euangelica se emendent ac dirigant documenta, aduerter Mat. 12. tentes quod ait saluator: Bonus homo de bono cordis sui thelauro profert bona, & malus similiter Mat. 7. mala. Implicantq; quod præcipit idem: Nolite judicare, nolite condemnare. Quæcumq; multis ut sa- Luca 6. clant nobis homines, hac eadem facite illis. ¶ Insuper cum beatissimo Stephano simus pleni fide, A& 6. Nam teste Gregorio, iam qui credamus eot non sumus, quot veritatis testes habemus. Et quid te- Gregori, stilbus indigemus, qui in nobisipsis quotidie ueritatem fidei experimur? Sentit utiq; in seipso ois diligens dei scriuter, ois kerues religiosus, ois interiori suoq; prouidus cultor, qui in y[er]tibus exer- cet seipsum, q[ui] uera sint omnia Christi documenta, q[ui] nihil boni possit. Et habeat a seipso, quam gra- tiose & euidenter adiuuetur a deo, quam infirmus, durus & tardus sit ex se, quam fortis, seruens & promptus ex deo, quantum & quam multipliciter conetur eum diabolus a spirituali impedire, p[ro]se- cit, ab exercitijs retrahere uirtutis. Expertur qui talis est, quam magna & uera sit in euangelica le- ge & in perfecto Christiano synceritas, quam pura, irreflexa & integra ad deum conuerio, quam me- ra priuati amoris euulso, quam perfecta omnium carnerorum & carnalium aspernatio, & quam ple- na spiritualium ac diuinorum affectio. Cumq; ad istam perfectionem quis uenerit, & heroicus ac diuinus excederit, iam abundantissime experitur in se diuincrum influxum charismatum, operati- onem spiritus sancti, illustrationes diuinæ, inflammations supernæ, libertatem & familiaritatē, atque aliudsum unionem & deambulationem suæ mentis cum deo. Cum ergo ram certi simus de fidei ueritate, de uita præsentis breuitate, de diuini rigore iudicii, de perpetuitate & acerbitate in- fernalis supplicij, immo de magnitudine tormentorum purgatoriij, de eternitate quoq; & plenitudi-

ne cœlestium gaudiorum, quare negligimus? cur torpemus pigritijs? cur uillum temporis huius mo- mentum infructuoso expendimus, & non potius cum omni mentis vigilancia ac seruore deo obli- quimus; & ea quæ ordinis sunt, custodimus? A amplius studeamus cum gloriosissimo martyre Ste- phano esse pleni spiritu sancto. Siquidem spuianctus cum ueris sit deus, est in omnibus per effe- cti, presentiam & potentiam: in bonis uero per gratiam, & quanto quis gratia ac uirtutibus pleni- or est, tanto est plenior sp[iritu] sancto. Plenus est sp[iritu] sancto, in quo nihil sui habet diabolus, qui eius suggestiūlibus in nullo cōsentit, & si in aliquo uenialiter peccet, de hoc quotidie penitet, seip[er] expur- get, & fortius proficit, copiosiusq; ditas muneras sp[iritu] sancti. Quicunque ergo à passioni immode- rantia est reformatus, exercitusq; habet sensus ad discretionem boni & mali, à priuato purgatus amore, & dei dilectione repletus, hic plenus est sp[iritu] sancto. ¶ Præterea cum inclito & uictoriöissi- mo Stephano simus gratia pleni, ut natura gratiae in omnibus subiungiatur, & naturales affectiones ac operationes dei gratia condiantur, spirituali amore formentur, & iuxta euangelicæ perfectio- nis tenorem ad dei gloriam referantur, ne ad aliquem sensualiter afficiamur, ne aliquid in se & p[ro]pter se, & non potius in deo & propter deum appetem, queramus autem operemur, sicq; in nobis omnis amor naturalis & socialis, spirituali subdatur amori, & eius additione ac directione merito rius sit. ¶ Postremo simus & fortitudine pleni, ea uidelicet fortitudine quæ est uirtus cardinalis, ut nec mortis timeamus pericula propter iustitiam, sicut ait, immo & iuber Saluator: Nolite timere Mat. 10. re eos qui corpus occidunt, ea quoq; fortitudine quæ est donum spiritus sancti, immo omni uirtute Ihesu, pleni esse conemur, ut uniuersis tentationibus & peccatis uiriliter reluctemur ac præualeamus.

Iij Simua

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO V.

Simus pleni humilitate, ne aliquo motu superbie supereremus; pleni mansuetudine, ne vincamur ab ira; pleni patientia, ne propter aduersa inordinate tristemus; pleni sobrietate & temperantia, ut in cibo & potu moderamen seruemus; pleni iustitia, ne adulazione, munusculo, fauore emolliatur cor nostrum, & a medio ruat in obliquitatem peccati; plenum sit cor nostru filiali timore dei, cum in genti reuerentia caueat omnem deitatis offendam, & omnem ipsius custodiat uoluntatem; plena sit nostra uoluntas diuino amore, ut quicquid ad complacendum deo, ad obtinendum beatificam uisionem ipsius nobis accommodum est, hilariter amplectamur & accendamur in dño, ei iugiter propter se adhaerentes, propter ipsius honorabilitatem eum coleentes ac uenerantes, atque ex puro amore, non ponamus formidine aut premissa intuitu, et in oībus semper obedientes, & superrogatorie seruientes.

Sermo V. De seruanda patientia ac mansuetudine, & quā suas quisq; non alterius, infirmitates consideret.

Viderunt faciem eius tanquam faciem angelii. Actorum 6. Gloriosa dicta sunt de te o p̄æclarissime protomartyr altissimi, & quis poterit singula satis mirari aut digne laudare! Ecce cum staret hic sanctus dei in medio hostium suorum letalium, stientium sanguinem ipsius, nequaquam expauit, nequaquam expalluit, uultus eius non tristi colore perfusus est, sed angelico splendore uestitus, supernaturali lucunditate ornatus. Et quantus fuerat fulgor mentis, quantu[m] abundantia interiore illustrationis, quanta alacritas, tranquillitas, constantia & libertas cordis, in corporali ipsius a Bernardo, paruit uultu. Nihilo minus sicut tangit Bernardus, magnitudo inuidiae hostium eius sic eorum cor da cœcauit, q[uod] ex tanto miraculo non sunt compuncti, nec tantam gratiam attenderunt. Quid ad Ps. 13. 6. hæc nos pusilli dicemus, qui ex sonitu folij formidamus, & illic trepidamus timore ubi non est timor? si in Capitulo nos reprehendens putamus, timemus ita diligimus nos in nobis, q[uod] proprie salutis metuimus, q[uod] ea quæ nobis saluberrima sunt refutamus, q[uod] in hac uita modice in honori, eo fundi, aspernabiles apparet uenimus, cum tñ si uere sapientes, uere timorati, humilesq; essemus, cu[m] peremus utiq; pro nostris defectibus atq; excellib[us] quotidianè acriter ac publice increpari, debite castigari: imo & quis non essemus culpabiles, tñ desiderio aliquantulæ cōformationis dñicæ passionis, o[mn]i aduersitatem, persecutionem, accusationem, tribulationem, correptionem & correctionem, aequaliter patremur, deo regnantes quod calice electorum suorum nos poterit. Siquidem omnes q[uod] deo placuerunt, per multas tribulatiōes transierunt fideles. Et multa tribulationes iustorum. De Psal. 33 nisi quidam adeo sunt peruersi, & suis auersionibus ac passionibus sic obtenebrantur, quod instar illorum obstinatissimorum Iudeorum, quicquid devotionis, probitatis ac bonitatis in ijs contra quos tentantur, conspexerint, totum dissimulant & pervertunt, atq; in peius interpretantur. sic me Chrysostomus, inuidia, ira, impatientia, miserum obtenebrant hominem. Cumq; Chrysostomus dicat: si perfecte oderis aliquem, quicquid agit displicet tibi. Et si bona sunt quæ agit, tamen tibi mala uidetur. Videat sibi isti qui de proximo iudicant tam peruersi, ne coram deo inueniantur uera charitatis expertes, atque inuidia tabescentes. Haec autem peruersitas hinc contingit, quod proprias defectuositates, culpas, errorum, uitiositates, pericula non aduentunt, non ponderant nec deplorant. Religiosus ergo secundum quod condecorat monachum, considereret, discutiat, dijudicet, accuset, contemnet corrigatq; scipio; & si tantam in scipo dispergientiam ac incerorem habebit, tandem habebit agere cum scipo, rot in se miseras, periculostates, excessus inuenient, quod alias non turbabit, non obseruabit, neq; despiciet, imo comparatione sui omnes arbitrabitur iustos. Preterea quantus fuerat in sacratissimo Stephano zelus iusticie, quam feruens dilectione proximo, quam ingens detestatio prauitati, innotescit ex reprehensione illa liberissima, qua aduersarios Christi in Actu 7. crepauit, dicendo: Dura ceruice & incircuncisi cordibus & auribus, uos semper resistitis spiritui sancto, sicut & patres uestris. Quem prophetarum non sunt p[ro]secuti patres uestris & occiderunt eos qui prouinciauerunt de aduentu iusti, cuius uos nunc pditores & homicidae fuistis. Ecce q[uod] imperterrita mens, q[uod] ardenter, deitatis affectus, q[uod] plenissimus Christi amor, ex quibus p[ro]fluixerunt haec uerba, quæ ardebat ut facula. Nouerat quippe gloriösus iste athleta, duros & obstinatos atq; incredulos esse acriter reprehendendos; & maxime q[uod] fidei requirit defensio, utendum est h[oc]mō increpari. Sic iusti & uirtuosi praelati in uerecundos & rebellis reprehendere debent, & rigore compescere, q[uod] pietate lucrari non possunt. Ex isto quoq; docemur, sicut & sanctus tangit Fulgentius in sermone, quod quanu[m] interdum asperis r[ati]onib[us] incepemur, non tñ estimare debemus talen[u]m reprehensiōem ex mala radice procedere, nec eam aspernare, sed patienter atq; grata[n]t scipio. Quemadmodum enim grauiora corporis uulnera acrierib[us] medelis, ut pote aduessione, incisione aut sectione curant, sic & maiora peccata duriorem exigunt correptionem. Veruntamen quidam uera sapientia delituti, uera patientia & humilitate priuati, nec de suis excessibus efficaci poenitentes, imp[er]fici morum illorum sequuntur insaniam Iudeorum, de quibus Lucas ait: Audiētes haec, ut pote increpati, prefatam, dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Sic quidam irreligiosi a suis patribus iustissime reprehensi, protinus conturbantur ira, indignatione, amaritudine, non cōpunctione, humiliatione, gratiarū actione replentur, isti de remedio sunt peiores, & more phreneticis.

DE S. IOHANNE EVANGEL.

Fol. LIX.

Ametici insurgunt in medicum, imo nonnulli tantis peruersitatibus obfuscatur, ut nec medios cremer, dulcē & leuem correptionē, seu etiā admonitionē & quā animiter ferant, q[uod] utinam uocatis onem suam aduerterent. Quid autē post introducta refert de iniuditissimo ac ardentissimo Stephanu[m] ueritatis scriptura? Cū, inquit, esset Stephanus plenus spiritu sancto, intendes in celū, uidit gloriam dei, & Iesum stantem à dextris uirtutis dei, & ait: Ecce uideo cælos apertos, & firmū hominis stantē à dextris uirtutis dei. De intelligentia verbōrū istorū, de excellentia uisio nis istius, de perfectione tantæ contemplationis plurima dici possent, de quibus sup Actus apostolorum quod dominus dedit, scripti. Nunc uero non est talibus immorandum, sed ex iis ue rissime innotescit beatiss. huius martyris eminentia. Insuper, quā perfecta & summa fuerit paientia eius, constat ex eo quod dum lapidaretur ab impijs, nequaquam contristatus aut mos tus est contra eos, sed plenissime ad eos ostendit dilectionem & quod reprehensionem illam acutam, non ex auersione, sed seruētissima charitate ptulerit, declarauit in facto. Nempe dum istib[us] lapidū undique uulnerebatur, & morti p[ro]ximus esset, statim pro seipso orauit: flexisq; genibus, pro lapidatoribus deprecatus est, dicens: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Quo dicit, obdormiuit in domino. Vere sicut sanctus ait Bernardus, quis audiuit unquam talē, & Bernardus quis uidit huic consimilem? seruentius atq; humilius orat pro tam crudelissimis & iniustissimis interfectoribus suis, quā pro seipso. O quā excellenter & propinquissime imitatus est iste discipulus suum magistrum. Ille etenim diris clavis affixus partib[us], in dolore constitutus gravissimo, patrem pro crucifixoribus exorauit, dicerido: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt, ita & martyre iste fortissimum exemplo sui regis ac magistri cum stans orasset pro se, possestis genibus non solum orauit, sed & uoce magna exclamans, dixit: Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Voce magna clamauit, uoce utiq; deuotissima, affectuosisq; p[ro]p[ri]issima, quā niam de illorum peccato magis quam de proprio supplicio doluit. Et hoc erat mirabile, quod tam grauissime sauciatus, alta potuit uoce clamare cū inciperet expirare. Hoc namq; uerbo pro latore, mox spiritum exhalauit, & in hoc quoq; imitatus est suū magistrum, qui magna uoce clamauit, dixit: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Quod cū dixisset, inclinato capite tradidit spiritum. Postremo, in horum consideratione redeamus denuo ad nosipos, q[uod] tenus opposita iuxta se posita, euidentius innotescant. Ecce charitatem, patientiam, perfectio nem protomartyris summi audiuimus, iam propriam peruersitatem, impatientiam, defectuositatem consideremus, desleamus & emendemus. Si quis modice forefecerit nobis aut durus quid cōtra nos loqui ausus fuerit, nō iam flexis genibus pro ipso orabimus, sed complisis potius manibus ei minabimur, ad præsidentē festinabimus quasi furentes, ad conquerēdum ut tantæ iniuriae retributio fiat: & nō intelligimus miseri insaniam nostrā, uehementiā passionis, impudentiam actionum, immenitatem imperfectionum nostrarum. Redeamus ergo præuaricatores ad cor, & tanti sancti exemplo patientiam, mansuetudinem, charitatē discamus, atq; in omni uirtute quotidie crescere enitamur. Ad laudem & gloriā domini nostri Iesu Christi, qui cum patre & spiritu sancto unus est deus omnipotens & æternus. Amen.

CONFESSIONARIA loco epistolæ. Qui timet deū, faciet bona. Ecclesiastici 15. Nlectione hac, quæ hodie loco epistolæ legitur, edocentur uirtutes, proprietas, & opera uiri sapientis ac iusti. Et quia hæc in beatissimo Iohanne excellerunt, merito lectio ista in eius solennitate in officio legitur Missa. Itaq; in Ecclesiastico dicitur: [Qui timet deū] filiali timore, [faciet bona]. i. opera uirtuosa ac meritoria. Talis etenim timor ex charitate procedit, & facit uita re culpā, ne deus offendatur, lte retrahit ab omissione & negligētia. Propter qd loquitur Salomon: Qui timet deū, nihil neglit. [& qui cōtinens est iustitia], i. tenet ipsius, seu tenaciter eā cōseruans, [ap]p[ro]b[et] illam. i. cō plenius obtinebit, & duseciter amplectetur eandē. Hinc ait Salvator: Beati q[ui] esurūt & sitiūt iustitiam, quoniā ipsi saturabuntur. Virtutes nanc[er]i augētur & p[ro]ficiuntur, [& obuiabit illi], i. prompta se offeret suo amatori. Quod ideo dicit, q[uod] omni ad uirtutes se disponēti, & qd in se est peragenti, deus liberalissime ac p[ro]p[ri]issime offert infusionē uirtutū, imo & eas infundit. Itaq; obuiabit illi, [quasi mater honorificata]. i. tanquā uenerabilis mater charitatue offert se suo amatori, eam continenter quæreti, iuxta ille sed quod scriptum est: Præoccupat eos qui se concupiscit, ut illis prior se ostendat. [Cibabit illum pane uite], id est, deus amatorē iustitiae spiritualiter nutrit uero sacra scriptura. Non enim in solo pane uiuit homo, sed in omni uerbo qd procedit de ore dei, ut ait Christus: & Mat. 4. intellectus] quia sacra scriptura optime reficit intellectum, [& aqua sapientia] salutaris pota: Luce 4. bit illum, id est, mētem eius reficit gratia & consolatione spiritus sapienti, Vnde ait Salvator: Qui

D. DIONYSII CARTH. SERMO I.

Iohann. 4. Qui biberit ex aqua quā ego dabo ei, non sitiet in æternū, sed aqua quā ego dabo ei, sicut in eo dō fons aquæ salientis in uitam æternam. [Et firmabitur in illo,] id est, qui taliter timet deum, in Mat. 24. deo roborabitur per virtutes, firmiter adhærendo eidem. [& non flectetur], i.e. rectitudine iustitiae nō diuerter, sed perseverabit usq; in finē, si de numero fuerit electorum, etiam si ad tempus errauerit, finaliter pœnitentia, [& cōtinebit illum]. i.e. deus cōseruat in bonis, [& non confundetur], quem deus ita cōseruat, sed saluabitur cū electis, [& exaltabit illū apud proximos suos], i.e. deus honorabilem faciet eū, & sublimem corā hominibus. Vnde primo Regū loqua. **Reg. 2.** tur deus: Quidcunq; glorificauerit me, glorificabo eum; qui autē cōtemnunt me, erunt ignobiles. De apostolis quoq; Psalmista loquitur deo: Confites eos principes super omnem terrā. **Psal. 44.** In medio ecclie aperiet os eius, i.e. deus homini taliter timorato, sapienti, & iusto dabit gratiam alios instruendi, & dirigeat eum in illuminatione seu informatione hominum. [& impletabit eū spiritu sapientiae & intellectus], i.e. spiritu sancto & donis ipsius, uidelicet dono sapientiae, per qd cōtemplabitur deum, & eius suavitatem gustabit; dono etiam intellectus, per quod ea quæ fidei sunt, & rationes credendorū perspicet. [& stola gloria], i.e. ueste immortalitatis, seu felicitate æterna, [induet eum] post uitam præsentē, iuxta illud Psalmi: Gloriā & magnū deo Ita. 61. rem impones super eum. Et illud Isaiae: Induit me dorainus uestimentus salutis. Vel, stola gloria induet eum, i.e. sacerdotali ornata ac dignitate in uita hac. [Ucunditatem] mentis, [& exultationem] corporis, sensuq; partis, quæ exultatio ex interiori latitie redundatia oritur. Vnde in psalmi: Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum. [thesaurizabit], i.e. copiosamente auget, [super eum], i.e. in eo, quia copiosam ei dabit mercedem, & de eorū quos cōuerterit, egreditur conuersione, gratia & salute. Hinc ait Salvator: Thesaurizate uobis thesauros in cœlo. Paulus quoq; apostolus his quos cōuerterat, scribens: Charissimi, inquit, gaudium meum & corona mea, [Et nomine æterno hæreditabit illum], i.e. famam præclaram dabit ei perpetue in sancta ecclie. Nam & in uita præsenti, faciet eum famosum ac uenerandum, in regno quoq; cælesti hoc plenus faciet. Vel, nomine æterno hæreditabit eum, quia faciet eum suum filium. **Prou. 10.** adoptio in sempiternum. Hinc Salomon loquitur: Memoria iusti cum laudibus. Et iterū Sapi. 3. Corpora sanctorum in pace sepulta sunt, & uiuent noīa eorum in seculum seculi. Et in Apoc. Apoc. 2. loquitur Christus: Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum cädidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit nisi qui accipit.

¶SERMO I. circa epistolam. De multiplici timore, & quomodo timendus deus, quomodo reducunt sint peccatores.

Eccle. 40. **Q** VI timet deum, facit bona. Ecclesiastici decimoquinto. Timorem dei sacra scriptura commendat, quoniam in Ecclesiastico scriptum est: Timor dei, sicut paradisus beatitudinis. Et iterum: Plenitudo sapientiae, timere deum. Itemq; Timor dominis uero omnia se posuit. Et rursus: Timor dei corona iustitiae. Et horum ratio est: quia timor dei abstrahit hominem à peccato, & conseruat eum in bono, facitq; eum diligenter in executiōne exercitiorum uirtuorum. Sed his obuiare uidetur, quod in prima sua epistola ait Iohannes apostolus: Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Est itaq; agnoscendum, qd est multiplex timor dei. Primum & infirmus est timor seruili, qui non èruius, nec meritorius uite æternæ, & tamen aliquo modo disponit hominem ad uirtutes, inquantum retrahit eum à culpa. Timor quippe aliud non uidetur, nisi fuga seu abominatio mali quod potest accidere. Timor ergo seruili secundum qd timor, disponit ad gratiam, quia facit uitare culpam. Sed inquantum seruili, uituperatur potius qd laudatur: quia ut sic, uitat malum non intuitu aut amore dei nec zelo iustitiae, sed solum ne patiatur supplicium. Vnde qui deum timet non nisi seruili timore, est in mortali peccato, damnationisq; statu: quā in se est, habet affectu nō plenum ad uitia, nec amat deum atq; iustitiam, sed iniquitatem, & qd eam non facit, sed uitat, est ex timore incommodi proprii, quemadmodum mulier adultera cōpiens a matorem suum admittere, non tamen hoc faciens ne à proprio deprehendatur marito. Hinc Gregori, ait Gregorius: Cum quis timore adhuc bonum agit, à malo penitus non recessit. Quoniā eo August. ipso peccat, quo peccare ueller si impunita posset. Augustinus quoq; Cum quis timore pœnae facit bonum, nondum bene effici bonum. Verunt̄ quidam sunt ita intmorati, qd nec amore dei, nec zelo iustitiae, nec pœnarum formidine uitant peccata. Itis consulendum est, ut saltē seruili timore paueant deum, fugiantq; peccata. Ideo dicit Hugo de sancto Victore hortana: Si amor dei te tenere non potest, saltē te teneat & terreat timor iudicij, metus gehennæ, laquei mortis, dolores inferni, ignis urens, uermis corrodens, sulfur fœtens, flamma tartarea, & omnia mala. Alius est timor humanus, quo quis timet hominem ne eum offendat, aut ei disipli-

DE SANCTO IOHANNE EVANGELISTA.

Fol. LX.

A displiceat, aut aliquid patiatur ab eo, aut coram eo confusibilis, contemptibilis appareat. Et hic timor etiam imperfectus est, non uirtuosus, nec retrahit hominem à peccati amore seu peccandi affectu: imo nec ab opere malo ubiq; sed in præsentia hominū, aut ubi latere nō possit. Hinc ait Salomon: Qui timet hominē, cito corrut. Chrysostomus ejus: Facile, inq; deuictus Pro. 19. à iustitia, qui in causis nō deū, sed hoīes primescit. Hinc timor peccandi facultate differre pos Chrys. est, voluntate peccandi auferre nō potest. Solus est Christi timor, qui mētes corrigit, fugat criminā, innocētiā seruat. Imo timor iste humanus quis ad tēpū retrahat hominē ab excessu, tñ plus incitat ad peccandi affectū, ubi opportunitatē inuenierit. Qui taliter timet, festinat ad mala. Idcirco dicit Hieronymus: Timor dei corrigit, timor hoīm differt actionē, sed uoluntas tem non auferit, & audiores reddit ad criminē, quos aliquādo suspedit à crimine. Verūtamen si qd timeat homines inquantū sunt dei uicarij, & ne eos offendēdo deū offendat, uel ne eos cōtristet, affligat aut tribulet, laudabilis timor est. Est etiā timor carnalis, quo quis immoderanter timet, p̄prā pelli, uidelicet alpē carni, qui timor est uirtuosus. Rursus est timor naturalis, quo quis aduersa formidat. Et timor iste nō est in se bonus aut malus, uirtuosus aut uirtuosus, sed indifferens, sicut & cæterę passiones, inquantū sunt affectiones, seu motus pure naturales. Porro, si ratione regatur, bonus fit; si autē, uirtuosus efficitur. Amplius est timor filialis, qd est timor perfectus & summus, ex charitate procedēs, quo deum timemus ne separemur ab eo, & eius cauemus offensam, uidelicet culpā, non pœnāq; formidine, sed ex eius dilectione ac zelo iustitiae, quemadmodū bonus filius metuit suū patrē quem intime dilit, & fidelis pudicacj; E uxori suā maritum charissimum. Iste est timor reverentialis, castus & sanctus, charitati semper coniunctus, de quo intelliguntur præinductæ Ecclesiastici autoritates. Alius uero est timor initialis, qui inter timorem seruilem & filialem est medius, habens aliquid de utroq; ga per talem timorem uitat hominē peccata, partim pœnarum horrore, partim zelo iustitiae, & ex dilectione. Et quanto plus proficit homo in charitate, tanto timor iste initialis plus abiicit de seruilitate plusq; accedit ad filialitatem. Studeamus ergo deum filialiter formidare, ne eius benignissimum uultum paternum in aliquo offendamus, ne eius præstantissimam maiestatem ac sanctitatem in honorem, ne abiiciamus ab eo, sicut tanquam a basilisco, fugiamus ab omni peccato, imo & multo plus. Basiliscus namq; uenenosissimus serpens, suo ueneno perimit corpus, & temporalem duntaxat infligit mortem. Peccatum autem intermit animam, & infernalem ac eternalem inducit interitum. ¶ Insuper absit, ut homines magis uercamur, quam deū. Absit à nobis, ut deum intantum paruipendamus, sed summum iudicem omnia intuentē cogitemus ubiq; esse præsentem: & quicquid cogitamus, appetimus, loquimur, operamur aspici entem ac iudicatiem, sicutq; ob eius reverentiam, uitemus ipsius offensam, fugiamus peccata, qd peccata, & quia sunt turpia deīq; in honoratiua. ¶ Præterea diligamus iustitiam, reddentes uni cuiq; quod est suum, nulli iniuriantes, nullum lēdentes. Nemini inquantum in nobis est, offendentes, quemadmodū ait Apostolus: Nemini dantes ullam offensionem, ut non uitetur ministerium nostrū. Imo, prout fraterna requirit dilectio, unusquisq; ad alterum gratiose, exemplariter, pie & charitatib; se habeat. Propter quod monet Apostol. Per charitatem seruite in inuicem. Itemq; Honore, inquit, inuicem præuenientes. Et denuo: Vnusquisq; proximo suo placeat in bonū ad ædificationem. Amplius, si ita timuerimus deum, & iustitiam obseruauerimus, tunc deus p̄missimus animas nostras cibabit nobilissimo, delicatissimo atq; nūl tripli cibo, uidelicet pane uitæ & intellectus, i.e. documentis scripturarū sanctarū. Panē etiā salutarū lachrymarū, pane sacramentali, pane gratiæ ac uirtutum, operumq; bonorum. Consolatione quoq; spiritus sancti reficiet corda nostra. De pane operum bonorum loquitur Christus: Meus cibus est, ut faciam uoluntatem patris mei qui in celis est, ut perficiam opera eius. De pane etiā sacramenti sic dicit: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus. O quā saib; libriter cibantur deuoti his panibus, quantum confortantur ex eis ad resistendum dæmoni Ioh. 4. bus ac peccatis, & itē ad bene agendum, ad proficiendum, ac perseuerandum in bonis. Vnde Ioh. 6. ris uiliissimisq; peccatoribus qui in mortalibus iacent culpis, propter quod nullo istorū alius tur panum, sed infirmi sunt ad omne bonum, & indefinenter superantur à uitis, à dæmoni bus, à cōcupiscentijs pprijs, qd qlibet potest dicere lugubriter: Percussus sum ut scenū, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum. Tales nanq; à dæmonibus percutiuntur, quia spiritualiter occiduntur, tentationibus dæmonum consentiendo. Nectamen adueit Pro. 21. tunt, sed lætantur cum excesserint. De quibus Ieremias afferit: Percussisti eos, & non dolues tūt. Indurauerunt faciem suam supra petram, & noluerunt reuerti, ad deum conuerti, recedendo à uis iniquitatis ac perditionis. ¶ Insuper, cum ita à deo illuminati fuerimus, nutriti & confortati, tunc ipse in medio ecclie, hoc est, in populo Christiano, os nostrum aperiet, ut uerba

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EVANG.

uerba salutis alijs proferamus, eos hortando, docendo, corripiendo, ac dirigendo, ut implea D
mus quod ait beatissimus princeps apostolorum: Vnusquisq; sicut accepit gratia, in alterutrum
Prou. 10 illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiae dei. Vnde in Proverb. scri-
ibidem. ptum est: Vena uite, os iusti. Etrius: Labia iusti erudiunt plurimos. Nam sicut in Ecclesiasti
Eccl. 20 co legitur: Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, qua utilitas in utroq;. Quam fructuosa
Iacobi. 5 sit ista in structio aliorum, pandit apostolus Iacobus in fine suae epistolae, dicens: Qui conuersi
fecerit peccatorem ab errore uiae suae, saluabit animam eius a morte, & operit multitudinem
Dani. 12 peccatorum. Vnde & in Daniele fertur: Qui ad iustitiam erudiant multos, quasi stellae fulge-
bunt in perpetuas aeternitates. Itaq; unusquisq; proximum suum hortetur ad bonum, alliciat ad sa-
ludem, corripiat delinquentem, erigat lapsum. Hinc demum uitare debet unusquisq; prava cō-
sortia, ne cū peruersis & impis perueratur ac pereat, & bonis uirtutis ac sapientibus se debet
cōiungere, q̄rum informatione atq; exemplo proficiat & saluetur. Hinc in Ecclesiastico scri-
ptum est: Cum uiro sancto affiduus es tu, & quēcumq; cognoveris obseruantē timore dñi. Et
Eccl. 7 iterū in eodē scriptū est libro: Cū uideris sensatum, statim euigila ad illum. ¶ Postmo, in oī-
Eccl. 3 bus bonis practicis glorioſissimus euāgelista Iohannes fuit præclarus: Quemadmodum enim
Eccl. 15 in diuino amore ardenter fuit, sic & filiali dei timore fuit repletus. Fuit & omni iustitia
plenus, cui copiosissimam sapientiā præfuit deus, atq; in medio ecclie os eius aperuit. Nec
solūm Aſiam sua informauit doctrina, sed & totum mundū per euāgelium qđ scripsit, illuminauit.
Gratiā etiam prophetiā præcipuam habuit, & statū ac cursum ecclie in Apocal. pro-
phetice cōprehendit. Et quis omni fuerit uirtute sublimiter decoratus, atq; in diuini amoris B
ardore eximius, in fraterne tamen dilectionis feruorē erat & uale excellens. Vnde in eius fer-
tur Legēda, q̄ quadam uice conuertit iuuenem quendam speciosum & ferocem, q̄ cuidam
episcopo commisit custodiendum. Post modicū tempus iuuenis ille relinques episcopum,
abijat ad latrones, & eoꝝ factus est princeps. Post hæc beatissimus euāgelista Iohānes suū ab
episcopo requirit depositum, s. iuuenem illum. Cū ab episcopo intellexisset, q̄ princeps fa-
ctus esset latronū, S. apostolus præ tristitia uestem propriam scindens, & caput pugnis feriēt
Bonū, inquit, custodem te aīz fratris reliqui. Confestim ergo Apostolus equū fibi iussit parari,
& ad mōtem in quo iuuenis ille cum latronibus fuerat, equitauit. Iuuenis autē uiso aposto-
lo, præ uercundia maxima equum ascendens, aufugit. Apostolus uero atatis sua oblitus, ue-
gebat calcaribus equū, atq; post fugientis tergum ceperit clamare: Cur fili charissime fugis tu-
um patrem & senem ineremē? Ne timeas fili, quia pro te Chfo reddā rationem. Et certe pro
te libēter morerer, sicut pro nobis mortuus est Christus. Reuertere, quia deus me misit pro te.
Quod audiens iuuenis, deo aspirante, compunctus est corde, & rediit amarissime plorans.
Apostolus autem ad ipsius cecidit pedes, & manum ipsius tāquam per penitentiam iam pur-
gata, ceperit deosculari. Deinde ieiunās, & orans pro iuuenē illo, ueniam impetravit eidem.
Postea quoq; fecit eum episcopum.

TENARRATIO euāgelij, Dixit Iesu Simoni Petro: Sequere me &c.

Iohannis uice in opimo.

E vangelium presens in solennitate sancti Iohānis apostoli legitur, quia in eo sanctus Iohā-
nes aliqua de seipso conscripsit. Itaq; [Dixit Iesu Simoni Petro,] uidelicet principi apo-
stolorum, qui in circuncisione sua vocatus est Simon, postmodum autem a Christo uocatus
est Petrus, [sequere me.] Istud contigit post Christi resurrectionem, q̄n iuxta mare Tiberias
Iohā. 21. dis Christus apparuit septem discipulis, utpote beatissimo Petro & Nathanaeli fratri Philippī
apostoli, sancto quoq; euāgelista Iohāni, & Iacobo eius fratri. Cumq; inter cæteri Christus
prænunciasset Petro, quale pro fidei ueritate passurus esset martyrium, dixit ad eum: Sequere
me. Cumq; Petrus neicit, de quali seuela Christus ei dixisset, sequere me, ceperit corporaliter
ire post Ch̄m, quī tunc de loco conuiuij quo cum discipulis illis comederat, surgens, cor-
poraliter abijat. Et tunc [conuersus Petrus] retro aspiciens, [uidit illum discipulum quem dili-
gebat Iesu sequentem] iputa Iohannem. Nam Petro corporaliter Christum sequente, ceperit
Iohannes corporaliter sequi Petrum. Petrus uero audiens quendam se sequentem, retrospe-
August. xit, ut uideret quis esset. Nempe ut innuit Augustinus, nec Petrus neg. Iohannes agnouit quo
sensu Christus dixerat Petru: sequere me. [qui] Iohannes [& recubuit], i. quieuit seu appodia-
uit se [in ccena super pectus eius] uidelicet Christi, [& dixit: Dñe, quis est qui tradet te?] Quali-
ter contigit hoc, alio loco pleniū habetur. ¶ Deniq; per hanc circuncisionem designat S.
Iohannes seipsum, non iactanter, sed gratanter, insinuans se à Christo specialiter prædilectus
tamq; ei familiarem fuisse, ut in ccena super ipsius recubuerit pectus. [Hunc ergo] Iohannem,
[cum uidisset Petrus] sequentem, [dixit Iesu: Dñe, hic autem quid?]. i. quid ager aut patietur
pro

DE SANCTO IOHANNE EVANGELISTA.

Fol. LXI.

A pro te: quid ei cōmittis? Petrus apostolus & Iohannes iste, p̄ cæteris inter se familiares fuerunt Mar. 6.
& p̄ dilecti. Vnde & cōmuniter cōbinati legūtur ac sociati, ut patet p̄cipue in Actibus Apolo- Luce 10.
lorum, idcirco pro Iohāne fuit Petrus sollicitus, dicens: Hic autem quid? [Dicit ei] s. Petrus: Af. 3.4.
fus: Sic ē uolo manere. [id est, Iohānem uolo in corpore p̄manere, & expectare in pace absq; & 8.
martyrio, [donec ueniat] ad eum in hora obitus sui, uocaturus eum & educturus de p̄senti exi-
lio ad regnum cælestē. Quid ad te? Interrogare de tali secreto futuro: Quanvis nāq; (sicut in Ec- Ecc. 17. clesiastico scribitur) unicuiq; Deus mādauit de proximo suo, & iuxta Pauli doctrinam, debea 1. Cor. x.
mus singuli quærere non quā nā sunt, sed quā alioꝝ, nō tamē debemus curiose scrutari qd
Deus p̄ordinauit de proximis nītis, quātum ad genus mortis eorū, & quoad futura occulta.
Vnde & apostolis de negotio tali quæritibus, Christus respondit: Non est uestrum noscere tem- Act. 1.
pora uel momenta, quia pater posuit in sua potestate. Præterea quidam p̄inductam Christi
responsionem ita intellexerunt, quasi Iohannem dixerit Christus non moritum ante secun-
dum suum aduentum. Vnde nonnulli dixerunt Iohānem translatum in paradisum terrestre,
& in fine cum Elia & Enoch uenturum ad prædicandū contra Antichristum, quatenus sicut Gen. 7.
Enoch ante legem, & Elias sub lege, sic & Iohannes post legem sub euāgeliō credatur in pa- 4. Re. 2.
radisum translatus, & inde uenturus, atq; ab Antichristo necandus. Quibus contrariari uide-
tur, q̄ in Apocalypsi non fit mentio, nisi de duobus contra Antichristum uenturis. Alij dixer-
unt Iohannem in sepulchro dormientem facere, quia & scaturito quādam ibi percipitur ac
ebullitio terræ, quod eius anhelitu fieri sunt testati. Quod item in fine mundi solvet debitum
mortis, moriendo pro CHRISTO. Has opiniones non approbat Augustinus. Communitate August.
ergo tenetur, quod uero obierit cum seipsum in sepulchro posuerat, & ad regnum cælestē per
ductus sit, prout in eius cōtinetur Legenda, & in sermone dicetur. [Exiuit ergo sermo iste in
ter fratres, id est, discipulos ibi p̄sentes, ac alios quoſdam hæc percipientes. [quod discipu-
lus ille] iputa Iohannes [non moritur, id est, moriturus non esset, quia sic intellexerunt uerba
Christi p̄r̄habita. Quem intellectum excludit Iohannes, subdendo: [Et non dixit, Non mo-
ritur, id est, p̄ uerba illa non designauit, quod non fuerat moriturus, completa sua periodo.
sed] dixit, [sic eum uolo manere donec ueniam, quid ad te?] iuxta sensum p̄r̄habitum. [Hic
est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc.] id est, uerbo & scripto testa-
tur uera hæc esse, [Et scimus] per fidem certissimam, [quia uerum est testimonium eius.] Nam
ipse glorioſissimus euāgelista Iohannes scivit per experientiam, & alia plurima argumēta se Deo
inspirante ipsa scripsisse. Per magna quoq; soliq; Deo possibilia miracula, demonstrauit ueris-
tatem euāgeliū sui. Quæ item miracula nos recognoscētes, scimus quod Deus testimonium
perhibuit ueritati euāgeliū sancti Iohannis, nec aliter potuisset Aſiam conuertisse.

SERMO II. circa euāgeliū: Quid nos Deo faciat familiares, stabilesq;

& de octo damnatorum penis.

H IC est discipulus ille quem diligebat Iesu, Iohānis ultimo. Dominus noster Iesu Chri-
stus multipli cō excellentia decorauit beatum euāgelistā Iohannem. Prima est, q̄ inter
apostolos ipsum magis dilexit, & singularē familiaritatē ei monstrauit. Et hoc ipse metit. Iohā-
nes frequenter in euāgeliō suo testatur, quia per hanc circuncisionem, discipulus quem dili- Ioh. 13.
gebat Iesu, exprimit semetipsum. Non enim dubium, quin Iesu cunctos apostolos p̄electos 19. 21.
ualue dilexit, idcirco per uerba ista euāgelista Iohannes designat se specialiter à Christo dile-
ctum. Veruntamē qualiter intelligendum sit hoc, infra discutietur. ¶ Porro inter apo-
stolos, isti tres, s. Petrus, Iohannes, & frater eius Christo familiariores fuisse ex euāgeliō com-
probantur. Nam Christus ad sua secreta p̄ cæteris eos assumpit, unde transfigurationi suæ et Matt. 17.
sufficiationi filiæ archisynagogi interfuerūt. Similiter tempore passionis assumpit hos tres, di Mat. 9.
xitq; eis: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Studeamus ergo & nos amari à Christo, & fa- Matt. 26.
miliares esse eidē. Et certum est, q̄ quanto uir tuosiores, & Christo similiores effecti fuerimus,
tanto ei amabiliores existimus. Ideo Christi humilitatem, mansuetudinem, patientiam, pietā-
tem, iustitiam, charitatem sequamur, & in eis quotidie crescere nitamur. Omnis malitia, fraus,
uanitas, immunditia, contaminantur & abiiciantur à nobis. At uero tanto familiariores effici-
mur Christo, q̄nto ei cordialius adhæremus, & q̄nto mentem nostram in ipso magis collis-
gimus, q̄nto etiam magis interne occupamur in ipso, uacando ei per orationes feruētes, per
meditationes sanctas, p̄ contemplationes sinceras, p̄ affectiones ardentes. Per hæc efficitur hos
mo quasi secretarius ac cōfiliarius Dei. Oportet ergo eum qui taliter cupit Deo uniri, famili-
ari, q̄ fieri, occupationes inutiles, distractions cordis, curas superflua euitare, & semper ad al-
tissimum aspirare, ut queat dicere cum psalmista: Oculi mei semper ad dominū. Etrius: Ad Psal. 24.
hæsit anima mea post te. O q̄ beatus qui ita se habet, qui taliter occupatur, cuius tota affectio psal. 62.
pro

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO II.

atq; intentio est ad Deum. Secunda excellentia est, q; & ipse S. Iohannes apostolus tam ante Christi passionem, q; in passione, & item post passionem, ualde constanter Christo adhaesit.
 Mat. 26. Nam quanuis hora cōprehensionis dñi Iesu cum ceteris apostolis fugerit, mox tamen resum
 Iohā. 18. pta fidutia, sequutus est Christū usq; in domum pontificis, & usq; ad expirationem Christi in
 & 19. cruce, astitit ei, nec ab illo abiit loco, nisi corpore Christi sepulto. Legitur q; in Actibus, quēad
 modū post Christi resurrectionem & spiritu sancti missiōem, cum principes sacerdotū prohi
 berent apostolis prædicare fidem & euangelium Christi, Petrus & Iohannes cum ingenti re
 sponderunt cōstantia: Obedire oportet Deo magis q; hominibus. Vnde & principes illi mitra
 bantur, tam imperterritane eorum cōstantiam. Hanc ergo beatissimi Iohannis constantia imi
 temur in circunferamur omni uento doctrinæ, nō passionum impetu moueamur, nec con
 cupiscentijs supemur, non extollamur in prosperis, nec deiciamur aduersis, non inani resol
 uamur letitia, nec inordinata deprimatur tristitia, sed in omni euenu habeamus cor timora
 Heb. 13. tum ac stabilitū in Deo. Nam ut ait Apostolus, Optimum est gratia stabilit̄ cor. Quemadmo
 dum autem passiones & uitia reddunt mentem instabilem, sic sapientia & uirtutes stabilunt
 eam in Deo. Et quanto in uera sapientia atque uirtutibus proficit homo, tanto stabilior sit in
 Pro. 4. Deo. Propterea Salomon exhortatur: Omni custodia custodi cor tuum, ne s. per distractiones
 & uitia fiat instabile, & elongetur à Deo. Pro hac uirtuosa constantia obtinenda & cōseruanda,
 Deum ingiter inuocemus, ueruntamen omnem pertinaciam atque duritiam animi fugia
 mus. Nam qui mentis est duræ, incidet in mala. Et qui in proprio sensu est pertinax, uera caret
 prudentia, fatusq; consistit, putans se solum bene sentire. O q; longe à præfata constantia uir
 tuosa distant iniqui, qui uitij sunt subiecti, & cōcupiscentijs proprijs agitantur, passionibusq;
 subduntur. Propter quod de uno peccato labuntur in aliud, nunc inaniter lati, nunc inordi
 nate incertentes, nunc carnaliter formidantes, nunc stolidè præsumentes, nunc concupiscen
 tijs inflammati, nunc cupiditate, nunc ambitione succēsi. Ideo (teste Prophetæ) sunt tanquam
 psal. 1. puluis quem proiecit uentus à facie terræ. Vnde denuo ait de eis: In circuitu impij ambulant.
 psal. 11. Non enim per rectam uiam salutis tendunt ad Deum, sed per uitiorum obliquitates properat
 ad infernum, & undicq; in rebus caducis atq; inanibus distrahitur, non figentes cor suum in
 Deo, tangq; in ultimo fine, nec alia omnia ad Dei honorem & gloriam ordinantes. Tertia fan
 eti euangelistæ Iohannis excellentia est, q; filius Dei suam dilectissimam matrem, singularēq;
 sponsam, mundissimā uirginem Mariam ei cōmisit. Pēdens nanq; in cruce, dixit Iohanni: Ecce
 mater tuathoc est. Hanc quæ mea uera est mater, tibi assigno in matrem, quatenus ei ut filius
 fideliter obsequaris, eius sis consolator & custos. O beatissime euangelista, q; magna est ista
 excellentia tua. Utq; tanto est maior, quanto maior est bonitas atq; sublimior dignitas huius
 us uirginis genitricis. Nonne ipsa est mater ueri Dei, comparentalis Deo patri, utpote eundē
 nūero cum illo filium habēs, illiusq; genitrix uera, à qua spūs sanctus uere procedit? Ob hoc
 beatissima uirgo Maria, omni puræ creatura mirabiliter est prælata, ita q; ipsa est domina an
 gelorum, regina cælorum, domina mundi, imperatrix, aduocata, ac mater populi Christiani.
 Dionys. à qua, ut diuinus Dionysius protestatur, etiam summi angelicispiritus purgantur, illuminan
 tur, ac perficiuntur. Ecce qualis & quanta est, quæ beato Iohanni commissa est & ei assignata
 in matrem, cui & ipse Iohannes assignatus est filius, Christo dicente ad eam de sancto Iohanni
 Iohā. 19. Mulier, ecce filius tuus. Et nos ergo cum omni humilitate ac fidutia commitimus nos uite
 gini gloriose & sancto Iohanni, ut ore pro nobis. Quarta excellentia sancti Iohannis est,
 quod non solum apostolus, sed etiam euangelista, & Euāgelista tam eximius fuit, quia de su
 Iohā. 13. per beatissimam Trinitatem, de Christi Deitate, de Sacramento altissimis
 4. 5. 6. 7. Christi doctrinis, præceteris euāgelistis atq; apostolis, profundius diffususq; in euāgeliō suo
 14. 15. 16. conscripsit. Vt enim in eius habetur Legenda, cum ab insula Patmos, in q; in exilio fuit, Ephe
 17. sum redisset, inuenit quosdam hæresibus Ebionis ac Cherinthi corruptos. Idcirco ab episcopis
 pisatisq; presbyteris Asia rogatus ut euāgeliū scriberet, in quo illoq; cōfutaret errores, acq
 uit, & euāgelium scripsit, in quo pauca de Christi humanitate & eius scriptit miraculis, q; de
 his alias nouerat euāgelista scripsisse. Et quoniam illi de Christi Deitate ac summa Trinitati
 te & sacramēto Eucharistie scripsit per pauca, idcirco de his Euāgelista Iohannes plenius
 scripsit. Aliqua quoq; Christi miracula ab euāgelista alijs prætermissa, describit. Hinc in ui
 sione prophetica quatuor animalium, quatuor euāgelistas designatū, S. Iohannes designa
 tur per aquilam, quæ in yōtice quatuor animaliū apparebat. Aquila nāq; ceteris auib⁹ uolas
 realius phibetur, atq; (ut fertur) solem in suo splendore irreuerberatis oculis intuetur. Ita B.
 Iohannes per cōtemplationem & cōscriptionem uolauit sublimius, & solem iustitiae Deū suū
 persplendidissimum & excelsum aspergit syncerius. Hinc alij tres euāgelistæ cum Christo quasi
 super

DE S. IOHANNE EVANGEL.

FOL. LXXI.

A super terram ambulasse feruntur, Iohannes autem cum ipso quasi in alta cælorum ascensisse
 assit, Idcirco & nos pauperculi pro modulo nostro sanctum sectates Iohannem, carnalia
 & terrena despicer, spiritualia atq; cælestia desiderare discamus. Deum quoq; cōtemplari, ac
 super omnia diligere studeamus, & ea ipsa quæ de Deo & pertinentibus ad salutem agnoscimus,
 proximis euangelizare, id est, annūciare nō negligamus. Quinta excellentia sancti Iohannis
 est, quod non solum sublimis apostolus, euangelista summus, sed etiam maximus fuit pros
 pheta. Nam totus processus & status, ordo, gradus, eventus, persequitio & consummatio mi
 litantis ecclesie, sibi in Patmos insula reuelata, & ab ipso in Apocalypsi descripta creduntur.
 Vnde de ipso cantatur: Nunquid uidit tota secreta purus homo purius? Ita & nos nobisipissis ac
 alijs quodammodo prophetemus, id est, futura denunciemus, atpote distinctionem futuri iu
 dichi, amarissima illa tormenta inferni, cælestis quoq; ineffabilis gaudia paradisi, quatenus ex
 profunda ac diligentis horum consideratione, deploremus nostra ac proximorum peccata, di
 uina obseruemus præcepta & temporalia uili pendendo, solicite ac timorate conuersemur co
 ram altissimo, ne Deum & creatorem ac summum iudicem nostrum offendamus in aliquo.
 Vnde in Legenda sancti Iohannis narratur, quod quadam die in Epheso quendam iuuenem
 fuscitauit à mortuis, qui ante triginta dies accepit uxorem. Resuscitatus autem, multa recita
 uit de gaudijs beatorum, penitentia impiorum, & de supplicijs reproborum expressit octo speci
 es tormentorum. Prima est corrosio infernalium uermium, unde in Isaia legitur: Vermis eoz Isaiæ 66.
 non morietur. Secunda est, tenebrae infernales. Hinc apud Job, infernus vocatur terra tenebro Job 10.
 fa & operta mortis caligine. In cuius rei figura scriptum est in Exodo, quod in Aegypto factæ Exo. 10.
 B sunt tenebrae horribiles atq; palpabiles. Tertia est flagellatio damnatorum à dæmoniis, qui
 3 cum ignitis ac ferreis uirgis, flagellis & scorpionibus, flagellant damnatos. Quarta est, uehes
 4 mentisfrigus, nam infernus in medio terræ, ubi summum est frigus, consistit. Idcirco
 lob dicit de iniquo: Ab aquis niuium, transiet ad calorem niuum. Quinta poena est, tartarei Job 24.
 5 ignis incendium, quæ poena grauissima est, quia & ignis ille calidissimus est, de quo in die ius Matt. 25.
 dicit dicturus est Christus ad impios: Ite maledicti in ignem æternum. Ipsa quoque alterna
 tio seu uicis, studio penarum infernalium frigoris ac caloris, inestimabiliter torquet damnatos,
 præsertim quoniam transeat de extremo in extremum, hoc est, de maximo calore ad inten
 sisissimum frigus sine reductione ad temperamentum seu medium. Sexta poena est, dæmonum
 aspectus, quæ poena ineffabiliter grauis est, ita q; sicut in multis narratur exemplis, homo mal
 le in ardenti fornace iacere, quam unum dæmonem in sua horribili forma cōspicere. Qualis
 ergo & quāta est, innumerabilem dæmonum multitudinem æternaliter intueri. Septima po
 na est confusio scelerum, qua damnati de suorum scelerum enormitate ac turpitudine cōfun
 duntur, & inordinatio ac perturbatione maxima cordis eorum. Animus autem inordinatus si
 biipsi poenalis est, quemadmodum animus ordinatus sibiipsi suavis est. Octaua poena est, lu
 ctus perpetuus, vnde in euangelio loquitur Christus: Ille erit fletus & stridor dentium. Præter
 ista supplicia sunt in inferno alia multa tormenta: Vnum est intolerabilis fœtor, secundum est
 22. 14. 15. mœstissima illa societas, tertium tristissimus clamor, quartum propriæ deformitatis intui
 tus, quintum est impropperatio dæmonum, sextum diuinæ visionis carentia, septimum despe
 C ratio sempiterna, quia de suis perpetuis poenis sunt certi. Nec tantum affligentur exterius ab
 igne gehennæ, quantum torquebuntur in mente, cogitando q; in illis supplicijs sint æternaliter
 per manus. Et breuiter, sicut gaudia beatorum in particulari nequeunt numerari, ita nec
 dæmonorum supplicia. Si ergo Dei amore, felicitatis affectu, zelo iustitiae non trahimur ad ui
 tandem peccata, saltem tantorum formidine tormentorum cessemus à uitij, ut sic paulatim
 ex Dei amore & uirtutum affectu uitemus peccata, faciamusq; bona.

SERMO III. De contemplatione, de charitate, ceterisq; uirtutibus

quibus sit imitandus sanctus Iohannes.

P Onam te quasi signaculum, quoniam te elegi, dicit dominus. Haggæi secundo. Hæc uerba
 de beatissimo Iohanne euangelista tropologicè conuenienter intelliguntur. Tantis enim à
 Deo gratijs, uirtutibus, excellentijs, ornatus est, quod recte quasi signaculum à Deo est posi
 tus: signaculum utiq; ualde præclarum, delectabile, speciosum, ut illud intueamur, amemus,
 honoremus, ac admicemur. Itaq; quia in præcedenti sermone quinq; excellētia sancti Iohanni
 sunt recitatæ, iam de ceteris eius excellētijs est loquēdum. Quaq; una est, eminentia suæ sa
 piētiae ac doctrinæ. In cuius rei signum, in cœna super Christi pectus quieuit, ad præfigurandū Iohā. 13.
 q; de fonte mentis diuinæ fuit fluenta sapientia ac doctrina abundans etiatis potatus.
 Porro sapientia est affectuosa cognitione diuinorum. Per doctrinam vero intelligo nunc do
 cumenta eius moralia. Fuit ergo S. Iohannes dono sapientia eminenter repletus, & diuinorū
 1 ij com.

D. DIONYSII CARTH. SERMO III.

August. contemplator altissimus. Contemplatio autem, ut afferit Augustinus, rapit hominis mentem D ad superiora, tanto arditiorem, quanto mundiorum; & tanto mundiorum, quanto ad spiritualia eleuationem: tantoque eleuationem, quanto carnalibus ac terrenis desiderijs amplius mortuā. Ex quo patet, quod quanto quis carnalibus ac terrenis desiderijs amplius occupatur, cōsentit, ac subditur, tanto plus à uera cordis munditia, à diuini amoris feruore, à cōtemplationis lumen distat. Ideo dicit Gregorius: Mens nostra ad contemplanda diuina non perducitur, nisi ab his qua exterius implicat, studiose subtrahatur. Sed forte quis dicet: Quid mihi & cōtemplationi Ego grossus & idiota sum, exteriora disponere habeo, terrena tractare compellor, mihi & domui mea de necessarijs prouidere indigo. Ad quod respondeo, quod nemo uere & dignus Christianus vocatur, qui ita in exterioribus & terrenis se occupat, ita carnalia ac temporalia trahat, ut non sēpe ad creatorem suam eleuet mentem, non interdum cælestia ac diuina, & ad salutē pertinentia, mediteretur: omnia ista terrena & exteriora, ad spiritualia ac interna, ad Deum & ueram salutē ordinare tenet. Itaque quilibet Christianus tenetur carnalia desideria restringere, gratiam & uirtutes magis in terrena diligere, Deū & futuram beatitudinem quādoque attendere, sicque cor suum ab immoderata cura & occupatione terrenorū abstrahere. Hinc dicunt doctores, quod quicunque haberet charitatem, habet etiam donum sapientiæ secundum aliquem Iohā. 1. gradum, per quod sapientiæ donum, cōtemplatur homo Dei atque cælestia. ¶ Præterea, quod præ 3. 4. & 5. clara sint moralia documenta sancti Iohannis, in eius epistolis, & in primis Apocalypsis capitulo, atque in euāgeliō eius monstratur. ¶ Secunda excellentia S. Iohannis apostoli, est eminētia sua dilectionis ad Deum ac proximos. Erat enim totus charitate accensus, & quasi in charitatis affectuum transformatus, unde ad charitatem seruādam, uerbis & scriptis præcipue horum tabatur fides. Legitur quippe in eius Legenda, quod cum usq[ue] ad finem uite suæ in Epheso moraretur, & inter discipulorum manus ad ecclesiam duceretur, nec plura posset uerba proferre, ad quamlibet pausam dixit Filiooli, diligite alterutrum. Discipuli autem & fratres qui aderant, admittentes quod eadem semper uerba repeteret, dixerunt: Magister, cur semper eadem uerba resumis? Respōdit: Quia istud præceptū est dñi, & si hoc fiat, sufficit. Hinc in suis epistolis, præsertim in Luce 11. prima, charitatem copiosissime laudat, commendat, docet, ac præcipit: Hæc est, inquiens, anuntiatio quam audistis ab initio, ut diligatis alterutrum. Nos scimus quia translati sumus Iohā. 13. à morte ad uitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fraterum suū, homicida est. Qui diligit fraterum suū, in lumine manet, & scādalum in eo non est. Qui odit fratrem (id est, proximum) suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quod eat, quoniam tenebra obcecauerunt oculos eius. Itaque & nos B. Iohānīs exemplo, spūali diligamus amore Deū, omnesque proximos nostros sicut nos ipsos. Hoc equidē Dei præceptum est, & certum Iohā. 13. signum quod pertineamus ad Christum, qui loquitur: In hoc cognoscet omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. ¶ Porro proximos spūaliiter diligere, est eorum salutem desiderare, & ea quæ ad obtinēdum beatitudinem profundit, eis pro posse impenderet ea quoque quæ cōtrariantur salutē, eis pro posse subtrahere. Vnde elicitur, quod lōge sunt spūali amores, regis boleum suū à uitijis non compescunt, sed ad uanitates & prauitates licentianas, pompatice atque supflueuestiunt, & ad magna in seculo isto promouere conantur, à religionis quoque ingredi suū impediti nituntur. ¶ Tertia excellentia sancti Iohānīs, est fructificatio sue fidicatio[nis], innumerabiles namque cōuertit ad Christū, & totius Asiae fundauit ac gubernauit ecclesiastas. Cratos nem quocque philosophum, & cum eo duos ditissimos iuuenes ad fidem cōuertit, similiter Aris stodem idolorum pontificem, & cum ipso procōfulem, sed & sanctissimos habuit discipulos multos, inter quos beatissimi martyres Ignatius & Polycarpus inclite præfulserunt. Studieamus ergo & nos pro uiribus nostris proximos deuiantes ad uiam salutis reducere, transgresores conuertere, ignaros instruere, aliorum saluationi cooperari. Nam rāto est unusquisque in Dei amore perfectior, quanto ad eius amorem plures conuertit, aut saltem conuertere niti tur uel affectat. Diuinus quoque Dionysius protestatur, quod omnium diuinorum diuinissimum est, Deo cooperari in reductione & conuersione animarum ad ipsum. Et Gregorius: Sacrificium Deo gratissimum, zelus est animarum. Hinc pro communī bono ecclesiæ, pro omnium salvatione in generali, in speciali quoque pro propiis & benefactoribus ac recommendatis, omni hora orare debemus affectuose. ¶ Quarta excellentia sancti Iohānīs, est potestas & gloria miraculorum ipsius. Domitianus etenim imperator famam eius percipiens, Romanum fecit eum adduci, & ibi in feruentis olei dolium mitti. A quo beatus Euangelista exiuit illasustende fecit eum in Patmos insulam relegari. Vbi quum detineretur, diuinus Dionysius scriptis ei epistolas, in qua inter cætera ei prophetauit, quod ab illo exilio esset ad Ephesum redditurus. Cūque iuxta prophetiam diuini DIONYSI reuenereretur, Ephesumque intrauit, discipulam nomine

DE SANCTO IOHANNE EVANGEL.

Fol. LXII

A Drusianam, fuscitauit à mortuis. Preciosissimas quoq; gēmas minutatim fractas ac disperfas, orando reintegrauit. Virgas & lapides in optimum aurum cōuerit. Templum Diana sua oratione deiecit, & statuam dissipauit Diana. Cumq; ob hoc Aristodemus pōtifex idolorum, seditionem magnam concitaret in populo, dixit ad eum sanctus Iohannes: Quid faciat tibi ut mitigeris? Qui ait: Si uis ut credam, dabo tibi uenenum potare: quo si Iesu non fueris, uerus deus tuus dominus ap parebit. Cui sanctus Iohannes: Fac ita. At ille: Volo ut alios inde uideas primo mori. Petij ergo Aristodemus à proconsule duos reos decapitandos, qui de ueneno illo bībentes, statim expirarunt. Deinde beatiss. euangelista uenenum accipies, & signo crucis se muniens, totum epotauit uenenum, & manū illaſus. Tunc dixit Aristodemus: Adhuc dubitas mihi inest, sed si duos illos uene no extinc̄tos suscitareris, credam. Tunc apostolus tunicam suam dedit Aristodemo, ut eam super defunctos illos poneret, dicēst: Apostolus Christi me misit ad uos, ut in nomine Christi resurgatis. Quo factō, protinus surrexerunt. Sicut Aristodemus gentilium pontifex & p̄confusus cum omni sua parentela & alijs multis conuersi sunt. Et mox in honore dei & sancti Iohannis dedicauerunt ecclesiam, in cuius medio in throno sedere fecerunt beatum Iohannem. ¶ Quinta excellentia sancti Iohannis est, uirginea puritas eius, quam usq; ad mortem seruauit inuiolatam. Qui eumin hoc potest sectari, magnum est uirtus. Omnis aut̄ uirgo, secundum Augustinum, uite debet strepitus & platearum frequentiam, loquacitatem & uanum ornatum, ne alijs fiat caula perditionis. Ideo cum uerecumdia capite inclinato debet procedere, r̄sum, colloquia, & aliquid uiroq; iactatiām uitare, oea declinare, & semper utiliter occupari, & que castio, eo humilior debet consistere. ¶ Sexta excellentia sancti Iohannis est, uirtuosa ac uenerandissima eius senectus. Nam ceteris cunctis supuixit apostolis, & usq; ad nonagēsimūnonū puenit etatis annum, sexaginta eto annos uiuent post Christi resurrectionem, & usq; ad Traiani imp. tempora perseverauit. ¶ Septima eius excellentia est beatissimus finis ipsius. Cum em̄ nonagintanouē esset anno, uenit ad eum Christus cum ceteris apostolis, dicens: Veni dilecte mi, qm̄ tempus est ut in mensa mea cum tuis fratribus eupleris. Domini ca die uenes ad me. Veniente die dñica, beatus Iohannes a primo galloq; cantu, uniuerso populo in ecclesia eius collecto, usq; ad Missarē solennia prædicauit. Quibus completis, in sepulchrum quod sibi fecit parari iuxta altare, descendit, & in eo se posuit, atq; expansis ad deum manibus, dixit: Inuictatus ad coniuvium tuum dñe, ecce uenio, gratias agens, quia dignatus es me ad tuas epulas inuitare. Nam sciebas qd̄ te toto corde defideraui. Cumq; orationem finis sit, tanta super cum lux uenit, qd̄ nemo enim inuicere potuit, recedenteq; lumine, sepulchri fouera, inuenta est manna repleta, qd̄ illo in loco usq; hodie generatur. ¶ Postremo queri solet, an Christus magis dilexit Iohannem, qd̄ Petrum. Videtur qd̄ non, qm̄ Petrus dilexit Christum amplius qd̄ Iohannes, ergo & Christus Petru magis qd̄ Iohannem dilexit. Qui enim Christum plus diligit, melior amabiliorq; censetur, meliores aut̄ Christus plus diligit. Oppositum huius ex etiāngelo laniū Iohannis probatur, qui per discipulūlum quem diligebat Iesu, designat seipsum: Ad istud quidam r̄ident, qd̄ Christus Iohannem magis dilexit, loquendo de dilectione quae consistit in familiaritat̄ offensione, quia familiaris habuit se ad Iohannem, & in coena super pectus Christi quieuit, & propriam matrem Christus cōmisit Iohanni. Sed loquendo de dilectione quae consistit in dono, exhibitione, magis dilexit Petru, qm̄ apostoloz principem & totius ecclie p̄f̄storem constituit cum, clavesq; regni celoz p̄f̄stit ei. Hæc aut̄ reponsio non uidetur sufficiens: nam principatus apostolice dignitatis & p̄f̄statoris ecclie, ligandi quoq; & absoluendi potestas, non sunt nisi dona gratiae gratis datae, penes quæ non potest attendi magnitudo dilectionis Christi ad homines, cum dona hīmōi sint bonis & malis comūnūia; sed penes dona gratiae gratum facientis, potius attenditur magnitudo dilectionis p̄f̄statis. Quod aut̄ insuper dicunt Christumi æqualiter dilexisse Petrum & Iohannem, loquendo de p̄f̄cordiali amore, qm̄ ambo fuerunt æqualis meriti, uidetur propositus incertus, cum Salomon in Proverbiis libro dicat: Spirituum ponderator est dñs. Quis em̄ absq; reuelatione potest agnoscere, an Petrus & Iohannes æqualis sanctitatis & meritū, seu pares in perfectione charitatis infulse fuerunt? Alij dicunt, qd̄ est quedam dilectio naturalis inclinationis seu affectionis, quæ in animis Christi fuit rationi omnino subiecta, & illa Christus magis dilexit Iohannem propter multiplicit̄ causam; Petrus uero Christum magis dilexit, quantum ad quandā dilectionis feruorem, qui feruor cōsistit in redundantia quadam in partem animæ inferiorē, & deinde in erumpentia operum & signorum dilectionis, penes quē feruorem non attendit principaliter charitatis p̄fectio, imo naturalis dispositio multi cōfert ad talē feruorem. Sed loquendo de principali magnitudine charitatis internæ, incertū est, quem illoz duorū Christus magis dilexit, & item quis illoz duorum magis dilexit Chrm. Sed & incertū est, qd̄ eosq; est nūc maior in gloria p̄mij essentialis, uel an oīno sint in felicitate æcles.

Ecce puer meus, suscipiam eum; electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, Isaiæ xliij. Hic Matt. 12.

D. DIONYSII CARTHUSIA. SERMO III.

Loh. 21. est discipulus quem diligebat Iesu, qui & recubuit in cena super pectus Iesu, & dixit: Domine, q̄s D
est qui tradet te? Hic est, qui post B. Petrum inter apostolos fuisse praecipius comprobatur, de quo
in Actibus recitat Lucas: id est principes sacerdotū & qui cum illis erant, Petri & Iohannis con
stantiam mirabantur. De quo ait & Paulus: Petrus, Iacobus, & Iohannes, qui uidebatur columna
esse. Qui inter euangelistas præfulget. Hic glorioſimus euangelista, à cuius laude condigna, omni
um mortalium deficit lingua, in uerbis thematis præsumpti commendatur à quatuor. Primo, à
sua puritate seu innocentia, cum dicitur: Ecce puer meus. In quibus etiā uerbis insinuatur eius ex
cellētia, cum dominus loquitur, Ecce; quod est ad uerbiū demonstrandi, notabile qd designās.
Secundo laudatur à susceptiōe diuina, cum additur: Suscipiam eum. Tertio, à prædestinatione aeter
na, cum subiungitur, electus meus. Quarto, à complacientia gratiosa, dum subinfertur, complacuit
sibi in illo anima mea. Primo itaque comendatur à sua innocentia atq̄ munditia, dum eum deus pu
erum suū appellat: Ecce, inquiens, puer meus.
Mat. 20. Dicitur autem aī quis in scripturis puer uarijs mo
dis. Primo, ratione aetatis, iuxta illud: Herodes occidit omnes pueros in Bethleem Iude. Secundo,
Isaie 65. ratione insipientiae, iuxta illud Isaie: Puer centum annorum morietur. Vnde & Paulus hortatur: No
lite effici pueri sensibus, sed malitia paruuli estote. Tertio, ratione puritatis & simplicitatis colum
binæ ac innocentiae, sicut apostoli omnes pueri nuncupantur, quibus Christus post resurrectionem
Iohā. 21. locutus est: Puer, nūquid pulmentarium habetis? Specialiter uero sacratissimus iste Iohannes puer
uocatur, qui & creditur nunquam peccasse mortaliter, nisi forsitan quis contendat afferere aposto
lū peccasse mortaliter, fugiendo a Chro tempore passionis, & tunc corrundo à fide, & quoniam in vir
ginea mansisse misericordia fertur. Hanc igitur eius puritatē internā & columbinā simplicitatē ac inno
centiā sequi ut cuncti conemur, cū dicat saluator: Beati mundo corde, qm̄ ip̄i dñi uidebunt. Et tur
sus: Estote simplices sicut colibæ. Atq; ut ait Psalmista: Innocētis manibus & mūdo corde, ascendet
psal. 23. in montē dñi, & stabit in loco stō eius. Vnde in Job afferitur: Saluabitur innocētis, saluabitur autē
Iob. 22. inuidū manū suarū. In Pro. 3. q̄: Qui recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebūt in
Proue. 1. ea. Deniq; ideo in cōnobio residemus, idcirco a seculariū hoīm habitatione, societate, uita, tumultu
1. Cor. 3. fūgimus, quatenus in omni puritate, pace, & spirituali profectu dñi ministremus. Et spectat ad
religiosos, nequaq; lignū, scēnum, stipulamq; colligere, sed pro uenialibus & quotidianis suis pecca
tis quotidie satisfacere per frequētē mentis sua elevationē ad dñū, per ardentes affectiones ad eū,
per orationes cōtinuas, & uaria supererogationis exercititia virtuosa, per q̄tidianam quoq; cōfessio
nem & interiorū suorū examinationē, ac proprij corporis disciplinacionem; imo per ista & ceteras
obseruantias regulares ac obedientiā sanctā, nō solum a præteritis culpis penitus emundari, sed in
charitatis quoq; ardore, oīntq; virtutū uigore uehementer proficere. Stemus ergo in indesinēti cor
dis custodia, prout Abacuc ait prophetas: Super custodiā meā stabo. Porro, si ita egerimus, innos
centes ueraciter erimus, ut pote nulli nocēt, imo uerbo & factō, fama & exemplo, oratione & p̄ ips
affectionib; aliis proficentes. Sic nang baptismalis innocentia recuperatur. & certe beatus est, & grā
di amore ac laude prædignus est, qui in cōgregatione ita se haber, qui sua diligentia & seruore, sua be
nignitate & dilectione, sua humilitate, exemplaritate, temperantia, patientia, mititatem, aliorū negli
gentiā & repreō, duritiam & auerſionē, superbiā & scandalositatē, immoderantia, impatientiam
et irā, etiam tacēdo redarguit, dejecit, corrigit et reformat, de quo uerificatur illud: Ecce uere Isra
lita, in quo dolus non est. Nullatenus enim decet aut licet aliquid simulationis aut duplicitatis uel
Ioh. 1. fraudulentiae aut mēditatis religioso inesse. Maledictus enim est doloſus, & fraudulentuſa uafa sunt
Isaie 32. pessima. Virum quippe sanguinū & dolosum abominatur dominus, perditq; omes qui loquun
tur mendacium, fed & simulators ac callidi prouocant iram dei. Et uir duplex animo, inconstans
Iob. 36. est in omnibus iūs suis. Hinc necesse est nos uera synceritate ac simplicitate salubri ornari, ut sim
plex sit oculus nostræ mētis seu recta intentio, omnisq; nostra affectio, omne studium, omne pro
positum sit deo placere, propinquare, uniri, gloriam & honorem semper impendere, et eo aeterna
liter frui. Secundo, in uerbis præhabitis commendatur præclariss. euang. Iohannes à diuina suscep
tione. Suscepit etenim eum deus ad magna et multa, imo ad maxima bona, ad dona uidelicet tam
gratia gratum facientis q̄ gratis datæ. Nam fecit eum apostolū, et eius prædicatione conuertit
Asiam uniuersam, imo et alios multos, fecit etiam euang. excellentiss. et eius euangeliū eruditus et
erudit totum orbem. Fecit quoq; eum prophetam, et prophetam tā eminentem, ut totū militan
tis ecclesiæ statū, decursum, afflictionē, & cōsummationem ei reuelasse credatur, prout in Apocal.
mōstratur. Fecit item cū dñs Iesu Christus fuit digniss. matris specialē custodē ac filiū. Hæc autem
sunt dona gratiæ gratis datæ, imo & alia multa ac magna gratiæ gratis datæ dona cōsulit ei, ut po
te genera linguarum, discretionē spirituum, intelligentia scripturarū, efficacia miraculorū. Porro q̄
excellentia fuerint in eo dona gratiæ facientis, q̄ profunda humilitas, quā feruētiss. charitas,
q̄ admirabilis sanctitas, quā ceterarum uirtutū perfectio, quis possit exprimere aut scrutari, præ
fertim quia tot annis post ceteros uixit apostolos? Nec dubium quin quotidie mirabiliter in omni
profecit uirtute. Insuper in extremis suscepit cum CHRISTVS leuissima morte ad mensam sue
refectū

DE SANCTO IOHANNE EVANGEL.

FOL. LXIII

A reflectionis superna, & inter summos constituit cælestis patriæ ciues. ¶ Tertio, in themate com
mendatur ab aeterna prædestinatione, quia ad tantam gratiarum eminentiam in hoc mundo atq;
ad tantā beatitudinem in cælesti palatio fuit eternaliiter a deo ordinatus, de qua electione diuina
omne meritū præcedente, ipse in suo euangeliū euidentissime scribit. ¶ Quarto commendatur agra
tia complacetiæ, quam habuit deus in eo. Nil autem cōplacet deo in hoībus, nisi dona ipsius, cū
omne bonum ipsius sit donum; nec pprie dicitur deus complacentiam habere in hoīe uiatore, nisi
propter dona supرنaturalia sua grā gratum faciēt, sine quibus nullus potest deo placere in uita
præsenti, cū dicat A postolus: Sine fide impossibile est deo placere. Et denuo: Si linguis, inquit, an Hebr. 11.
gelorum loquar & hominū, charitatem autē nō habeā, factus sum uelut æs sonans aut cymbalum 1. Co. 14.
zinniens. In omnibus autē charitatē habentibus cōplacet deo, quia bīplacitum est dñi in huiusmo
di populo suo. Et quanto quis in donis & operibus charitatis ac gratiæ gratificantis & allarum uir
tutum infusarum perfectior fuerit, tanto maiorem in eo cōplacentiam habet deus. Et q̄uis absolu
te loquēdo, maxime deo complacent in ijs qui in charitate perfectiores cōsistunt, cum illi sint sim
pliciter meliores, nihilominus propter alias uirtutes dicuntur homines specialibus ac uarijs modis
deo placere, cum scriptum sit: Neminem diligit deus, nisi qui cum sapientia inhabitat. Et rursum: Sap̄ 7.
Cum simplicibus fermocinatio eius. Itemq; Mansuetorum & humiliū tibi semper placuit oratio. Iudicij 9.
Eccliterum: Beati omnes qui sperant in eo. Et denuo: Fides tua te saluū fecit. Quemadmodum enim Psal. 1.
coram deo & hominibus odibilis est superbia, ita humilitas reddit hominē deo hominibusq; imo Matt. 9.
angelis sanctis, amabilem. Studeamus igitur uniuersis uirtutibus istis ornari ac perfici, earūq; acti
bus abundare, atq; in actibus latrīe, in promptissima deuotione, in seruenti oratione, salubri medi
tatione, reuerendiss. sacramentorum oblatione, humilima adoratione quotidie amplius compla
cere, quatenus sic ex omni parte complaceat sibi in nobis.

¶ SERMO V. De contemplatione, & quibus uirtutibus præparati hanc assequimur.

A Scendit super Cherubim, & uolauit uolauit super pennas uentorum. Psalmo xvii. In uisio
ne propheticā, qua per quatuor animalia designati sunt beatissimi quatuor euangelistæ, san
ctus Iohannes apostolus per aquilam designatur, que ceteris aibus uolare altius prohibetur, & aci
em uisus in solem desfigere. Sic glorioſus euangelista Iohannes, ceteris euangelistis de CHRISTI
deitate & superbenedicta Trinitate altius scripti, & ea quae dei sunt, ualde sublimiter est contem
platus. Denique tota perfectio hominis in hac uita, & plena eius felicitas in futura, in amoroſa dei
contemplatione & contemplatiōne dilectione consistit. Sed contemplatio uitæ præsentis, est p̄ spe
culum in ænigmate per fidem & gratia lumen, estq; doni sapientie actus. Cōtemplatio autem uit
æ futuræ, est per speciem, seu facie ad faciem. Et quanto in presenti deum sublimius contempla
mur, tanto in patria eum felicius clariusq; cernemus, quoniam ista dispositio est ad illam: nec cogni
tio dei contemplatio proprie appellatur, nisi sit affectuosa & per sp̄cias contutio eius. Vnde con
templatio proprie pertinet ad perfectos nihilominus proficentes & etiam incipientes, quoniam do
num sapientiæ secundum aliquem gradum sortiti sunt, aliquo modo deum cōtemplari dicuntur,
imo ex gratia specialis deus eos crebro contemplationis luce perfundit, & dulci ūrū bonitatis affi
cit gustu; atque ut scribit Bernardus, genus seruorum quasi assumit & ponit ad mensam filiorum, Bernard.
ut sic eos à carnalibus abstrahat, & ad meliora ac uiciniora saluti alliciat. Studeamus igitur B. Iohā
nem euagelistam in cōtemplationis gratia aliqualiter imitari. Præterea, cū nemo repente summis
reddatur, sed paulatim proficere sit necesse, & in cōtemplatione perfectio hominis sit, oportet
paulatim & ordinate ad contemplationis culmen ascendere. Ordo autem requirit, ut inferiora ad
superiora referantur. Cumq; donum sapientiæ sit inter septem dona spirituſancti sublimius, & ipsa
dona uirtutibus moralibus sint altiora, tam ipsa uirtutes morales, quā cetera dona spirituſan
cti ad donum sapientiæ ordinare debemus, ut scilicet per profectum illarum uirtutum & donorū
illorum, & per actus earum ac ipsorum, in dono sapientiæ proficiamus, & actū eius, uidelicet con
templationem dei, expeditius, clarius, stabiliusq; exercere possumus. Præterea, inter uirtutes mor
ales continentur & eminentne quatuor uirtutes cardinales, quarum infima est temperatia, qui ponit
in ui concupiscibili, post quam ponitur fortitudo in ui irascibili, deinde prudentia in rationali, iu
stitia uero in appetitu superiori, uidelicet uoluntate. Et dicunt magni doctores, quod prudentia sit
dignior quā iustitia, sicut & intellectus quā uoluntas. Alij uero nōnulli tenent oppositum.
Oportet ergo iter ad apicem cōtemplationis secūdum unam cōsiderationem à temperatia incho
are. Est autem temperantia uirtus moralis, per quam homo à delectationibus gustus & tactus se re
primit, & in cibis & potibus retinet moderamen, non querendo in eis uoluptatem, sed necessitatē
tem naturæ: & tantum accipiendo de eis, quantum expediat ad exercēdum actus superiorum uirtu
tum, ut pote fidei, spei, charitatis, sapientiæ, prudentiæ, iustitiae, & religiōis seu latrīe. Porro, ut as
serit Thomas, int temperantia quæ est uirtus naturalis acquisita, & int temperantiam quæ est uir
tus infusa, hoc interest, quod ad temperantiam acquiſitam pertinet, tantum de ijs quæ ad gustum
& tactus spectat, accipere, quācum requirat natura, & ad opa naturalia rationis expediat excedere.

C reddatur, sed paulatim proficere sit necesse, & in cōtemplatione perfectio hominis sit, oportet
paulatim & ordinate ad contemplationis culmen ascendere. Ordo autem requirit, ut inferiora ad
superiora referantur. Cumq; donum sapientiæ sit inter septem dona spirituſancti sublimius, & ipsa
dona uirtutibus moralibus sint altiora, tam ipsa uirtutes morales, quā cetera dona spirituſan
cti ad donum sapientiæ ordinare debemus, ut scilicet per profectum illarum uirtutum & donorū
illorum, & per actus earum ac ipsorum, in dono sapientiæ proficiamus, & actū eius, uidelicet con
templationem dei, expeditius, clarius, stabiliusq; exercere possumus. Præterea, inter uirtutes mor
ales continentur & eminentne quatuor uirtutes cardinales, quarum infima est temperatia, qui ponit
in ui concupiscibili, post quam ponitur fortitudo in ui irascibili, deinde prudentia in rationali, iu
stitia uero in appetitu superiori, uidelicet uoluntate. Et dicunt magni doctores, quod prudentia sit
dignior quā iustitia, sicut & intellectus quā uoluntas. Alij uero nōnulli tenent oppositum.
Oportet ergo iter ad apicem cōtemplationis secūdum unam cōsiderationem à temperatia incho
are. Est autem temperantia uirtus moralis, per quam homo à delectationibus gustus & tactus se re
primit, & in cibis & potibus retinet moderamen, non querendo in eis uoluptatem, sed necessitatē
tem naturæ: & tantum accipiendo de eis, quantum expediat ad exercēdum actus superiorum uirtu
tum, ut pote fidei, spei, charitatis, sapientiæ, prudentiæ, iustitiae, & religiōis seu latrīe. Porro, ut as
serit Thomas, int temperantia quæ est uirtus naturalis acquisita, & int temperantiam quæ est uir
tus infusa, hoc interest, quod ad temperantiam acquiſitam pertinet, tantum de ijs quæ ad gustum
& tactus spectat, accipere, quācum requirat natura, & ad opa naturalia rationis expediat excedere.

iij Ad

D. DIONYSII CARTHUSIA. SERMO VI.

Ad temperantiam uero infusam attinet aliquid necessarium corpori subtrahere, & illud domare. **D**eu*s* castigare pro peccatis præteritis expiandi & futuris cauendis, atq; ut homo passioni Christi ali qualiter se cōformet, si non sanguinem suum pro Christo per martyrium effundendo, tñ illum in se per abstinentiam minuendo, dum materia, ex qua sanguis generatur, corpori tollitur; quod si cum discretione fieri est necesse, ne corpus uiribus nimis destitutatur. Hinc sancti patres dixerunt moderantiam in cibo & potu, esse fundamentum atq; initia spūli atq; monastica. Quo cōstat, eos qui solliciti non sunt in illis modum seruare, parum aut nihil proficere, nec ad contemplationis splendorē posse pertingere, imo potius deficere ac periclitari, quia in via dei non progredi, secundum quod ait Bernar. est regredi. Ideo sobrij simus, & cum dei timore & spūli attentione reficiamur. Insuper per fortitudinem ascendamus ad contemplationē, ardua uiriliter aggrediendo, nec pp̄ter quæcūq; aduersa seu aspera, à dei obsequio ac spūli processu cessando. Impleamus quod ait Psal. 26. mīsta: Viriliter age, & confortetur cor tuum. Non simus molles, tepidi & remissi ad aggrediendū actus uirtutum, ad conandum apprehendere affluentiam supernog; charismatum, ad laborandū pro perfectione interna. In dño confidamus, eiusq; adiutorium iugiter inuocemus, & sentiemus in breui grandem profectum. Veruntamen quanto quis fortius ita peregerit, tanto plus sibi necessaria est prudentia. Idcirco & per prudentiam ad sapientia contemplationem scandere nō cessemus. Est quippe prudentia recta ratio agendor, docens secūdum exigentia finis disponere media, & inter apperenda ac fugienda discernens, modum ac ordinē faciens obseruari. Vnde sanctus pater Antonius dixit, prudentiam seu discretionem summe esse necessariam monachis. Oportet ergo ut ea qua agimus, ordinate agamus, congruo loco, opportuno tempore; nec operi manuali sic insitamus, ut per hoc a spūliibus actibus impediām, qm̄ operi dei nihil est præponendum; nec colo*loquio* hominum sic licet uacare, ut ex hoc in ijs quæ dei sunt, oporteat festinare & truncare seu p̄cipitanter diuina soluere. Cūlibet ergo horæ deputata est occupatio sua. Insuper per iustitiam ad lucem contemplationis concemur pertingere, unicuiq; quod ei debetur reddendo; superiori obedientiam ac reverentiam, inferiori consilij & auxiliij assentiam, æquali fidelitatem, omnibus sedificationem. Negi enim sic ad contemplationis exercitii aspirare debemus, ut ob id obedientiæ in aliquo derogemus, quia uirtutes sibi inuicem cedunt, & ad præsidentis præceptum, imo & exhortationem actus uitæ contemplatiæ sunt suspendendi, ut exteriæ quæ iniunguntur agant; quod etiam si proximorū requirat necessitas, ex charitate fieri debet, nec ita agendo detrimētum gratiae contemplationis currimus; imo promeremur à dño suo tempore copiosius illustrari, atq; ualidus deitatis amore succendi, nec in exteriōribus actibus ab interna oratione, salubri meditatione, as fidua compunctione est desistendum, sed iugiter dirigidus est spūs ad creatorem. Sic ergo per has cardinales uirtutes ad contemplationē nos quotidie preparemus, imo in contemplatione profice re non tardemus. Nec solum per has uirtutes cardinales ita in generali, sed per earam quoq; species ad contemplationē & eius profectum nos disponamus, puta per humilitatem, mansuetudinem, patientiam. Postremo, quia ad contemplationē primā & increatae ueritatis ac superaretissimæ trinitatis indiget homo puritate præcipua & quiete interna, neccesse est omnia illa uitare per quæ quies ac puritas impeditur, utpote exterior sensuum euagationem, loquacitatem, morumq; levitatem, ac mentis distractionem. Imo ut breuiter dicam, omnē dei offensam, impetum passionum, strepitū uitiorum, oīm negligentiam & torporem, ac semper ad deum recurrendū, pro culpis incurrentibus F penitente, auxilium summae uirtutis infatigabiliter inuocare, illuminationem sancti spūs totis affectare ac implorare præcordijs, atq; pro posse implere quod scriptum est: Oculi mei semp ad dñm. **p̄sal. 24.**

Sermo VI. De charitate, & quæ sunt indicia charitatis perfectæ.

Aqua multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruēt illam. Canticorum viij. Gloriosus euangelista Iohannes, charitatis uisceribus totus redidauit ac superabundauit. Vnde de charitate in prima sua canonica plenissime scriptis. Cumq; sancta senectute confessus, aliud dicere nō ualeret, hoc hubertum coram suis repuit discipulis: Filioli, diligite alterutrum. A quibus, cur eadem coties loqueretur, interrogatus, respondit: Quis præceptum domini est? & si solū hoc fiat, sufficit. Vnde & Paulus testatur: Qui diligat proximum, legem impleuit. Christus q; Iohā. 13. q; In hoc, inquir, cognoscent omnes quia discipuli mei es̄t, si dilectionem habueritis ad inuicem. **B**l. Ioh. 3. Hinc in prima sua canonica loquitur sanctiss. iste apostolus: Hec est annuntiatio quam auditis ab inicio, ut diligatis alterutrum. Qui non diligit, manet in morte. Omnis q; odit fratrem suum, homicida est. Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quo eat, quoniam te nebras obcæauerunt oculos eius. Ecce hæc uerba horribilia audientes, non perterremur: quoniam omnes persuademuſ nobis, q; utiq; in charitate simus, & deum proximosq; spiritualiter diligamus, sed utinam non decipiāmus nosipſos. Deniq; ut sciāmus, quātum fieri potest, an uere simus in charitate, penitus uerba scripturae: Qui diligat fratrem suum, in lumine permanet, & scandalum in eo non est. Hoc idem fateur Psalmita, dicendo: Pax multa diligentibus legem tuam, & nō est illis scandalum. Quod ergo tam confidenter persuademuſ nobis de charitate, q; tam intimore, tamq; faci-

DE S. IOHANNE EVANGELI.

Fol. LXV.

A facile, imo & ita frequenter & scandalizamus & scandalizamur. Nonne pro leuisimis occasiōnibus indignamur, contendimus, conquerimur, & sepe detrahimus, nō obstante q; detrac̄cio si grauius crimen quā furtum atq; rapina. Quomodo diligit fratrem suum, qui animam eius laetare nō ueretur, qui ei peccanti non condolet, qui ea nō uitat, per quæ ille damnationem æternam incurrit, aut ad eam disponitur? Ideo Paulus afferit: Si esca scandalizet fratrem meū, 1. Co. 10. non manducabo carnes in æternū, ne fratrem meum scandalizem. Insuper Paulus testatur: Charitas benigna est, charitas non æmulatur, nō agit perperā, nō inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, omnia sufferit &c. Si has charitatis denominatiōes, proprietates & actus inuenimus in nobis, cōfidiāmus nos esse in charitate, nō aliter. Hinc em & Paulus hortatur: Non efficiamur inanis Gal. 6. glorie cupidi, inuicē puocates, inuicē inuidentes. Præterea Ch̄s effatur: Si q; diligit me, fer̄ Iohā. 14. monē meū seruabit. Ch̄s autem locutus est & præcepit: Si offeras munus tuum ad altare, & ibi Matt. 5. recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuum ante altare, & uade prius reconciliare fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Sed nunc unusquisq; perpendat quām efficaciter impletat uerba ista. Nonne frequenter unus alteri siue ex for̄sa & leui suspitione, siue ex subita commotione, siue ex disiplētia inueterata inuiriatur in uerbis aut factis, atq; non paruos imponit excessus, nec tñ ab eo ueniat deprecatur anteq; celebret, & occidit sol super iracundiam eius? Ad huc autē, sicut in themate cōtinetur, tāta est uis charitatis, q; nec aquæ tribulationū, nec flumina p̄secutionum seu diabolicarū tentationū queunt eam extingueri siue obruere. Propter qd uerbi thematis immediate p̄mittitur: Fortis est ut Can. 8.

B mors dilectio, dura sicut infernas æmulatio. Qualis ergo est charitas eius, qui pro uno modico uerbo aur nutu seu re parua cōtra suū proximū inflammat, indignatur, cōqueritur, & fortassis auerbitur? Amplius, super illud in psalmot: Bonum mihi lex tui super millia aut̄ & argē Psal. 118. ti, afferit Augustinus, q; minima charitas maior est quā maxima cupiditas: quia quicunq; ipsi ritualiter ex charitate diligit deū aut proximum, quanticunq; modice diligit eum, tamē plus Augustus diligit eum quā alius quanticunq; cupidus amerit eum cupiat totum mūdū, uel qui quid in eo est. Quicunq; enim ex charitate diligit deū, plus diligit eum quā seipsum & uniuersa creata, etiam incomparabiliter seu absq; mensura si quo minus, non uere ex charitate diligit deū. Similiter quicunq; ex charitate diligit proximū, plus diligit eum quā propriū corpus, corpora lem̄q; uitā suā, & oīa quæ sunt mundi, hoc est, plus quā omnes diuitias, delicias, honoresq; seculi, imo plus quā omnia creata infra hominem existentia. Cum ergo multi ex solo carnali, aut naturali uel sociali amore tantum afficiantur ad quoddam, ut quicquid inuitæ eis irrogatur ab illis, condoleant ipsis, & eos sibi reconciliare nituntur; quantumagis si ueram & sinceram ad fratres nostros charitatem habemus, debemus eis in nos peccātibus potius compati quā irasci, & orare pro eis, atq; fatigare ut ad charitatis redeant puritatem. Hoc utiq; uerbo & opere docuit sacratissimus euangelista Iohānes. Præterea magnitudo corporalitū periculorū ac uulnerū, mouet hoīes etiā duros ad cordiale cōpassionem circa eos qui in huīu modi sunt periculis aut uulneribus constituti, quāuis nunquā ante nouerint eos, ut si quēpiam uideant draconibus aut ferociis hostibus circuallatum & præ horrore collapsum, nec posse euadere, aut toto corpore lœtaliiter fauciāti: quātomagis religiosus Christi discipulus charitate p̄fusus, cōpati debet interne, & uehemētissime cōdolere ei, quem cōspicit alii graui culpæ obnoxii quāuis sibi aduersum, cū talis sit, nō temporalis, sed æternalis mortis expositus periculis, dæmonibusq; circundatus, & spiritualiter dire laesus. An non sunt in te Christianæ uiscera p̄i etatis, ut desfas corpus à quo discessit sp̄ritus eius, & nō potius aīam, à quo recessit deus ipsius? Deniq; Ecclesiasticus ait: Supra mortuum plora, defecit enim lux eius; & supra fatuū plora, defecit enim sensu. Modicū plora super mortuum, quoniam requieuit. Luctus mortui septem dies, fatui autem & impīi omnes dies uitæ illorum. Ecce quā uehementius ac indefinens deplorandus est impīus, q; corporaliter mortuus. Omnibus ergo mortalibus uitijis supartis, uulneratis ac mortuis præcordialiter condoleamus, & incessanter ac deuotissime oremus pro illis. Sic beatissimus Iohannes apostolus deplorauit iuuenem, qui à deo & lege Christi recessit, princeps erat latronum effectus. Quem cum apprehendisset, corruit ante eum in terram, & manum ipsius cōcepit deosculari. In quo innotescunt inæstimabilis charitas ac profunda humilitas eius, qui se latroni sceleratiss. ita prostrauit, eiusq; manum osculari dignatus est. Indignabatur Simon phariseus, q; Christus quem non nisi prophetam putauit, permisit se à peccatrice penitente tangi, cum tamen mulier illa se tam humiliiter Christi pedibus prostrauit, eosq; suis lachrymis rigaret, ac p̄pr̄ns tergeret crinibus. Et ecce summus iste euangelista, plus aliquid in hac re fecisse uideretur; quia non latro ei, sed ipse se prostrauit latroni nec la-

D. DIONYSII CARTHV. SERMO VII.

tro apprehendit manus eius ad osculum, sed econtra. Tantam ergo Apostoli huius charte, tantum humilitate sequi conemur, nec contra deum tumeat spūs noster. Nullus inaniter placeat sibi, nec Ch̄m spernat, cū iussit Ch̄st. Vide, inq̄ens, ne contemnatis unū de pusillis istis. Matt. 18. Postremo, qm̄ deus unūquenq; tāto celarius copiosusq; exaudiat, impleat & illustreret, quātū se ab illo uidet int̄essus diligi, studeamus indefiniter in dei sinceras, p̄ficeret charitate, & cōd̄ qui naturaliter, essentialiter, incomparabiliter, & pr̄sūs incircumscribibiliter bonus est, totis amare p̄cordijs, feruentiss. desiderare affectibus, & brachijs stringere sanctę dilectionis, & q̄c; quid displiceret uirtute, q̄c; quid complacet pagere, cū inflammato corde ipsi seruire. Sicq; agenes, eum rogemus ut mētes nostras ad ipsius contemplationem irradiet, & suam in nobis chartatem, pietatem & gratiam indefiniter corroboret & consummet.

SERMO VII. De uarijs contemplationis gradibus, & quomodo ad theologiæ mysticæ contemplationem quidam eleuantur.

Omnes homines uident deū, unusquisq; intuetur procul. Iob trigesimosexto. Quēadmodum afferit Damascenus, oībus naturaliter insita est cognitio existēdi deū, imo sicut nō h̄i incertius & incomprehēsibilis est quā quid sit deū, sic nihil est certius, nil probabilius, quam deum esse. Hoc quippe ex creaturis multipliciter innotescit. Propter qđ ait apostolus Paulus: Inuīsibilia dei per ea quae facta sunt cōspiciuntur, semperna t̄q; uirtus eius & diuinitas. Nem̄ p̄ ex ordine uniuersi cōstat, esse unū primū & summū ens, & cū multa habeant esse suū ab alio, oportet unū esse quod esse suū aliunde nō habeat, sed sit ens per essentiam, ens independens, ēternū, perfectū. Omnes itaq; homines uident deum, quia per naturalem rationem eū esse aliquo modo cognoscunt. Vnusquisq; quoq; intuetur eum procul, quia imperfecte & obscurē ipsum in hac uita cognoscimus. Sicq; procul intuemur non ratione localis distantiae, cū deus us ubiq; sit, sed ratione dissimilitudinis & deficiētiae seu imperfectionis, iuxta quem modum

Prov. 15. longe est dñs ab impijs, ipseq; dominus alta à longe cognoscit. Sunt autem diuersi gradus Psal. 137. uidentiū seu contemplandi deum in uita pr̄sentis. Pr̄mus & infīmū est per naturalem rationem, prout ex consideratione et creaturarum creator cognoscitur, sicut ex consideratione effe-ctu causa. Porro hic gradus cognoscendi deū, latitudinē habet magnā. Sunt enim in eo gradus diuersi, secundū qđ unus p̄ naturale rationē plura & altiora, certius q̄c ac clarius cognosuit deo q̄ alias: sic enim philosophi deū nouerūt, hi perfectius, hi imperfectius. Secundus gradus cōtemplandi deū, est p̄ fidē ac sapientiā donū, qđ p̄ficit fidē. Et istud intelligendum est de fide formata, ut pote p̄ dilectionē operante, qm̄ nullus dicitur, p̄prie cōtemplari, nisi existat in charitate & gratia. Hoc autē modo cōtemplatur deo ea q̄ naturalē rationē transcēdunt, ut pote q̄ trinus est in p̄sonis, q̄ unigenitus dei naturā assūmptus humānā, imo & ea quae naturalizatione noscuntur deo, etiā p̄ fidē uel salte p̄ donū sapientiā cōtemplatur deo, tñ alio altiori modo q̄ naturali ratione de ipso noscūtur. Porro hic gradus cōtemplandi, magnā est latitudinis, & primo in tres gradus diuidit, secundū tres gradus fidei ac sapientiā & charitatis. Qui gradus accipiunt penes tres status hōim deo deseruentiū, s. incipientiū, p̄ficiēntiū ac p̄fectoriū. Proprietati, ut dictū est, contemplatio nō p̄tinet nisi ad p̄fectos. Hac q̄c contemplatio pertinet p̄prie ad p̄fectos in uita pr̄sentis, est duplex. Vna p̄ affirmationē seu positionē, alia p̄ negationē seu ablationē, prout D. Dionysius in pluribus scribit locis, p̄sertina in libro de mystica theologia. Contemplatio per affirmationē, est clara & prompta ac amorosa cognitionis dei, qua perfectiora & nobiliora quaeq; ei attribuiuntur, seu qua ipse sub ratione talii simplici apprehensione cōcipitur sive conspicitur. Sic etenim cōtemplatur deū ut primū ens, ut summum bonum, ut ēternam & incomutabilem ueritatem, ut simpliciss. unitatem, ut sapientiā exemplarē ac infinitam, ut omnipotentem, ut purum actū, ut opulentiss. uitam, ut superflandiss. mentem, ut essentialiter pulchrum, ut interminabiliter dulcem, ut summe piūm ac iūsum, ut infinitate beatū, ut absolute perfectū, ut incomparabiliter in omni nobilitate & excellētia p̄fūl gentem, sicq; in libro de diuinis nominibus tractat deo Dionysius Areopagita. Necesse est nāq; in deo tanq; in primo fontali & exemplari uniuersorū principiō, oīm rētū p̄fectiones omni imperfectione seclusa, ponere ac fateri, & q̄c quid absolute loquēdo melius ac laudabilius est inesse sive haberi, q̄ deesse & auferri. Hoc est, q̄c quid dicit p̄fectionē absolute atq; simpliciter, hoc tōtū cū infinita plenitudine & excellētia deo ascribere est necesse, in hac cōtemplatione ab eminentioribus & p̄fectoribus & cōdioribus magis apte incipitur, qm̄ talia magis deo proprie attribuūtur, int̄m vt dicat Saluator: Nemo bonus nisi deus, vel ut alius refert euāgelistā, vnuſ est bonus deus. Quibus uerbis in suū solūm deum, p̄prie bonū uocari. Deus quoque ad Moysen loquēs: Ego, inquit, sum qui sum. Hac dices, qui est, misit me. Quo uerbo innuit se solum proprie esse. Soli etenim deo competit bonitas & esse cū omnimoda plenitudine atq; immens-

Gala. 5. Cōtemplatio ista mysticæ theologie, per omnium ablationem à deo, per incendium fit amoris, qm̄ per ardentissimam atq; puriss. deitatis dilectionem immediate disponitur homo ad eam, quāq; & ipsum actualem amorem apprehensio quādam ordine naturali præcedat. In hac equidem cōtemplatione mox ut apex effectuā summi boni amore acceditur, uertex intellectuā ad primā ac summā ueritatis intuitionem erigitur, & ei ut enti incomprehēsibili ac ignoto, quād est, infigetur, & crebro in diuītias gloriæ rapitur, in deitatis abyssum demergitur, in diuinæ & increatæ infinitatis oceanū profusus defluit à seipso & igne amoris immēsi quasi comburi ac perdi uidetur, sicq; obdormit & cōquiescit in pace in idipsum, in dilectō, in superclariss. deo, in eo qui solus per essentiam incomparabiliter in se bonus ac p̄fūl. psal. 4.

pter se amabilis superamabilisq; consistit. Habet autē contemplatio hæc mysticæ theologie diuersos ac uarios gradus, secundū qđ unus cōtemplator in charitate & dono sapientiā altero est p̄fector, uel prout magis aut minus se disponit ad eam, aut certe secundū qđ magis aut minus gratiōe ac pie præuenitur à deo ac rapitur. Præterea scire oportet, quia secundū diuini Dionysij documenta in cōtemplatione ista ab inferioribus & imp̄fectoribus aptius inchoatur, quia hæc corporalia ac sensibilia magis proprie de deo negantur ac auferuntur: sicq; tādem ascendo uniuera etiam superiore & intelligibilia, & omnia entia, & non entia auferuntur à deo tāquam à superessentialiter superposito & interminabiliter superexaltato uniuersorum principio, cuius immensam & incomprehēsibilem lucem tāquam caliginem, cū fuerit mens cōtemplando ingressa, omne mox nomen, omnisq; cognitionis pr̄sus deficient: sed hoc erit mente deum uidere, uidere eum omnino inuisibilem & incomprehēsibilem esse, quemadmodum stanti circa oceanum, cuius finem attingere uisu nequit, hoc est oceanum intueri, illud non posse totum conspicere. & quanto mens deo id clarius atq; profundius uiderit, tāto ipsum lympidius intuerit. Postremo, ad hanc mysticæ theologie contemplationem homo dupl̄citer eleuantur. Primo, per suū p̄sonū conatum seu p̄parationē ad eam, prout primo cap. mysticæ theologie sacer Diony. docet, qm̄ uidelicet homo se ab exterioribus abstrahit, & mente res colligit, ad deumq; erigit, eius bonitatem cōsiderando, donec apex voluntatis diuīno accensatur amore, sicq; uertex mentis per cōtemplationem hanc mysticā uniatur & infigatur deo.

Fol. LXVI.

DE SANCTO IOHANNE EVANGELISTA.

A immēsa perfectione, ita q̄ eius comparatione nihil creatum, bonum aut ens ualeat appellari. Propter quod S. Iob ait: Quis potest facere mundum de immundo cōceptum semine? non Iob 14. netu q̄ solus es: Ieremias quoq; afferit: Qui fecit oīa, ipse est, & Israel sceptrū hæreditatis eius, Iere. 51. dñs exercituum nōmē eius. Vnde ut afferit Damascenus, prīmū & propriū nōmē dei, est Esse seu Qui est, qm̄ Esse tanq; pelagus infinitū comprehendit in se q̄c quid inest & competit deo. Sanctus item Hilarius: Esse, inquit, non est accidens deo, sed manens ueritas, subsistens causa, & naturalis rei proprietas. Nec solum generalissima ista, uidelicet esē, bonitas, ueritas, unitas, tam eminēter, proprie ac singulariter cōpetunt deo, sed alia quoq; absolutam p̄fectionem exprimētia, ut potētia, sapientia, scientia, pulchritudo, &c. Propter qđ ad Timoth. loquitur Vas. 1. Tim. 4. electionis: Beatus & solus potens rex regum & dñs diuantium, q̄ solus habet immortalitatem. Et alibi: Soli sapiens deo honor & gloria. Ad quod in finuāndum scriptum est: Stultus factus Ie. 10. 51. est omnis homo à scientia sua. Præterea cōtemplatio per negationē seu ablationē est intuītio, quā deus conspicitur tanq; uniuersis & singulis infinite sublimior, & pr̄s in comprehēsibilis, ita q̄ omnia uerius atq; subtilius negātur & auferuntur ab eo, q̄ ascribantur eidē. Sicq; in hac cōtemplatione mens contemplantis unitur & infigitur deo tanquam prorsus ignoto, quoniam uidet & intelligit nihil competere deo, secundū modum quo nos comprehendere aut concipere id ualemus, nec aliquid uniuoce dici de creatore & creaturis, eo quod infinita sit exaltatio creatoris super uniuersa creata & creatibilia. Hæc contemplatio dei est altior & perfectior prima, quā est per affirmationē, quia ut diuinus Dionysius docet, affirmations Diony. sunt incompactæ, id est, impropriæ in diuinis, negationes uero sunt, pp̄ia ibi. Hæc quoq; contemplatio per abnegationē uniuersorum à deo, est mystica theologia, quā est secretissima, ardentissima ac lucidissima mentis humanae cum deo locutio, eiusq; intuitio, & appellatur intuitio caliginis, id est, diuinæ & increatæ supersplēdiō dissimilæ lucis, quæ pp̄ter claritatis sue infinitum, inuisibilem, incomprehēsibilemq; excessum nuncupatur caligo. Hinc deus in scriptis in nominabilis perhibetur, cum tamen tam multa & quasi innumerabilia habeat nomina, quia uidelicet nullum nōmē competit ei secundū modum, quo nos id intelligere possumus, sed per modum in infinitū perfectiōrem & eminētiōrem. Hinc quoq; quis in thes. Iob 36. mate huius dicitur sermonis: Omnes homines uident deum, tamen ut Iohannes ait: Deū nō es Ioh. 1. mo uidit unquam, atq; ad Moysen protulit deus: Nō uidebit me homo & uiuet, quoniam deū nō h̄a, um sicuti in seipso est, nullus potest uiator uidere, & humana sensitūciā uita siue uiuere. De niq; contemplatio ista mysticæ theologie, per omnium ablationem à deo, per incendium fit amoris, qm̄ per ardentissimam atq; puriss. deitatis dilectionem immediate disponitur homo ad eam, quāq; & ipsum actualem amorem apprehensio quādam ordine naturali præcedat. In hac equidem cōtemplatione mox ut apex effectuā summi boni amore acceditur, uertex intellectuā ad primā ac summā ueritatis intuitionem erigitur, & ei ut enti incomprehēsibili ac ignoto, quād est, infigetur, & crebro in diuītias gloriæ rapitur, in deitatis abyssum demergitur, in diuinæ & increatæ infinitatis oceanū profusus defluit à seipso & igne amoris immēsi quasi comburi ac perdi uidetur, sicq; obdormit & cōquiescit in pace in idipsum, in dilectō, in superclariss. deo, in eo qui solus per essentiam incomparabiliter in se bonus ac p̄fūl. psal. 4.

C

on contemplatio ista mysticæ theologie, per omnium ablationem à deo, per incendium fit amoris, qm̄ per ardentissimam atq; puriss. deitatis dilectionem immediate disponitur homo ad eam, quāq; & ipsum actualem amorem apprehensio quādam ordine naturali præcedat. In hac equidem cōtemplatione mox ut apex effectuā summi boni amore acceditur, uertex intellectuā ad primā ac summā ueritatis intuitionem erigitur, & ei ut enti incomprehēsibili ac ignoto, quād est, infigetur, & crebro in diuītias gloriæ rapitur, in deitatis abyssum demergitur, in diuinæ & increatæ infinitatis oceanū profusus defluit à seipso & igne amoris immēsi quasi comburi ac perdi uidetur, sicq; obdormit & cōquiescit in pace in idipsum, in dilectō, in superclariss. deo, in eo qui solus per essentiam incomparabiliter in se bonus ac p̄fūl. psal. 4.

pter se amabilis superamabilisq; consistit. Habet autē contemplatio hæc mysticæ theologie diuersos ac uarios gradus, secundū qđ unus cōtemplator in charitate & dono sapientiā altero est p̄fector, uel prout magis aut minus se disponit ad eam, aut certe secundū qđ magis aut minus gratiōe ac pie præuenitur à deo ac rapitur. Præterea scire oportet, quia secundū diuini Dionysij documenta in cōtemplatione ista ab inferioribus & imp̄fectoribus aptius inchoatur, quia hæc corporalia ac sensibilia magis proprie de deo negantur ac auferuntur: sicq; tādem ascendo uniuera etiam superiore & intelligibilia, & omnia entia, & non entia auferuntur à deo tāquam à superessentialiter superposito & interminabiliter superexaltato uniuersorum principio, cuius immensam & incomprehēsibilem lucem tāquam caliginem, cū fuerit mens cōtemplando ingressa, omne mox nomen, omnisq; cognitionis pr̄sus deficient: sed hoc erit mente deum uidere, uidere eum omnino inuisibilem & incomprehēsibilem esse, quemadmodum stanti circa oceanum, cuius finem attingere uisu nequit, hoc est oceanum intueri, illud non posse totum conspicere. & quanto mens deo id clarius atq; profundius uiderit, tāto ipsum lympidius intuerit. Postremo, ad hanc mysticæ theologie contemplationem homo dupl̄citer eleuantur. Primo, per suū p̄sonū conatum seu p̄parationē ad eam, prout primo cap. mysticæ theologie sacer Diony. docet, qm̄ uidelicet homo se ab exterioribus abstrahit, & mente res colligit, ad deumq; erigit, eius bonitatem cōsiderando, donec apex voluntatis diuīno accensatur amore, sicq; uertex mentis per cōtemplationem hanc mysticā uniatur & infigatur deo.

Secundo

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EPIST.

Bernard. Secundo, eleuatur homo ad eam absq; suo conamine ac præparatione ex gratiosiss. dei p̄r. D uentione repente & improuise, imo frequenter tam impetuose ac ualide, ut nequaquam queat resistere aut se inde auertere, sed instantanea mens eius præstringitur, impletur, rapitur, absorbet, atq; demergitur, ac penitus superatur, & quasi prosteretur, ut felicius eleuetur. Vnde quinto de consideratione ait Bernar. Omnitum maximus est, qui spredo usi rerū ac sensuum, quantum humanae fragilitati fas est, non ascensoris gradibus, sed inopinatis excessibus auo lat ad contemplanda diuina. Talis in profundissima dei misericordia præuenitur ac rapitur. Ad hanc contemplationem mysticam, supernaturem, flammigeram, feruentiss. unitiuā co nemur indesinenter, quia in ea consistit omnium exercitiorum & laborum actuūm nostrorum finis seu consummatio atq; perfectio in præsenti. Ad quā solitarij specialiter aspirare des bent ac niti, imo & omnes religiosi, ad quos contéplativa pertinet uita, quæ per beatissimum Iohan. apostolum contemplatorem altiss. designatur, ad quam contemplationem præclararam peruerit homo, non uarios libros hincide reuoluendo ac percurrente, sed seipsum in omni bus profunde humiliando, salubriter mortificando, fortiter superante, prōpte obediendo, priuatum prorsus extirpando amorem, opusq; dei persuendo reverenter ac semper attente, & coram deo ubiq; ac semper solcite ambulando, ac ea quæ ordinis sunt diligentissime obser uando, ne in aliquo omnipotente offendat, imo in cūctis honoret, atq; in eius charitate omniq; uirtute & gratia indesinenter proficiat. Ad laudem & gloriam eius.

In festo beatorum innocentium.

ENARRATIO lectionis loco epistolæ Vidi supra montem agnum stans

tem. Apocalypsis decimoquarto.

Apo. 14. **Psal.** **Act. 7.** Nlectione ista ad literam de uirginibus agitur, idcirco in festo innocentium convenienter loco epistolæ legitur. Itaq; S. Iohannes in Apocal. ait: [Vidi] uisitione imaginaria [supra montem], i. supra militanter seu triumphante ecclesiam, [agnum stantem] uidelicet Christum utriq; ecclesiæ præsidentem, & in omnium sanctorum uertice constitutum, qui ait in Psal. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius. Ecclesia autem recte mons appellatur, propter altitu dinem gratiæ, sapientiæ, & uirtutis sibi concessæ. Qui etiam mons Sion uocatur, quia cælestia contemplatur. Sion quippe speculatio interpretatur. Vidit autem Iohannes agnum stantem, tanq; paratum ad succurrendum suis ministris, quemadmodum Stephanus dixit: Video cælos apertos, & filium hominis stantem à dextris uirtutis dei. [& cum eo centum quadraginta quatuor millia.] Per numerum istum determinatum designatur numerus indeterminatus, uidelicet uniuersitas sanctorum, de quibus subiungitur, [habentes nomen eius] uidelicet agni, [& nomen patris eius scriptum in frontibus suis]. i. unigenitū dei & patrem aternū cordibus suis gratiose inexistentem, amoroso impressum, sc̄q; aperte profitentes esse ministros patris ac filii. Quibus expressis datur sp̄ritus sanctus intelligi, qui est amor & nexus patris ac filii. [Et audiuit uocem de cælo.] Vox ista fuit cantus seu laus horum millionum sanctorum deum laudantium, quā uocem de cælo triumphantis seu militantis ecclesiæ interiori auditu audiuimus. [Et tanq; uocem aquarum multarum, & tanq; uocē tonitruī magni.] Per quod insinuatur, q; forti, amoroso atq; magnifico præconio deum laudabant. [Et uocem quam audiuit sicut citharē dorū citharizanti in citharis suis]. i. laus ista fuit deo ac angelis grata ac placita, mihi quoq; Iohanni instar suauissimæ melodie delectabilis extitit & iucunda. [Et cantabant quasi cantum nouum ante sedem] dei. Cum enim electi ingrediuntur regnum cælestis; nouū mox can ticum offerunt deo, quem tunc incomparabiliter clarius cernunt, ardenter diligunt, immo bilius tenent. Idcirco præclarioribus eum attollunt piconis, quæ ex mentibus per dona glo riæ innouatis semper recentibus, & nunq; ueterascentibus prodeunt. Porro electi, deuoti, & amorosi in militante ecclesia, quasi canticum nouum deo decantant, per euangelicæ legis uerba & opera deum laudando, eumq; quotidie ex receti renouata ac inflammata devotione no uis laudibus secundum multiplice spiritus sancti infagationem hubertim atq; sapissime cō mendando. Itaq; canticum nouum cantauerunt ante sedem dei, i. coram altissimo, ei cordias illissime regnantes de omni uictoria & uirtute eis concessa, & pro cunctis beneficijs eius. [& ante quatuor animalia & seniores]. i. coram euangelistis ac cæteris sanctis præcipuis, apostolis, patriarchis, prophetis, atq; perfectis. Qui enim in præsenti peregrinantur ecclesia, oculos cordis ad deum & beatos in patria eleuant, & in eorum præsentia se per fidei contemplationem cōstituant, & taliter laudes offerunt creatori. [Et nemo poterat dicere canticum] istud, de quo nunc sermo, quia ad literam nunc est sermo de uirginum cantico, qui quodam specia liptamio ac cantico de sua uirginitate lætantur. Nam & specialis aureola eis confertur, [nisi illa

DE SANCTIS INNOCENTIBVS.

Fol. LXVII.

A illa centum quadraginta quatuor millia] id est, nisi uniuersitas uirginum, quæ prefato numero designatur, [qui empti sunt de terra.] id est, de numero carnalium hominum misericordiæ segregatis sunt, & precio sanguinis Christi redempti, Paulo dicēt: Empti estis precio magno. 1. Cor. 6. [His] qui cum mulieribus non sunt coinqüinati, uirgines enim sunt] mente & corpore incorrupti. Virginitas autem sola cogitatione seu affectu amissa, per peccantiam recuperatur: alioquin uirginitatis aureolam obtinere nō possint, qui uel semel in copulam cōsensissent carnalem, quācumlibet postea continerent, ac peccarent. [Hi sequitur agnum] uidelicet Christum, [quocunq; uerterit, quocunq; se uirterit, quocunq; uisauerit, ad quodcūq; se extenderit, speciali eum prosequuntur fauore, quemadmodum in hac uita pro eius amore contra propriam carnem laboriosius certauerunt. [Hi empti sunt] id est, sanguine Christi saluati & assumpti, [ex omnibus], i. de toto hominū generes primitiæ Deo & agno] id est, ad hoc ut sint ad honorem Dei patris ac filij, haud dubiū quin & sp̄uſlanci primæ hostiæ & quasi primi téporis fructus, q; magis accepti ac dulciores sunt. Virginis quippe cæteris exhibent corpora sua hostiam sanctam, uiuētem, Deo placētem. Hinc super Apocalypsim loquitur Berengādus: In lege p̄ceptum est, ut primitiæ offerrentur Deo. Per primitias frumentum designat̄ electi, nam sicut ex multitudine fructū paruæ primitiæ Deo offerbātur, ita ex multitudine hoīm paruus electorū, potissime uirginum, eligitur numerus, qui Deo ab angelis in tēplo gloriæ cælestis offertur. [& in ore eoz nō est inueniū mēdaciū.] uel quia nū E quam mētiti sunt, uel si in quam mēdaciū culpā prolapsi sunt, eam per peccantiam deleuerūt. [Sine macula sunt ante thronū Dei.] In militante nanci ecclesia carēt mortalis macula culpe, in partia uero etiā omni ueniali caret peccato. [Veget circa hæc quæstio oritur, quia ex p̄reinductis uidetur, q; uirgines (absolute loquēdo) sint ceteris sanctis p̄fæctiores, atq; in gloria sublimiores, cū sint primitiæ Deo. Et respodendum q; ista eoz prærogatiua ad accidētale primitiæ um & uirginitatis aureolam est referēda, uel quia cæteris paribus sunt maiores. Verba lectio nis istius sup. Apocalyp., elcidauit diffusius, & in sermone inde aliqui plenius exponentur.

¶ SERMO I. circa epistolam: De tríplici castitate, de laude uirginitatis, &

quibus debeatur aureola.

H Isunt q; cum mulieribus non sunt coinqüinati. Apocal. xiiij. Ad hoc ordinatur ac tēdit tota euāgelica Christi doctrina, ut à rerum carnali ac temporalium inordinato amore & prava delectatione nos abstrahamus, atq; ad Dei ac spiritualium rerum amorem, cōsiderationem ac delectationē syncerā nos eleuemus. Ad hoc siquidem cōditifimus, & in hoc consistit uera felicitas, ac summa nobilitas nřa. Hinc homo rāto infelior, uiliorq; efficitur, quanto rebus carnalibus ac terrenis magis immergitur, immoderatiusve inhaeret, imo talis homo nomine hoīs est indignus, & in scripturis caro ac bestia nūcupatur. Hinc Chrs in euāgelio uirginitatē uerbo docuit & exēplo, eamq; plurimū commēdauit & cōsoluit, nō p̄cepit, dicendō Matt. 19. Qui potest cape, capiat. Per uirginitatem nāc abstinet homo totaliſt uoluptatibus carnalibus & immūdis, & ad diuinorū cōtemplationem ac dilectionem ualde disponit. Vnde in solennitate hac innocentium martyris, qui uirgines extiterunt, lectio ista ex Apocalypsi sumpta legitur, in qua de uirginitatis p̄fæctio recitatatur. ¶ Præterea Christus in euāgelio loquitur: Semē cecidit in terrā bonam, & ortum, fecit fructum, aliud cētesimum, aliud sexagesimum, aliud triūcesimum. In quibus uerbis per semē intelligitur doctrina Chri, seu uerbū Dei & per terrā bonam, exprimitur cor humanum docile, uerbo Dei obtemporans. Per fructū uero designatur spiritualitas quādā seu puritas, & profectus exurgēs & crescents in homine ex hoc, q; uerbū Dei intra se suscipit & adimplēt. Hæc aut̄ spiritualitas est castitas, utpote cōtinētia sue abstractio à concupiscentijs uoluptatibus carnalibus, q; quas homo à cōtemplatione & amore diuino rum atq; cælestium p̄cipue impeditur. Hæc autem castitas triple est, uidelicet cōiugalis, & uidualis, ac uirginalis. Castitas coniugalis est, p; quam homo téperate se habet circa conthorale & copulā eius carnalem, delectationes & omnes cōmixtiones diuina lege prohibitas uitans, ut sit honorabile eius cōubrium, & thorax immaculatus, ut docet Apostolus. Hæc est castitas eo Hebr. 13. rum qui fidem cōiugalem sibi inuicem seruat, & non nisi propter causas honestas ac licitas sibi mutuo uniuntur, uidelicet desiderio prolixi habendæ, & ad Dei obsequium educandæ, uel causa debiti reddendi, aut ratione incontinentiæ in conthorali uitandæ. Hæc castitas per fructū tricesimum designatur, quoniam infima est, & ad eam cōiugati tenetur, quam adulterantes uici osissime uiolant. Secunda est castitas uidualis, qua homo se abstrahit à vinculo matrimoniali, copulati carnali ad tempus post obitū cōthorali. Hæc castitas per fructum sexagesimum designatur. Tertia est castitas uirginalis, p; fructum cētesimum designata, quia p̄fatis duabus est

m meli

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO I.

melior, qua homo à vinculo coniugali, delectatiōibusq; carnalibus abstrahit se omniō propter Deum, de qua S. loquitur Cyprianus: Virginitas soror est angelorum, uictoria libidinis, post Ecc. 26. fessio oīm bonoꝝ. Vnde in Ecclesiastico fertur: Omnis pōderatio nō est digna cōtinēti aīz. B. q̄ Hieronymus: Matrimonii, inq; implet terrā, uirginitas calum. ¶ In fug, secundū doctoꝝ res, castitati uirginali debetur aureola. Et siq; aureola qđdam accidentale p̄mūm, seu speciale gaudiū pro opere uirtuoso singularis difficultatis atq; uictoriae. Hinc tribus generibus hominū, puta martyrib; uirginibus, doctoribus, debetur ac datur in cælo aureola. In actibus namq; martyrii & doctoratus ac uirginitatis, valde magna difficultas ac singularis, consistit trium phus. Per uirginitatē equidem triumpusat homo de proprio ac domestico hoste, i. de corpore Gal. 5. suo, qđ teste Apostolo concupiscit ad uerū spiritū. Sed circa hāc quārē potest, an cunctis uirginib; debeat ac detur aureola, & loquor de uirginibus in uirginitate & charitate morientibus. Videatur q̄ non, quia sic paruulus baptizatis ante discretionis tempus decedentibus das, retur aureola, q̄ tamē cōtra concupiscentias carnis nullam unq; pugnā habuerunt, imo nec motum senserūt inordinatum, nec uirginitatem perdere potuerunt. Similiter puellis nuptis ante carnalem moriētibus copulam daretur aureola, quā tamē propositum & affectū carnalis habuerūt conuentionis. Ad istud S. Thomas super quartū Sententiā responderet, q̄ quidam disserunt cunctis uirginibus dari aureolam. Quoꝝ opinio fuit nimis extensa, quia non oīs uirgines contra concupiscentiam pugnauerunt, nec omnes uirgines uirginitatem proposuerūt seruare. Alioꝝ ergo fuit opinio, q̄ solis uirginibus uirginitatē ex uoto seruantibus, detur aureola. Quoꝝ opinio fuit nimium stricta, quoniam ex eadem charitate & difficultate ac intensione potest quis uirginitatem seruare ab q̄ uoto & ex uoto. Idcirco opinio inter has media, rationabilior est, uidelicet q̄ cunctis uirginitatem ex proposito obseruantibus debeat aurēola. Et quanvis propositum hoc subinde mutetur, nō impeditur aureola gaudium, merces, sive perceptio, dummodo propositum resumatur, & in eo quis moriatur. Nam mentis uirginitas potest recuperari. ¶ Amplius circa præhabita queritur, an uirgines sint alijs cunctis hominib; uirtuosis maiores in regno celesti. Videatur quod imo, quia in hodierna dicitur lectioꝝ ne, quod nemo alijs potuit dicere canticum uirginum, nisi uirgines ipſæ. Rursus, in lectione hac dicitur, quod hi, s. uirgines, sequuntur agnum quo cunq; ierit. Itemq; quod empti sunt ex omnibus primis Deo & agno. Itaq; aduertēdū, quia ut sanctus recitat Thomas, quidam dixerunt solos uirgines ceteris preferendos, atq; ad angelorum ordines assimēdos, quod omnino erroneum est & fultum. Essentia etenim p̄mūm beatorum, non correspōdet uirginitati, sed charitatis perfectioni. Nōne beatissimus princeps apostolorum Petrus, & ceteri sancti utriusq; testamenti, qui in coniugio erant, multis uirginibus ualde excellētores sunt in gloria, quemadmodum Moyses, Abraham, David, Isaías? Dicendum ergo quod uirgines alijs preferuntur non absolute, sed quantum ad aliquid, sicut in expositione inductum est. Veruntamen certū est, quod aliqui uirgines ceteris preferuntur, ut Christus homo, & mater ipsius. Attamen ex dictis probatur, quā magna & specialis uirtus sit sancta uirginitas, q̄ in euangelicalege, quā est lex perfecta, cælestis ac spiritualis, ualde laudatur, consultur, præmiatur. Hinc Augustinus uirgines deuotissime alloquens: Pergite, inquit, sancti Dei pueri ac pueræ, mares ac sc̄minæ, cælibes & inuptæ, pergitate perseveranter in finem, laudate dominum dulcissimum quem cogitatis huberius, sperate felicissimi cui seruitis instantius, amate ardentes us cui placetis attentius, lumbis accinctis & lucernis ardenteribus expectate dominum quādo ueniat a nuptijs. Vos affertis ad nuptias canticum nouum, quod cantabitis in citharis uestris, utique tale quale nemo poterit dicere nisi uos. Ambrosius quoque testatur: Virginitas superredit conditionem naturæ humanae, per quam homines angelis assimilantur. Major enim est uictoria hominum, quā angelorum. Angelii nanque sine carne uiuunt, uirgines uero in carne triumphant. ¶ Porro omnis inuercundia, loquacitas, curiositas, pompa, saltatio, gula, omni uirginis sunt uitanda. Denique, quā magna & commēdabilis est in Christianis uirginitas, tamē detestabilis atque damnabilis est in eis fornicatio omnis, omnis quoque carnalitas in aspectu, tactu, osculo, & affatu, & quicquid ad libidinem provocat, summe fugiendum est omni Christifidelis. Similiter omnis gula, acedia, atq; superbia. Hinc Innocentius ait: O extrema libidinis turpitudo, quā non solum mentem effemina, sed & corpus enervat: non solum maculat animam, sed etiam fecit personam. Qui enim fornicatur, in propriū corpus peccat, secundum Apostolum, quod detur patet & in honestat. O quā breuis est fornicationis uoluptas, & quā perpetua eius penalitas. Ut ergo ueraciter Christiani simus, uitemus peccata ista carnalia, & cetera omnia quibus bestijs ac demonibus conformamur, & ad puritatem nos demus, per quam Deo placemus, & angelis assimilamur, quatenus quotidie in gratia spissitus.

DE S. INNOCENTIBVS.

Fol. LXVIII.

A rituſ sancti & omni uirtute crescamus. Et quoniam hodie sanctorum innocentium celebramus martyrium, eorū innocētiam assequamur, ut nec nobis p̄spis, nec alijs per uita noccamus, imo confilio atq; auxilio cunctis pro posse prodeſſe conemur, & exemplares in omnibus esse nita murine cōſilium proximis est uendendum, sed gratis ex charitate propter Deū plenarie impendendum: nec aliquis eius debet causam promouere sue defendere, quam scit iniūstā conſistere. ¶ Postremo, quemadmodum super Matthæi ait Hieronymus, sicut paruulus nō per Hieron. feuerat in malitia, lāſus non meminit, uidentis pulchram mulierem non concupiscit, nec deleſatur, non aliud cogitat, non aliud loquitur; sic & nos, niſi talem habuerimus innocētiam atq; munditiam, regnum non poterimus intrare cælorū. Ecce q̄ arcta est uia salutis. Hinc & glo- riosissimus princeps apostolici agmīnis in prima sua canonica Deponētes, inquit, omīne ma- litiam & omīne dolum, & simulationes, & inuidias, & detractiones, sicut modo geniti infan- tes rationabiles sine dolo, lac (id est, innocentiam & simplicitatē columbinam) concupiscite. Hæc itaq; adimplere iugiter satagamus.

¶ Enarratio euangelij, Angelus dñi apparuit in somnis Ioseph. Matthæi ii. Praesenti in euāgelio defribuit interfectio innocentium martyrum ab Herode rege tyranno ſeuifimo. Itaq; Matthæus dicit: [Angelus dñi apparuit in somnis Ioseph] Hæc uerba in euangelio profecti natuitatis Christi exposita sunt supra. [dices] ei, uidelicet S. Ioseph sp̄s Matt. 18. fo Marie, nutritio Christi. [Surge] in hac nocte, [& accipe puerum] Iesum [& matrem eius.] Non dicit, uxorem tuam & filiū tuum, quia putatiuus, non uerus, extitit pater Christi, neq; co- gnoit Mariam. [& fuge in Aegyptum, & esto ibi uſq; dum dicam tibi.] i. in Aegypto pma- B ne quousq; dicam tibi ut redreas. [futurum est, enim ut Herodes] Ascalonita [querat puerum ad perdiendum eum.] Jhoc est, ut eum occidat, non ut eum adoret, prout simulatorie dixit ad Magos: Cum inuenieritis eum, renunciate mihi, ut & ego ueniens adorem eum. Hæc appari- tio facta est S. Ioseph post præsentationem pueri Iesu in templo, & purificationē uirginis glo- riosæ. Herodes nanq; uidentis Magos non redire ad se, & timuit eos per phætasticam stellam illatos, idcirco ex uerecundia non redisse eos ad se, video nō curauit querere puerum Iesum ad occidendum. Post purificationē uero uirginis benedictæ, percipiens uerba & gesta Simeonis & Annae prophétissæ, qui habitatoribus Hierusalem loquebantur de Christo, uel hemen⁹ tut batus est, metuens regno priuari per Christum, uerum ac summum regem Iudei⁹ promissum. Propterea cœpit cogitare de interfectione Christi. [Qui] Ioseph [cōſurgens] à somno abſq; di- latione, quia de pueri custodia diligētissimus fuit, accepit puerum & matrem eius nocte Jeaz- dem, qua angelus ei apparuit, quia nocturnum tempus aptum est fugæ. Putatur autem q̄ sup- asinum uexit uirginem sanctam & puerum Iesum, uis in ulnis suis aut ſcapulis puerum baſiu- lasset. Deinde, secundum diuinum Dionysium, ecclēſiastica hierarchia ab angelica gubernaz Dionys. tur, & opera Dei ordinatissima sunt. Quanvis ergo puer natus dominus Iesus, Deus eternus et homo infantulus, poterat sanctum Ioseph intus docere, imo & foris affari de fuga arripienda, tamē hoc fecit per angelum, ut ordo hierarchicus seruaretur. Poterat quoq; Christus aliter quām per fugam euadere manum Herodis, sicut euasit manum Iudeorum, eum precipitare ac Luce 4. lapidare uolentia. Sed quia humanam assumpſit naturam, & ad dandum totius perfectionis C exemplum aduenit, uoluit humano modo procedere, fugiendo, aduersa sustinendo, & exem- plum prebēdo rationabilis fugē, de qua in euāgelio loquitur: Cum uos persequuti fuerint in Matt. 10. unā ciuitate, fugite in aliam. [& secessit] Ioseph cum puer & matre eius in Aegyptum. Et erat ibi uſq; ad obitum Herodis, uidelicet septem annis, ut legitur. [ut impleretur] in Christi redi- tu de Aegyptō. [quod dictum est à domino] Deo patre æternō, [per prophetam] Osee dicens: Ex Aegypto uocauī filium meum. Vnde apud Osee sic habetur: Puer Israēl, & dilexi eūt Osee 11. & ex Aegypto uocauī filium meum. Ex quo appetet, q̄ istud literaliter dictū sit de populo Iudeorum, non de Christo. Sed aduertendū quod dum aliquid dicitur de populo, aut certe sup- posito Iudeorum, prout fuit figura Christi, illud principaliter ac literaliter de Christo exponi- tur, & ita est in proposito. [Tunc] uidelicet crescente fama de Christo, propter Simeonis & Annæ pastorū uerba. [Herodes uidentis, quoniam illus esset à Magis] non rediuntibus ad Luce 2. eum luxta conditum, [iratus est ualde] ægre ferens se esse derisum ac regno priuandum per Christum. Hæc est enim implacabilis ira regum ac principum, dum purat aut sentiunt regnū suum ab alio impeti. [Et mittens] crudeles ſatellites [occidit] per manus illorum [omnes pue- ros] mares [qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius,] hoc est, locis ei uiciniis atq; ad eam pertinentibus. Veruntamen ſecundum historias istud non contigit mox cum se uidenta Magis illusum, quia tunc coactus est Romanū uenire, & coram Cæſare apparere propter aca- culationes ſibi à filijs suis obiectas. Cumq; præualuisset uidentis ſe cōfirmatum in regno, reuer-

m iſ ſus

D. DIONYSII CARTH. SERMO II.

Sus ad propria, expleuit quod ante de puerorum nece cōcepit, interfici faciēs pueros, [à bimā] **D**tu] id est, à tempore duorum annorum, uidelicet infantes annorum duorum, [& infra] id est, usq[ue] ad pueros unius diei, ut communiter dicitur. Vel, à bimatu & infra, id est, etiam illos qui erant infra aetate duorum binatum, s. pueros quatuor annorum usq[ue] ad pueros quinquennēs. [secundū tempus quod exgiserat à Magis,] à quibus (secundū exponētes hoc modo) didicit stellam apparuisse eis p[ro] duos annos ante q[uo]d uenerunt Hierusalem. Herodes ergo putans puerū tunc natum, dum stella eis apparuit, putauit eum iam esse plus q[uo]d triū annos, quia iam annus fluxit à recessu Magorum, antequam ipse à Roma reuersus est: ideo iussit occidi pueros duodecim annorum usq[ue] ad pueros quinquennēs, ne Christus euaderet, si forte maioris aut minoris esset. **C**hryso. quantitatē, q[uo]d pueri tales communiter esse solent. Ista expositio dicitur esse Chrysostomi, eo q[uo]d dicat stellam Magis apparuisse diu ante Christi nativitatem. Sed agnoscēdum q[uo]d Chrysostomus dicit hoc, non afferendo, sed quandam scripturam apocrypham recitando. [Tunc ad impletum est quod dictum est per lermiam prophetam, dicentes: Vox in rama] hoc est, in sublīmis, [audita est,] utpote longe ac late diffusa, vox in qua ploratus puerorum qui occidebātur. [& ululatus multus] matrum uidentium suos pueros taliter trucidari. [Rachel] fuit [plorans filios suos,] Per Rachel intelligitur universitas feminarum illarum Bethleemitarum, infantes suos desiderium, quoniam Rachel iuxta Bethleem est sepulta; & materni corpusculi hospitio non men matris accepit, secundum Hieronymum. Secūdo, quoniam tribus iudeis ac Beniamini inhabitatabant simul permixtum. Herodes autē iussit non solum in Bethleem, sed in omnibus quoq[ue] finibus eius pueros trucidari, sicq[ue] ex propinquitate locorum, non solum filii, i.e. qui habitant in Bethleem pertinēte ad tribum iudei, nati ex Lia, sed & multi ex filiis Rachelis matris Beniamini, hoc est, de tribu Beniamini, fuerūt occisi: ideo Rachel, id est, posteritas eius, dicitur plorare pueros suos ab Herode occisis. Et noluit consolari, hoc est, congregatio matrum illarum non admisit consolationem de morte puerorum suorum, sicut nec Iacob patriarcha cum filium suum Ioseph putauit à bestia devoratum. [quia nō sunt,] hoc est, quia filii illi non permanerunt in uita hac, sed per mortem matribus suis ablati sunt, ideo matres illarum inconsolabiliter doluerunt. Postremo, quod dictum est, in rama, sic potest exponi, quia vox ista sanguinis occisorum ascendit in cælum, ultionem depositens. Homicidū namq[ue] est uolum de qua tuor peccatis clamantibus ante Deum, sicut in uersibus dicitur: Clamitat ante Deum vox sanguinis, & Sodomorum, Vox oppressorum, merces detentis laboris. Vnde in Genesi dominus ait ad Cain: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et in canonica Iacobi, de oppressis pauperibus dicitur: Clamor eorum in aures domini saboth introiuit.

S E R M O II. circa euangelium: Quomodo multifariam Deus prouidet hominum saluti, & quæ dicatur bona malae voluntas.

Deus omnes homines uult saluos fieri. I. ad Timotheum tertio, Quemadmodum homines universi unius sunt speciei, ita propter eūdem finem à Deo creati sunt, id est, ad eandem beatitudinem ordinati, quæ beatitudo est summi boni clara fruictuosa, usq[ue] uscio. Deus ergo quantum in se est, uult omnes homines ad beatitudinem istam pertingere, & uarijs modis instigat eos ad hoc, uidelicet per diuinum instinctum, per angelicam inspirationem, per scripturam eruditorem, & per homines bonos. Nam & unicuique homini deputauit speciem an-

F. Psal. 90. gelum in custodem, & uarijs modis perducit homines ad beatitudinem ueram. Quod perpe- Matt. 18. der possumus ex tribus solennitatibus istis, quæ post diem natiuitatis Christi mox celebrantur. Primo quippe post solennitatem natiuitatis Christi, celebratur festū sancti Stephani, qui quo Hebr. 1. luntate & opere extitit martyr. Secūdo solennitas sancti Iohannis apostoli, q[uo]d sola uoluntate martyris fuit. Tertio festū innocentium h[ab]et, qui solo opere martyres extiterunt. Ghaliter autē loquendo, quidam meretur regnum cælestis uoluntate & actione, quidam sola uoluntate, i.e. solo interiori actu seu desiderio uoluntatis charitatis habentis, uidelicet hi qui mente parati sunt ad bene agendum, sed aliunde impediti sunt, aut opportunitate bene operari nō habent. Alij solo opere absq[ue] propriæ uoluntatis motu & actu beatitudinem adipiscuntur, & de his nūero fuerūt sancti hi innocentes, q[uo]d prop̄ atatis defectū rōnis uerū nō habuerūt: & tñ occisio eis prop̄ Christi iniuste illata, ipsi est, p[ro] martyrio reputata. Actio nāq[ue] & passio possunt hoī in meritū reputari p[er] propriā uoluntatē, sed nō cōtra eam, & hoc modo saluātur in nouo testamento infantes baptizati, q[uo]d ante tēp[er] discretiōis moriūt. Gratias ergo agamus infinita misericordia dei, q[uo]d tot modis hominib[us] prouidet ad salutē, atq[ue] tā pronus est ad succurrēdum, ad miserendū, & ad saluandum. Eius namq[ue] natura est, bonitas pura, pietas infinita, charitatis summa, cui proprium est miseri[er]i ac parcere. Veruntamen ex cōsideratione ista pietatis diuinæ, nemo palpet decipiatis, seipsum peccando audientius, aut in peccato perseuerando diutius: quia reuera non minor est rigor diuinus

DE SANCTIS INNOCENTIBVS.

Fol. LXIX

Adiuinæ iustitiae, quām dulcor sue clementiae. Et quā pronus est deus in vita p[re]senti ad indulgendū, tam distictus est post eam ad puniendum, immo tam inflexibilis & inexorabilis ad ignoscēdum: & quos nunc diutius ac patientius sustinet in peccatis, quatenus conuertantur hos, nisi vere poeniteant, postea horribilis punit in æternis gehennæ supplicijs. O quām innumerabiles deceperunt seipso[s], & æternaliter perierunt, fatue p[re]sumendo de misericordia dei, & de ea fibimetispis insipientissime blandiendo. Hinc ad Romanos ait Apostolus: Vide bonitatem & seueritatem dei, Rom. 11. In eis quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem, si tamen permanferis in bonitate: alioquin & tu excideris. Nullus ergo poenitentiam differat, nullus conuerti proscriptinet. Nam quanto quis differt diutius & peccat frequentius, tanto ad conuersionē inceptior redditur, & gratia dei indignior demonstratur. ¶ Præterea agnoscendum, quod non quilibet voluntas i.e. voluntatis affectio, reputatur & acceptatur à deo pro opere. Est enim imperfecta voluntas qua vocatur voluntas optativa, & quædam velleitas quæ non pro posse tendit in opus tpe opportuno, de qua Solomon loquitur: Vult & non vult piger, sic aliqui volunt saluari, & virtuosi, patientes, mites, & Prou. 13. humiles fieri, non tamen volunt ieiunare, diuinū officio interesse, contra concupiscentias fortiter præliari, aduersa, contumelias, irrisiones & quanimititer pati. Per istam imperfectam voluntatem non disponit se homo sufficienter ad gratiam, quia non satis efficit quod in se est. Alia est volūtas perfecta qua vocatur imperativa, & statim loco & tempore cōgruo in opus progreditur, nisi aliunde impediatur. Facit etenim quod in se est. De hac voluntate in Christi natiuitate angeli cecinerunt: Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis. De qua etiam loquitur Augu. Luce 2. B Quidquid vis & non potes, deus computat factū. ¶ Porro bona voluntas est, qua appetimus recte Augu. honestijs vivere, & ad sumam sapientiam peruenire. De qua etiam voluntate ait Gregor. Nihil Gregori, offertur deo ditius bonavoluntate. Bona autem voluntas est, proximorum aduersa tanquam propria pertimescere, de illorum prosperitate salubri sicut de profectu proprio gratulari, amicum nō Tob. 4. propter mundum, sed propter deum diligere, inimicum amando tolerare, nulli quod patrinatione Matth. 7. biliter nō vis, facere; nulli quod tibi iuste impendi desideras, denegare; necessitatibus proximi secundum vires succurrere, sed prodesse etiam ultra vires velle: Sed quia iam dictum est quæ sit bona voluntas, videndum quæ sit mala voluntas. Itaq[ue] mala voluntas est, quæ ratione & diuina lege non regitur, sed propria libertate cōtra superioris p[re]ceptū mouetur, appetendo aut excequendo illicita, vel fugiendo seu negligendo p[re]cepta. De hac voluntate peruerfa ait Bernard. Celsus pro Bernardo, p[ro]pria voluntas, & infernus nō erit. In quem enim ignis deseuicit infernali, nisi in peruersam & propria voluntatem. Hæc etenim dei impugnat & contra eū extollit, eiusq[ue] voluntati p[re]ponit & superponit seipsum. Hæc voluntas maledicta, rebellis, peruersa, spoliat paradisum, impletum infernū, sanguinis Christi euacuat, & ditioni diaboli homines subdit. Hinc loquitur Augustinus: Cū August, se voluntas reliquo superiore ad inferiora conuertit, efficitur mala, non quia malum est id ad quod se conuertit, sed quia peruersa est ipsa conuersio. Itemq[ue]: Voluntas uaria à summo & incommutabilem bono, & conuersa ad propriū commodum, ad terrenū & sensibile bonum, peccat: nō quia sensibile bonum in seipso sit malum, sed quia contra ordinem & p[re]ceptum diuinæ legis id appetit. Hæc est voluntas superborum, qui contra dei p[re]ceptum optant honores, extollunt seipso[s], p[re]sumunt de proprijs viribus, & alios aspernantur. Hæc quoq[ue] est voluntas luxuriosorum, gulo- forum, & omnium carnalium hominum, qui contra dei mandatum amant & querunt immundas delicias, atq[ue] pro temporali ac modica uoluntate perpetuas sibi mercatū tartareos. Idcirco sunt negotiatores stultissimi. Hæc demum est aurorum voluntas, qui contra dei p[re]ceptum cupiunt & exquirunt, seu apud se tenet exterioris, vanas & fallaces diuisitias, per quod veris spiritualibusq[ue] diuinitatis gratia ac virtutū, immo & æterna salute se priuant, atq[ue] pro nummo animas vendunt diabolo, quia amore pecuniae aut rei terrenae se tradūc in manus diaboli, ita q[uo]d eius sunt membra ac serui. Idcirco in Ecclesiastico scriptum est: Nihil est iniquius, quām amare pecuniam. Ecclesiastes 10. Hic enim animam suam habet veniale. ¶ Insuper agnoscendum, q[uo]d tota bonitas & malitia operū exteriorum dependet ex interiori bonitate, aut malitia uoluntatis. Nam radix merendi ac demerendi, in voluntatis libertate consistit. Nec opus aliquod meritorum reputatur, nisi ex charitate, voluntatis procedat, cum dicit Apostolus: Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, nihil sum. Cum ergo ita se habeant, studeamus semper interiora pura & gratia habere, videb[us] mentē vera fide ac sapientia decoratā, uolūtate dei ac proximog[ra] charitate feruentē, cor à vitijs & passionū immoderantij mundū, ac reformatū, atq[ue] moralibus virtutibus, humanitate, patientia, māsuetudine, liberalitate ornatū. Quanto emā anima fuerit intus in his bonis p[ro]fector ac deo placentior, tanto verba & opera exteriora inde nascentia, sunt deo magis complacita, maiorisq[ue] gloria meritoria. Similiter quanto q[uo]d intus immundior ac vitiosior extat, & ex intē- fiore affectione seu libidine peccat, tanto verba & opera eius exteriora prava sunt grauiora, & p[ro]p[ri]a merentur maiore. Vñ qui peccat ex p[ro]posito seu animo deliberato, sive ex certa scientia & habitu viciose aut cōsuetudine prava, multo grauius peccat, eo qui ex impietū passionis aut ignoratiā peccat.

m iij peccat.

D. DIONYSII CARTHVSIA. SERMO III.

Apeccat. Enormiter itaq; legem dei transgrediuntur qui uoluptatis peccant amore. Hinc iudex celestis loquitur: Quātū glorificauit se, & in delicijs fuit, tñ date illi tormentū & luctū. O qualis lectus, quale balneū preparantur in inferno luxuriosis & cunctis iniquis! Itaq; deū semper & cubiq; habeamus p̄ oculis, & cū oī diligentia custodiamus cor nostrū, nē creatorē deū ac iudicē metuendū in aliquo offendamus, beatorūq; innocentū sanctā simplicitatem ac puritatem secemur.

SERMO III. Quanta humanam naturam dilectione deus dignatur, quantum noceat peccatum, & quæ paruolorum conditiones imitandæ.

Sinistre paruulos uenire ad me, talium est enim regnum cœlorum. Istud est uerbum Christi Matt. decimono. Nam sicut ibidem scribit beatiss. euangelista Matth̄us, cum Christus populo p̄ dicaret, eiusq; sapientiā & uirtutes atq; miracula plurimi mirarentur, adduxerunt infantes & pueros suos ad eum, ut illis benedicere ac manum imponere dignaretur. Cumq; discipuli Christi prolierent adductores paruolorum, ne paruulos illis ita adduceret, Christus præacta uerba protulit: Sinite, inquietis, paruulos uenire ad me. Nec solum benedixit paruulus illis, sed & amplectebatur eosdem, iuxta quod scriptum est: Complexans Iesu paruulos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. In quibus uerbis & factis domini nostri Iesu Christi, multa considerantur. Primum est, summa & maxima sua humilitas, quia infantulos illos tam dignater suscepit, amplectebatur, ac benedixit, estq; probabile, quod illi qui pueros illos adduxerāt, pro maiori parte fuerint pauperes. Vx ergo superbis hoib; qui pueros ac pauperes uix aspicer & affari dignātur. Hac itaq; Christi humilitatē pensemus ac imitemur, pauperibus & indigentibus, afflictis & despectis affabiles ac cōsolerij simus. **S**ecundū est magna dilectio Christi ad ipsam naturā humanā, quā rānq; ad summa trinitatis imaginē similitudinē creatā, & sempiterne felicitatis capacē Christus ualde dilexit ac diligit. Vñ in scripturis ueteris testamenti plebs Israelitica, imo & ceterae infidelitati nationes ac congregations, coiter noī filia designātur, ad insinuandū quod sicut pater diligit filiā, si creator naturā, præserit intellectualem ac rationalem. Scriptū est enim: Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem. Et alibi: Lauda satis filia Sion, exulta filia Ierusalem. Et alibi quoq;: Sede in puluere filia Babylon. Itaq; cum Paulus dicit apostolus, Imitatores dei estote sicut filii charissimi, & nos debemus in hac re creatorem nostrū sectari, diligendo naturam in omni homine mortali quantumcumq; ini quo, & nobis contrario, uitia quidē eius odire, personam uero & naturam amare debemus, eius recommendationem optando, pro ei orando, consilio & auxilio eius salutis cooperando, quemadmodū iubet Saluator: Diligitе inimicos vestros, benefacie his qui oderunt uos, orate pro prosequētibus & calumniantibus uos, ut sitis filii patris coelestis, qui sole suum facit oriri super bonos & malos.

Tertium est, quod Christus ualde diligit innocentia simplicitatemq; columbinam, & cordis misericordiā. Ideo nanci illos amplectebatur puerulos, quia in charitate fuerunt & gratia, sicut nūc infantili baptizati. Erant equidem circifili: similitudo quippe est causa amoris. Idcirco non mirum q̄ innocentissimus dei agnus ac filius Christus deus & homo, innocentēs pueros tantum dilexit. Nam hīdī pueri, cum sint in charitate & gratia, atq; immunes ab omni culpa, sunt quasi angeli dei, ideo sunt ualde amandi. Hinc parentes innocentē sobolem suam ualde custodiare tenent, ac informare, dum ætati discretionis propinquant, aut eām adepti sunt, ne ad mortalem culpam ruendo, innocentiam, charitatem gratiamq; amittant. Mortale nanci peccatum innocentiae huic maxime aduersat. Nam illud summe nocet tam peccanti, q̄ his qui scandalizant ex eo, cum tale peccatum sit uulnus & mors animæ, deum & æternam felicitatem tollens ab ea, infernū quoq; calamitatem ei inducens. Ideo ait propheta: Qui diligit iniquitatem, odit animā suam. Et Salomon: Vñ quoq; stultus tñ, si iniqui ea quæ sibi nocuia sunt, cupient! Et Raphael angelus testatur: Qui faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Ecce quanta est excæatio, stultitia, imo & infantia omnium iniquorum in peccato mortali iacentium, nec de suis peccatis uere dolentium. Si num mū amittant, aut uestem, aut in temporalibus dannis sustineant, tristant, & querunt ac recuperare conant quod amiserunt, sicut in euangelio ait Saluator: Quis est homo qui si habuerit centum oves, & unam ex illis amitteret, nōne dimittit nonaginta in montibus, & uadit ad illam quæ perire donec inueniat eas? & tñ dum per peccatum perdiuerit deum, & gratiam eius, tantq; damna & mala incurruunt, rident, non pœnitent, peccatis peccata adiungunt, non amissam dei gratiam recuperare nituntur. Oēs ergo iniqui merito stulti uocantur, de quibus & Salomon loquitur: Stultoz, infinitus est nūerus.

Quartum est, quod non solum ætate & corpore paruulis, sed & cunctis paruulorū innocentia imi-
tantibus debetur regnum cœlorū, sicut in euang., saluator dicit: Nisi conuersi fueritis, & efficiamini
I. C. 14. sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorū. Idcirco hortatur Apostolus: Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autē perfecti sitis. Sunt em̄ in paruulis aliquæ proprietates nō bonæ, & ideo non imitandæ, & sunt in eis proprietates aliquæ bonæ ac imitandæ. Proprietates nō imitandæ, sunt defectus usus rationis, & infabilitas inde procedens, multiplex error, & quod facilius decipiuntur. Nam poma & pira præeligunt ac præferunt auro & gemmis. In his malis p̄ proprietatibus sequuntur impii paruulos, quia per passiones & uitia ratio excæatur in eis, & uera sapientia ca.

DE SANCTIS INNOCENTIBVS.

Fol. LXX

Abia carent, atque de uno peccato ruunt in aliud, & omni tentatione uincuntur, nec hostibus sine saltus repugnant, imo quicquid diabolus suggesterit eis, quicquid appetit caro, faciliter acquisescunt. Poma quoq; & pira præferunt auro & gemmis, hoc est, sensibilia & terrena præponunt bonis spiritualibus, cælestibus & æternis, imo caducis, uanis & rebus uilissimis magis affectuose adhærent, quam summo infinito bono deo incomparabiliter p̄reamando. **P**orro proprietates parvorum bonæ ac imitandæ, sunt, quod non extollunt seipso, quod laeti faciliter mitigantur, quod concupiscentijs nondum mouentur, nec malum alcui moluntur. Parentes quoq; & magistros formidant, corrigitibus reluctari non audent, & faciliter compescuntur, docilest̄ constitunt. In ijs omnibus paruulos sequi debemus, & omnem uitare superbiam, quoniam deus superbis resistit, humilius autem dat gram. Propter quod in Ecclesiastico dicitur: Odibilis coram deo & hominibus est superbia. Et item: Non te extollas in cogitatione tua uelut taurus. Cum enim superbia sit omnium uitiorum origo, ex qua oriuntur indignatio, ira, impatientia, præsumptio, aspernatio, falsitas, superfluitas curiositasq; ueltitus, contentio: confat quod uolens deo placere, peccatis resistere, uirtutes acquirere, primo ac maxime omniem deber superbiam detestari, humilitatem amplecti, propriam defectuositatem atq; ad omne malum pronitatem pensando, & quod a seipso non habet nisi deficere & peccare, præterita quoq; & quotidiana peccata considerando, quamq; immensis periculis expeditus sit intuendo. Præterea si lexi ab aliquo sumus, aut nequaquam ægre feramus, aut cito sumus placabiles, ne nobis conueniat quod sanctus patriarcha Iacob loquitur est: Maledictus furor eorum Gene. 45 quoniam pertinax, & indignatio quia dura. Item concupiscentijs non subdamur, neq; prohibita Matth. 5 cupiamus. Nemo intueatur mulierem ad concupiscendum eam, nec incaute aspiciat quod deside, rare non licet, sed uisum suum custodiat unusquisq; cum & Salomon dicit: Oculi sapientis in capite eius, oculi autem stultorum in finibus terræ. Stulti enim, id est, intmorati & impii, oculis suis undiq; euagantur. Hinc propheta oravit: Auerte domine oculos meos ne uideant vanitatem. Insu Psal. 118. per nulli moliamur aliquid malum, nulli ponamus in iustis infidias, nullum decipere affectemus, sed superiores suos quilibet uereatur, honoret, nec corū correctionibus ac correctionibus præsumat reniti. **P**ostremo non simus indomiti, sed disciplinæ subiçiamur, & facile compescamur à uitij, atq; salutaribus informatiōibus acq;uietem in mens nostra, quemadmodum Salomon iubet: Au Proverb. 11 dili filii mi disciplinam patris tui, ut addatur gratia capitulo, id est, cor duci tuo. Itaq; in prædictis uirtutibus ac sanctis operibus sequamur beatos & præelectos hos martyres innocentes, abstinenti ab omni inquinamento mētis & corporis, atq; in sanctitate & iustitia deo iugiter seruientes, ut post breuiissimum uitæ præsentis curriculum, æternæ beatitudinis cum innocentibus fortiamur triumphum.

AD RELIGIOSOS.

SERMO III. De caendo rancore ac dolo, & quantum nos unitat amor deo.

Complexans Iesu paruulos & imponens manus super illos, benedicebat eos. **M**arcus decimo. Ex uerbis ijs primo elicetur, quantum Christus uniuersorum creator naturam humanam amaret, præserit in ijs ubi uitij non fodatur, sed gratia uirtutibusq; ornatur. Diligit quippe cuncta quæ sunt, & nihil odit eorum quæ fecit, sed dona gratiae diligit magis quam dona naturæ. Secundo ex uerbis inductis ostenditur, quia ut ueneremur diligat dominus Iesu innocentiam, simplicitatem ac puritatem. Nam paruuli isti quos tam amoroſe ac dulciter amplectebatur, fuerant circumcisi, ab originali peccato purgati, charitate cæterisq; uirtutibus infusi ornati, scit & nunc infantu li baptizati. Terrio ex eisdem uerbis probatur, quod uirtutibus hominibus donis libi collatis bene utentibus, gratia & uirtutes augentur. Nam paruulis illis Christus impositis manibus benedixit. Si ergo & nos desideramus à Christo spiritualiter amplexari, præcipue diligi, uirtutibus locupletata, Matt. 10, ita ut cū sponfa dicere ualeamus: Læua cius sub capite meo, & dextera illius amplexabit me, Cantic. 1 studeamus instar paruolorum simplicitate columbina, uera innocentia atq; interna munditia deco rari, præfertim cum dicat Hieronymus: Sicut paruulus non peruerterat in iracundia, Iesu non meminit, uidens pulchram mulierem non defecatur, non aliud cogitat & aliud loquitur, sic & uos nisi talem habueritis innocentiam & puritatem, regna cœlorum non poteritis in troire. Quæ utique uerba nobis religiosis ualde sunt attendenda, & maxime merienda. Aperiſſime nanci affirmat q̄ in iracundia peruerteras, aut illatae iniurie reminiscēs, seu aliud cogitans & aliud loquens, regnum nequit intrare cœlorum. Quid ad hoc dicturi sunt, qui modico uerbo aut alia quavis occasione aut iniuriu nūcula sic offenduntur, ut placari uix queant, imo per dies & dies loquela subrahunt fratri, & eum uix possunt æquanimiter intueri, ac solita dilectionis indicia ac benevolentia facta suspendunt ab eo, atque per hæc & consimilata plus eum irritant, inquietant & ledunt, quam si cum aliqualiter asperre alloquerentur! Et certe ut ait Chrysostomus, quam diu ita se habent, uulnus sine dubio in eorum permanet corde, utpote ipsa ira, indignatio seu impatientia. Præterea qui dam ita peruerſi sunt, ut etiam circa superiores suos ita se habeant propter correctionem aut cor rectiōem sibi ab eis exhibitam, reddentes mala pro bonis & odium pro dilectione, cum correptione in iij & cor.

D. DIONYSII CARTHVSIA. SERMO III.

- & correctio, sint charitatis effectus & eleemosynæ spirituales. Idcirco de talibus Iacob loquitur est **D**
- Gen. 49.** patriarcha: In concilium eorum non veniat anima mea, & in coru eorum non sit gloria mea, male dictus furor eorum, quoniam pertinax; & indignatio, quia dura. Ex quibus terribilibus verbis monstratur, quām enorme sit istud, & quām viciosi sunt tales, quorum societas & familiaritas sunt virādæ, ne quis ex eorum communione, alloquitione, consensu discat similia agere. Tales etem passiones suas solent effundere, & sibi familiaribus recitare, alijsq; detrahere. Vnde nisi quis circa eos valde caute se habeat, potest periculum graue incurrire, eis consentiendo aut nō redarguendo, aut similia attentando. Propter quod Salomon ait: Noli esse amicus homini iracudo, neq; ambules cū homine furioso, ne sumas scandalum animæ tuæ. Nam sicut in Ecclesiastico fertur: Homo iracundus incendit item, & vir peccator turbabit pacem. Vx itaq; eis qui irrogatam sibi iniuriam gestant in corde, & tempus querunt retributionis condigne, cupientes fratrem cōfundere aut gravare. Conformiter vñ eis qui aliud cogitant, aliudq; loquuntur, blandi in verbis, maligni in votis aut factis, non formidantes quod ait scriptura: Simulatores & callidi prouocant iram dei. Tales vitandi sunt & valde periculosi, cum & Salomon protestetur: Ei qui reuelat arcana & ambus lacrimalente, ne commiscaris. Itaq; si subito in nobis oritur commotio iræ, motus impatiens aut similiis passio detestanda, nequaquam permanecamus in ea, nec verbis nec signis nec factis eam manifestemus, sed protinus peniteamus, pectus tundentes, germenq; impium in seipso penitus suffocantes, ne & alios scandalizemus. Mansuetudinē ergo, humilitatem, patientiam, simplicitatem, innocētiamq; discamus, plātemus ac radicemus in nobis, vt mereamur amplexari à Christo, post sc̄h anima nostra dicere sponso coelesti, deo & creatori. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. **E** Cum enim præfatis virtutibus fuerimus decorati, ad illuminationes supernas & inflammations diuinias, ad visitationes spiritus sancti gratissimas atq; affluidas erimus sublimiter apti. Nec enim prædictis virtutibus poterimus perfecte fulciri, stabiliter roborari, iugiter perornari, nisi priuato amore euulso. Quo expulso, charitas extat perfecte in nobis, & diuino amore accendemur huberri me, & tūc dominus deus noster amplexabitur animas nostras, eas sibi intime astringendo, propinquissime vniendo, copiosissime succundando; imd & intra se rapiendo, transformando, colligando, & vnum secum faciendo easdem. Nulla etenim actio tam vehementer assimilatur, tam proprius identificat vnum cum alio sicut dilectio, cuius est amantem copulare, transformare, indissolubilitateq; colligare amat. Propter quod ait Apostolus: Qui adhaeret deo, vnum spiritus est cum eo. Et **Iohā. 17.** Christus in Euangelio: Omnis, inquit, vñ sicut tu pater in me, & ego in te & in eis, vt sint consummati in vnum. Quo igitur deuota religiosaq; anima coelesti sponsum seruentis diligit, et amplius efficit se illius, & verius dicere potest: Ego dilecto meo. Cumq; in dei amore se plene transculerit, totis illum præcordijs cupiens, amans, amplectens, nec alii quicquam præter cum intensus, quærens aut appetens, nisi in quantum id sibi necesse vel vtile est ad complacendum seruiendūq; deo, tunc cum Apostolo dicere potest: Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Christus. Dumq; huiusmodi effecta fuerit aña, erit ad eam cōtinuo coelestis sponsi cōuersio, qui eā dulcissime ac frequētissime visitabit, familiariter amplectetur, gratissime succundabit, vt sit taquam oliua fructifera in domo dei. Tunc gaudebit sponsus sup sponsam, & gaudet super te deus tuus & inclita, amorosa ac deuotissima anima, sic ad tuum creatorem conuersa. Nunc ergo charissimi fratres, beatos & innocentes hos martyres in præmemoratis imitetur virtutibus, & innocētiam baptismalem per reciduum amissam, per peccitantiam recuperemus, id potissimum deplorantes, quod post seculi renunciationem atq; monasticævitæ professionem, reciduum sumus perpeſi, vel saltē nō tam diligenter, pure ac feruide ministravimus domino maiestatis, vt professio exigit nostræ religionis; de cetero tam fructuose, timorare ac charitatib; coram domino ambulemus, ut & negligenter recuperemus præteritas, & professionis nostræ satisfacere reperiarum, sed & supererogationis quippiam reponamus, potissimum quoniam valde multæ sunt culpa & negligentia nostra, quæ penitus latent nosipsos. Propter quas dixit vir sanctus: Delicta q; intelligit ab occultis meis mūda me domine. Pro harum quoq; quæ nos latent expiatione culparum, sequanimitate patiamur, si interdum absq; demeritis nostris corripiamur vel immunes existimus à culpis, q; nos bis obſciuntur. Quod si ita egerimus, & mentem nostram pīssimo applicuerimus deo, ipse indubitanter eam mirabiliter adimplebit, consolabitur, tranquillabit, radiose perfundet, vehementer accendet, suaüter vnges, stabilit, misericordissime quoq; sepe præueniet, spiritum nostrum & flatum ad se trahens, improuise sustollens, & intra se rapiens atq; absorbens. Liberalissimus nanc; est & quærit occasiones subueniendi ac remunerandi, qui beatos hos innocentes absq; eorum arbitrio ad palmam perduxit martyrij, remunerans in eis opus absq; voluntate, sicut in alijs multis remunerat voluntatem absq; opere.
- Psal. 18.** Sermo quintus: Quomodo agnum, id est, Christum debeamus sequi, & quod charitas grauia omnia leuia facit, & quæ vera sit innocentia.

DE S. INNOCENTIBVS.

Fol. LXXI.

- A** Il sequuntur agnum quocunq; ierit, Apocalypsis decimoquarto. Beati innocentes mulieris à deo præiugis, multis gratijs sunt ornati. Quorū patrocinia inuocemus, ut & nos in uita præsenti Chrm quocunq; iuit in isto seculo, iuxta nostræ fragilitatis facultatem sequamur. Sequamur, inquam, dupliciter: Primo, p considerationē, Secundo, per operū imitationē. In primis quicq; Chfs pro nostra salute in uita hac egit ac pertulit, diligentissime consideremus, qualiter iuit, imo & crebro fugit de loco ad locum, & quomodo iuit de uirtute in virtutem. Pertransiit nanq; benefaciendo, p̄dicando, curando, & sanando omnes oppressos à dia bolo. Deniq; nō propriam, sed patris quæsiu honorem ac gloriam, & quæ placita sunt patri fecit. Ccepit facere & docere, & euangelica legis consilia quæ dedit, opere adimpluit. Eum ergo in his sequamur, quantū nostra requirit uocatio, nostrisq; uiribus extat possibile. Ipse eternum exhortatur: Qui mihi ministrat, me sequatur. Et rursus: Qui uult, inquit, uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. ¶ Præterea duas propo suit uias, quibus eum sequamur. Una est uia præceptorū ad omnes pertinens Christianos, alia consiliorum concernens religiosos. Per quā eum sequi specialiter nobis incumbit, præsertim in paupertate, continentia, obedientia, quæ omnia ad hoc ordinantur & tendunt, ut mēte pura, libera ac feruente, deo incessanter simus intenti, omni loco, tēpore atq; negotio ei actualis, quantum possibile est, uniti, quatenus sic qua placita sunt ei, semper agamus. Quod quis humanas uires proſrus exceedere uideatur, non tamen est impossibile apud deum omne uera bū, & omnia possumus in domino deo qui nos confortare semper paratus est, maxime si eius opem & gratiam cum omnifidutia atq; instantia inuocemus. ¶ Præterea cernimus quosdam carnalē inuiduos homines in operibus uanitatum, carnalitatum, & cupiditatum suarum fatigari uix possent, & hoc quia amor inordinatus ad propria commoda, ad delicias & honores, multū uiger in eis, & habitus uitiosi sunt multum radicati in ipsis, prauisq; consuetudinibus quasi impetu quodā ducentur, imo & impelluntur, & tanq; grauissima mole trahuntur. Forma quippe est operatiōis principiū, & habitus instar naturæ inclinat, imo cōsuetudo quasi altera appellatur natura nec aliqua forma, nec alijs habitus tam prōpte & delectabiliter operatur, ut amor. Cum ergo gratia sit altior & fortior q; natura, & spiritualis dilectio multo præstator atq; ualidior q; carnalis affectio, cur pusilli nimes sumus ad spiritualem profectū, ad perfectionem apprehendendā, ad imitandum sanctorum patrum uectigia, cum adiutoriū habemus omnipotentē, fidellissimū, ad succurrentē semp promittissimum, imo nos exhortatē, ut suam fiducialiter ac instanter assidentiam imploremus. Itaq; quāto plus in charitate & gratia crescimūs, quanto in uirtutum ac donorum habitibus fortius radicamur, quāto in bonis consuetudinibus diutius permanemus, tanto quotidie stabilius erimus deo intēti, actualiusq; uniti, ac sanctis actibus deo placentibus incessabiliter occupati, & ea quæ ordinis sunt delectabilis exequemur, oociostati, loquacitati, dissolutioni, negligētisq; uacare abhorrebit cor nostrum. Porro à dei commemoratione, laude, oratione celiare uix poterit intantū, ut frequenter in somno huiusmodi actibus occupetur. Veruntamē in ihs vigilantissima cordis custodia, filii Ecl. 19. latim decidit. Qui uero timet deū, nil negligit. Perseueremus ergo & persistamus in bonis, ac sacra nobis ipsi uolentia inferamus, donec ad consuetudinē pueniamus uirtuosam ac optimā, exteriores & interiores sensus coercedamus, ab immoderatia lingue ac uerbi nos p̄seruemus, atq; in omnibus dei auxiliū, protectionē, & consummationē felicē inuocare non pigritemur. ¶ Amplius, beatoz innocētū martyrum mūditiamq; sequamur, p̄sertim cū dicat Saluator & iudex ac legifer noster: Nisi cōuersi fueritis & efficiamini sicut parvuli, nō intrabitis in regnū cælorum. Et rursus: Beati mundo corde, qniam ipsi dei uidebunt. Porro ueraci Matt. 5. latim innocens est, q; nec sibi, nec alteri nocet. Quāuis autem impossibili & superbeatissimo deo nocere nō ualeamus, q; bonoq; nostrorū nō eget, omnis tñ qui sibi met nocet & peccat, etiam deo & pximis nocet, quantū in ipso est: deo, eū suo honore priuando proximis, eos scandalizando si publice peccet, uel ad minus auxiliū subtrahēdo, si peccet occulte. Cū enī uniuersi boni fideles sint unū mysticū Chfs corpus, se mutuo bene agēdo iuuant, male autē agendo, tā leadiutoriū nō impendunt. Nihilominus quædā p̄ctā sunt directe in deūm, quædā directe in proximū, quædā directe in seipsum, quæ omnia innocētia cōtrariantur. ¶ In primis ergo sit glibet innocens, ne indigne se habeat circa deum, quem magis tenetur diligere quām les ipsum, & ideo magis debet uitare dei inhonorationem, quām proprium documentum & cōdamnationem. Deinde sit innocens circa seipsum, ne peccando lādat cor suum. Etenim qui sibi nequam est, cui bonus erit: Deinceps sit innocens circa proximos, ne uerbo, facto, omisso Eccl. 14. one,

D. DIONYSII CARTH. SERMO I.

August.

one, aut fama quempiam scandalizet. Siquidem qui negligit famam, crudelis est. Præterea si sancti non innocentiam, & horum corporalē uirginitatē imitari non possumus, q[uod]a uirginitas corporis semel amissa non reparatur, spiritualem tamen eorum uirginitatem secessimus. Hæc namq[ue] uirginitas est mentis integritas, in fide, spei & charitatis sinceritate consistens, p[ro]p[ter]as anima sponso cœlesti præcipue despōsatur. Quæ uirginitas recidiuando perdita, penitendo recuperatur. Sit itaq[ue] cor nostrum constans in fide, longanime & certu in spe, feruens in charitate, atq[ue] sincerum in omni uirtute, quatenus nunquam in ordinata & stolido reflectatur ad se per gloriam inanem aut intentionem nō rectā, seu aliquam culpæ obliquitatē, sed directe & linea lité semper in omnibus feratur in deū, eius intendendo, optando, querendo, procurando honorem, laudem & gloriam. ¶ Postremo putandum, q[uod] p[er]fissimus ac sapientissimus puer Iesu crudelissimam trucidationem innocentium puerorum, qui propter ipsum occidebantur, non parum condoluit, quæ & nouerat affuturam, & præsentem spiritualiter uidit similiter compatiebatur eorum parentibus & propinquis, sicut in tenera illa sua infantia ccepit diuersimode propter nos affligi. De beatissima quoq[ue] uirginis poterit idem credi. In his uero regatiemur pietati diuinæ, & sapientiam creatoris deuotissime collaudemus, quoniam ipse ex malitijs hominum tot elicet bona, atq[ue] tam uarijs ac abundantis modis succurrerit per Christum hominibus, qui ex inuidia & crudelissima Herodis malitia eliciebat tot infantorum martyria, q[uod] coronauit Christi uirtutem & gratiam. Ex quibus etiā innotescit, quæ multa & horribilia uitia ex ambitione nascentur. Ex ambitione quippe motus fuit Herodes ad tyrannidem tantam, ideo lōge semper à nobis sit ambitio uniuersa, ex qua, teste Gregorio, innumerabilia oriuntur peccata. Humilitatem & uero secessum, abiectionem & subiectionem gaudentes, non ad honorem & præsidentiam aspirantes, Ad laudem & gloriam omnipotentis &c.

Gregori.

¶ In festo S. Thomæ episcopi & martyris.

S E R M O unicu[m] de iustitia, fortitudine, & securitate mentis.
Vtus quasi leo confidens abq[ue] terrore erit. Preu. uigesimo octavo. In his uerbis S. Thomas martyr cōmendatur à multis. Primo à uirtute iustitia, dum dicitur iustus. Secundo à fortitudine uirtuosa, cum dicitur, quasi leo. Tertio à confidencia cordis sui in deo, dum subditur, cōfidens. Quarto à securitate, cū sequitur, absq[ue] terrore erit. Fuit itaq[ue] beatus hic martyr ualde iustus, unde in eius Legenda habetur, q[uod] dum in palatio Henrici regis Anglorū moraretur, & ibi quædam religione & aequitati contraria cerneret, curiam ipsam deseruit, & Cantuarensi archiepiscopo se cōmisitac iunxit. Ex quo patet, q[uod] in triu[m] dilexit iustitiam, q[uod] grande sibi fuit supplicium intueri q[uod]cū iustitia & diuino honori erat contrariū. Vnde cū Elia sanctissimo dicere potuit: Zelo zelatus sum pro dño exercitu. Secundo patet iustitia eius in hoc, q[uod] licet p[ro]curatione p[ro]fati regis Anglie esset in archiepiscopū Cantuariensem p[ro]motus, atq[ue] eidem regi familiarissimus atq[ue] charissimus, nequaquam tamen confessus regi in his quætex contra libertate ecclesie postulauit ab eo. Imo, q[uod] semel uerboru[m] in his quærenda deceptus consilio dedit assensum, paulop[er] considerans ex hoc animarū imminere periculum, ualde p[ro]cenit ininde, & dure castigauit seipsum, atq[ue] ab altaris officio se fesspendit, quo usq[ue] à summo pontifice absolui, & altaris officio mereretur restitu. Hanc itaq[ue] sancti martyris initemur iustitiam, ut nec adulazione, nec fauore, nec carna[r]ia. Fili amore, seu quacunq[ue] familiaritate aut amicitia quæcumq[ue], nec timore, nec cupiditate relinquit quamus iustitiam, aliquid iniuste agendo, aut debito omitendo. De suppeditatione quoq[ue] iustitia, & de innocentia atq[ue] iustorum oppressione cōtristemur in deo. Sed heu huius oppositum agunt multi, q[uod] si uiderint aliquem ex suis cognatis aut charis contra aliū corrixari, statim p[ro]bent ei auxiliū, sive iuste sive iniuste moueat. Itud repugnat uera amicitia ac spirituali amori, q[uod] exi gunt ut p[ro]pter amicū ac charū n[on] agatur uirtuti contrariū. Idcirco in scripturis præcipit: Non li pro amico inimicus fieri proximo. Hinc Tullius ait: Hæc lex seruetur in amicitia, ut neq[ue] rogemus res turpes, nec eas faciamus rogati. Si ergo aliquem ueraciter diligis, dum uideris eū contra uirtutem aliqd agere aut rixari, charitatiue increpa eū, & mediator esto pacificus. ¶ Secundo beatus Thomas martyr à sua spirituali fortitudine cōmendatur, quia inter pericula mortis fuit intrepidus, atq[ue] in maximis aduersitatibus mirabiliter patiens. Nam sex annis in exilio manens, hinc inde processit. Cumq[ue] rex cū ad suam non posset flectere uoluntatem, omnia eius bona diripiuit, & totam eius progeniem exilio condemnauit, sicut beatus martyr persequitione sustinuit regis in propria persona, in suis consanguineis ac amicis & in substantia sua. Nec dum, quin propinquus suis in exilium pulsis satis condoluit, & de hoc quod bona ecclesie tales diripebantur à rege, contristabatur. Ipse tamen in omnibus his mentis tranquillitatem seruauit in deo, atq[ue] pro rege & Anglie regno orauit assidue. ¶ Porro septimo sui exilij an-

DE SANCTO THOMA MARTYRE.

Fol. LXXII.

A no ad propriam sedem reuersus, defendit iura ecclesiæ sicut & ante, nec precibus, nec comminationibus regis flecti potuit à defensiōne iustitiae. Cumq[ue] in ecclesia ppri[or]a celebraret diuina & populo fidicaret, atq[ue] armatos regis milites aduenire audiret, mansu intrepidus, nec fore ecclesiæ claudi p[ro]misit, sed imp[er]ijs sponte se obtulit: Ego, ingens, pro deo & defensiōne iustitiae ac libertate ecclesiæ mori paratus sum. Ecclesiæ autē & meipsum deo & beatae Mariæ ac oībus sanctis, sancto q[uod] Dionysio recomendo. Quibus prolatis, ab imp[er]ijs est occisus. Ecce quanta fuit fortitudo, cōstantia ac patientia huius sanctissimi martyris. Erubescamus ergo de instabilitate & impatiētia nostra, & q[uod] mēte tam debiles sumus, ut nec unū ybum injuriosum, nec alii quam derisione pati & quanm iter ualeamus, imo p[ro] partu offensa magna (si possumus) ultio nem repēdimus. Quā ergo à deo misericordia sperare, quā indulgentia expectare possumus; nisi nos emēdemus, cū in euangelio dicat Saluator: Si nō remiseritis unusquisq[ue] fratri suo, nec Mar. 11. pater uester cœlestis dimittet uobis p[ro]fā uestra. Tertio, sanctus hic martyr laudatur à cōfiden- Isaiae 40: tia mētis suæ in deo. Nō enim proprijs uiribus confidebar, sed diuinæ pietatis auxilio semp[er] ins- nitebatur, ideo fortis fuit atq[ue] p[ro]ualuit, sicut p[ro] Isaiam prophetam sp[iritu]s sanctus testatur: Qui spe- de Salomone afferitur: Turris fortissima nōmē dñi, ad ipsum currit iustus & exaltabitur. Ita Pron. 18: & nos tota spem nostrā figamus in deo, mihi & subficiū iugiter postulantes ab eo. Ipse nāng[ue] ait: Perditio tua ex te, in me tantu[m] auxiliū tuum. Hoc est quod loquitur Ch[ristus]: Sine me nihil posse testis facere. Imo teste Apostolos: Non sumus sufficiētes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nos. Osee 13: E bis, sed sufficiētia nostra ex deo est. Quid ergo supbit terra & cinis: Cu[m] de p[ro]sumit atq[ue] ināni- 1. Cor. 3: ter gloriatur homo uanus, miser & stolidus, putans se aliquid esse, cū nihil sit. ¶ Quarto laudatur Ecl. 10: sc̄tus hic martyr Thomas p[ro]puls sanctissimus, à securitate sue mētis & extirpatione in ordi- natæ formidinis. Imp[er]iū enim excellenter q[uod] docet Saluator: Nolite timere eos q[uod] corporis occi- Mart. 10: dunt, aliam autē non possunt occidere, sed eū timete, qui p[ro]fetatē habet & corpus & animam. perdere in gehennam ignis. Et repetiuit illa dico uobis: illum timete. Porro quā dulcis sit ista mētis securitas, Salomon p[ro]dit, dicens: Securā mens q[uod]si fugie conuictu[m]. Itaq[ue] & in ista uirtus Prou. 15: te beatū hunc uistū secesserat, & tanto plus timeamus iudicē dñi, quā quemcunq[ue] hominē iudi- cemq[ue] mortalem, q[uod] peior & intolerabilior est mors æternā damnationis, infernale tormentum, quām mors aut tribulatio temporalis: quanto etiā confusibilis est coram deo & oībus sanctis confundi, increpari, ac reprobari, quā coram hominib[us]. Hinc multi sanctorū desiderauerunt pro fide Christi occidi. Veritatem quidam sunt tam imperfecti, tam pueriles & in fide q[uod]dammodo mortui, ut plus meuant a superioribus suis humanis iudicibus increpari atque puniri, quā à iudice summo, deo altissimo, cū tamen debeat unusquisq[ue] desiderare, ut à superioribus suis in uita hac increpetur ac castigetur, quatenus coram deo misericordia conseruat, eo quod omnes increpationes & p[ro]cenit uite p[re]senti sunt medicinales, utpote cura- 2. Cor. 3: tūz culparū & procuratiu[m] salutis, dum modo eis homo bene utatur, patiēter ferēdo. Ideo Salomon p[ro]testatur: Argue sapientē, & diligere te. Insuper sc̄tus Thomas martyr de alijs multis cōmēdatur uirtutibus. Primo, q[uod]iam à pueritia in dei timore ac seruitute fuit & crevit. Quod Prou. 9: meritorū ualde est, utpote florē iuentutis, nō solū fēces senectutis deo offerre, idcirco scribitur: Bonū est uiro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Huius oppositum faciunt hoīes nō sc̄tuli & intimorati, dicentes: Cum tot aut tot annorū esse cooperimus, deo seruemus, q[uod] si certi Thren. 3: sint se tam diu uictu[m]os, qui nēc diē sciunt, nec horam, nō aduertentes, q[uod] si interim uictus fēcēti scribi- fūti fecerint consuetudinē in peccando, post annos multos, etiam si uixerint tam diu, indispos- Matt. 25: sitores erunt ad p[re]cūdūtiam ueram, quā modo, cum cōfuctudo prava sit quasi grauissimus lapis deprimens mentem. Et sicut in iuentute tētatur homo acris de quibusdā peccatis, ita & in senectute. ¶ Secundo commendatur à sua uirginea puritate, nam uirgo mansit ac obiit. Quod utiq[ue] ualde magnum fuit in uiro illo, qui tam diu fuit in regis palatio, & in tam sublimi officio, nam cancellarius extitit regis. ¶ Tertio laudatur à p[re]cipua prudentia, quia nō solū in diuinis ualde sapiens erat, & contemplator p[re]clarus, sed in rebus quoq[ue] humanis prudētissimus extitit. Vnde cum ab archiepiscopo Cantuariensi fuisset archidiaconus factus, ad instantiam archiepiscopi cancellariam regis recepit, ut per suam prudētiām cōp[ro]siceret malignorum insultus contra ecclesiam. ¶ Quarto, à speciali & magna sanctitate. Non enim uerificari est in eo illud cōmune prouerbiū, Honores mutat mores, haud dubium quin in peius. Propter quod dicitur: Principatus ostendit uirum. Imo cum sanctus hic martyr post grandem reſistentiam, propter obedientiā p[re]ceptum archiepiscopatum acceptasset, subito in alterum uirum salubriter est mutatus, utpote humilior, timoratior factus. Nam corpus suum cilicium atque ieiunijs macerauit, Nec solum pro camisia tulit cilicium, sed & femoralia cilicina usq[ue]

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO I.

ad poplitem deportauit. Tredicim quoq; pauperum pedes flexis genibus lauit dñdie, quos D & bene refecit, & unicuiq; quatuor argenteos dedit, in quo magna eius humilitas, liberalitas, ac misericordia copiosa morifrantur. ¶ Deniq; sanctitatem suam tam subtiliter occultauit, ut salvo semper honestatis rigore, in condecoratio ueritatis & apparatu utensilium cōcordaret moribus aliorum. In quo patet, quā immunis ab omni hypocrisi fuit. ¶ Postremo laudatur ab excellentia & abundantia miraculorum, præsertim post beatissimum obitum suum. Moxem ut occisus est, & clerici Missam pro eo inciperent defunctorum, descendentes angelisti, ince perunt pro eo Missam martyrum, & clericilliud prosequabantur officium, in quo ostensa est sanctitas eius eximia. Meritis quoq; ipsius deus contulit cæcis uisum, surdis auditum, claudis gressum, mortuis uitam. In interfectores demum ipsius diuina iustitia ultiones fecit horribiles. Nam alijs sanie defluentes, alijs paralyti dissoluti, alijs in amentiam uersi, omnes miserabiliter perierunt. ¶ Hoc quoque sciendum, quod sanctus hic Thomas martyr fuit tempore Petri Bleensis, & eiusdem regis ambo fuerunt ministri ad tempus. Vnde Præfatus Petrus in suis epistolis multa magnifica de martyre illo testatur. Fatetur tamen se quoq; cum alijs diu male sensisse de sancto hoc Thoma, uidelicet quoq; deus per præfacta miracula sanctitatē huius martyris declarauit. Vnde inter cetera scribit Petrus ille in una epistola, loquens de quadam Non mirum eo tempore uidebatur, si filius afflicto patri compatiens, quandoq; durius aut minus consulte de sancto martyre loquebatur. Et subdit: Nam & nos infenati uitam ipsius putabamus insaniam, & finem illius sine honore, sed computatus est inter filios dei. Quicq; fescit charitatis obtenuit & zelo iustitiae, in crimen odij atq; inuidiae uertebatur: sed econtra q; quid machinabatur ad infamiam eius humana malitia, eidem cōuerit dominus ad coronam. De capite nostro Christo loquitur Isaías: Reputauimus eū quasi leprosum, & percussum à deo & humiliatum, ita & nos preciosissimum Christi membrum Thomam martyrem, uelut leprosum putauimus & abiectū, & uitā ipsius habuimus in derisum. Credo, quod si sanguis Abels clamat de terra ultionem, sanguis mitissimi martyris clamat peccatorū remissionē, illis maxime qui poenitentiam agunt humilem & deuotam. ¶ Insuper in alia scribit epistola: Exulta o Anglia & exulta occidens, quia uisitauit nos oriens ex alto. Thomam apostolum India & orientalis regio iactitabat, sed occidentalem respexit dominus, dedit Angliæ Thomam nostrum. Non inuidemus Indiæ Thomam suū. Sit Thomas martyr noster in Anglia, si Thomas apostolus in India, ut per hos duos Christi testes, sit ab ortu solis usq; ad occasum laudabile nomen domini. Gloriosum est nobis habere martyrem, apostoli nomen habentem, qui Thomam apostolum in miraculis aut imitatur aut uincit. Alia multa præclaras scribit Petrus iste de martyre Thoma. Tanti igitur martyris studeamus imitari uirtutes, patientiam, humilitatem, charitatem, ac ceteras: eum diligamus, ueneremur & inuocemus, quatenus eius meritis & preciis bus gloriois saluemur. Ad laudem & gloriam omnipotentis &c.

Cætera huic festo opportuna, require de sancto Laurentio, & in communis sanctorum.

In festo sancti Siluestri papæ.

S E R M O P R Í M U S . De excellentijs sancti Silvestri cum exhortatione pia ad huius imitationem.



ILECTVS deo & hominibus fuit: Ecclesiast. quadragesimo quinto. Pater lumen, fons omnium gratiarum, deus omnipotens, sanctissimum papam Siluestrum præclarissimis donis naturæ ac gratia decorauit. Optima quippe naturalia habuit, per quæ ad munera gratia ualde dispositus fuit. Sed nunc uirtutes & excellentiæ eius per ordinem sunt tangenda. ¶ Prima eius excellentia est, q; ab infinito in uirtutibus educatus est, & in operibus misericordiæ exercitus, magna quoq; constantia roboratus. Cum etenim esset adolescentis, nequaquam uanis tibus & concupiscentijs, quibus illa ætas pollui solet, fuit intentus, sed deum habens præ oculis, cunctis misericordiæ operibus insistebat, sicut olim Tobias, & Christianis pauperibus consolationem impendebat & opem. Specialiter uero hospitalitatem exercuit, quemadmodum Abraham patriarcha. Tantæ quoq; in illa ætate, puta in adolescentia, fuit constantia, quod quædam uirum sanctum nomine Timotheum, qui Romæ fidem Christi fortiter prædicavit, & metu gentilium Romanorum ab alijs Christi delibibus uitabatur, suscepit hospitio & reue renter tractauit. ¶ Secunda excellentia sancti Silvestri fuit gratia prophetia. Cum enim præfatus Timotheus esset martyrio coronatus, Tarquinius Romæ præfector, præcepit sancto Silvestro idolis immolare. Cui uoce prophetica dixit beatus Silvester: Ostulite, nocte hac moris eris, & in æternum damnaberis, uerumq; deum esse quem colimus, uelis nolis, agnoscet. Tunc

Tars

DE SANCTO SILVESTRO PAPA.

Fol. LXXIII.

A Tarquinius iussit sanctum Siluestrum in carcere. Sed prandete Tarquinio, os piscis sic guttur eius intrauit, q; eodem die defunctus est, & protinus sanctus Silvester de carcere cum gaudio eductus est. ¶ Tertia eius excellentia extitit, magna & grata amabilitas eius. Tanto si quis deum naturalium ac gratuitorum donorum decore fuit perfusus, quod non solum à Christians, sed à Gentilibus etiam ac Iudeis miro amabatur affectu. Fuit enim aspectu angelicus, sermone facundus, integer corpore, catholicus fide, consilio prouidus, opere sanctus, spe patientissimus, charitate omnium plenus. Potest itaq; dici de ipso, quod primo Regum fertur de Samuele, quod scilicet placuit tam Deo quam hominibus: quod item in themate tactum est, ut poterit q; dilectus Deo & hominibus fuit, quod scriptum est ad literam de Moyse, qui etiā Moy. Eccl. 45: fess corpore speciosus, corde mitissimus, charitate repletus, omnīq; uirtute fuit ornatus. Idcirco Deo & hominibus exitit charus. ¶ Quarta excellentia sancti Silvestri est, q; plenus genitralis ac summus Christi uicarius fuit, pater totius mundi, & pastor ac rector totius universitatis ecclesie. Mortuo namq; Melchiade Papa, sanctus Silvester ab omni plebe Rom. & Christians in summū pontificem est electus. Et in hoc patuit profundissima eius humilitas, quod suæ ad Papatum promotioni restituit ualde, & semper quantum in se fuit, papatum resignare optauit. Porro Papa effectus, quanto plus solito potestate & diuinitatis eminebat, tanto copiosius misericordia opa adimplevit. Omnia enim orphaniorum & uiduarum pauperum nomina habuit scripta, & præbuit eis necessaria. ¶ Quinta excellentia eius, est copiosissimus fructus præsidentiæ suæ in Papali officio. Per eum equidem Deus conuerit Constantinum imperatorem, & totam penitentiam Romanam gentilem, matrem quoq; imperatoris sanctam Helenam, atq; doctissimos Iudeorum, ac sapientissimos iudices pagani. Quo facto, fides Christiana cœpit undiq; mirabiliter dilatari, & Christi ecclesia ualde est exaltata, tyrranorum quoq; peruersi quatuor multum est minorata. Cum etenim potentissimus ille imperator Constantinus Magnus, ob suam contra Christianos tyrannide in incidisse & incurabiliem lepra plagari, & de consilio pontificum idolorum decreuisset se in recente ac calido infantium sanguine balneare, atq; ob hoc adducta essent tria millia puerorum uides imperator matres infantum miserabiliter eiulare, eis earumq; pueris est misertus, & mutauit propositum. Sequenti igitur nocte gloriosissimi apostoli Petrus & Paulus apparuerunt ei, dicentes: Quia exhorruisti effusionem sanguinis innocentis, misit nos Christus ut demus tibi consilium sanitatis recuperande. Silvestrum ergo papam uocata ad te, & eius consilio utere. Cumq; beatus Silvester ad Constantinum uenisset, & eum in fine plenarie instruxisset, baptizauit eum. Ingrediens autem Constantino baptismum, lux mirabilis desuper descendit in eum, & in ipso baptisme à lepra plenissime est curatus, & Christus se uidisse asseruit. Deinde quoq; Christianissimus māsit, idologiæ templa destruxit, & Christi restaurauit ecclesiæ. His auditis, mater imperatoris Helena scriptit ei, collaudans eū quod ab idologiæ recessis cultura, increpanis uero quod Iudaismo relicto, in crucifixum crediderit. Cui imperator rescripsit, ut ipsa doctissimos Iudeorum secum adducat, & ipse Christianorum magistros apponet, quatenus ex coram disputatione mutua pateat fides uera. Adduxit ergo Helena centuni quadraginta unum doctissimos Iudeorum, inter quos fuerunt duodecim, ceteris in sapientia & eloquentia clariores, qui omnes à beato Silvestro per modum infra dicendum conuersi sunt. ¶ Sexta excellentia eius, fuit mirabilis & præclaras sapientia sua in legi diuinâ. Omnes enim illos duodecim Iudeorum doctissimos manifeste conuicserunt, & ex scripturis veteris testamenti, probauit eisdem uniuersos articulos fidei Christianæ, ipsiusq; fidei rationes tam luculentæ ac prompte exposuit, q; tam imperator q; eius mater & iudices duo Gentiles atq; Iudei, in laudem Silvestri cum magna admiratione unanimiter prospuerunt. ¶ Septima excellentia eius, fuit uirtus & eminētia miraculorum quæ fecit: cum enim omnes prefatos uicisset Iudeos, uno excepto, unus ille arte nefaria ferociissimum taurum, non men quoddam diaboli in eius aure sonando, occidit, quod se diuina dixit uirtute fecisse. Cui respondit beatus Silvester: Si hoc, Dei nomini exprimendo, fecisti, uiuifica quod necasti, quoniam Deus ait: Ego occidam, & ego uiuere faciem. Cūq; iudices sententiarent, ut Iudeus taurum refuscitaret, ille respondit: Suscite eum Silvester in nomine Iesu Galilæi, & omnes crederunt in eum. Silvester ergo oratione premisa, taurum refuscitauit, & cum manu ecclitudine ad locum suum fecit reuerti. Quo facto, mater imperatoris, omnes illi Iudei, iudicesq; pagani, innumerable quoque Romani & alijs multi, ad Christianam sunt fidem cōuersti. Deinde sanctus Silvester quendam draconem horribilem, ab omni hominum compescuit laesione, os ipsius filio ligando, & anulo signum crucis habente desuper sigillando. Duos etiam Magos ex flatu draconis pene mortuos, tunc curauit Silvester. Quibus uisis, pontifices idolorum & magi illi cum multitudine infinita fuerunt cōuersi, & ex tunc Roma ab idolatria sua cessauit. Post

n hæc

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EVANG.

hec sanctus Silvester morti propinquans, clerum de tribus edocuit: Primum, ut inter se vincentem charitatem. Secundum, ut suas gubernarent ecclesias cum diligentissima attentione. Tertium, ut populos sibi commissos custodirent a dæmonum ac impijs seductione. Sicque beatissimus papa Silvester feliciter migrauit ad Christum. Huius ergo sanctissimi patris discamus, & in desinenter sequamur virtutes, opera misericordia tam spiritualia quam corporalia pro posse liberaliter exercendo, & omne tempus uita nobis induatum, fructuose ac timorate expendendo, inter proximos quoque pacifice & amabiliter conuersando. ¶ Præterea parentes suos instruant pueros, ab infanthia deum cognoscere ac timere, aliquid boni quotidie agere & orare, sicque in uirtutibus crescere, habituari ac perseverare. Consideret omnis Christifidelis, quod incertus, fallax & brevis sit uita præsens, quod amara sit mors, quod districtum ac metuendum sit Dei iudicium, quod intolerabilia sint tormenta, non solum inferni, sed purgatorij quoque. Cogitemus ad quod conditissimum, cur in hac uita conseruamur a deo, & quod in summum iudicis praesentia & aspectu ubique consistimus. Si rex aut iudex terrenus cōspiceret subditos suos in sua præsentia, suas transgressiones, ualde indignaretur, & se nimis uilipendi arbitraretur, magnam quoque inferret uindictam: quam uehementer ergo creator omnipotens, rex regum, Deus incomparabilis maiestatis, cuius iustitia est immensa, in dignabitur impiorum, quod horribilitet puniet eos, quod ipso ubique præsente, & omnia intuente, diuina precepta transgredi non ueretur, quod peccatis peccata adiiciuntur incessanter, sicque augent contemptum in dominum maiestatis. Certe quoniam comprehensibilis est misericordia & patientia Dei in uita presenti, tam incomprehensibilis est sua iustitia, districtio post hanc uitam. Ideo dicit Apostolus: Existimas o homo quod impie agis, quod tu effugies iudicium Dei? An diuinitas bonitatis Dei & patientie & longanimitatis continebis? Ignoras quoniam benignitas Dei ad pacientiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & impenitentem cor tuum, thesaurizas tibi iram in die iusti iudicij Dei. Hæc itaque poteremus, posterita deploremus peccata, & uitam in omnibus emendemus, omnique hora per orationes & meditationes salubres corda nostra ad dominum eleuemus. Ad laudem & gloriam eius &c.

¶ Cetera huic festo opportuna, require de sancto Nicolao, & in communis sanctorum.
¶ IN FESTO Circumcisio[n]is Domini.

Epistola hodiernæ solennitatis, est eadem quæ supra exposita est in secunda Missa nativitatis Christi, uidelicet: Apparuit benignitas & humanitas &c. circa quam ibi sermo adiunctus est: deo ibidem querantur.

¶ Enarratio Evangelij: Postquam consummati sunt dies &c. Lucæ II.

Luce 2.		N euāgeliō autē p̄sēntis fēstī dēscrībit Lucas euāgelistā Christī cīrcūclī fīsōnē, dīcēndōs [Postquā cōlūm̄atī fūnt], i. impletī dīs octo jā Christī natūritātē, in clūdēdo lēu simul cōputādō extrema, uidelicet dī natūritātē & cīrcūclīsīn[ut cīrcūclīderetur puer] Iēsus, de quo Iſaias p̄dixit, Puer natus est nobis &c. Hēc dīctiō, ut tēnētur hīc cōcomītanter, quāq̄ tenerī etiam possit causalitētē qm̄ tanta est dignitātē saluātoris, ut ad ip̄sum & ad ge- fīta atq̄ mysteria eius, tēpora ordinēntur, quod de temporib⁹ quibus uixit in seculo isto, sp̄cialiſtē dici potest. vnde & in euāgeliō ip̄se cōtestatur F
Matt. 12.	Dīs est filius hoīis etiā sabbati. [Uocatū est nōm̄ eius Iēsus] qđ interpretātū saluātor. Chīs ēm̄ genūs humānū redēmit à morte culpā, à morte qđq̄ infernālī mīstērii. Idcirco Iſaias aīt	
Mat. 2.	Dīs posuit in eo iniquitatē omnīū nostrī. At in Actib⁹ aīt p̄inceps apostolōg⁹: Non est alī	
Iſaias 53.	ud nōmen datū hoīib⁹ sub cēlo, in quo oportēat nos saluōs fieri. [Quod uocatū est] uocatū ri cōmissū, expressū, & p̄nēūciatū est [ab angelo] Gabriele, qđ dīxit Marīa: Vocabis nō men eius Iēsus. Et ut Matthēus refert, angelus dīxit ad Ioseph hoc ipsum: Vocabis, inquiēs, nōmen eius Iēsus. Ispē em̄ salū faciet populum tuū à peccatis eorū. [priusq̄ in utero] uirginis	
Act. 4.	cōcīpereret] secundū humānitātē assūmpt⁹ dī spirituā sancto. Nam in Annūciatiōne ange- Luce 1.	
Matt. 1.	lus dīs tūtū uirginī gloriōsæ: Ecce cōcīpiēs in utero & paries filiū, & uocabis nōmen eius Iēsus. Cōuenienterq̄ dīcītur, Quod uocatū est ab angelo, non impositū, quia iam ante à Deo fuit	
Lucas 1.	impositū, qui p̄ordināuit Christū ita uocādū, & per angellū ac Mariā & Ioseph ita uocāvit eundem, quēadmodum per Iſaiam etiā loquit̄ Christus: Dīs ab utero uocauit me, de uentre matris mērē recordātū est nōis mei. ¶ Pr̄terea, ut cōmūniter dīcītur, Iēsus uocatū saluātor	
Iſaias 49.	triplicēt: Primo, à pōtētā saluādī; ita cōuenit sibi nōm̄ hoc ab aēternō, & secundū naturā diuinā, qua ab aēternō habuit pōtētātē saluādī. Secūdō, ab habitu saluāndi; sicq̄ impositū si bi fuit ab angelo nōm̄ istud, & cōpētit eiā primo suā cōceptionis instanti, in quo secundū humānitātē suām̄ accepit gratiām plenām ac habituālēm, per quam post modūm fecit ac pers- tulit ea, per quā mundūm actualiter liberauit. Tertiō, ab actu saluāndi; sicq̄ uocatū fuit no-	



XII in Ieculo isto, specialiter dicitur potestis, unde & in euagelio ipse certificatur
Mat. 12. Dñs est filius hois etiā sabbati. [uocatum est nōmē Iesus] qđ interpretatur saluator. Chis
erū genus humanum redemit à morte culpe, à morte qđq̄ infernali miseria. Idcirco Isaías ait
Mat. 2. Isaia 53. Dñs posuit in eo iniquitatē omnī nostrū. At in Actib⁹ ait princeps apostolor⁹: Non est ali⁹
Act. 4. tūd nōmen datū hoībus sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri. [Quod uocatum est] uocat⁹
Lucas 1. ri cōmissum, expressum, & prænūciatum est [ab angelo] Gabriele, q̄ dixit Maria: Vocabis no-
Matt. 1. men eius Iesum. Et ut Matthæus refert, angelus dixit ad Ioseph hoc ipsum: Vocabis, inquies,
Lucas 1. nomen eius Iesum. ipse em̄ salutū faciet populum tuū à peccatis eorū. [priusq̄ in utero] uirginis
[cōcupiter] secundū humanitatē assumpt⁹ de spiritu sancto. Nam in Annunciatione angel⁹
lus dixit uirginis gloriose: Ecce cōcipes in utero & paries filiū, & uocabis nōmen eius Iesum.
Isaia 49. Cōuenienterq̄ dicitur, Quod uocatū est ab angelo, non impositum, quia iam ante à Deo fuit
impositū, qui p̄ordinauit Christum ita uocādū, & per angelū ac Mariā & Ioseph ita uocauit
eundem, quādmodum per Isaiam etiam loquitur Christus: Dñs ab utero uocauit me, de uentre
matris mē recordatus est nōs mei. ¶ Præterea, ut cōmuniter dicitur, Iesus uocatur saluator
tripliciter: Primo, à potestate saluandi & ita cōuenit sibi nōmē hoc ab æternō, & secundū naturā
diuinā, qua ab æternō habuit potestatē saluandi. Secundo, ab habitu saluandi; sicq̄ impositum si-
bi fuit ab angelo nōmē istud, & cōpetit ei à primo sua cōceptionis instanti, in quo secundū
humanitatē suam accepit gratiam plenam ac habitualem, per quam postmodum fecit ac per-
tulit ea, per quā mundum actualiter liberauit. Tertio, ab actu saluandi; sicq̄ uocatum fuit no-

IN FESTO CIRCUNCISIONIS.

Fol. LXXIII.

A men hoc in circuncisione, & competit Christo ratione suæ passionis præcipue. In circuncisio-
ne autem sanguinem suum primo fudit pro nobis. Porro saluare cōuenit Christo secundum
utraq; suam naturam, sed differenter: quia secundum diuinitatem competit sibi authoritati
ue, & per efficientiam principalem secundum humanitatēm uero, instrumentaliter & per mo-
dum causæ meritorię. Hinc secundum utraq; naturam Iesu uocari potest: siquidem de Deo
uero, uno ac trino, ait Abacuk propheta: Ego autem in domino gaudebo, & exultabo in Deo Abac. §.
Iesu meo. Postremo, sicut in novo testamento imponitur pteris nomen in baptismo, ita in
ueteri testamento nomen imponebatur in circuncisione: & rationabiliter, quoniam sicut nūc
baptismo dimititur originale peccatum, & gratia datur, per quam homo spiritualiter nasci-
tur seu regeneratur, ita tunc fiebat in circuncisione. Multa autem circa hoc euangelium dici
possent, de quibus in sermonibus mentio erit.

TSERMO I. circa euangelium: Quare Christus circuncidi uoluerit, & de scandalo singularitateq[ue] uitanda, atq[ue] de obedientia seruanda.

NON uent legem soluere, sed implere. Ista sunt uerba Christi, Matthæi V. capit. Christus totius humilitatis magister, & perfectæ obedientiæ doctor, propter multas causas dignatus est circuncidari. Primo, ut se uere in carnatum, & ueraciter hominem factum, atque passibile corpus habere mōstraret, & per hoc futuros tunc hereticos reprobaret perfidias, ut pote Manichæorum, qui dixerunt cum habuisse corpus phantasticum, & non ueri. Secundo, ad uitandum scandalum Iudeorum, ne estimarent eum legis Mosaic transgressor, & ne haberent occasionem malignandi ac murmurandi aduersus eum. Tertio, ut legem Moysi approbat impleret, ac per hoc humilitatis & obedientiæ præberet exemplum. Propter quod ait Apostolus: Misit Deus filium suum natum ex uirgine, factum sub lege. Quarto, ut merito sue circuncisionis subueniret hominibus, & durum illud præceptum circuncisionis penalis, mutaret in præceptū baptismationis. Sunt & alie causa istius, uidelicet ut suam incarnationem occultaret diabolo, qui puerū Iesum uidens circuncidari, puritum eum non carere labe originalis peccati. Item, ut laudabilem unitatem & conformitatem commendaret, conformando se alijs in circuncisione, quatenus singularitatē & omnē hypocrisim deuitemus. Ex his multa nobis propoununtur saluberrima documēta, iuxta quæ totam nostram conuerlationem ordinare debemus atq; dirigere. Primum est, ne aliquem scandalizemus, sed proximos nostros per opa uirtuosa ædificemus. Prop̄ quod ad Romanos dicit Apostolus: Ne ponatis offendiculum fratri uel scandalum. Noli illum perdere, pro quo Christus mortuus est. Nempe qui alio sciente aut præsente aḡ: puer& contra præceptum Dei sue ecclesi, quantum in se est, illum spiritualiter Hieron. permit, perdit, & ad damnationē perducit, pro quo suum sanguinem fudit salvator. Quod si impium sit, cōstat ex uerbo S. Bernardi, dicētis: Grauioren pfectiōnem patitur Christus ab eo, q; pernicioſo exemplo aut suggestione iniqua proximum scādalizat ac perimit, q; à ludēis 1. Co. 8. perpessus est, à qbus effusus est sanguis ipsius. Ideo rursus ait Apostolus: Peccantes in fratres, & percutientes cōscientiam eorum in infirmam, in Christum peccatis. Quibus uerbis addit Apostolus: Si esca scandalizet fratrem meum, non manducabo carnes in æternum, ne fratrem meum scandalizem. Derior contra eos qui alios scandalizat id est, uerbo aut opere inordiato Ibidem.

ad culpam trahunt, seu male agendi præbèt exemplū, valde terribiliter loquitur Christus, dicens: Quis scandalizaverit unum ex his pusillis, id est, imperfecti hominibus, expedit ei ut suspèdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Etrurius: Vg hos mini illi per quem scandalum uenit: Ex quibus patet, quām longe à Deo sint & à salute, q[ui] alii quam persona ad peccata trahere nituntur, uide licet ad cōsentientium sibi in malis, uel ad co-operandum in talibus. Væ itaq[ue] mulieribus & puellis, quæ id circa se ornant, ut hominibus placent, ut uirorum ac iuuenium oculos conuertant ad se, ut amentur ab eis. Ita prorsus ad dia-bolum pertinent, & sunt rete diaboli ad capiendum animas insipitiū. Nec minus offendunt altissimum, imo plus uiri & iuuenes se curiose uestientes, pompose ornantes, composite & uagis oculis incedentes, ut aspiciantur & placeant fœminis, ut eas alliciant, ut societur sibi in uitj. Hi omnes sibi in uiuicem præbent poculum mortis, infernale uehenenum, suntq[ue] cooperatores diaboli. ¶ Præterea, non sufficit ad salutem alios non scandalizare, sed eos edificare, id est, uerbo & opere uirtuosod ad bonum prouocare oportet, quoniam sicut in Ecclesiastico scribitur: Vndeque mandauit Deus de proximo suo, ut scilicet eum edificet. Ideo iubet saluatoris Lumen, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in celis est. Vnde secundum Augustinum, Deo debemus bonam conscientiam, proximo bonum exemplū. Propterea hortatur Apostolus Rom. xiiiij. Quæ pacis sunt sectemur, & quæ Augusti edificatiōis sunt in inuicem custodiāmus. Hinc ergo uitanda sunt superstitia, scurrilia, illicta,

D. DIONYSII CARTH. SERMO II.

- Matt. 12. ad leuitates, cachinnos & dissolutiones prouocantia, maxime cum Christus restet: De oī uero ocioso quod loquuti fuerint hoīes, reddent de eo rationē in die iudicij. ¶ Secundū documētum est, ut p̄cepta Dei & superiorum nostrorum diligēter seruemus, & prōni sumus ad obediendum. Et enim si Christus unigenitus filius Dei, qui uenerat nouam ac enangelicā dare legem, nec ad legem ueterem renebatur, quia superior fuit ea, illius tamen legis seruauit p̄cepta multo magis debent Christifideles diuinæ legis implere mandata, & superioribus Pro. 7. suis Dei uicarijs tanquam Deo humiliter obediare. Idcirco Salomon loquitur: Serua mandata & legē quasi pupillā oculi tuī, ligā eam in digitis tuis, & in tabulis cordis tuī scribe eam: hoc est, indesinenter habe eam p̄ oculis, sicut de homine iusto ait prophetas in lege domini uerluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nōcte. Cum ingenti itaq̄ diligentia sunt obseruanda p̄cepta, quia ut sanctus protulit Ieremias, Maledictus homo qui facit opus Dei negligenter. ¶ Præterea ualde pensandum est semper omni Christiano, quod in sua epistola Iacobii 2. cobus scribit apostolus: Quia si quis totam legem impleuerit, offendat autē in uno, factus est omnī reus, id est, charitate & gratia Dei priuatur, atq̄ aternam damnationem meretur, quē admodum in qui uniuersa mandata transgreditur: quānus damnationem nō mereatur tam magnam, ut ille qui omnia præuaricatur p̄cepta. Idcirco non sufficit unum aut paucā p̄cepta implere, sed omnia obseruare necesse est. Aduentur hac potatores, uenatores, fabulatores & oīos, qui tempus suum non solum in fructuose, sed etiam uitiose expendunt, & instar be Matt. 12. stiarum ingurgitant se metipos, atq̄ inaniter occupantur, contra quos loquitur Christus: Ex uerbis tuis condemnaberis. Vnde in Job legitur: Os tuum condemnabit te. Er prophetā testa Psal. 159. tur: Vir linguis non dirigetur in terra. ¶ Tertium documētum est, ut in bonis operibus & laudabilibus obseruantis conformet se quilibet alīs, singularitatem uanāq̄ gloriā uitans, & soli Deo placere summe desiderans. Communia ergo p̄cepta ab omnibus conformitez sunt seruanda, singularis quoque devotionis signa sunt extrinsecus pro posse uitāda, & quies quid turbatuum est pacis aliorū, ac impeditiūm salutis eorum. Huius oppositū agunt hypocritæ, & homines uani humanæ gloria cupidi, imitatores scribarum & phariseorū, contra quos Christus in euangelio sapientissime atq̄ acerrime loquitur, inter cetera dicens: A me dī co uobis, receperunt mercedem suam. Contra quos etiam in libro sancti Job multa dicuntur, uidelicet: Non ueniet in conspectu Dei omnis hypocrita. Et, Congregatio hypocritarū est sterilis. Itemq; Nunquid Deus exaudiēt uocem hypocritæ, cum uenerit super eum angustia, aut poterit in omnipotente delectari? Ecce q̄ uile & uitiosum est, in bonis actibus humanam appetere laudem, & propter hominū gloriam facere opera ex suo genere bona. ¶ Præterea, godam sunt, qui, licet sincera intentione faciant bona, tamen cum se laudari percipiunt aut honorari conspiciunt, complacentiam habent inanem, & uanitatem pascuntur, gloriantes non in domino, sed in seipso quod aternæ felicitatis mercede priuātur, & ingratis sunt Deo, imo & damnationem merentur. Omnino ergo uitandum est istud, & semper in Dei timore mentem custodiare oportet. Itaq; omnem simulationem, calliditatem, duplicitatem, fraudem, hypocri sim fugiat Christianus, & in uera synceritate, columbina simplicitate coram altissimo conueretur. Simulatores nang & callidi prouocant iram Dei, & Deus omnipotens, qui essentialiter uerus & purus est, exigit ut in ueritate & puritate ei iugiter seruamus. ¶ Postremo, quoniam F omnis Christi actio nostra extat instrūcio, consideremus quæ & quanta pro nobis Christus assumpit ac passus est, qui etiam in infantia sua tāta pro nobis pati dignatus est: quia & circūficio ista fuit suo tenerissimo nobilissimoq̄ corporisculo ualde penosa, prout in sequenti dicitur sermone. Nos itaq; pro nostris excessibus libēter patiamur aduersa, castigemus quotidie corpora nostra per penitentia opera, non queramus ea quæ carnem delectat: quoniam talia, te ite beato Gregorio, spiritum necāt, sed per arctam uitiam tendamus, quoniam illa sola ad ueram perducit salutem, ad quam nos dominus noster Iesus Christus dignetur perducere, qui cū p̄atre & spiritu sancto regnat in aeternitate.

SERMO II. De Christi circuncisione & sanguinis effusione, de uarijs eius nominibus, & quomodo ei compati debeamus.

- Vocatum est nomen eius Iesus. Luce 11. Hunc diem circuncisionis domini nři Iesu Christi, quatuor reddunt solennem. Primum est octaua Natiuitatis ipsius, cum enim aliorū sanctorum octaua solēnes sint, multo magis oportet octauam Christi, qui est sanctus sanctorum, esse solēnem. Hinc introitus Missa est idem hodie, & in die natalis domini saluatoris, nři Isaiae 9. delicit: Puer natus est nobis. Secundum est impositio nominis salutaris, quoniam die isto uocatus est puer hic, Iesus. Tertium est, quoniam hodie sanguinem suum fudit primo pro nobis, quē postea sape pro nobis dignatus est fundere, uidelicet in oratione passione sua instantē; tunc

enim

DE FESTO CIRCUNCISIONIS.

LXXV

- A enim factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Item in flagellatione, quando corpus eius tenerissimum flagellis laceratum est usq; ad costarum patefactionem. In spinea quoq; coronatiōē capitū sui sacratissimi, quod dum spinea corona coronaret, atq; arundine cederet, sacra eius facies crux immaduit. Deinde in crucifixione, quando manus eius dignissimæ, ac pedes clavis grossis, cum inestimabili poena sunt perforatae. Postremo, in lateris sui apertione, de q̄ exiuit sanguis & aqua. Quartum est signaculum circūfisionis. Circūfisio nang fuit remedium contra originale peccatum. Vnde secundum Ber. fuit uulneris interioris alligatura sive emplastrum. Bernardus in q̄ patet summa dignatio Christi filij dei, & maxima eius humilitas, q̄ ipse nullum habens uulnus peccati, utpote agnus sine macula, plenus omni uirtute & gratia, alligaturam uulneris suscepere non contempst. Non sic agit perueritas elationis humanae. Erubescimus uulneris ligaturam, i.e. correptionem & correctionem pro peccatis nostris suscipere uerescundamur, imo multoties impie dedignamur, qui de ipsis uitij nō erubescimus, sed potius gloriamur. Christus quem nemo potest arguere de peccato, peccati remedium uerescundū pariter & auferum accepit: nos uero inuerecum di ad culpam, erubescimus agere poenitentiam; filius dei qui peccatum non fecit, non dignatus est reputari peccator; nos autem esse uolumus transgressores, uani, superbi, crudeles, aediosi, nec tñ tales uolumus reputari. ¶ Præterea consideremus, q̄ uehementem dolorem perulerit in sanitus Iesus in circūfisione. Habuit certe poenam ualde acerbam: Primo, proper corpusculi sui nobilissimā complexionem & teneritudinem summā, ob quam fuit maximæ pāssibilitatis, ita q̄ modica lēsio fuit ei penitior, q̄ alij magna. Nam corpus eius ex purissimis gloriose uirginis sanguinibus sumptum est, & spūflanchi uirtute formatum, atq; ad maximā complexionis & qualitatē redactum. Secundo, qm̄ Iesus quāuis esset puer octo dierum, fuit tñ sapientia plenus, & rōne perfectissime utēs, idcirco poenam illam per imaginationē aduerit, & per rōmen considerauit, ideo p̄c cæteris pueros grauius sensit eandem. ¶ Deniq; prout Rabbi Moyses scribit, in circūfisione fuit dolor p̄cipuus, imo tam magnus q̄ multi puero inde moriebant. Ideo etiā deus p̄cepit pueros die octauo circūfidi, quia tunc adhuc modicam pueri habent imaginationē, idcirco poenam illam circūfisionis minus aduertebant, minusq; percipiebant. Dicit quoq; Rabbi Moyses, q̄ deus non uoluit pueros ante diem circūfidi octauum, qm̄ pueri in primis septem diebus post suam nativitatem sunt tantæ teneritudinis, quæ fuerint in utero matris, ideo tunc poenam circūfisionis minus potuerint suffire. In die autē octaua fortificant & solidant. Itaq; Christus ideo uoluit circūfidi propter quod dignatus est crucifigi, ut s. suo dolore magnam nobis gratiam mereret. ¶ Insuper, Christus in euangelio multis nōib; designat. Nā primo dicit IESVS, quia saluator; secundo dicit CHRISTVS, Mat. 2. qm̄ spūfl unctio, uidelicet gracie ac uirtutem plenitudine, fuit quantum ad humanā naturam Lucae 11. repletus, iuxta illud in Psal. Vixit te deus deus tuus, oleo lætitia p̄e confortibus tuis. Veritatem Iohā 1. duo haec nomina de filio dei dicta, designant atq; supponunt in creatam personam, sed differenter. Psal. 44. Christus enim uocat, in quantum est homo à persona diuina seu uero ad humanam naturam assumptus: Iesus uero, in quantum est deus humanitatis unitus. De hoc nomine ait Bernardus, Bernard, Iesus est in ore, in aīo mēlos, in corde jubilus. Et Origenes: Nomen Iesu gloriōsum, omnīs Matt. 14. cultu dignissimū. Nomen quod est super omne nomen, non decuit primo ab hominibus appellari, nec ab eis in mundum afferriri, sed ab excellētiori natura. Tertio, Christus dicit filius dei, & ita Luke 1. in scripturis noui testamenti cōmuniter appellat. Ipse enim est filius dei unigenitus uerus ac naturalis, non adoptius. Vnde in prima sua epistola scribit sanctus Iohā. Scimus qm̄ filius dei uenit, & Rom. 1. dedit nobis senum, ut cognoscamus deum uerum, & simus in uero filio eius Iesu Christo. Hic est Iohā, scimus deus deus, & uita eterna. Quarto, Christus uocat filius hominis, & ita ipsem in euangelio frequentius se appellat. In quo commendat eius humilitas, & reprobat nostra superbia. Nempe cum ipse sit filius dei ac hominis, s. p̄ius tñ se uocat filium inferioris, s. hominis, q̄ filium summi, upore patris eterni. Nos autē de nostræ p̄genie erubescimus paritate, & si aliquos magnos nobilesq; habemus cognatos, illos iactamus. Quo constat, quod uanitate & fatuitate pleni fordemus. Quinto, uocat uerbum, quia à patre eterno per intellectum externaliter natus est. Alia etiam multa nostra dedit sibi me Christus, dicendo: Ego sum pastor bonus. Ego sum via, veritas & uita. Porro in Ieremias habet: Hoc est nomen quod uocabunt cum, dñs iustus noster. Pro quo in Hebreo tetragramaton continet, quod soli uero competit deo. In Zacharia quoq; de Christo p̄dictum est: Ecce uir Orie[n]s nomen eius. In Apocalypsi etiam loquitur Christus: Ego sum alpha & omega, principiū & finis, primus & nouissimus. Et in eodem libro dicit: Vocabat nomen eius uerbum dei, & habet in uestimento & in memore suo scriptum: Rex regum & dñs dominantiū. Item & in Isaia legit: Vocabit nomen eius Emmanuel, quod interpretat nobiscum deus, quia per incarnationis mysterium factus est proximus nobis, & per assumptionem humanitatis cum hominibus conuersari dignatus est. Alia quasi innumerabilia nomina Christo in scripturis attribuuntur. Nam dicit Agnus, leo, lapis articularis, petra, uitis, p̄fatorumq; nominum quædam sunt ei propria, quædam appropriata. ¶ Postremo in Isaia sex nomina ei attribuuntur, cum dicit: Vocabit nomen eius admirabilis, consi-

nū iij Iarius,

D. DIONYSII CARTHUSIA. SERMO III.

Iarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis: quæ nomina supra sunt exposita. Et recte hec D. nomina Christo conuenient per comparationem & respectum ad suos fideles, electos. Itaq; primo est nobis Christus admirabilis, i n hoc quid tammi sericordissime egit nobiscum, & tam gratiore subuenit, uoluntatesq; nostras toties immutauit, & conuerit eas in melius, ita quod uita quæ ante dileximus, coepimus deploare, uitare, & uirtutibus adhaerere. Secundo est nobis Christus consiliarius, infundendo nobis lumen prudentia, per quam recte eligimus, implendo, quod scriptum est: Poenitentiam agite. Et rursus: Declina à malo, & fac bonum. Tertio est nobis deus, auferendo ac dimitendo peccata, & gratiarum largiendo charismata. Quis enim potest peccata dimittere, nisi filius deus? De quo sanctus Iob loquitur: Quis potest facere mundum de immundo conceptum sermine, nisi tu qui solus es? Dona quoque gratiae & uirtutes infusa non habentur, nisi per creationem, quæ non competit nisi omnipotenti. Quarto Christus est nobis fortis, in bonis nos conseruando, uirtutemq; preualendi hostibus nostræ salutis praestando. Ab ipso enim est bonorum nostrorum inchoatio, conseruatio seu continuatio, & consummatio. Quinto est nobis pater futuri seculi, quia in futura resurrectione communia, perfectam etiam corporis immortalitatem dabit electis. Omnes quidem resurgentem, sed non omnes immutabimur, secundum Apostolum. Sexto est nobis princeps pacis, perdurando nos ad suipius beatificiam ac tranquillissimam fructu nem, quemadmodum pollicetur: Qui diligit me, diligeret a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

Mat. 5, 4. *Luce 3, Psal. 36.* *Mar. 2, Luce 5, Ioh. 14.* *Co. 15.* *Ioh. 14.*

Iam ultimo est angendum de ihs, quæ nobis circa euangelium hodiernum sunt considerada. Primo itaq; attendamus, quām præcordialem compassionem habuit uirgo dulcissima, mater Iesu p̄fissima, in circuclatione uincit a prædilectissimi filii suuinan & cum tunc plorantem audiuit, ut ereditatur, & sicut ineffabiliter eum dilexit, sic mirabiliter ei condoluit, præsertim cum sciret eum oīni culpa carere, nec circuclatione aliquæ indigere, teneritudinemq; eius agnouit. Secundo pensemus, q; puer Iesu etiam tu ne suæ amantissimæ matri condoluit valde. Clarissime etenim sciuit compunctionem & afflictionem suæ genitricis dulcissimæ, & sicut ipse plus dilexit eam, quām ipsa eum, sic probabiliter creditur, quod plus ipse condoluit ei, quām econuerso. Tertio attendamus, quantum & qualiter oporteat nos compati pueru Iesu, propter nos circuclatio & tam grauiter passo. Nec solum debemus ei compati corde, sed ei etiam nos conformare pro posse in omnium aduersitatum & tribulationum æquanimi perpeccione, ne in aduersis murmuremus, neq; iniurias uindicemus, sed cor.

Galat. 5, Psal. 118.

pura nostra crucifigamus cum uitij & concupiscentijs. Crucifigamus, inquam, corpora nostra, nō ea simpliciter occidendo, sed per dei timorem & poenitentia sanctum labore à cunctis illicitis actibus ac uoluptatibus reprimendo, sicut orat propheta: Conlige timore tuo carnes meas, à iudicis eni timui. Consiteamur igitur uita nostra, & uere cedemur de eis coram altissimo, omnemq; charitatuum correptionem & iustum correctionem, patienter, libenter, gratanter suscipiamus, ac patiamur pro eis, quatenus in præsenti sanemur, & à futuris eruamur supplicijs, atque perpetua cu Christo iucunditate fruamur.

S E R M O . III. Despirituali circuclatione, & quod octo studia

faturaria nobis esse debent.

*C*ircuclidine p̄reputum cordis uestris, & ceruicem uestram ne induretis amplius. Deuteronomij x. In his uerbis beatissimus Moyses docet esse quandam spiritualem circuclationem, sive quæ nec Iudeis adulis corporalis circuclatio sufficiebat. Circuclatio enim aliud non uidetur, nisi si aliquid superfluitatis abscisio, uel saltum signum abctionis hmoi. Sed ut Aristoteles docet, Natura non deficit in necessarijs, nec abffidat in superfluis, idcirco nihil ex his quæ à deo acceptimus, superfluum nobis est neq; in corpore, neq; in anima. Quid ergo superfluit nobis, nisi propria culpas. Properea spūialis circuclatio, est peccati abscisio, omniumq; membrorum corporis ac uirium animarum ab inordinato atque illicito motu, actu & usu, repressione. Porro hanc spūialem circuclationem docet saluator, dicens: Si manus tua uel pes tuus scandalizat te, absconde eum, & projice abs te. Et: Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & projice abs te. Quæ uerba non sunt de corporali abscissione aut euilione accipienda, quia nequaquam debet mutilare se homo, sed de abscissione & euilione spūiali, ut scilicet usum & motum illicitum manuum, pedum, oculorum, & aliorum membrorum abijiciamus, iuxta quem sensum ait Apostolus: Mortificate membra uestra super terram.

Matt. 18, Mat. 5, Col. 3, 2. Re. 11, Psal. 118.

Primo igitur circuclide debet quilibet Christianus oculos suos, refrenando eos ab omni libido, a sp̄etu, & intuitu sp̄ecularum, chorearum & omnium uanitatum, à morosa inspectione mulierum sive uirorum, ad prauam concupiscentiam prouocante. David namq; feminam incaute a sp̄icio, in adulterium lapsus est. Et potissimum ita custodiendus est uisus in diuino officio, præsertim tempore Missæ. Hinc orauit Propheta: Auerte dñe oculos meos, ne uideant uanitatem. Hinc & Ecclesiasticus docet: Virginem ne conficias, ne scandalizeris in decore eius. Noli circumspicere in uiciis ciuitatis. Auerte faciem tuam à muliere competa. Quemadmodum autem uiri uisum suum custodiere debent ab incauto mulierum aspectu, ita & mulieres ab indeceti uirorum insitu. In ecclesia ergo omnis christifidelis oculos suos dirigat in crucifixum, & eius passionem men-

DE FESTO CIRCUCLATIONIS.

LXXVI

A te resoluat deuota. Incustoditus oculus, incustoditæ mētis est signū. Insuper, multa peccata, multas complacentias uanas, multas cōcupiscentias prauas, uarias cupiditates incurrit homo per irre frenatum alpeclum. Secundo circuclidere debemus aures, ne uerba detractoria, pungitia, lascivia, illicta audiant, & ne in cantilenis & canticis uanis, ac symphonij carnaliter dilecentur, sed uerba salubria ac diuina aduentant. Hinc in Ecclesiastico habetur: Sepi aures tuas spinis, & noli audire linguam nequam. Vnde de sancto patre Pachomio legitur, quod à detractoribus quasi à serpentibus fugiebat. Quod si quis corporaliter auertere nequeat se à talium auditione uerborum, mētem tamen suam custodiat a consenu corum, & moestum ostendat uultum, quoniam in Ecclesia ste dicitur: Per tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis. Et rursus Salomon loquitur: Venetus aliquid dissipat pluvias, & facies tristis linguis detrahentem. Circuclidæ sunt etiam aures à curiosa auscultatione, quoniam scriptum est: Stultitia hominis est auscultare per ostium. Tercio circuclidere debemus tactum ab omni lasciuio contactu, palpatu, & osculo, & ab applicacione carnali, & maxime dum quis ex tactu & applicatione sentit in se motum inordinatum, & quandovis in seipso non sentire, tamen debet timere, ne fiat alteri alicuius inordinatae motionis occasio, ideo indecentem debet uitare contactum. In amplectibus quippe, osculis, tactibusq; carnalibus cōsistit peccatum mortale; & quod ex talibus sentit se stimulari, nec tamen à talibus cefar, similis est ei qui serpentem tenet in gremio, à quo se sentit toxicari. Quarto circuclidere debemus gustum à delicatis cibis & potibus, uel saltum ab inordinata delectatione in illis, quatenus in cibo & potu nō uoluptatem, sed necessitatem & utilitatem naturæ queramus. Quinto circuclidendus est olfactus à uoluptate carnali odorū. Sexto circuclidenda est lingua à locutione peruersa, mendosa fallaci & superflua. Et istud est necessarium ualde, quia ut Jacobus ait apostolus: Lingua est inique facio. *g.* cum malum, plenum ueneno mortiferum. Et denio: Lingua, inquit, ignis est: uniuersitas iniquitatis lingua (hoc est, per linguam) constituitur in membris nostris, quia maculat totum corpus nostrum. Hinc idem apostolus cohortatur: Sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Porro ut Salomon ait, Sultus uerba multiplicat. Qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est. Vnde & iterum loquitur: Videlicet uelocem ad loquendum, stultitiam magis speranda est, quām illius correctio. Sed quia difficile est linguan taliter refreshare, ideo uir sapiens dicit: Quis dabit ori meo custodium, & super labia mea signaculum certum, ut nō cadam ab ipsis, & lingua mea me perderat. Et sanctus David orauit: Pone domine custodium *Psal. 140.* ori meo, & ostium circumstantia labijs meis. Nempe ut in Proverbijs legitur: Hominis est animum preparare, & domini gubernare lingua. Deum igitur quotidie deprecebamur, ut gratiam refrenandi lingua, & uiuente loquendi præstare nobis dignetur; atque ut uiuofani loquacitatis consuetudinem uincat horro, attendat diuinu rigorem iudicij, in quo, Christo testante, De omni uerbo ocioso exigenda est ratio: quanto magis de uerbis mendacibus & periuris, de uerbis detractoris, pungitius, lascivis? Attende hæc (o homines lingui ac dissoluti) qui uiuofilo loquacitatis usus estis deuicti. Redite ad cor, & contra consuetudinem prauam pugnate, atq; in orationibus sanctis cum deo assuecite loqui. Septimo circuclidendus est uenter à repletione gulosa, cum dicat iudeus ex electis: Væ uobiis qui saturati estis, quia esurietis. Itemque: Vide te ne grauentur corda uestra crupula uel ebrietate. Vnde in Ecclesiastico scriptum est: Aufer à me uentris concupiscentias. Conformatiter circuclidendi sunt pedes ab omni prauo itinere, à saltatione choreæ. Manus quoque ab opere malo, ne aliquem ledant. Insuper refrenandi sunt sensus interiores ab imaginationibus uanis, à stultis & inutilibus phantasmatibus, à cogitationibus malis. Deinde ualde circuclidendum est sensuus appetitus ab omni inordinato sensibilium acque carnalium rerum affectu, ab immoderantia passionum, à rebellione contra rationis imperium, ne scilicet exteriora ista carnalia & terrena plus aut aliter appetamus, quām recta ratio dictat & diuina lex docet: nec immundas uoluptas queramus in eis, sed habentes uictum & quibus tegatur, his simus contenti. Amplius circuclidenda est ratio ab omni perfidia & errore, à distractione, præsertim tempore orationis ac meditationis salubris; estque occupanda & stabilienda in deo, ut ea quæ pertinent ad salutem, assuecat assidue meditari. Voluntas quoque est circuclidenda ab omni malitia, & ab omni transgressione legis diuinæ, ab omni auersione à deo, ab immoderato omni creaturæ amore, ne eas amet nisi in deo, secundum deum, & propriæ deum. Ecce hæc est spiritualis circuclatio hominis. Exinde breuiter est angendum, quid spiritualiter significetur per octo dies, Lucæ post quos circuclis est puer Iesu. Itaq; per hos octo dies designantur octo actus uiuofisi ac splendidi, canq; dies, post quos circucliditur atq; perficitur homo. Primus actus est, propriæ iniquitatis consideratio ac recognitio coram deo, juxta illud in Psalmo: Quoniam iniquitatem meam ego *Psal. 50.* cognosco. Itemq; Dixi: Confitebor aduersum me iniuritatem meam domino. Hinc loquitur Ier. *Psal. 51.* misa Propheta: Scrutemur uias nostras, & queramus, & reuertamur ad dominum. Nos inique egimus, & ad iracundiam prouocauimus deum. Istud est exordium conuersationis ad deum. Vñ cum per Ieremiam deus dixisset iniquo, Reuertere ad me, et non auerteram faciam mea, protinus addidit:

n. iiiij. Tamen

D. DIONYSII CARTHVSIA. SERMO III.

Tamen scito iniqitatem tuam, quia in dominum deum tuum praeuaricata es. Hinc quoque excusam. **D.**
 tis scilicet mendaciter, deus iterum ait per Ieremiam: Ecce ego iudicio contedam tecum, eo quod
 dixeris: Non peccavi. Itaque quanto diligentius ac dolorosius culpas suas attendit homo, tanto maius
 attredit has deus. Secundus actus est, pudor & dolor de turpitudine & enormitate proprio
 rum excessuum, quia non sufficit eos cognoscere, sed oportet coram deo uerecundari ac contristari
 de eis. Hinc Esdras in persona poenitentis afferit: Deus meus, confundor & erubesco. leuare faciem
 meam ad te, quoniam iniqitatem nostram multiplicata sunt super caput nostrum, & delicta nostra
 creuerunt usque ad coelum. Vnde in evangelio ait Christus de poenitente publicano, quod nec ocu-
 los audebat leuare ad coelum, uidelicet pro erubescencia uitiorum suorum, sed percutiebat pectus
 suum, dicens: Deus, propicius esto mihi peccatori. Idcirco peccatori in uitiose induato, nec inde ue-
 recundanti, loquitur deus per Ieremiam: Frons mulieris meretricis facta est tibi, nolusti erubescere.
Luce 18. Quemadmodum enim meretrix ex consuetudine obsecnitas suae de turpitudine sua non eru-
 bescit, sic obstinati de suis non habent pudorem peccatis, immo interdum se iactant de eis, quemad-
 modum apud Isaiam de talibus dicitur: Peccatum suum quasi Sodoma prædicaverunt, nec ab-
 sconderunt. Nam misera biliter, damnabiliter, & ineftabiliter peccata mentem excitant, & iudicium
 omne peruerunt. Tertius actus est propositum emendandi. Vnde filius prodigus in se reuerlus,
Lucce 15. id est, lapsum suum considerans, dixit: Surgam, & ibo ad patrem meum. Aliqui enim de peccatis
 suis dolent & erubescunt, sed ex nimia uitiorum suorum ponderatione ac pudore ad desperationem
Mat. 27. labuntur, ut patet in Iuda proditore. Oportet ergo diuinæ pietatis imminemam considerare aby-
 sum, & in misericordia altissimi respirare. Quod Cain non fecit, qui dixit: Maior est iniqitas mea, q[ui] E
 ut ueniam merear. Quartus actus est, timor dei ac diuinæ paucorū iudicij, quatenus cum sancto Job
Iob 31. dicere ualeamus: Semper quasi tumentes super me fluitus timui deum. Cum sancto quoque Hiero-
 nimo: Siue comedam, siue bibam, siue aliud quid agam, semper uidetur mihi auribus meis inso-
 nare tuba illa terribilis: Surgite mortui, uenite ad iudicium. Nam ut ait Apostolus: Horredum est
Hebr. 10. incidere in manus dei uiuentis. Quintus est, restituunt alieni & persolutori debiti, quia non dimitti-
 tute culpa, nisi restituant ablata, persoluantur; debita si assit facultas: alias desiderer homo resti-
 tuere ac soluere, faciat; quod potest. Sextus est, sacramentalis confessio, in qua omnia lauantur,
 nec predicta omnia profunt, nisi peccator constiteri tempore opportuno proponat, quia confessio
 cadit sub praecerto. Unde & Salomon protestatur Proverb. uigesimo octavo: Qui confessus fue-
 rit peccata sua, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Jacobus quoque: Confitemini, inquit,
 alterutrum peccata uesta, & orate pro inuicem ut saluemini. Septimus est satisfactio pro pecca-
 tis per poenitentia opera, quæ praepice sunt, oratio, ieiunium, elemosyna, ad quæ reducuntur
Matt. 23. & alia. Octauus est, perseverantia in predictis, quia ut Christus disterit: Qui perseverauer-
 it usque in finem, hic saluus erit. Solet enim perseverantia coronatur. Itaque iuxta praedicta spissitudines
 ritualiter circumcidamus nosipos quotidie, atque per ostro hos actus uirtuosos ac splendidos ad
 eternam gradiamur salutem.

¶ AD. RELIGIOSOS.

SERMO III. Quod circuncisio bifariam accipitur, & de
 refrenatione linguae ac sensuum.

Matt. 5. Ico Iesum Christum ministrum fuisse circuncisionis, Romanorum decimoquinto. Christus F
 (sicut ipsem protestatur) non uenit legem soluere, sed implere. Et cum baptizandus ueniret
 ad diuinissimum ac sacratissimum Iohannem Baptistam, & expauisset ipse gloriosus baptista ue-
 nientis dignationem ac humilitatem imminemam, atque ob hoc dixisset Iohannis primo: Ego à te de-
 beo baptizari, & tu uenis ad me: Christus ipse respondit: Sine modo, sic enim decet nos implere om-
 nem iustitiam, omnem uirtutum perfectionem, omnem humilitatis profunditatem, & omne id
 ad quod agendum misit me pater. Ob eandem itaque causam dignatus est filius dei hodie circumcidiri,
 & item ut nos suo exemplo discamus circumcidiri spiritualiter, profunde humiliari, promptissime obe-
 dire, & corpus proprium per opera poenitentiae, obseruantias regulares, religiosos labores, ac diuer-
 sa uirtutum exercitia castigare, affligere, edomare. Est itaque circuncisio duplex, una carnalis, quæ
 in ueteri testamento fuit praecerta, in nouo prohibita, de qua ad Galatas loquitur Paulus: Si circum-
 cidamini, Christus nihil uobis proderit. Et rursus: In Christo Iesu neque circuncisio aliquid ualeat, ne
 que præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Alia est circuncisio spiritualis, quæ
 est remissio abusionum membrorum corporis ac uitrium animæ, deletio uitiorum, reformatio
 passionum, compunctionis morum, rescatio superfluitatum, immo & subtractio moderata eorum quæ
 corpori necessaria sunt, propriæ quoque voluntatis repressione, abiectio, & mera sui ipsius sub præside-
 te subiectio. Vnde Moyses iussit & ait: Circuncidate præputium cordis vestri, & coruicem vestram
 ne induretis amplius. Per Ieremiam quoque loquitur deus: Omnes gètes habent præputium, omnis
 autem domus Israel incircuncisi sunt corde. Talibus dixit uitiorisfillius martyr Stephanus: Dura
 ceruice & incircuncisi corde & auribus. Ex quibus monstratur esse quandam circuncisionem au-
 rum &

IN FESTO CIRCUNCISIONIS.

Fol. LXXVII.

A riuum & cordiuin, & per consequens aliorum membrorum ac uitrium, de qua loquitur Paulus Col. 2.
 apostolus: Mortificate membra uestra quæ sunt super terram. Itemque: Castigo corpus meum, & pro-
 in seruitutem redigo. Imo & Christus: Si oculus, inquietus, tuus scandalizat te, erue eum, & pro-
 hice abs te; & si manus tua uel pes tuus scandalizat te, abscinde. Hæc igitur abscissio seu circuci-
 sio, quanvis omni Christiano, maxime tamen religiosis est necessaria, in quibus omnia ordinata;
 restricta & expolita esse oportet, ut in star splendentis auri, per uirum purissimi speculi, fulgeant
 cora deo, & supernarum capaces sint illuminationi atque assidue inflammationi spiritus
 sancti. Denique cum ad omnes speciei Christifidelem, quod Romanis præcipitur: Sicut exhibuitis
 membra uestra seruire immitiuitate & iniurianti ad iniuriam, ita nunc exhibete membra uestra
 seruire iustitiae in sanctificatione certum est istud ad nos religiosos maxime pertinere, quates
 nus sicut corpus & singula quæcumque membra ipsius exhibimus arma iniuriantis p[ro]cto, seruendo
 per ea diabolo, ita nunc ea exhibeamus arma iustitiae deo. Omnen ergo loquacitatem, uniuersa
 yba illicita, seculares rumores, uanos & infructuosos sermones abscindamus ab ore & lin-
 gua. Hæc est saluberrima circuncisio linguae & oris, sine qua uere nullus appellatur religiosus,
 Iacobus attestante apostolo: Si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed sedu-
 cens cor suum, huius uana est religio. Verbo suo in silentio observatione rigorosac strenui. Qui enim silenti operculo os suum non tegit,
 nec taciturnitatis clausa id claudit, uas cordis sui habebit immundum, quoniam pulueres im-
 mundiarum que inordinata locutione cōtrahuntur, cadent in illud. In colloquio itaque & in
 omni quo ad colloquendum conuenit loco, summe necessaria est linguae repressio, custodia
 oris & cordis. Quæ à nobis poterunt obseruari, si dei præsentiam cogitemus ubique, & eius eru-
 buerimus uultum, formidates sanctum eius aspectu offendere. Præterea sanctus Benedictus
 in regulat: Verba, inquit, scurrilia & in risu mouetia, & terrena damnamus clausura. Si ergo uer-
 ba in risu mouentum tantum, anathematizavit omnium religiosorum pater præcipius Be-
 nedictus, quantum uitanda sunt uerba contentiofa, iniuriosa, mendosa, præsertim ne quis se
 nimis excusat quādo corripitur, nec murmur dum accusatur siue corrigitur. Præterea spiri-
 tualis hæc circuncisio linguae & oris requirit, ut sicut uitiose loquendo & male tacendo deti in
 seculo grauiter in honora uimus, multipliciterque offendimus, sic modo uirtuose loquendo, de-
 sum aſſidue laudando, orando, alacriter psallendo, honoremus & recōciliemus nobis eūdem,
 erubescamus uhemēter iam uerba diuinā minus affectuose ac gaudiose proferre, quā olim in
 seculo uerba mundana, carnalia & iniqua protulimus. Ab hinc autem omnis somnolentia in diuis
 omnis, omnis pigritia prouersus excutiat, diligenter & feruide domino gloria ministremus. Ipse Apo. 21.
 equidem euomit tepidos, fastidiosos contemnit, ingratos, pigrorum, & somnolentos abhorret,
 & maledictus est qui opus eius efficit negligenter. Præterea circuncidimus uentre & gustum ab
 omni gula, ne granularū corda nostra potatione aut crapula, ceterisque contaminetur peccatis, Luca 21.
 quæ ex gula nascuntur. Quemadmodum enim sobrius potus, moderatusque cibus sanitas est cor Eccl. 31.
 poris, & animæ salus, sic cibi ac potus immoderati gravant corpus & animum laedunt, ac dia-
 uinorum inducent fastidium. Hinc sancti patres etiam siccum panem & simplicem aquam in me-
 sura cui parcitate & deitatem sumpserunt, timetes in eis excedere. Insuper oculos circumcidas
 C mus ab incautis aspectibus, præcipue in diuinis & coram populo celebrando, ne & seculares Eccl. 2.
 in uisus nostri in custodia ac euagatione scandalizentur. Oculi enim sapientis in capite eius, oculi
 autem stultorum in finibus terra. Sint igitur oculi cordis nostri in Christo capite nostro fixi,
 & ne distrahamur ab eo, ne maculetur mens nostra, oculos reprimamus exteriores. Multas
 peccati occasionses & uarias culpas incurrit, qui oculos non custodit. Eos ergo refrenemus ne
 hauriat uanitatis, ne per res uarias fornicetur, ne incaute aliis inspiciendo mouemur ad risu-
 sum, ad dissolutionem euagationemque cordis, ad complacētiā uanam, tristitiam, nocivam,
 aut certe ad iram, indignationem, impatiētiā, temerariūque iudicium. Legitur namque de
 abbate Elladio, quod uiginti annos cellā suā inhabitās, nūquam oculos suos leuauit ut rectū
 eius aspiceret. Sic & fctus pater noster Bernardus tota die circa fluuiū egrotans, fluuiū nō attēdit. Bernardus
 Quid dicemus ad hæc, quæ nec circa altaria nostros possimus oculos refrenare, immo sāpe sacer-
 dotiales uestes exuendo, aut in Missa populū salutādo, proiecimus uisum nostrum super astas
 tes. Quod utique signum est inuerecundæ, intmoratae, in custoditeque mentis. Amplius circum-
 cidamus aures a negligentiā circa audientiam uerborum salutis, quatenus ea quæ dei sunt
 audeantiamus, & quicquid in choro legitur aut cantatur, diligenter aduertamur nec
 magis delecter nos cantus quam sensus, sed minus. Similiter sermocinationem in capitulo,
 lectionem in refectorio, exhortationem & correptionem à quocunque proximo gratāter susci-
 piamus ac patienter. Auris etenim bona cum omni concupiscentia audit sapientiam, & bea- Eccl. 3.
 ti qui

D. DIONYSII CARTH. SERMO V.

Luca. In ti qui audiunt uerbum dei. Ei autem qui corripi entem dura ceruice contemnit, qui uerba in formationis non suscipit, repentinus superueniet interitus. Sunt quoq; nonnulli, qui si in sermonibus praesidentis seu fratris audiunt aliquid contra suos excessus & defectus pronunciari, mox indignatur, sputa cōgeminat, excrare uix cessant, & temerarie iudicantes ea quæ dicuntur, exinuidia aut alia praua radice dici talia arbitratur, qui infecti sunt morbo, noite. Noli me tam gere. Quibus necesse est respiscere ab huic semodi laqueis iniuncti, sc̄p humiliare, patientis amiq; discere, proprias culpas atēdere, & earum remedita grata suscipere mēte. Porro circa auditentia illicitorū uerborū simus auribus cīcūcīs, ne ea audiamus libēter, sed aut penitus auertamus auditum, aut audiamus inuite, ne alienis cōmunicemus peccatis, sed potius ea quantum decet aut licet redargamus, potissim uerba detractionis, murmuratiois, seminatiois disfector dia ac cōtumeliae penitus detectemur, & uerbis ac signis ea nobis displicere mōstremus p̄ tristitiam uultus, gemutum cordis, allegationem scriptura seu aliis modis, cū scriptum sit: Vetus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis lingua detrahentē. Et denuo Salomon: Per tristitiam, insquit, uultus corrigitur animus delinquentis. Quibus uerbis p̄misit Melior est ira risu. Quod deira per zelum est accipidēum, quā in audiēdo talia uerba multo melius est ostēdere, quam per risum, complacentiam impian demōstrare. Postremo iuxta h̄c modum, ceterorū exteriorum interiorumq; sensuum actus & usus circūcidamus, membrorumq; motus & operae res gulemus, mētem a prauis cogitationibus, uoluntatem à desiderijs malis, animam ab uniuersis peccatis circumcidere nō cessemus, ut sic mente & corpore simus spiritualiter decorati, interius reformati, recti semper & virtuosi.

SERMO V. Quid in nobis circumcidendum sit, & de abnegatione, mortificatione, ac humiliatione propria.

Circuncidamini, & auferete præputia cordium vestrorum. Ieremij quarto. Hodie filius dei
cepit propter nos sanguinem suum effundere, atque acerbum pati dolorem. Tantus namque
fuit dolor circumcisionis, quod multi infantorum, Rabbi Moysi teste, moriebantur ex illo
dolor. Veritatem multo acerbior fuit dolor ille in pueri Iesu, quam in aliis infantibus, tum
propter delicatissimam & maximam teneritudinem nobilissimi & equalissimi sui corporis
li, tum propter rationis & imaginacionis sua uigorem, quo super dolorem illum per aduentem
tiam & iudicium reflectebatur. Porro omnis actio & passio Christi, est informatio nostra. Cie-
cuncisus ergo est dominus corpore, ut nos corde circuncidamus, & cordium nostrorum aus-
feramus præputia, id est, carnalium desideriorum proflumina, inutilium cogitationum tumul-
tus, inordinatas affectiones, apprehensiones inanis, intentiones peruersas. Potissimum autem
religiosorum præputia spiritualia sunt animæ cornua, contradicendi audacia, rebellionis im-
puidentia, intimoratae metis presumptio. Quæ omnia nil aliud sunt nisi diabolica mala, mots-
teria semina, religionis uenena, eaque esse maxime fugienda omni potissimum religioso, Chri-
stus hodierna edocuit die circumcisione suscipiendo, per cuius susceptionem factus est sub lege,
præceptu legis de circumcisione in seipso uolens, faciensq; seruari. Stigit ipsem legi legislator sub-
iectus est sponte legi quam contulit, cum tamen ratio legis illius seruandæ locum non habes-
set in eis (siquidem propter originale tollendum circumcisionis præceptum est datum, & con-
tra illud circumcisione fuit remedium) quanto magis nos pauperes, defectuosi & fragiles, pre-
ceptis dei ac superiorum nostrorum cum omni promptitudine & humilitate subiecti ac pares
redebemus, cum & causa obediendi illis multiplex sit in nobis? Denique cum in omni fidelium
corde & membris sit ista voluntas.

Hieron. deuenit, ut quicquid à superioribus suis fuerit iussum sine inunctum, diuino & angelico puset ore prolatum: quām irreligiosissimi esse probatur, quis superiori resistunt in faciem, qui etiam in capitulo reclamare audent atq; contendere, sc̄q; impudenter excusant! O quā longe sunt isti ab imitatione Christi, qui cum nullam haberet uitii laſionem, remedium culpæ suscipere non contemplit, & certe remedium uerecundum ac ualde penosum sibi dignatus est applicari: nos econtra cum defectuositatibus pleni sumus, signum culpæ & medelam ipsius, hoc est, correptionem piam & mediocrem ac castigationem permodicam perpetri deditnamur, quāto magis acutam & condignam correptionem ac correctionem ab h̄ceremus: Vbi est mortificatio nostra: ubi abnegatio suipius & obediētia sancta: itud quippe euidētissimum signum est intolerab̄e elationis, grauiſſimæ excæcationis, atq; sacrilega propriæ uolutatis resumptio. Monachus etenim deber esse spiritualiter mortuus, & tanquam surdus non audiens, & quasi mutus

IN FESTO CIRCUNCISIONIS.

A **mitus non aperiens os suum, quantum ad hoc ne moueat in iuris, nec improbitati respon** psal. 37/
deat in iuriantis, quanto mitus moueri debet fraternalis correptionibus, ueris accusationibus,
**paternis increpationibus & correctionibus iustis: Reflectamus ergo quotidie, imo assidue, oculos cordis ad nosipos, ad defectus excessusque nostros, ad mala quae agimus, ad bona quae ne
gligimus, ad mala quae bonis actibus nostris indefiniter miscentur, ut uix unam orationem dominicam, uix psalmum breuissimum, imo uix uersum unum sine distractione, admixtione
neque culpæ legamus: atque ex hac consideratione humiliemus & contemnamus nos ualde, ad omnem reprehensionem & punitionem parati, ut ex sententia decantemus: Quoniam ego in Ibi dent,
flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annunciaro, & cogitabo pro peccato meo. Itaque quod nosipsi de nobis sentimus ac dicimus, ab aliis sentiri, dici, atque in medium deduci non renuamus: alioqui non inuenitur in nobis syn-
cera humilitas, plena confessio, penitentia efficax & condigna sed coram alijs uilescere, humiliari, & confundi horremus, amantes nosipos in nobis, à spiritualis puritate dilectionis remoti. Refert sanctus Gregorius de quadam uiro religioso & sancto, qui erat in monasterio suo sacrista, ad quem uidendum plurimi confluabant. Erat autem statuta cum Zachæo pusillus.
Cumque inter ceteros quadam die rusticus quidam uenisset, & uirum illum sanctum eminus conspexisset, eundem, quoniam parvus corpore fuit, despiciens: Iste, inquit, nihil haber de uiru seu homine. Quo auditu, sanctus ille toto corde exhilaratus accurrens, rusticum illum amplexus est, dicens: Gratias ago, quia tu solus oculos habes in me. Huius igitur sancti humilita Gregotti.**

B tem secesserunt, nec in die honoris sui, aut in hora commendationis sua quis extollatur, immo tunc profundius humiliter semper ipsum, occultum dei iudicium pertinaciter censens, omnemque bonum ei gratissima mente ascribens. ¶ Insuper dominus & Salvator die hoc circuncisionis acerbitas assumens, docuit nos non uero, sed opere arctam uiam salutis, ardua uitertutum exercitum. Matt. 7,18
etia strenue aggredi, uiriliter continuare, feliciter consuminare, ut diceat mercenarius Propterea uerba laborum tuorum ego custodiui uias duras. Voracitatem, loquacitatem, somnolentiam, negligientiam, dissolutiones, & omnes vanitates ac impietas abhorremus, per patientiam currentes ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei & consummatorem Iesum, qui proposito sibi a gaudio, sustinuit crucem confusione contempta. Non enim corona tur, nisi qui legitimate certauerit, vincens scipium, animositatim suam conculcans, carnalitatem omnem abhiciens, uniuersisque hostibus sua salutis rite reliquantibus ac praelicens. Violenti quippe celorum rapiunt regnum. Postremo totum corpus, totamque animam nostram spiritu tualiter circumcidamus, ut simplici uictu ac uestitu simus contenti, & abnegeamus in omnibus nosmetipso, uanas & phantasticas apprehensiones ac fatuas imaginaciones ab interioribus sensibus refecantes, atque ad dominica passionis considerationem, aliasque salubria memoriam protinus reuocantes. Appetitum quoque sensituum a passionum & affectionum suarum immoderantibus ac irrefractationibus circumcidamus, nihil terrenum, sensibile, carnale, ac corporale appetentes, neque de molestiis corporalibus contristantes, nisi secundum recte rationes, diuinae legis iudicium ac doctrinam. Intellectum item seu rationem a cunctis erroribus, a tem-

Cratius iudicij, à periculis ac puerilibus suspicionibus, ab omni presumptione & complacencia uana, atq; omni distractione, potissimum in diuinis, circuncidere non lassemur: & ut iugiter deo sumus int̄t̄i ait salubribus cogitationib; occupari, infigamus memorie intellectus istum uerisiculum, Cor mundum crea in me deus, Vt: Oculi mei semper ad dominum, aut ille lud: Viuit dominus, in cuius cōspectu sto hodie, ut quotiescumq; euagari cooperimus, aut distractos nos esse senserimus, mox ad illud intellectus intuitu dirigamus, & per hoc eleuenim in deum, & constabiliatur in eo cor nostrum, voluntatem etiam ab omni malitia, ab omni libertate iniqua, ab omni inobedientia & presumptione atq; acedia pestifera circuncidere non moremur, ut deo sic simus plene subiecti, ac eius amore quotidie ualidius inflammeuar.

S E R M O VI. Quod circuncisio spiritualis octo gradibus, contritione nidel-
cer, abstinentia, discretione, iustitia, humilitate, patientia, sapientia
ac charitate, veluti octo diebus consummatur.

CIRCVNCISI estis circuncisione non manufacta, in exploitatione corporis carnis. Ad Cozlosi secundo. Sicut in euangelio legitur hodierno, octauo die circuncisus est Christus, iuxta præceptum legis. Literalis autem ratio cur non ante octauum diem fiebat circuncisio, secundum Rabbi Moysem fuit, quia usq; ad illum diem tanta est teneritudo corporisculi infantilis, quod dolorem circuncisionis ferre nō posset. Sunt autem & aliae rationes spirituales, quas cum una assignari potest ex hoc, quod octonario uitetur processu ad spiritualis circuncisionis perfectionem attingitur. **H**orum processuum seu dierum primus est, penitentia, in qua recitatio

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO VI.

reciduum post baptismum perpessi reuificantur, & cuncta lauantur peccata. Vnde & Christus D
 Matt. 4. ab hac uirtute prædicationem suam exorsus est: Peccantiam, inquietus, agite, appropinquas
 Matt. 3. bit enim regnum cælorum. Et idem fuit beatissimi Iohannis Baptista, in prædicando initium.
 Mat. 1. Peccantia autem tres habet partes: quæ sunt contritio, confessio, satisfactio. Et ut ait Hieros
 Luca 5. hymus: Contritio uera non est, nisi magnitudini multitudini atque culparum sit adæquata, ut q[uo]d
 quis grauius atque frequentius per omissionem aut commissionem peccaverit, tanto intentius
 ac cordialius doleat. Huiusmodi quoq[ue] contritionis indicium est, diligentia uitandi peccata præ-
 terita. Quæ nisi quis cum ingenti sollicitudine uitet, non uidetur de eis uere contritus, dolens
 seu peccanter. Hinc tepidis & intimoratis religiosis maxima instar periculum, quia quotidii
 ana sua peccata confessio facta sic iterant, quasi de eis confessi non essent, nec ad uitandum, nec
 ad emendandum, nec ad proficiendum diligentiam & conatu uidentur apponere, sed ex aris
 da quadam consuetudine confitentur, & non proficiendo deficiunt, quod eorum professioni
 certum est repugnare. Ideo uideant sibi, ne forte sint extra statum salutis & gratiae, suamq[ue] at-
 tententes uocationem, resplicant & ascendunt in spiritu sancto, scientes maledictos eos com-
 sistere, qui dei opus faciunt negligenter. Secundus processus & gradus, spiritualisq[ue] dies est
 abstinentia, quæ non solum pro præteritis fatis facit excessibus, sed à futuris quoq[ue] præseruat,
 & gratia p[re]meretur augmentum ac illuminationem supernam. Vnde Danieli & tribus socijs eius,
 dedit deus sapientia & absconditorum intelligentia, pp[ro]pter eorum abstinentiam, imo tanta est absti-
 nentia uirtus, ut de pessimo q[uo]dā genere dæmoniorū dicat Salvator. Hoc genus in nullo ejus,
 Mar. 9. nisi in oratione & ieiunio. Qui rursum hortatur: Attende, ne grauentur corda nostra crapula &
 Luca 21. aut ebrietate, terribiliterq[ue] minatur. Væ uobis q[uo]d saturati estis, q[uo]d esurietis. Ideo admonet Paulus:
 Luca 6. Nos qui diei sumus, soberi sumus. Et deno: Sobrie, inquit, & iuste & pie uiuamus in hoc se-
 culo. Huic ergo uirtuti operi demus, ex qua innumerabilia bona sequuntur. Veritatem
 q[uo]d corpus ultra modum affligere nocuum est valde, & multorum impeditiūm bonorum,
 propterea tertius processus est, prudentia siue discretionis, quæ in cunctis docet moderamem ser-
 uare, ut si rationabile obsequiu[n] nostrum, & omnia secundum ordinem seu ordinate fiant in
 nobis suo loco & tempore. Sine hac uirtute, uirtutes uita esse discuntur, & quo charitas est fec-
 uenitor, eo facilis, periculosusq[ue] præcipitat, nisi discretio eius ad suis operibus. Proprius quod
 Mart. 10. admonet Christus: Estote prudentes sicut serpentes. Etrurus: Habete, inquit, in uobis sal. Atq[ue]
 Mart. 9. per Moysen deus præcepit: In omni sacrificio offerete sal. Quod ad literam seruabatur in ueteri
 testamento, spiritualiter autem impletur in nostro, dum in omni actu ultertum, quæ ad diuina
 nra facinus malestatis honorem, ueram tenemus discretionem, quæ auriga uirtutum fertur,
 q[uo]d ducit ac dirigit hominem in omnium exequitionem uirtutum, ut regia via incedat, nec ad
 dextram, nec ad sinistram declinans. Sed quia sub colore discretionis multi à uia recta des-
 clinant, remissi agentes, nimis suo corpori de cibo, potu, somno, uestitu, solatio indulgentes:
 idcirco quartus processus est uirtus actionis iustitia, unicuiq[ue] quod suum est tribuens, deo ade-
 rationem & cultum, corpori necessariam sustentacionem, præfidenti subiectiōnem, proximo
 opem ac directionem, quæ requirit, ut in primis unusquisq[ue] diligenter persoluat ea ad quæ te-
 netur, deinde si supererogationis quicq[ue] egerimus, placitum erit deo. Porro quicquid ei obtutus
 Bernard. Ierimus, neglecto eo ad quod tenemur, inacceptum est ei. Qui ergo uult sincere proficere, in
 primis ea q[uo]d sunt ordinis satragat diligenter implere, horæ distincte ac deuote exoluere, in
 psalmando & celebando præcipuum puritatem, deuotionem, & ardorem habere, spiritualiterq[ue]
 patri in omnibus prompto animo obedire, ad fratres etiam charitatem & pie, exemplariter ac
 fructuose se habeat. Nihilominus in his quidam sunt negligentes, imo se puerse habentes, qui
 ad ea que eis a præidente iniunguntur, sunt tardi, aut etiam omnino inuoluntarij seu rebela-
 les, & ad ea quæ sunt obseruantia regularis, sunt tepidi: in horis quoq[ue] & in psalmodijs incus-
 stoditi, pigri ac frigiditad ea autem quæ secundum propriam faciunt uoluntatem & apprehen-
 sionem, sunt feruidi, imo & ardua quadam agentes. Qorum processus non est ordinatus &
 rectus, nec competit eis quod loquitur S. Iohannes: Semita iusta recta est, rectus callis iusti ad am-
 bulandum. Præterea, q[uo]d is qui tanta uirtuose se habet, posset facilime ad gloriam moueri in
 anem, ideo quintus processus & gradus est sancta & benedicta humilitas, quæ in tuo ponit ho-
 minem & cœseruat, ne uentus elationis & uanæ gloriae motus eum deiciat. Propriam ergo ui-
 litatem, defectuositatem, & cœspuram redundantiam ponderantes & perspicientes, & semper
 in mente habentes, quicq[ue] bonis in nobis est, deo cum omni gratiarum actione attribuamus,
 atq[ue] ab eo inde sinenter conseruari oremus in bonis, & perfici & consuminari in eis, sicq[ue] uirtus
 gratitudinis, per quam homo maioribus donis ditari meretur, decorabit animas nostras, gra-
 tiarumq[ue] fonte faciet fluere in nos, cuius influxu[m] maxime obstruit ingratitudo. Sed q[uo]d in

Itis &

IN EPIPHANIA DOMINI.

FOL. LXXIX.

A Itis & humilibus multa occurunt aduersa, p[ro]sequutionesq[ue] uariae inferuntur, quemadmodum
 scriptum est, Multa tribulationes iustorum: Et, Omnes qui volunt pie uiuere in Christo Iesu, p[ro]se-
 quitionem patiuntur: Et, Tantum aurum in fornax probauit electos dñs ideo sextus processus
 & dies est, patientia, ne quis in talibus contristetur, sed cuncta & equanimiter ferat, omnesq[ue] gau-
 dium arbitretur, cum in uarias temerates incederit, q[uo]d si uala figuli probat fornax, sic hos
 mines iustos temeratio tribulatio[n]is. Prop[ter] quod q[uo]d temerates non suscepit in timore Dei & in
 patientia uera, exterminati sunt. Beatus uero qui persequitionem patiuntur, pp[ro]pter iustitiam, q[uo]d ipso
 r[ati]o[n]em est regnum celorum. Denique, quia in patientia sua possidet homo animam suam, ita q[uo]d habet ea
 rationis sue subiecta, & dñatur animo suo, sicq[ue] in omni eventu tranquillus est & quietus, idcirco
 co septimus processus & gradus est sapientia seu contemplatio diuinorum. Qui enim per uirtutes
 p[ro]fatas habet uires sue a[et]ernas, passiones frenatas, & tranquillationem in cunctis eventu-
 bus, ad illuminationes diuinas & contemplationes cælestes aptissimus est, atq[ue] in sabbato men-
 tis, in suauitate occulta, in pectoris pace, in spirituali laetitia Deo intendit, obsequitur & cohæ-
 ret. Talis delectatur in multitudine pacis, p[ro]fruitur abundatia bonorum, malorum timore sub-
 lato. De talibus suis ministris loquuntur eti Deus per Iosiam prophetam: Sedebit populus meus Isaiæ 32.
 us in pulchritudine pacis, & in tabernaculo fiducie, & in reuoluente opulenta. Postremo, quo
 niam ex intuito boni & pulchri ac suauis afficitur mens ad illud, & Deus naturaliter ac incis
 cunscriptibilis bonus & pulcher ac dulcis est, propria octauus processus & gradus ac lucidissi-
 mus dies, in qua spiritualis circuicio consumatur, et ardens dilectio Dei, charitas pura, fer-
 uidissimus amor. Haec namq[ue] dilectio operit multitudinem peccatorum, consumit peccati ru-
 biginem, & quæ deo sunt placita operatur, cunctis uirtutibus imperat, eas informat, uiuificat,
 excitat & inflammat, affectum amantis deo conformat, mentem creatori propinquissime unit,
 sicq[ue] uniuersa facit uitari peccata, tollit superflua, & cuncta complanat, ornat ac perficit. His er-
 go processibus, ad perfectionem tendamus, atq[ue] his modis de una harum uirtutum in aliam,
 usq[ue] ad summam proficiscamur. Ad laudem & gloriam omnipotentis dei &c.

IN DIE Epiphania Domini.

Enarratio lectionis propheticæ loco Epistolæ: Surge, illuminare Ierusalē, Isaiæ IX.

 Vnde beatiss. Iosias p[ro]pheta in lectio[n]e q[uo]d hodie loco epistola legitur, p[ro]phetas
 uit, hodierna die in tribus Magis ceperit impleritudo lectio ista merito in p[ro]p[ter]o
 legitur festo. Ecclesiæ itaq[ue] alloquens Iosias, ait: [Surge] ab amore terre
 no[n], ad contemplationem ac dilectionem Dei aeternorum. [Illuminare]. i. lumen
 g[lor]ie ac uirtutum defup[er] suscipe a sole iustitie, o[ste] Ierusalē, i. eccl[esi]a militans, q[uo]d in
 uitate sancta Ierusalē sumptu exordiū. Cur aut[em] per Ierusalē designetur eccl[esi]a,
 dictu est sepe, Ierusalē namq[ue] interpretatur uisio pacis & eccl[esi]a mili-
 tans iam per fidem contéplatur pacem Dei cælestisq[ue] patriæ, q[uo]d omnē sensum expat[er]it. [quia uenit lu-
 men tuū], i. Christus p[ro] incarnationis mysteriū descēdit in mundū, uisitauitq[ue] ories ex alto, q[uo]d
 est lux uera, illuminans omnē hōiem uenientem in hunc mundū. [& gloria dñi]. i. gloriofa opa
 Iohā, i. tio Chri, doctrina & sapiētia eius, excellētia quoq[ue] miraculorum ipsius. [super te orta est.], i. tibi
 C apparuit atq[ue] resp[on]suduit, de q[uo]d Iohānes asserit: Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a pa-
 tre. [Quia ecce tenebrae ignoratiæ & peccati operient terra], id est, corda gentilium, terrenorum,
 non credentium. [& caligo] p[ro]fidie seu cœcitas metis operierit populos] Iudeo[n]s, qui pro maiori
 parte in Christi aduentu credere cœtempserunt, & usq[ue] in p[re]sentem diē uelamen super cor eos po-
 sitū est, secundū Apostolum. Itaq[ue] extra eccl[esi]a non est lux gratiae, sed tenebrae & caligo. [sup. 2. Co. 3:
 te autē orietur dñs]. i. Christus tibi innotescit, & mentem tuam illuminabit. Electis namq[ue] ludae
 is ac g[lor]ib[us] Christus apostolus p[re]dicationem & sp[irit]ualiter operationem, splendorem sapiētiae
 salutaris infudit. [& gloria eius] de q[uo]d dictum est. Gloria dñi super te orta est. [in te uidebitur]
 i. agnoscetur. Vel, gloria, i. maiestas eius, in te uidebitur, id est, a te per fidem & sapiētiae dos-
 num contemplabitur, quemadmodum ait Apostolus: Nos autem reuelata facile gloriam do
 minis speculantes. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, id est, gentiles ad fidem couersi ui-
 uent, & ad cœlestem patriam gradiuntur, in doctrina, in p[re]ceptis atq[ue] consilijs Christi, q[uo]d ait:
 Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uite. Vnde Iohā 3:
 per Iosiam Deus pater loquitur Christo: Dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea usq[ue] ad ul[lo] Iosaiæ 49:
 tum terræ. [& reges] id est, principes seculares credentes ambulabunt [in splendore ortus
 tui]. id est, in claritate gratiae ac sapiētiae Christi, qui ortus se[n]tus est tibi, iuxta illud: Puer Iosaiæ 9:
 natus est nobis. [Leua in circuitu oculos tuos], id est, undiq[ue] circunspsice, & interiores exteris
 oresq[ue] oculos aperi. [& uide], id est, considera quod subditur. Omnes isti ex iudaismo ac gen-
 tilitate couersi. Congregati sunt per fidem & charitatem in ecclesiastica unitate, de quibus ait

Sal

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO I.

- Ioh. 17.** Saluator: Non pro **hs** (puta apostolis) rogo tantū, sed & pro eis qui credituri sunt per uerbum **D** eorum in me, ut omnes sint unum. [uenerunt tibi] id est, per fidem & gratia incorporatis sunt tibi, de quibus sanctus Simeon dixit: Viderunt oculi mei salutare tuum, Quod para stante faciem omnium populorum, Lumen ad revelationem (id est, illuminationem) gentium, & gloriam plebis tuae Israël. [Fili⁹ tu⁹] spirituales de longe uenient, id est, à regione dissimilitudinis, & ab auersione peccati, atq; ab omnibus finibus mundi accedent ad fidem ac euāgelicam legem, sicut in euangelio ait Christus Matthæi xxiiij. Prædicabitur euangelium in uniuerso mundo. Et, Multi ab oriente & occidente uenient. Gentibus quoq; conuersis scriptis Apostoli: Vos qui eratis longe, facti es̄tis prope in sanguine eius. [& filii tue] in Christo renatae, [de latere surgentes] id est, de propinquo ad fidem accedent, ut stent erecti in domino, qui damnabiliter iacuerint in peccato. Per quod datur intelligi, quod multi ex utroque hominum sexu de longinquis propinquisq; locis conuertentur ad Christum, propter quod Christus ait apostoli: Eritis mihi testes in Ierusalem & in omni Iudea & Samaria, & usq; ad fines terræ. Aliqui textus habent, Filii tue lac fugentiel, de latere fugent quod reddit in idem, hoc est, consolacione spiritus sancti, gratia innocentiae, & doctrina apostolorum recreabuntur. De hoc lacet dicit Petrus: Quasi modo geniti infantes, lac concupiscite. Præterea per filios possunt intelligi fedes perfectiores; per filias uero, pusilli & imperfecti, sicq; per lac intelligitur doctrina facilis & obseruata leuior. Talibus nanci ait Apostolus: Tanq; parvulus in Christo, lac uobis potum dedi. Tales equidem solidum nequent cibum sumere pectorum, de quo Apostolus Sapientiam, inquit, loquimur inter perfectos. [Tunc uidebis] impleri que dicta sunt, & affluit. Es] diuitijs gratia ac uitatum, spirituali gaudio, quibus primitua ecclesia maxime abundauit. [& mirabitur] de repentina ac copiosa hominum conuersione. [& dilatabitur cor tuum,] charitate & iucunditate ipsius spiritualiter aperiente, ita ut capax sit gratiae amplioris & glorie eternalis, vnde ad Corinthios scribit Apostolus: Os nostrū patet ad nos, cor nostrum dilatatum est. [quando conuersa fuerit ad te multitudine maris,] id est, habitatores insularum que mari cinguntur, ut Cyprus, Anglia, Portugalia &c, que in ecclesia colliguntur per fidem. [fortis tuto gentium] hoc est, brachium seculare seu Romanum imperium, aut cætera hominū multitudo in insulis non manens, [uenerit tibi] per fidem ac baptismi susceptionem. Ineffabiliter quippe gaudebat primitua ecclesia de conuersione innumerabilium millium hominū ubiq; Psal. 18. terrarum, quia in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terre uerba eorum. [Inundatio camelorum operiette.] Confuetudo est prophetis, obscure ac metaphorice loqui, & per nomina bestiarum homines bestiales significare. ita & nunc per camelos signantur gentiles, qui uitiorum onere grauabantur. Taliū autem inundatio, id est, copiosa multitudine operuit ecclesiam, quia innumerabiles tales conuersi sunt, ideo subditur [dromedarij] hoc est, homines dromedariorum mores habentes, ad uitia celerrime olim curientes. [Madjan & Ephaj] id est, regionum sic dictarum habitatores, isti operuerunt ecclesiam, id est, ea copiose ingressi sunt. [Omnis de Saba] id est, qdā ex omnibus habitatoribus regionis sic appellata. [uenient, aut& thus deferentes, & laudem domino annūciantes.] Hoc ceptū est ad impleri in tribus Magis, qui uenerūt ab oriente, adoraueruntq; Christum, aurum, thus & myrram offerentes eidem, sicut in psalmo predictum est: Reges Tharsis & insulae munera offerent, reges Arah. Porro Saba est prouincia magna, aromatibus plena, de qua fuit regina Saba, qua uenit a finibus terra Ierusalem, ut sapientiam audiret. Salomonis.

¶ SERMO I. circa epistolam: Q[uod] varijs modis surgendum est feliciter, & q̄ sit nobis necessarium a Deo illuminari.

- S**urge, illuminare Ierusalem, quia uenit lumen tuum. Isaia LX. Confuetudo est scripturas: Quin, ut nomine loci designantur habitantes in loco. Quoniam ergo primitua ecclesia in Ierusalem sumpfit exordium, eo quod Christus ibi instituit in cœna nouissima sacramentum & sacerdotium euangelicae legis, panem & uinum conuertendo in corpus suum & sanguinem, apostolos quoq; faciendo sacerdotes, cum dixit: Hoc facite in meam commemorationem: per Mat. 26. quæ uerba contulite eis potestatem consecrandi corpus & sanguinem suum. Et quia post Christi resurrectionem & ascensionem sancti apostoli, alijq; discipuli ibidem acceperunt spiritum sanctum, & euāgelicam legem, uidelicet Christi passionem, resurrectionem, ascensionem, & cætera eius mysteria ibi publice prædicare exorsi sunt: hinc non immerito per Ierusalem sanctus Isaia propheta designauit primituam ecclesiam. Nam & Christus in euangelio nomine Ierusalem expressit habitatores eius, ingratos peritosq; Iudeos, dicendo: Ierusalem Ierusalem, que occidit prophetas, & lapidas eos q; ad te missi sunt, quies uolui cōgregare filios tuos: Hanc ergo Ierusalē, s. primituā ecclesiā, alloquitus est Isaia, eam hortando ad illuminationes diuinæ,

nas,

IN EPIPHANIA DOMINI.

Fol. LXXX.

- A nas, quas copiosissime suscepit a sp̄u sancto. ¶ Præterea per Ierusalem significatur etiam quælibet fideli persona, virtusq; anima, contemplans cælestia. Exhortanda est ergo quælibet communitas seu congregatio Christiana, omnis quoq; fidelis anima, ut surgat & illuminetur. ¶ Primo ergo surgendum est a ruina peccati. Quicq; enim est in charitate & gratia Dei, stat mente ad Deum erectus, quoniam ei sup omnia tanq; ultimo fini & summo bono adhæret. Cū autem peccat mortaliter, sp̄u alter ruit a summo bono ad caducu & uana, a dæmonibus superatur & cōculatur, & propria iniquitate iacet oppressus. Hinc in Proverbijis habetur: Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corrūt. Et Saluator ait: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Cuius dicti causam assignat in secunda sua canonica felicissimus princeps apostolorum, inquit, inquietus, sunt serui corruptionis, a quo enim quis superatur, huius & seruus est. Inī qui autem a peccato uincuntur, ideo ad Romanos hortatur Apostolus: Nō regnē peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius, uidelicet corporis uestri, quibus ratio tenetur reluctari ac pualere. Qui ergo in mortali iacet peccato, surgat, id est, se contra se erigit, & Deum inuocet adiutorem, sicut per rationem diuina lege instructam, uiria detestetur ac fugiat, Deo adhæreat, & uirtutes sectetur. ¶ Secundo surgendum est ab imperfectione ad perfectiōem, ut unusquisq; conetur quotidie in uitutibus crescere, atq; de die in diem humilio, patientior, timoratior, ardenter fieri. Cum enim non diu permaneat homo in statu uno, qui non nititur in gratia uitutibusq; proficere, protinus deficit in eisdem, & faciliter eas amittit. Vnde ad Hebreos loquitur Paulus: Ad perfectionem feramur, ut non segnes efficiamini. Et Heb. 6. alibi: A emulamini charismata meliora. Hinc ait Bernardus: In via Dei non proficere, est deficiens. Co. 12. B cerer non progredi, est regredi. ¶ Tertio surgendum est corporaliter a lecto materiali, ne quis plus q; natura requirit, indulget somno, nec ex carnalitate, torpore aut pigritia iacet nimis diu in lecto, sicut tempus suum expendat in fructuose, & multa bona omittat. Conuenientiisq; hora uadat homo dormitum, & mane surgat. Ad diuinum quoq; pergit officium, si occupatio sua permittat hoc. Nam ex somno superfluo multa mala sequuntur in natura grauatur, ratio offuscatur, infirmitates nascuntur, & multa bona negligit homo. Hinc Salomon ait: Vsq; quo piger dormies, quando confuges ex somno tuo. Apostolus quoq; effatur: Tempus est nos iam a somno surgere. ¶ Quarto surgendum est a quiete actuum uita, contemplatiua, s. a speculatione cælestium, a meditationibus sacris, orationibusq; deuotis, ad labores uita, actiones, ut scilicet tempore opportuno unusquisq; pro posse suo proximis suis consilium impeditat atq; auxilium, & opera misericordie prosequatur, prout fraterna requirit dilectio. His modis surrexerunt tres Magi, qui hodierno die Christum quæsierunt & inuenierunt, quia pristinam gentilitatem derelinquentes, ad fidem & inspectionem Christi properauerunt, non somno, nō pigritia indulgetes, sed stellam cum seruo ac diligentia assequentes. ¶ Præterea cum his Magis illuminari optemus ac studemus a Christo, q; ait in Apocalypsi: Ego sum radix & genus David, stella splendida & matutina. Lux huius stellæ est Christi doctrina & gratia. Eum igitur iugiter inuocemus, ut intellectum nostrū sua sapientia illuminare (hoc est, docere) dignetur quia ut ait propheta, Beatus homo quem eruditus dominus, & de lege sua docuerit eū. Hinc Iacobus ait apostolus: Si quis uestrum indiget sapientiam, postulet a Deo, qui dat omnibus a fluenter, & dabit ei. Sed attendendum est illud Ecclesiastici Fili, concupiscens sapientiam, Eccl. 1. confusa iustitiam, & Deus præbebit illam tibi. Ex quo patet, quod uolens illuminari a Deo, & sapientiam salutarem percipere, debet in primis conferuare iustitiam, diuina implendo precepta, scriptum est enim: In maleuolam animam non introibit sapientia, nechabitabit in corpore subditu peccatis, peruersæ enim cogitationes separant a Deo. ¶ Porro Deus est sol sapientiae, & sicut uidemus quod sol iste uisibilis, materialis, in caelo discurrens, illuminat omne corpus quod suæ illuminationis est capax, sic sol sapientiae simplex & incorporalis, omnem mentem creatam, suæ illuminationis capacem, gratiose illustrat. Sed sicut domus a sole uisibili non potest illuminari, quā diu fenestræ & ianuae eius permanet clausa: sic cor hominis a Deo illuminari non ualeat, quādiu in uoluntate maner peccandi, nec se aperit gratia Dei, ad illam se præparando. Propter quod Isaia afferit: Ecce nō est abbreviata manus domini, ut saluare ne Isaia 59. queat, neque aggrauata est auris eius, ut non exaudiatis: sed iniquitates uestra diuiserunt inter Deum uestrum & uos, & peccata uestra absconderūt faciem eius a uobis. ¶ Insuper Isaia propheta assignat causam, cur debeamus præfato modo surgere, & illuminationem a Deo rogare, dicens: Quia uenit lumen tuum, uidelicet Christus, iam enim est tempus gratiae, tempus misericordie, tempus acceptabile, dies salutis, in quo prouissimus est Deus misereri, indulgere, & exaudire, eo q; unigenitus filius Dei Christus dominus iam factus sit homo & crucifixus p mundo. Vnde merito suæ sanctissimæ passionis multipliciter subuenit nobis, iuxta hunc mo

o ij dum

D. DIONYSII CARTHV. ENARR. IN EVANG.

dum, isti p̄electi uiri sancti tres Magi, illuminationem à Deo postulauerunt, q̄niam iuxta propteriam Balaam, Christi natuitatem cum ingenti p̄estolabantur desiderio mentis. Cūq; na-
tiuitatem ipsius ex reuelatione diuina ac stellæ apparitione nouissent, mox propria relinquentes, ad Christum inuentum ac honorandum, aggredi sunt iter longum. Hōꝝ ergo exemplo & nos Christū queramus. ipse etem tanq; uerus Deus, ubiq; est pr̄sens: & eum quereret, est eū desiderare, ad eius amorem unionem, gloriosamq; uisionē fideliter aspirare, dicendo: Quē admodum desiderat cerius ad fontes aquarum, ita desiderat anima ad te Deus! Situit anima mea ad Deum fontem uiuum: quando ueniam & apparebo ante faciem Dei! In sacramento q̄ altaris p̄abet se Christus nobis pr̄sentem ex incomprehensibili sua charitate, pietate, & liberalitate ad nos. Postremo, cum omni gratiarum actione consideremus, quām copiosam atq; multiplicem gratiam dederit Deus omnipotens & eternus, ecclesia ex gentibus congregata, Judaeis miserrimis in sua perfidia pertinaciā relatis, imo & omninatione non credente in CHRISTVM, contempta. Sanctis etenim & electis Christianis innumerabilibus, desit uirtutes heroicæ, perfectionem mirabilem, ardētissimam dilectionem, uitam angelicam & celestem, contemplationes altissimas. Insuper contulit ei p̄clarissima dona gratiae gratia data, spiritum prophetæ, operationes miraculorum innumerabilium soli DEO possibilium, discretōem spiritum, genera linguaꝝ, & alia dona diversa. Et sicut cælos ornauit fides ribus ac planeris, p̄sumq; caelum empyreum ac triumphantem ecclesiam uarijs ordinibus angelorum ac omnium beatorum, ita decorauit militante per temporum intervala. E la inuenerib; bus sanctis, gloriis apostolis, uictoriosis martyribus, confessoribus virtuosis, virginibus sacris, beatissi, anachoritis, sanctissi, eremiti, cenobiti, collegiis & congregationibus gratiolis. Gratias ergo agamus charitati, pietati & beneficijs creatoris ac salvatoris nři afflissimi, atq; Magor, istoꝝ, q̄ omnium electaꝝ gentium typum gerebant, fidem, feruorem, diligētiamq; fecerunt, terrena despiciendo, cælestia & eterna bona affectuissime expetendo,

Psal. 41. Psal. 118. Deo quoq; cum metu ac reuerentia ministrando, quoniā teste Propheta, Maledicti sunt qui des-
clinant à mandatis ipsius. Et cum timore seruendum est ei, q̄ est super omnia benedictus.

Enarratio Evangelij: Cum natus esset Iesus in Bethlehem Iudea. Matth. ii.
Mattheus sanctus euangelista in hodiernæ festivitatis euangelio recitat, qualiter Christus in hoc die à tribus Magis inuentus est & adoratus, & p̄ oblationes magnificas honoratus. Itaq; ait: [Cū natus esset Iesus] ex uirgine gloriōsa [in Bethlehem Iudea]. i. pertinēt ad tribū lude p̄farchie qd dicitur ad differentiā alterius Bethlehem, quæ est in Galilaea, atq; ad tribū Zabulon primēbat, ut in libro Iosue legitur. [in diebus Herodis regis] A scalonita, cuius filius dictus Herodes Antipas, decollauit Iohānem, & Christi in passione derisit. Ecce! Dum Marc. 6. in scripturis dicitur Ecce, insinuat magnum & notabile esse quod dicitur. [Magi] id est, uir sapientes ab oriente] id est, à Perside seu regno Persar, secundum Chrysostomū, quæ regio est in orientali plaga respectu Iudeæ, [uenerunt] cum grādi comitatu, utpote reges. Illis nan-
Tobi. 2. q̄ tēporibus sapientes regnare solebāt, quales etiā erant tres amici lob, q̄ in libro Tobiae & à S. Ambroſio in lib. de Officiis, reges uocātur. [Hierosolymā, dicentes: Vbi est, q̄ natus est rex Iudeæ?] Ecce q̄ certa & secura, imo q̄ audax & admīrāda interrogatio, iam enim Romani, qui tunc monachiam tenebant, p̄ceperant ut sub periculo mortis nemo aliquē regē uocaret si ne eorū consensu. Fuit item p̄ceptum & his Magis non ignotum, q̄ q̄ rege uiente aliū pronūciat regem, punitur in sanguine. Qualiter ergo hi Magi audebant, regnante sup Iudeos Herode, in eius p̄sentia absq; Romanorū licentia regem alium profiteri? Certe istam audaciā Christus eorum cordibus p̄stisit. Dicit quippe Chrysostomus, quod non curabant de sui sanguinis effusionē taliter loqui non ausi fuissent. Nondum uiderant Christum, & iam parati erant mori pro Christo. Porro Verbo, Facto, & Oblationibus, Magi isti confessi sunt quod Christus sit uerus homo, uerus rex, uerus q̄ Deus. Verbo quidem, quia dicēdo, Vbi est qui natus est? humanitatem eius fatentur. Cumq; adiungunt, Rex Iudeorū, regiam eius potestatem agnoscent. Atq; addendo, Venimus adorare eum, Deitatem eius testantur. Qualiter autē Facto & Oblationibus idem confessi sunt, infra dicetur. Denique causam suæ interrogationis aperiunt, dicendo: [Vidimus enim stellam eius] id est, stellam suæ natuitatis teste ac indicē. [In oriente] id est, regione nostra orientali, in qua stella ante nos stetit, & exinde nos duxit, nos p̄cedendo in aēre. [& uenimus adorare eum] adoratione latræ, quæ soli Deo debetur. Magi isti secundum doctores, ex semine Balaam nati sunt, & ex eius uaticinio fidem habuerunt stellæ eis apparituræ, quæ indicaret uerū regem Iudeorum, Deum & hominem, esse natū. Sic enim in Numeris legimus Balaā prophetasse: Orietur stella ex Iacob, i. causa Christi nati ex semine Iacob, uidelicet ad manifestandū ipsius natuitatē, & exurget homo de Israel. Huius itaq; stellæ

ap̄

DE EPHIPHANIA DOMINI.

FOL LXXXI

A apparitionem affectuose p̄estolabantur ac obserabant. Cumq; in hora natuitatis Christi uidissent coram se quandam nouam ac radiantissimā stellam, mox Deo inspirante, intellexerunt hanc esse stellam diutissime expectatam. Propter quod statim surgētes, paratis parandis, secuti sunt eius ducatum. At uero Magis Iudeam ingressi, stella ad tempus disparuit, qm Magi ad humanū recurrēt, ut aliqui dicunt: & ita ingressi fuissent, uel ingredi proposuissent Ierusalem anteç stella eis disparuit, nec eis ducatum sufficiente secuti affuisse: quod non est uerisimile, qm audiōissima & deuotissima mente stellam hanc sequebant. Vnde ea denuo uisa, gaudi sunt uehementer. Probabilius igit̄ reor, quod stella Deo sic ordinante ad tempus disparuit. Quo facto, Magi opinati sunt regium puerum in ciuitate regali Ierusalem esse querendum. Voluit equidem Deus ut introirent Ierusalem, ad maiorem sue fidei confirmationem & Iudeorū commonitionem, si crederent, uel confusione, si non crederent. Audiens aut̄ Herodes rex Iuerba Magor, [turbatus est,] non solum turbatione admirationis propter rei nouitatem ac magnitudinem, sed etiam turbatione prauæ affectionis, ita ut horror, suspicio, malignitas, introierunt cor eius: quia cum esset ambitiosus ac alienigena, timus in regno priuari, & tanquam alienigena à populo Iudeorū, cui proprius rex natus esset, repellit. In q̄ impletum est illud Job: Sonitus terroris semper in auribus impīj, & cum pax sit, ille insidias suspi- **Iob 15.** catur. [Omnis Hierosolyma cum illo,] id est, habitatores Ierusalem turbati sunt cum Herode, uel quia uolebant ei applaudere, ut quia timebant prælia concitari ab Herode cōtra regem natū. Ex quo patet, quām periculosa & noxiā sit præsidentia impiorum, quia ut in Ecclesiastico legitur: **Eccle. 10.** Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis est rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. [Et congregans] Herodes [omnes principes facerdotum,] id est, eos qui subiunīcēt in pontificatu succedere consueverunt, tamen eodem tempore non p̄fuit nisi unus princeps facerdotum. [& scribas populi,] id est, doctores & legisperitos Iudeorum, [scilicet abatur,] id est, inquisirebat ab eis ubi Christus nascetur, id est, ubi prophetæ cum nasciturum p̄dixerunt. Ex quo euidens est, quod per regem Iudeorum Herodes intellexit, non quilibet regem eorum, sed regem Messiam, uerum & summum regem Iudeis promissum. Erat quippe profelytus, id est, ad Iudeum conuersus, sed imperfecte in lege instruētus, putans Christum in primo suo aduentu tem poraliter regnaturum. Quod nunc usq; obtenebriunt pueri Iudei, cum tamē sancti prophetae primum Christi aduentum in paupertate & humilitate futurum p̄dixerint, iuxta illud Isaiae: Inglorius erit, inter uiros aspectus eius. Zacharias quoq; Ipse pauper & ascendens super aſnam. [At illi dixerunt ei: In Bethlehem Iudea. Sic enim scriptum est per prophetam] Micheam: [Ec tu Mich. 2 Bethlehem terra Iudea,] id est, pertinens ad Iudeam atq; ad tribum Iudea, [nequaquam minima es in principibus Iudea,] id est, int̄ principales urbes Iudea, quia etiā parva fuerit quantitate, magna etiam fuit dignitate ob Christi natuitatem in ea. Propter quod subdit: [Ex te enim exierit dux,] id est, Christus procedet & orietur ex te. Nam ex habitatoribus Bethlehem scilicet Booz, Iesse, Isai, David, natus est Christus. De quo Danieli Gabriel angelus ait: Ab exitu sermōis usq; ad Christum ducem, [qui regat] spirituali regimine populū meum Israel. Vnde angelus Regnabit, inviquit, in domo Iacob in æternum. Christus quippe per seipsum, deinde per apostolos rexit spirituualiter plurimos Iudeorum, quos docuit & ad ueram salutē direxit. [Tunc Herodes clam uocatis Magis] ad se, quia propositum suum Iudeis indicate non uoluit: non enim confidebat in eis, & uerelute non sibi resisteret adhærendo regi proprio & supremo, ex eorum semine nato. [Dili- genter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis,] id est, determinatum diem, in quo eis iste la ista primo apparuit, quatenus cognita natū regis etate, melius eum agnoscere ad occidēdum. [Et mittens,] id est, ire suadens [illos in Bethlehem, dixit: Ite,] id est, super dromedarios uestros, secundum Hierosolimam, [¶ interrogate] à ciuib; Bethlehem [diligenter de puerū] ubi sit, & de Hieron.

C

Hoc simulator dixit, ut per fallam obsequiū promissionem induceret Magos ad renūciandum sibi de puerū. Talis namq; consuetudo est pessimorum, ut dum aliquem in occulto plus lædere cupiunt, humiliatorem ei & amicitias fingant. Vnde tunc amplius metuendum ac p̄cauendum est à no- cumento, dum aduersarius magis arrideret. Porro, non puro quod Herodes uoluerit puerum in præsentiā Magorum accedere, sine occidere, sed eis ad sua reuersis. [Qui cum audirent regem] ui- deliceat uerba Herodis [abierunt] à Ierusalem ad Bethlehem, cum ardentī affectu p̄ desiderio res- gis natū. [Et ecce stella quam uiderant in Oriente, antecedebat eos.] Quemadmodum enim Deo disponente circa Ierusalem disparuit, sic Deo uolente post recessum à Ierusalem, rursus apparuit Magis, p̄cessisti eos in aēre, mota ab angelo, [usq; dum uenies, stare supra ubi erat puer,] id est, supra diuersorū, in quo Chrs natus fuit, uel supra caput ipsius, puta in domo seu stabulo, quæ si diceret. Ecce desideratus cunctis gentibus quem queritis. [Videntes autem stellam] statim cum egredierent Ierusalem, gaudi sunt gaudio magno ualde, id est, uehementissime, & ultra humas-

o ij num

D. DIONYSII CARTHUSIA. SERMO II.

qui modum ineffabiliter, tanquam duplicitate certificati de inuentione proxima pueri, sicut & ante stellæ disparitione contristati fuerant ualde. [Et intrantes domum, inuenierunt puerum cum Maria matre eius, & forsan in gremio eius. Joseph autem secundum quosdam, Deo sic ordinante, tunc absuit, ne à Magis pater pueri putaretur. [& procidentes] humiliter cum maxima reverentia coram pueri super genua sua, uel proni in terram, adorauerunt eum] adoratio latræ, tanquam uerum deum & regem celorum. Viderunt etenim proculdubio non solum intellectibus, sed corporalibus quoq; oculis, aliquid supernaturale in pueri isto, uidelicet quandam diuinum splen dorem in uultu pueri. Intus quoq; instruxit eos spiritus sanctus, quis, qualis & quantus esset hic puer, omnemq; exteriorum pauperitatem & uilitatem circa eum apparentem non esse humanæ necessitatibus, sed diuinæ dispensationis, in signum, quod puer iste non temporalem prosperitatem, opulentiamq; terrenam, sed ueram cælestem, ac sempiternam felicitatem in se creditibus largiretur. Idcirco scandalizati & moti non sunt ex stabili uilitate, ex matris inopia, ex pueri solitudine; immo q; exteriora uidebant abiectiona, eoq; interiora intellexerunt esse diuiniora. [Et aperte] thesauros suis, id est, repositorijs diuiniarum quas sicut detulerunt, [obtulerunt ei munera] uidelicet [aurum, thus & myrrham], ita ut unusquisque eorum tria hæc obulit. De horum munerum causis & significationibus atq; mysterijs, in sermone dicetur. [Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem,] id est, tempore suæ dormitionis in aliquo hospitio Bethleem admoniti ab angelo, uel à pueri nato secundum quosdam, ita quod imaginaria uisio ne eis apparuit, ut ad Herodem non reuerterentur, quia dolose ei fuisse locutus, & puer mortem machinabatur. Porro respōsum propriè datur interrogasse uidentur forsan à Maria, an ad Herodem redire debent. Vel responsum istud datum est non uerbalis inquisitioni, sed operationis eorum, quoniam suo obsequio meruerunt sic admoneri ac instrui, ita quod illa admonitio fuerat correspondens deuotioni obsequio ipsorum. [per aliam uiam reuersi sunt in regionem suam,] ignorate Hierode, quod tamen postmodum percepit.

S E R M O II. circa euangelium. Vnde ex scripturis clarum sit,
Christum sive Messiam uenisse, qui fuerint Magi, quamve cognitionem de Christo habuerint.

CVm natus esset IESVS in Bethleem Iudea in diebus Herodis &c. Matthæi secundo. Circa euangelium præsens multa sunt consideranda, quibus Christiana fides valde corroboratur, & ipsi Christifideles moraliter ac saluberrime instruuntur. Primo ergo pensandum est, q; Christus dominus natus describitur in diebus Herodis regis, cuius duplex est ratio. Prima secundum Chrysostomum, ut ostendatur quod tempus aduentus & nativitatis Christi, à Daniele propheta prænuntiatum ac dereminatum, sit tunc completum, quando dominus Iesus Christus de virginie natus est. Cum enim sanctus propheta Daniel oraverit pro liberauere filiorum Israel à Babylonica captiuitate, apparuit ei archangelus Gabriel, annuncians orationem eius exaudiram. Insuper multa reuelauit eidem de Christo, & de perfecta liberatione generis humani per Christi adventum ac passionem, de finali reprobatione ac derelictione Iudeorum ob Christi negationem & occisionem. Et inter cetera exposuit Danieli determinatum tempus, infra quod & in quo Christus esset uenturus, dicendo: Septuaginta hebdomades abbreuiatae sunt super populum tuum, ut consummetur prævaricatio, & delectetur iniquitas, & adducatur iustitia sempererna, & impleat uisio & propheta, & ungatur sanctus sanctorum, hoc est, C H R I S T U S, de quo ibidem subiungitur: Et post hebdomades sexagintadas occidetur C H R I S T U S, & non erit eius populus qui eum negatur est, ut pote Iudei increduli, qui dixerunt: Non habemus Regem nisi Cæsarem.

Ioh. 19
Glorio, preinducta prophetia intelligitur de hebdomadiis annorum, non dierum, ita q; una hebdomada continet septem annos, ut omnes doctores tam Christiani quam Hebrei farentur. Sicq; præfata hebdomades continent circa quadringentos annos, & fuit hoc tempus impletum, regnante isto Herode & C H R I S T O sub eo adueniente, prout doctores super Daniele exponunt & probant, quod & ibi diffuse atq; clarissime demonstrauit. Ex hoc itaq; probatur ueritas fidei Christianæ, quod scilicet Christus uenit, & reprobatu Iudeorum admiranda, rudis, pertinaxq; perfidia, dicentium Christum nondum uenisse. Secunda ratio huius est, ut prophetia beatissimi Iacob patriarchæ ostendatur in Christo impleta. Sic enim ait: Non auferetur sceptrum de IVDA, & dux de semioribus eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Tempore autem huius Herodis ablatum est sceptrum de IVDA, hoc est, regia seu præfidentialis potestas à progenie Iudea filii Iacob, & dux, id est, Princeps de eius prosapia, quoniam Herodes iste fuit natiōe Iudeæ gentilis, fuitq; primus rex alienigena, qui regnauit super Iudeos, ita quod tunc & deinde usque in præsens, & usq; in fine seculi ablatum est sceptrum de IVDA, quia extunc non habuerunt Iudei Regem aut Principem ortum de IVDA eis temporaliter imperantem, sed alienis Principibus fuerunt semper & sunt subiecti. Cœlum est itaq; Christum sub Herodis præsidentia aduenisse. Hagg. 10
sc. Qui Christus est expectatio gentium, prout de eo Haggaeus ait; Veniet desideratus, cunctis gentibus

DE EPHIPHANIA DOMINI.

Fol. LXXXII

Acibus. Quanuis etenim tempore Babylonice captiuitatis fuerit regia dignitas ablata à IVDA & dux de eius genealogia ad tempus, nihil minus post redditum à captiuitate illa, iterum prefuerunt populo Israël quidam de tribu IVDA, puta Zorobabel, & alijs quidam ac Machabæi, qui erant de tribu Iuda & Leui. Tandemq; Iohannes Hyrcanus natus ex semine Simonis Machabæi, imposuit sibi regium diadema. Tempore uero huius Herodis Ascalonitæ & Idumæi, omnino ablata est sceptrum à IVDA. Ex quo rursus probamus catholice fidei ueritatem, & Iudeorum perfidam falsitatem. Secundo circa istud euangelium uidendum est de his tribus Magis, qui & unde fuerūt, & qualiter moti sunt uenire in terram Iudeorum, ad querendum adorandum Christum, & de hoc in expositione euangelij aliquid breuiter tactum est. Refert demum sanctus Ioh. Chrysostomus, quod tamen ipse non afferit, sicut nec reprobat, uisse gentem quandam in principio Orientis iuxta Oceanum, quæ ex doctrina Seth, didicit futuram uisse hanc stellam. Propter quod elegerūt ex se decimū viros sapientes, atq; cœlestium mysteriorum amatores, qui nominabantur Magusæ, qm in silentio deum glorificabant, qui & obseruabant ortum stellæ istius. Cumq; aliquis illorum duo decim moriebatur, alius loquo eius substituebat. Cum itaq; quodam tpe essent in monte altissimo, quæ uocabant Montem Victorialem, apparuit eis stella super montem illum descendens, habens in se formam pueri paruuli baiulatii crucem in humeris. Quæ locuta est eis, ut tenderent in ludam ad querendum dñm Christum, quibus per biennium itinerantibus, nec cibus, nec potus defecit in peris eorum stellam istam sequentium. Veruntamen communius dicitur, credibiliusq; putat, q; Magistri fuerunt de Perside: quod in Scholastica historia legi, & Chrysostomus id testat. Hoc etiam legi in quadam epistola cuiusdam sancti ac sapientissimi viri, qui nobilissimus Arabum fuit, & contra quendam Saracenum scriptis doctorem. Dicunt etiam quidam, q; Magi isti in Arabia regnauerunt minori. Iterum in historia translationis trium Regum istorum afferit, quod beata Helena regina mater Constantini Magni imperatoris, cum grandi labore inuenit, & collegit corpora horum Magorum in diversis locis ante recondita, portauitq; ea Constantinopolim ciuitatem, inde translata fuerunt Mediolanum, atque ab illo loco in COLONIAM sunt delata. Præterea queritur, quod Magi isti in tam brevi tempore, utpote infra tredecim dies, usq; in Bethleem potuerunt uenire ab Oriente, Ad quod responderet Remigius, quod diuina uisitare id factum sit. Porro sanctus Hieronymus dicit, quod super dromedarios uenerant, qui sunt uelocissima animalia, tantum currentia uno die ut equus infra tres dies. Vnde Dromedarius dicitur à dromos, quod est cursus, & ares, quod est uirtus, quasi uim habens currendi. Cum itaq; Magis istis preelectis stella hæc radiosa apparuit set in aere, non multum remote ab eis, statim Deo intus docente, uel secundum Augustinum, an Augustelo eos de stella hac edocente, intellexerunt stellam istam C H R I S T U S filij dei nativitatem significare. Ideo cum omni festinatione ac deuotione iter ad regnum Iudeorum arripiuerunt. Hoc quoq; sciendum, quod quidam dixerunt viros istos ideo dictos Magos, quia ante fuerunt malefici. Magnus enim uno modo est idem quod maleficus. Vnde in Exodo malefici Pharaonis, Magi vocantur. Sicq; ut fertur, Chrysostomus dicit eos uisse primo Magos, postea tamen cœuersos, quibus Christus suam manifestauit nativitatem, ut per hoc peccatoribus ueniat spem præberet. Veruntamen super Matthæum scribit Chrysostomus, quod fuerunt uiri Orientales de Perside, & quod apud Persas, Magi non malefici, sed Sapientes uocantur. Ideo miror, si alibi illud dicat Chrysostomus, nisi forsan recitatue: nec enim ita tenendum uidetur. Tertio circa euangelium istud considerandum est, cur Christus ab Oriente potius quam ab Occidente, adducere uoluit primitias gentium, id est, primos istos viros gentiles ad cognoscendum adorandumq; se. Respondeat quod huius rei uaria possit cause præstari. Prima, quoniam Christus in prophetis Oriens appellatur. Recte ergo ab Oriente adducuntur, qui Chrm Orientem adorare uenerunt. Secunda, quia ab Orientali plana mundi sol oriit. Recte ergo ab Oriente uenerunt, qui Chrm solem iustitiae, à quo omnis lux gracie ac uirtutum exorit, adorare adducti sunt. Tertia, qm Oriens est principalis pars terræ, & in eo primi parætes sunt conditi. Quarto circa hodiernum euang. penitenda est magna illuminatio seu sapientia horum magorum, quia sicut in expositione prædictum est, tria cognoverunt de Chfo, uis delicit eius diuinitatem, regiam dignitatem, ac mortalitatem. Chfo namq; in unitate psonæ est deus & homo. Idcirco ad declarandum maiestatē ipsius cœlestium, stellam deuictu apparet. Stellæ enim cœlestis est corpus, & qm hæc stella nō fuit de natura cœlestium corpori, immo à stellis in cælo fixis atq; plane tis differebat in multis, nō in apparatu stellis cœlestibus extitit similis. Hinc Augustus exclamat: O inseparabile Chfo cui & astra subdunum. Qualis & quæ sublimitatis ac gloria puer est iste, ad cuius panos excubat angelus & sidera obsequuntur, trepidat reges & sectatores sapientiae genua flecentes. O beatum tugurium Hieron., quoq; Cœlum, inquit, fuit stabili illud, ubi nō lucerna luxit, sed stella. O cœlestis palatium, in q; habitavit nō rex gæmatus, sed deus corporatus, cui fuit p; molli strato dux psepe. Itē Hila. lib. de triñ. Parit virgo, sed partus à deo est. Infans uagit, sed laudates deū angeli audiuntur. Pani sorbet, sed deus adorat. Sicq; diuinæ prætis nō amittit dignitas, dñi carnis p;dicat hætitas. Ecce Lucas 2, qualiter in Chfo puer non tantū fuerunt humilia & infirma, sed etiā deitatis sublimia & excelsa. Quinq;

D. DIONYSII CARTHVSIA. SERMO III.

¶Quinto, circa euangelium præsens perpenditur magna Magorum constans, & fides eorum certissima: quoniam sicut in expositione textus præhabitus est, non obstante Romanorum edito, nec præsenti adhuc tunc Herodis imperio, confidentissime professi sunt Magi isti alii uerumq; regem Iudeorum, & se ad eum adorandum uenisse, nec aliquo modo dubitauerunt de Christi regia dignitate, diuinq; maiestate, quāuis eum in tam uili inuenissent rugurio. Quanta est ergo perueritas hominum, Christum hoc tempore, aut non, aut remisse querentium, nec ei plene credentium, post tam innumerabilia præclarissima à Christo & sanctis apostolis, ceterisq; perfectis Christianis peracta miracula, post prophetarum uaticinia tam copiose ac evidenter impleta, post tam liberalissima supernarum charismata gratiarum, sanctis Christifidelibus apertissime condonata?

¶Postremo & alia multa circa hoc euangelium sunt pensanda, de quibus in sequenti tanget sermone. Itaq; & nos horum sanctorum sequamur fidem, sapientiam, devotionem, liberalitatem, constantiamq; Magorum, ut firmissimi stemus in fide, & Christi humanitatem ac deitatem, humilitatem & maiestatem, sapientiam contemplemur, ac honoremus, diligamusq; eum non solū ut deum & creatorem, sed etiam ut fratrem ac salvatorem, atq; promptissimi sumus ad omne ipsius obsequium, uniuersam aciem abicientes; liberaliter quoq; intuitu & amore Christi succurramus membris ipsius, puta pauperibus, de quibus loquitur ipse: Quod uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Simus item constantes in omni euenu, & semp maneamus stabiliti in deo, nec propter hominum minas, timorem aur impetum, nec propter eorum blanditia, fauorem, aut dona, a deo, a ueritate, a iustitia recedamus, cum deus sit omnibus incomparabiliter preferendus, & qui eū sinceriter diligit, perfecteq; timeret, & iugiter intueretur, pro nulla re ab ipso auerti se patitur, nec p; propter uitam conseruacione, immo alia cuncta pro nihilo ducit. Sed quia hoc totum implere, non est in Efirmitatis humanæ, sed gratiæ opus diuinæ, Deum indesinenter precemur, p; uirtute & gratia ad implendi hoc omne, & sanctos hos Magos humiliiter inuocemus, deuote honoremus, ac feruide diligamus.

SERMO III. Quāno noceat subditis Prælatus aut Princeps impius, quæ Magorum fuerint dona, quomodo spiritualiter offerantur, & quantum differat ab alijs quæ apparuit stella.

APERTIS thesauris suis, obtulerunt Magi domino aurum, thus & myrrham. **Matt. 2.** secundo, Preter prætacia in fermone præhabito, adhuc in euangeliu hodierno consideranda est tam Herodis quam Iudeorum miranda perueritas, & negligentia maxima. Nam quāuis Herodes iste miserrimus, fuit ad legem Iudeorum conuersus, & libros prophetarum credidit esse diuinos arcuerares, tamen cogitauit ac nitebatur Christum occidere, quāsi diuinum posset mutare decretum, & ea quæ de Christo prophetata fuerant impedire. Ita peccatum mentem excecat, & omne perueritatis rationis iudicium, ut non attendat quod Salomon protestatur: Non est sapientia, non est prudencia, non est consilium contra dominum. In hoc quoq; patuit maxima negligentia Iudeorum, quod alienigenis, scilicet Magis istis, Christum tam laboriose, tam affectuose, tam confidenter ceteritudinaliter querentibus, eumq; natum esse per insigne miraculum, hoc est, per stellæ apparitionem ac ducatum probantibus, ipsi ad Christum quærendum moti non sunt: immo quem prophetæ testimonia in Bethleem fuisse nasciturum docebant, in Bethleem non quærebant, cum tñ Christum esse natum non solum à Magis, sed à iusto quoq; Simeone & beatissima Anna uidua, alijsq; audierint. Cuius una extitit causa, quia regem suum Herodem carnali & mundano timore uerebatur offendere. **¶**Præterea aliud quoq; circa euangelium siud perpendit occurrit, quod ualde periculosa atq; nociva est præsidentia impiorum, quia communiter trahunt subditos ad peccata, siue per prospera & blandimenta ac dona, siue per comminationes & aspera. Subditæ quoq; proni sunt conformare se uoluntati illorum ut placeant illis. Hinc Ieremias dicit: Quia stulte egerunt pastores, & dominum non exquisierunt, propterea omnis gressus eorum dissipatus est. Et Salomon ait: Rex impius, omnes ministros habet impios. Itaq; qui bonum habent prælatum aut principem, grati sine deo, & principi ac prælato obedienti reuerenter. Qui uero principem aut prælatum habent iniustum, patientiam habeant, & pro suis peccatis sustineant talem, obediāt nihilo minus ei in his quæ ad ipsius spectant officium, & inquantum dei vicarius est, ipsum ex corde honorent. In illicitis uero & inhonestis eum non imitentur, neg; obedient. Hinc enim Petrus ait: Serui, subditæ estote in oratione, non timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Porro teste sancto Bernardo, Herodis crudelitatem atq; malitiam sequitur, qui aliquem innocentem, bonum aut iustum conatur à bonis operibus impedit, & qui alios scandalizare non meruit. Item qui iussis ac salubribus superiorum suorum ordinationibus renituntur, & obediēt cōtemnunt. Similiter, principibus sacerdotum & scribis Iudeorum, qui Magos de loco nativitatis Christi docuerunt, nec tñ quæsierunt eundem, conformes sunt prælati, doctores & prædicatores, qui quod alijs prædicant, non observant, nec operantur. Quibus clamat Apostolus: Qui alium doces, teipsum non doces? Quibus **Rom. 2.** seruant, nec operantur.

Lucas 19 & **CHRISTVS** terribiliter est dicturus; Ex ore tuo te iudico serue nequam.

¶Præterea

IN EPIPHANIA DOMINI.

Fol. LXXXIII.

A¶ Præterea circa Magorum oblationes seu munera est pensandum, quod unusquisq; eorum obtulit Christo aurum, thus, & myrrham, cuius multiplex ratio assignatur. Prima, quoniam Persæ & Arabes his rebus abundant, & eas personis excellentibus confuerunt offerre. Secunda ratio est spiritualis ac mystica, quia ut dictum est, Magi hi cognoverunt Christi deitatem, regiam dignitatem, ac mortalitatem video obtulerunt ei aurum tanquam regi, thus tanquam deo, myrrham tanquam mortali. Nam thus in dei sacrificio ac diuino officio habetur in usu. Per myrrham uero mortuorum corpora conduntur, ut à putrefactione, factore, ac uermibus præferuentur. Tertia ratio est, quia uidebant matris Christi paupertatem, pueri teneris uidiem, stabili fidelitatem. Aurum itaq; obtulerunt ad relevandum inopiam matris Christi, thus ad expulsionem feitoris, myrrham ad consolidationem membrorum infantis. ¶ Ina super munera ista debemus & nos spiritualiter Christo offerre. Aurum quidem ei offert, quia eius amore cuncta relinquit, & religionem ingreditur, aut alijs uitam pauperem ducit spontanea. Similiter qui bona temporalia sibi concessa, pauperibus propter deum misericorditer impartitur, aurum domino offert. Qui autem hoc agit ex feruenti amore, offert & thus. Myrrham etiam offert, qui operibus pietatis & charitatis castigationem adiungit proprij corporis, ut cum Apostolo dicere queat: Castigo corpus meum & in servitatem redigo. Insuper per aurum designatur sapientia salutaris, quæ est primum & summum donum inter septem dona spiritus sancti, seu feruens dilectio dei. Vnde in Apocalypsi dominus loquitur capite tertio: Si uadeo tibi emere aurum ignitum, probatum, id est, feruendum charitatem, quæ non pecunia, sed oratione assidua a spiritu sancto impetratur. Debemus ergo deo offerre hoc aurum, id est, diuinorum contemplationem, & summi boni feruentem amorem, omnia quoque quæ foris ad dei reverentiam agimus, ex magno diuini amoris operari affectu. Certe hæc contemplatio dei ex fide & dono sapientie oriens, & ardens dilectio dei, amplius placent deo, quam omnia dona exteriora. Porro per thus figuratur bona fama suauitas, exemplaris atque pacifica uita, seu affectuosa & dulcis oratio. Ait nanque Apostolus: Christi bonus odor sumus in omni loco. Et Psalmista loquitur deo: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. De Psal. 140. bennus ergo deo thus istud offerre, id est, inter homines ad dei honorem exemplariter ac pacifice conuersari, sicut docet Apostolus: In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt. Itemq; Omnia, inquit, decenter & secundum ordinem in uobis. Propter quod alia hortatur scriptura: Curam habe de bono nomine. Et Salomon loquitur: Melius est nomē bonum, quam diuitia multa. Debet etiam conuersatio nostra esse pacifica, ut impleamus & illud, quod ait Psalmista: Cum ihs qui oderunt pacem, eram pacificus. Quod implerim non ualeat, nisi homo ueraciter humili, patiensq; fuerit. Nam teste Salomone, Inter superbos semper sunt iurgia. Et: Qui impatiens est, exaltat stultitiam suam. Et alibi: Vir iracundus incedit litem. Porro quāmagnum sit coram deo pacifice conuersari, pandit CHRISTUS: Beati, inquieti, pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Debemus etiam deo affectuosam & dulcem orationem offerre. Oratio nanque est desiderij interpres ac nuncijs. Idcirco cuius affectio ad deum, & ad gratiosa dona ipsius remissa aut nulla est, infructuosa & frigidam uel potius nullam fundit orationem. Debet ergo oratio nostra ex ardenti manare affectu, ut deo complacere super omnia peroptemus, atque in eius gratia ac spirituali profectu crescere feruide fatigamus. Tepido nanque loquitur deus in Apocalypsi: Utinam calidus es, aut frigidus nunc autem quia tepidus es, incipiā te euomere de ore meo. Væ itaque eis qui toto corde in temporalibus cupiunt ac laborant ditari. De profectu uero uirtutum & complacationis dei, nouissima eorum est cura. Ad hoc demum, quod homo cum spirituali dulcedine oret, oportet eum distractio cordis tempore orationis uitare, & animo collecto cum actuali attentione orare. Et certe quām necessaria sit nobis oratio assida & deuota, Christus in euangilio **Lucas** capite deciā mox tamen docet, dicendo: Oportet semper orare & non deficere. Itaque cum spirituali dulcedine, gaudioq; interno oremus, cum in Ecclesiastico scriptum sit: Qui orat deum, in oblectatione exaudiatur. Et cogitationes inutiles ac curas seculares orationis tempore excludamus, quoniam Salomone testante: Miserere morientes perdunt suauitatem unguenti. Etenim miserere morientes sunt cogitationes vanæ & impertinentes, que perdunt, tollunt, impediunt suauitatem unguenti, id est, dulcedinem orationis, quæ medicina est animæ, per quam uulnera uitiorum curantur. Insuper per myrrham, quæ ualde amara est, carnis mortificatio seu castigatio designatur. Oportet equidem corpus subcire animæ, sensualitatemq; rationi. Nam Paulus protestante apostolo, Caro concupiscit aduersus spiritū. Idcirco beatissimus princeps apostolorum affectuosissime nos hortatur, dicendo: Charissimi, obsecro uos tanquam aduenas & peregrinos, abstinerem uos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Itaq; per poenitentiam

<sup>2. Cor. 9.
Iitate II.</sup>

<sup>1. Cor. 2.
Psal. 140.</sup>

^{Matt. 5.}

<sup>Gala. 5.
1. Petri 1.</sup>

penitentia opera unusquisque corpus suum castiget, & deo seruire compellat, ne rebelle sit rationi. Oportet ergo caste & sobrie uiuere, & semper in dei timore persistere, ne ea querantur, quae carnem & sensualitatem oblectant, sed quae mentem in deo confortant, ut sunt sancte cogitationes, uirtuosæ affectiones, uerba salubria, opera bona. ¶ Amplius agnoscendum, quod stella quæ Magis apparuit, ab alijs stellis distarebat in multis. Primo, quantum ad suam natum atque materiam. Non enim erat de natura & materia cœlestium corporum, sed elementarium. Secundo, quantum ad tempus. Nam aliae stellæ facta fuerunt in exordio mundi, ista ministerio angelico in hora nativitatis Christi. Tertio, quantum ad locum. Nam aliae sunt in caelo, ista fuit in aere. Quarto, quantum ad motum. Nam aliae circulariter, uniformiter mouentur, ista hincinde gyrbat secundum exigentiam uia Magorum. Quinto, quo ad quantitatem. Nam minima stella celi maior est tota terra. Ista uero forte trium aut circiter fuit pedum. Sexto, nam ista cæteris uidebatur splendidior. Septimo, quantum ad officium. Nam aliae influentiæ habent in inferiora. Ita perduxit Magos, & Christi nativitatem monstrauit. Octavo, in duratione, quoniam aliae stellæ sunt incorruptibiles. Ista suo peracto obsequio, in pristinam est redacta materiam. ¶ Postremo multiplex ponitur stella quam Magi uiderunt. Est enim Apo. 21. stella supersubstantialis, uidelicet Christus, qui in Apocalypsi dicit: Ego sum stella splendida & matutina. Alia est stella rationalis, uidelicet uirgo beata, de qua cantatur: Ave maris stella. Has duas stellas uiderunt Magi in stabulo. Tertia est stella intellectualis, utpote angelus. Vnde de angelis ait dominus ad sanctum Iob: Vbi eras cum me laudarent astra matutina? Hanc stellam, secundum quosdam, Magi uiderunt, dum stellam materialem uidere cœperunt, & dum in sonno admonitus sunt per aliam viam reuerti. Quarta est stella spiritualis, puta lux gratiae seu fidei recte, quæ Magi intuiti sunt in proprio corde. Quinta est stella materialis, quæ corporaliter conspexerunt in oriente. Itaque & nos cum beatissimis & præelectis ipsi Magis supersubstantialem stellam, scilicet Christum, quæramus, intueamur, & imitemur. Nam qui dicit se in Christo manere, id est, Christianum existere, seu Christum pro capite, domino ac magistro habere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Sed ut ad hanc Christi uirtuosam imitacionem & contemplationem pertinere ualeamus, stellam rationalem virginem Mariam gloriosam inspiciamus & exoremus, ut stellam spiritualem, uidelicet splendorē gratiae, claritatem sapientiae, lucem uirtutum nobis impetrare, atque in nobis conseruare dignetur.

¶ A.D. RELIGIOSOS.

SERMO III. Quid in apparitione domini nos edificet, & quomodo pietate, humilitate ac magnanimitate dominum imitemur.

QVI sedes super Cherubim, appare. Psalmo septuagesimono. Ad hoc incarnatus & natus est dei filius propter homines, ut appareret hominibus, & agnosceretur ab eis. Ideo quoque uoluit ab eis agnosciri, ut diligeretur & coleretur ab ipsis. Atque omnium horum finis est, ut ad claram & beatissimam eius perueniant uisionem, in qua ostendet eis seipsum sicuti est in sua deitatis essentia, & humilitate glorificata. Porro in Christi apparitione a præsenti solennitate multa sunt nobis consideranda. ¶ Primum est ineffabilis pietas saluatoris, qui ex misericordia sua immensa tres beatissimos Magos tam gratiosissime præuenit, & eos ad sui perduxit aspectum, & hoc per splendida stelle ducatum. ¶ Secundum est summa Chri humilitas, qui apparitus his in clivis ac sapientibus uiris, in tam uili tugurio, in tata inopia, in tata solitudine uoluit inueniri ab eis. Siquidem pro regali palatio habuit stabulum, pro lecto eburneo durum præseptum, pro militari ac curiali frequentia, erat ei illa in hora, uel sola uirgo dignissima, uel cum illa Ioseph soluimodo. ¶ Tertium est omnipotètia Christi, qui licet sic appareret his eleclissimis Magis, diuina tamen uirtute ita eorum illuminauit immutauitq corda, quod non scandalizabantur in aliquo præfatorum, nec hesitabant diffidentia, formidando ne forte essent decepti, omnibus regiæ magnificencia tam contraria ibi inuentis, sed certissime agnouerunt in tantum illum in tata paupertate & humilitate eis apparetem, esse regem quæsum, deique filium. Quod item ex stellæ motu, situ, & alijs proprietatibus eius nouerūt, ex instructione quoque a sacerdotibus ac magistris Iudeorum accepta. In tribus ergo prætacticis dominum Iesum, secundum quod decet & possibile est, imitemur. ¶ Primo, sequendo pietatem ipsius, proximos nostros pie præueniendo, obsequijs, beneficijs, misericordijs præoccupando, iniuriatoribus ignoscendo, uiscera misericordia ad afflictos, desolatos, tétatos, infirmos, omnesq; indigentes ac pereuentes semper affectuose gerendo, pro infidelium conuersione, fideliū reformatione, utiuersorum salute orantes, pro existentibus quoque in purgatorijs penitio orando, celebrando, & omni modo quo possumus, succurrentes. Monachii quippe est sua, deinde & aliorum deflere peccata: & quo minus prædicando, eo plus deprecando, ecce

fia

IN EPIPHANIA DOMINI.

fol. LXXXIII.

A si subuenire. ¶ Denique quiscumque est talis & taliter agit, specialissimam ac affluentissimam deliciam promeretur ac adipiscitur. Et sicut ipse se habet ad proximos, ad uiuos ac mortuos, ita ad ipsum se habet deus in uita hac, munera gratia influendo, sicque in futuro se ad eum habebit, dona gloriæ tribuendo, iuxta quod ait Salvator: Quia mensa mensi fueritis, remetetur uobis. Et rursus: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. ¶ Secundo secedemus præfatam Christi humilitatem, ne cupiamus aut laboremus coram hominibus sublimiter apparere, aut eis inaniter complacere, nec propter humanum honorem sui fauore nos exornemus. Cuius contrarium agunt nonnulli, qui quædo in choro psallunt, orant aut celebrent, nec aliquem opinantur adesse extraneum, omnia indeuote agunt ac tepide. Si uero honesti assint extranei, fortiter cantant, uocibus non parcentes, & orando ac celebrando maiorem assumunt uiuacitatem ac religionem. His atque similibus maiorem incutit pudorem, reuerentiam, & timorem humanus oculus, quæ cuncta ex alto conspiciens deus. Propter quod sicut ad deum se habent irreuerenter, ita ad eos deus habebit se aspernante. Si nos mouet astantia hominum aut quæcumque dignitas eorundem, nonne in infinitu magis mouere, excitare, accendere debet nos omnipotens & omnia intuentis ac iudicantis dei præsentia, cuius comparatione omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihil & inane reputantur. ¶ Tertio Christum sequamur in omnipotenti eius diuina, ut qui ex nobisipsis insufficiuntur sumus cogitare meritorie aliquid, & sine ipso nil possumus, sic proficiamus in charismatis bus spiritus sancti, ut oia ualeamus in deo nos confortante. Siquidem Christo testante, Omnia possibilia sunt credenti. Et Paulus: Omnia, inquit, possum in eo qui me confortat. Tanta sapientia conemur desuper ad inipleri, tanta charitate accendi, ut eorum quos alloquimur ualeamus corda illuminare, immutare, accedere. Propterea sic humiles sumus, ut nihilominus magnanimes consistamus. Humilitas namque & magnanimitas simili stant, & etiam circa idem obiectum potest se quis humiliter magnanimitet habere. Humiliter quidem, ex consideratione proprie insufficiencia & defectuositatis; magnanimitet uero, ex intuitu & confidentia diuini auxilii. Sic gloriosi hi Magi: humiles erant coram infantulo, in tanta eis inopia apparente, deuotissime procidentes: magnanimes uero, imperterritu corde interrogantes: Vbi est qui natus est rex Iudeorū? non obstate quod Romani iam precepérunt neminem sine eorum libertate regem uocari, quod item in Iudea adhuc regnaret Herodes. Est autem magnanimitas ualde præclaræ ac nobis illis uirtus, quæ ut philosophus ait, est circa magnos honores, non quod magnanimus querat, aut magno habeat quoscunq; humanos honores, sed quia intendit facere opera magno honore condigna, utpote sublimiter uirtuosa. Denique uirtus haec & proprietates eius præcipue species, & tñ ad religiosos, non obstate quod ad eosdem potissimum quoque pertinet humilitas & proprietates ipsius. Vnde enim quartu Ethicoru ait philosophus, & sanctus Thomas in secunda secundæ allegati: Magnanimus habet lendum motum seu tardum incessum, uocem grauem & statuilem locutionem. Corporales etenim motus variantur secundum uariam apprehensionem, affectionemq; animæ. Velocitas quoque motus contingit ex hoc, quod homo circa multa intensius est, & ea explorare festinat. Cum ergo magnanimus tñdat ad maxima, quæ sunt pauca & attentione egent præcipua, ideo tardum habet motum. Reprehensibilis est itaque in religiosis prædis cursus, & cum salutatione ac precipitatione quadam incessus, omnisque festinatio huiusmodi importuna. Porro acuitas velocitasq; sermonis secundum philosophum cōpetit his, qui de omnibus cito cōtendunt. Magnanimus autem non nisi de magnis se intromittit, ideo graui uititur uoce, & stabilis locutione. Insuper magnanimus dicitur aliorum aspernatus, non quod eos despiciat, inquantum sunt homines, sed inquantum sunt defectuosi & peccatores ac uiles, iuxta quem sensum ait de uiro iusto prophetæ psalmio decimoquarto: Ad nihil deducetus est in conspectu eius malignus. Verutamen magnanimus alios ueneratur, inquantum dona dei in eis reluit. Vnde & Psalmista præallegatis verbis subiungit: Timentes autem deos minum glorificat. Simus ergo & nos in loquendo non præcipites, sed maturi non contentiosi, Eccle. 21. sed prouidi. Verba etenim sapientis, statuta pœderabuntur. Et Ecclesiasticus ait: Ne temere quid loquaris, neque cor tuum situ ex ad proferendum sermonem coram deo. In multis enim sermonibus inuenitur stultitia. Nec eos qui temporaliter prosperantur, atque ad libitum uiuant, appre ciemur, imo ut tales aspernemur, certi quod uita eorum insanias sit, & oremus pro eis. Ideo namque Psalmista hortatur: Noli emulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniuriam. Vnde & magnanimus nullum in tatum apparetur, ut propter eum indecens aliqd operari dignetur. Insuper magnanimus dicitur beneficij sibi in memori esse, non quod eius obliuiscatur, sed quia maiori cupit repudere. In omnienim actu uirtutum conatur excellere. Rursus ociosus & tardus uocatur, quia non de paruis & sibi impertinentibus ac indecentibus, sed

Matt. 7.
Matt. 5.

2. Cor. 2.

Mar. 9.

Phil. 4.

Mat. 2.

Psal. 14.

Psal. 36.

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO V.

sed solum de magnis & dignis se intromittit, nec familiariter potest conuiuere, nisi amicis. Adulationem namq; & simulationem contemnit: Omnibus tamen conuiuit cōgruerent, sic ut oportet & decet. His proprietatibus adornati erant hi p̄ræelecti nobiles ac gloriofissimi Magi, in quibus & eos sectemur, ut sancto zelo uniusquisq; conetur alium in omni humilitate, mansuetudine, patientia, charitate, pietate, seruore, diligentia, laboriositate, perseuerantia, ceterisq; uitutibus superare. Nec de uilibus nos intromittamus, aut indecentibus & impertinentibus rebus, sed toto conatu finis intenti circa per maxima, ut scilicet deo altissimo debitem reuerentiam impendamus, eisq; iugiter magis magisq; placere, uniri, cohædere queamus, atq; intantum circa hoc occupemur, ut de uanis, uilibus ac puerilibus rebus ne quaquam curremus, nec talia attendamus.

SERMO V. De stulta sapientia mundi, & sapienti stultitia dei, & quomodo Magorum fidem, devotionem, ac liberalitatem debeamus imitari.

Adorabūt eum omnes reges. Psalmus septuagesimus primo. Vere sicut ait Apostolus, Stul. 1. Cor. 1. Tam fecit deus sapientiam mundi huius. Propter quod iterum loquitur: Qui uult sapiē fieri, stultus fiat, ut sit sapiens. Stultus inquam fiat, ea quæ mundani carnalesq; homines fatua arbitrantur, amplectendo. Quemadmodum enī deus stultam fecit sapientiam huius mundi, ita & mūdus stultam reputat sapientiam dei, hoc est, sapientiam salutarem, quæ, ut afferit Leo papa, non in appetitu laudis & glorie temporalis, non in disputandi astutia, nec in abundantia fabulandi, sed in uera & spontanea humilitate, in terrenorū cōtemptu, in diuinorum contemplatione feruentissimōq; consistit amore. Qua omnia dñs & Saluator à nativitate sua ex ordio usq; ad crucis patibulum primo operibus, deinde & uerbis edocuit, & copiosissime cō mendauit. Porro seipsum sic in omnibus humiliare, terrena despicere, iniurias sustinere, mundani homines quid aliud quā stultitiam reputant? In hoc itaq; deus omnipotens, cuius sapientia non est finis, stultam ostendit sapientiam seculi huius, quod unigenitum filium suum humana natura indutum, fecit in terris in omni paupertate, in summa humilitate, in extrema patientia, in plenissima obedientia, in feruentissima charitate apparet, cōuersari ac pertransire, omnemq; altitudinem seculi i subiecit, reges, principes, philosophos, & uniuersos huius mundi primates sub ipso prostrauit, atq; ad eius fidem, legem, cultum, & adorationem induxit, quod hoc die in beatissimis tribus Magis p̄afigurauit, smo & implere exorbus est. Fuerūt quippe tres uiri isti magnates, famosi, & sapientes in seculo, nihilominus Iesum infantulum in extrema paupertate, humilitate, dejectione eis apparentem, omni reiecto carnali tumore, ac seculari prudentia flexis genibus cum deuotione promptissima adorauerunt, ac mysticis honorauerunt muneribus. Videamus ergo ne forsan in nobis carnale quid inueniatur, ne quis appetitor sit laudis humanae, aut honoris, uel promotionis amator, ne quis ambitionis caligine obtenebretur, & pro eo quod omnibus uiliorem se debeat estimare, cupiat aut conetur fratribus suis p̄aesse, & per hoc innumerabiles incidat culpas, ac reflectatur quasi in cunctis quæ agit miserrimus ad seipsum. Nihil secularis prudentia in nobis refideat, nec dispuando, subtilia differendo, in uerbis p̄auelendo quāramus ostentare nosipos, cum dicat Vas elec- Rō. 12. tionist Non alia sapientes, sed humilibus consentientes. Imo quanto quis maior aut doctor extat, tanto sit in conuersando deuotior, & in omnibus mitior atq; humilior, cum Iacobus di- Iacobi 3. cat apostolus: Quis sapiens & disciplinatus inter uos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientia. Omneni inuiriā & quāmīter tolerando, cuncta transitoria despiciendo, nosipos in uniuersis humiliando, ad sola cælestia ac diuina toris p̄cordis suspirando, ostendamus nos esse ueros Christi discipulos, euangelicæ legis sapientia decoratos. Præterea in solēnitate hac nobili ac iucunda, multa sunt ex parte sanctorum Magorum istorum consideranda. Prima est certitudo ac magnitudo fidei eorum. Certissima nanq; fide sc̄ificabantur: Vbi est qui natus est rex Iudeorum? & tamen adhuc nulla Christi uiderunt miracula, nec ueteris testamēti de ipso prænunciata cognouerunt oracula, nec prophetarum uaticinia didicerunt, nisi Balaam tantum, ut creditur. Cuius uaticinio tam firmiter crediderunt, quod tanto tempore expectarunt hanc stellam, eiusq; apparitioni atq; ducatui fidem adhibuerunt plenissimam. Quomodo igitur incredulitatem aut hæsitationem suā nāc quis poterit excusare, postquā ipsem Christus, iā primis per seipsum, deinde per beatissimos suos apostolos, ceterosq; discipulos & uiros perfectos, tam innumerabilia, p̄clarissima, soli q̄ omnipotē deo possibilia egit miracula, primitus in Iudea, deinde ubiq; terrarum! & oīa de Christo prænunciata, esse impleta apertissime manifestat finalis hæc derelictio, uastitas & Dani. 9. captiuitas Iudeorum, quas Christi occisionem sequi debere Daniel sanctus euidentissime prophetauit, dicendo: Post hebdomades sexagintadas occidetur Christus, & non erit eius po-

IN EPIPHANIA DOMINI.

Fol. LXXXV.

pus qui eum negaturus est, & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce futu- ro, & finis eius uastitas, & usq; in finem perseuerabit desolatio. Circa quæ verba etiā Iosephus vir doctissimus & Iudeorum historiographus, testatur qđ Daniel prædictus Nabuchodonosor regi finalē sui populi captiuitatem, uidelicet Iudaica plebis dispersionem & conculcationē hanc ultimatum. Secundum est infatigabilis diligentia Magorum istorum in quaē dō minum saluatorem. Or̄nā nanq; mora postposita, mox ut stella eis apparuit, iter aggressi sunt, non sumptibus parcentes neq; laboribus, sed continuo prosequuti sunt iter incepsum perseueranter, donec cunctis desiderat gentibus inuenierūt. Cur ergo nos uniuersa filij Dei sc̄is Agg. 2. entes mysteria, tam remisse ac negligenter querimus in cælis regnante Deum, hominemq; perfectum, quem tam indefesse & diligenter quæsierunt hi Magi, infantulum infantilibus fa sc̄is inuoluti, cum agnoscamus eum tot & tanta fecisse ac pertulisse pro nobis, atque tam inestimabilem nobis beatitudinem præparasse? Vsquequā tot p̄temus ignorantia, & non intramus ad possidendum terram, quam dominus Deus patrum nostrorum nobis promisit ac præpas- gavit? Scimus equidem, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, qđ ædificationem habemus ex Deo, domum non manufactam, eternam in cælis. Scimus qđ non habemus hic manentem ciuitatem, nec tamen ut dignum est, futuram inquirimus. Considera Hebr. 13. remus amicitatem & gaudia supercaloris paradisi, & eius desiderio accendamus nosipos, confitentes quia peregrini & hospites sumus super terram, atq; cum uiro sancto dicamus: Do- psal. 25. mine, dilexi decorem domus tuę, & locum habitationis gloriae tuę. Itemq;: Quām dilecta ta Psal. 83. bernacula tua domine uirtutum concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Non itaq; effundamus cor nostrum super curiositates externas, nec ad uana ac friuola afficiamur, ne per hoc ab æternorum ac diuinorum impediamur amore, sed in Deo recolligatur atque figuratur tota affectio nostra, & ad ipsum uniuersa nostra dirigatur ac tendat intentio. Tertium est in- gens liberalitas Magorum istorum, nam uniusquisq; eorum aurum, thus & myrram obtulit Christo, non utiq; in modica quātute aut animo parco, sed ut decuit copiose, liberali- 1. Pet. 4. mente, præfertim cum matrem infantuli cernerent pauperem & puerum indigentem. Simus ergo & nos cordialiter liberales. Quod si dixerit quisquam, In quo esse potero liberalis, qui nil pro prium habeo, nec sine licentia dare quid ualeo? Respondēdum est ei, ut sicut boni seculares liberales existunt de exterioribus suis rebus communicando prompte ac large egentis; sic religiosi claustrales, liberales debent existere, dona gratiae eis collata, suis proximis atq; confratribus communicando, affectu prono, charitativo ac abundanti, iuxta illud principis apostoli: Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Ideo quicquid consiliū, quicquid auxiliū, quicquid consolationis aut instructionis proximis impendere possumus, eis seruenti ac læto impendamus affectu. Hilarem nanq; datorem diligit Deus. Et rur 2. Co. 9. sus ait scriptura: In omni dato hilarem fac uultum tuum: imo supra uires & supra quām habe- 2. Co. 12. mus, eis benefacere cupiamus. Nec solum nostra, seu uiri nostri concessa, sed insuper & nos ipsos ipsi quantum fas est impendamus, ut cum diuino apostolo dicere ualeamus: Libentis- simē impendam & supēimpendar ipse pro animabus uestris. Qui liberalitatem suam insinus- ans alibi Mihi, inquit, & his qui mecum erant, ministrauerunt manus iste. Postremo alia multa in electissimis Magis itis quēunt perpendi, putā eorum humilitas, quod coram infante pauperculo taliter prociderunt & obedientia, quotiam iuxta admonitionem eis factam, per aliam uiam in suam regrediunt regionem, in quibus omnibus eos fideliter imitemur.

SERMO VI. Quō religiosus Deo puram dilectionem, puram & feruentē orationem, dulcem concordemq; cōuersationē in cōtritione p̄cenitētē offerat.

O Brulerunt ei munera, ays, thus & myrram. Matth. 2. Hęc munera nos religiosi Deo q̄ tide sp̄ualiter immolare debemus. Quid enim aptius per aurum, qđ charitas seruenda de signatur? Primo itaq; aurum (id est, purum, seruētem, ac integrum charitatis affectū) Christo ingiter offeramus, per ardentissimas aspirationes corda nostra leuādo ad ipsum, atq; nos ipsos ad omnia quæ ad diuinum pertinent cultum, ad obseruantias regulares, ad conuersationem uere monasticā ex sincero & austri uite exhibendo paratos, iuxta quod Iosue monet: Seruite domino corde perfecto atq; uerissimo. Istud equidem ad religiosos specialiter per Ios. 14. tiner, qui idcirco terrena omnia & oblectamenta carnalia, propriamq; uoluntatem deseruerūt, ne per inordinatum ad illa affectum, retardentur ab incremento diuini amoris, & ne propriā uoluntatem sequendo, in diuera uuant pericula, & à charitatis impediantur perfectione, sed toto corde ferantur in Dei, perfectiusq; quotidie afficiantur ad ipsum, ne eis contingat quod per Osee prophetam loquitur spiritus sanctus: Confundetur Israēl in uoluntate sua, Israēl qđ p̄ interpretatur, Vir uidens Deum, Idcirco per Israēl intelligitur religiosus, cuius est iugiter con-

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO VI.

- Col. 3.** contemplari diuina, iuxta quod scriptum est: Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Tunc itaq; Israel in uoluntate sua confunditur, dum religiosus securissimū ac serenissimū obediens iter relinquens, proprijs cōceptibus & affectibus magis, q̄ superiorum suorum informationibus, iustitionibusve consentit, obtemperat & inhaeret, per quod ei ab hostiis sue salutis illuditur, & ipse diversa peccata illabitur, ac in seipso damnabiliter deordinatur. Quanta tum libet ergo religiosus, sit acuti eruditio; intellectus, nihilominus intellectū suum in captiuitatē curet redigere, superioris sui iudicio magis q̄ proprio credens & acquiescens, sicut de Clī macho legitur, q̄a cum esset inueniens, & naturali philosophia ualde instructus et ingeniosus, ni hilominus senioris suo uero idota; ac simplici per oīa indiscrete atq; prōptissime obediuit, per qđ in breui in magnā deuenit perfectionē. ¶ Præterea, sicut in corporalibus aliqd dicitur purum, qm̄ de suo contrario & de aliena naturali habet ad mixtū & integrū, quia illā sum & incorruptū sic charitatis affectio dicitur pura, quando nū terrenū aut carnalis affectionis ei manifestetur, sit etiā integra, quādō nulla passionum immoderantia lāditur, neq; per culpā inficitur, ita q̄ nec ira, nec impatiētia, neq; per culpā aut cōcupiscentiam ullam obtenebratur aut minoratur, sed mente trāquila fertur in Deum at proximum. Deniq; id alicui phibetur offerri, quod ei gratis propter se datur. Vnde quum aliquid Deo efferimus, nō nisi dona sua ei præstatum, prout primo Paralip. deo tūsimus David rex Deo faciunt: Tua, inquit, domine Deus tu sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Tunc itaq; Deo omnipotenti puram dilectionē, obsequiumq; perfectum offerimus, dum eum sincere & irreflexe propter infinitam & propriam eius bonitatem ac dignitatem amaraus ac ueneremur seu colimus, non & propriae mercedis intuite, neq; ut euadamus supplicia, sed quoniam ipse in se &, ppter se omni amore atq; honore superdignissimus extat. Rursus, omne bonum quod agimus, tunc Deo offerimus, dum omnia opera nostra bona Deo & eius gratiois auxilio, nō proprijs uiribus, gratia a chumili mente ascribimus, cōfidentes ex corde q̄ non sumus sufficiētes cogitare aliquid ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui operatur in nobis uelle & perficere ex sua benignitate, ita quod omnia merita nostra sunt eius dona. Quod qui sapienter attendit, nequaquam inaniter gloriatur, sed fonti totius boni humiliter regnatur. Insuper, qui seipsum & omnia sua ad Dei refert honorem, ac totum se diuino mancipat cultui, ille seipsum & omnia sua domino offert, sicut seipsum & omnia sua ab illo accepit, per quod ualde iustus esse probatur, nec fraudulenter ac negligenter, sed diligenter, iuste & integre Deo obsequitur. ¶ Insuper, per aurum donum sapienti potest intelligi, quod si ceteris spirituſancti eminet donis, quæ ad modum aurum alijs metallis. Hoc igitur aurum, id est, contemplationem synceram, Deo offerre debemus, corporalia ac transitoria supergrediendo, in summa maiestatis claritatem oculum cordis pro posse figendo, imo in diuinitus gloriae creatoris altissimi mentis apicem demergendo, gustando & intuēdo q̄ dulcis, quādō dices, quādō superpulcherrimus & superbeatissimus & superamabilissimus sit dominus Deus noster æternus ac adorandus; sicq; ex hoc carnalia & caduca fastidiendo, inde festo; corde laborando pro plena ac beatifica tanti boni possessione. ¶ Secundo cum sanctis regibus istis Deo offerre debemus thus diuine adorationis, hoc est, orationem dulcem, & affectuosam laudem, & gratiarum actionem p̄cordiale. Hoc nem̄ p̄pe inter præcipua religiosorum opera computatur, offerre Deo orationem puram ac stabilem, amorosam, humilem & suauem, ut animo non distracto aut euangente, neque inanibusphantasmatis picto aut occupato, laudent ac deprecentur dominum Deum suum, ei soli intēti, & in eo accensi, ad id quoq; quod postulant totaliter affectati, ut dirigatur sicut incensum orationis eorum, in Dei conspectu, ascendatq; fumus seu odor suauissimus coram Deo de eorū orationibus, psalmodij, ac laudibus. Deum itaque tempore orationis & omnis diuini officij tanquam uere præsentem, & omnia nostra clarissime intuentem inspiciamus: nec minus reverenter ac custodite coram suæ maiestatis præsentia nos habeamus, quām coram prælatis & principibus seculi huius nos habemus. In cōspectu angelorum reuerēter ac deuote stemus, concorditerq; psallamus, & singulorum attendamus sensum uerborum, ne conqueratur Deus de nobis, dicendo: Gens ista labijs me honorat, sed cor eius lōge est à me. Qui taliter orat & psallunt, aurea proferunt uerba, qui autem nituntur ad hoc, quāuis nōdū id possint, uerba prouunt argentea; qui uero remisse, pigre & somnolenter in oratione, psalmodia & horis se habent, lutea uerba loquuntur. Primi clamāt, & suauissimam coram deo faciunt melodiam, sicut ut Moses clamauit ad dominum. Secundi mediocriticorū sonāt. Tertiū coram Deo nostro sunt muti. ¶ Insuper, per thus fama laudabilis, exemplaristq; uita, dulcis atq; pacifica conuersatio exprimuntur. Thus ergo cælesti immolat regi, qui in medio congregatiōni uuit sine querela, & irreprehensibiliter conuersatur, & bonus odor est Christi in omnī loco. Qui quātum in-

DE S. PAVLO PRIMO EREMITA.

Fol. LXXXVI.

- A se est, ybis & factis cunctis ædificat, nec male agendo ulli est onerosus, sed tanquam angelus pacis, amator concordiae, unanimitatē amicus, solitus est scandalum omne de medio tolle re, turbatos quietare, discordesq; concordare, qui sua chatitate, probitate, & maturitate, sua compunctione, elevatione & perfectione, aliorum auersionem, improbitatem, leuitatem, dissolutionem, imperfectionem tacite increpat, efficaciter instruit, uirtuose emendat. Talis qui libet nostrū esse conetur, ne quis alium impedit à profectu, retrahat à salute, imo potius pro ut exigit charitas, inuicem nos iuuenit, accendamus, & confortemus. ¶ Tertio, cum his tribus electissimis uiris CHRIS TO myrrham, hoc est, penitentia contritio, planctum pro nostris ac aliorum peccatis amarum, carnis mortificationem debemus salvatori offerre, ut cum Apostolo dicere mereamur: CHRIS TO confixus sum cruci. Qui enim sunt Christi, carnē suā cum uitijs & cōcupiscentijs crucifigunt. Cur enīs ad cœnobii confugimus, nisi ut in primis propria, deinde & alioz desleamus peccata, & de quotidianis nostris negligētis & offensis intime doleamus, sicq; indefiniter tendamus ad meliora, carnalia desideria cōculantes, ut celestibus accēdamur affectibus: Itaq; iuxta Apostolicū documentū mortificationē Iesu iugis in nō corpore circunferamus, ut & uita Iesu manifestetur in carne nōa mortali, q̄te nūs in omni fiducia magnificetur Christus in corpore nostro, siue per uitam, siue per mortē, ita ut uiuere nobis Christus sit, & mori lucrum, atq; ut uotum paupertatis requirat à nobis, tenui uictu & uestitu simus contenti, exemplo Christi, qui cum diues esset, propter nos pauper es. Phil. 2. Etus est, ut eius in opia locupletemur. Nec coram hominibus gloriōs & incliti apparere optemus, cum dominus maiestatis, unigenitus Dei, coram ihs Magis tam pauper & humiliis elegerit apparere, ut omnem uanitatem & ostentationem abhorrete discamus, soliq; Deo & alijs tantum in eo placere desideremus & enitamur. Ad laudem & gloriam eius.

IN FESTO S. Pauli primi eremiti.

- SER MO I.** Quis scopus esse debeat solitarij, & de laudibus primi eremiti.
 Vcam eum in solitudinem, & loquar ad cor eius. Osee secundo. Hæc sunt uerba Dei ad animam contemplatiuam, quam Deus omnipotēs & benignus à secularium hominum strepitu separat ac tumultu, quatenus ipsa mente quiescere si bi, uidelicet Deo, per contemplationem synceram & dilectionem feruentē intendat. Itaque in his uerbis sanctus Paulus à duobus laudatur. Primo, ab excellentia uitæ solitarij. Secundo, ab interno colloquio Dei cum eo. Cum enim teste Philosopho, homo naturaliter sit animal sociale ciuile, uita solitaria nō est humana. Propter qđ rursus ait Philosophus, quod Homo Solus, est Deus aut bestia, id est, diuinus aut bestialis. Si enim in solitudine uiuit, prout ad solitarium pertinet & solitudo requirit, uere diuinus est. Quid enim ad solitariū spectat, nisi exterioribus & terrenis relictis ac supergressis, soli altissimo, simplicissimo, & incircumscribibili Deo ubiq; uere præsentū uacare, adhærere, & obsequi, eum indefiniter inuocare, laudare ac uenerari, imo & quantum in hac uita fieri potest, eo per contemplationem dilectionemq; frui. ¶ Porro qui ita non agit, nec tendit ad hoc, bestialis merito appellatur, si in solitudine demoretur. Paulus autem primus eremita in solitudine diuinissimam duxit uitam, & Deus piissimus ad cor eius assidue loquebatur, eiusq; animā tanquam sponsam charissimam, omni hora brachijs charitatis amplectebatur, secundauit, il lustrauit, accedit, consolabatur. Sed nunc huius uiri sanctissimi laudes, uirtutes, & excellētie per ordinem sunt tangēde. ¶ Primo itaq; felix hic pater laudatur à sua pueritia sancta & innocentia, quia ut sanctus testatur Hieronymus, qui uitam ipsius descripsit, cum Paulus iste se decim erat annorum, perrexit eremum, & erat tunc animo mansuetus, & Deum diligens ualde, atque ob crudelitatem persecutionis tyrannicæ sub Decio imperatore, solitudinem est ingressus. ¶ Secundo laudatur à sua uita sanctissima eremita & longa, quia indefesso corde cum quotidiano uirtutum profectu perseverauit in eremo uasta atq; terribili, usq; ad annum uite suæ centesimum tertium decimum, sicq; habitauit in deserto per annos nonaginta septe, uel circiter, nulli hominum cognitus. Ecce quanta perseverantia, longanimitatis & fortitudinis fuit, & quanta constantia ac spei in Deo, quod inter horribiles eremī feras, ferocesq; bestias tam intrepidus morabatur. Denique tota occupatio sua die ac nocte, fuit, Deo creatori et salvatori suo per contemplationem & seruidam dilectionem uacare, eius maiestatem incomprehensibile & immensam admirari & honorare, laudibus eius purissima mente insistere, misericordiam eius pro se ac alijs, pro communī bono ecclesie, pro uiuis ac mortuis iugiter affluosissime exorare. Sicq; in omni gratia, uirtute & sanctitate excellenter mirabiliterq; profecit quotidie. ¶ Tertio laudatur à sua miraculosa manifestatione. Cum enim Paulus iste censum & tredecim esset annorum, & sanctus pater Antonius in alia solitudine habitat, nonas

D. DIONYSII CARTHV. SERMO VNVS

ginta annorum, ac cogitaret se primum esse eremitarum, reuelatum est ei à Deo, esse in solitu. **D**dine interiore alium ipso seniorem, multoq; meliorem. Mox ergo sanctus Antonius arripuit iter ad querendum illum se meliorem, occurritq; ei animal, superius habens formam humana, inferius formam equi, quod onocentaurus uocatur. A quo cum sanctus Antonius, in qua parte Dei famulus moraretur, quæsisset animale illud professione suæ dexteræ iter rectum monstrauit. Post hoc occurrit Antonio animal, cornua habens in fronte & nares aduncas, ac pedes caprarum, quod fructus palmarum Antonio obtulit: & interrogatum hoc animal ab Antonio, Quis aut Quid esset, respondit: Mortalis ego sum, ex incolis eremi, qd decepti gentiles, ut deos, utpote Faunos & Satyros ac incubos, colunt. Precamur, ut pro nobis communem dominum deprecemur, quem pro salute mundi uenisse cognouimus. Quibus dictis, quasi uolatu pennigero petulcum animal illud aufragit. Tandem tertio die beatus Antonius maximo cum labore ad speluncam, in qua beatissimus latuit Paulus, peruenit & magnis ac lao chrysomis obtinuit precibus à Paulo prefato, quod ei ostium speluncæ aperuit. Tertio, Paulus iste beatus laudatur à multis mirabilibus, quæ inter ipsum & sanctum Antonium cōtinabantur. Mox enim ut Antonium intromisit, se mutuo proprijs salutauerit nominibus, deosculantes se invicem. Cumq; confidissent, coruus integrum panem ante eos depositus, & auolauit. Dixitq; Paulus Antonio: Vere pius dñs, nam per sexaginta annos quotidie medium panem acceperit à coruis, sed nunc ob tuū aduentum integer panis allatus est nobis. Tunc pia lis inter eos est orta, quis frägeret panem. Paulus deferat Antonio ut hospiti, Antonius Paulo ut se Eniore. Tandem communī consensu quilibet manū panī apposuit, & partem suam ad se traxit, & comederunt. Dixitq; Paulus Antonio: Olim te in solitudine demorari cognoui, & conseruū meū mili Christus promisit. Et nunc qm̄ morituro aduenisti, si tibi molestum nō est, uade & affer palliū quod tibi Athanasius dedit episcopus, ut in eo corpus meū sepelias. Stupefactus Antonius qd Athanasio & pallio eius audierat, fecit sic. Cumq; cum pallio reuertetur, uideat inter angelorum cateruas & inter prophetas apostolorumq; choros Pauli niente candore fulgentem, in cælum ascendere. Cadens ergo in faciem sanctus Antonius, cum lachrymis dixit: Cur me o Paule dimittis? Tam tarde mihi innotuisti, & tam cito recedisti. Post hæc ingressus speluncā, uidit corpus beatissimi Pauli genibus flexis, manibusq; erectis, extensa ceruice erectum, sicut qd uiuens egerat, exanimè corpus mōstrauit. Cumq; corpore pallio obuoluto, Antonius palam seu sarculum, quo sepulchrum faceret, non haberet, atq; ob id uehementissime tristaretur, ecce duo leones ex eremo accurrentes, circa corpus S. Pauli subfistet, fremiuntq; rugientes ingenti, & flentes ut poterant, deinde sepulchrum pedibus suis scalpendo fecerunt, & cum omni māsuetudine ad Antonium uenientes, manus eius ac pedes lingere inciperunt. Benedixitq; eis & præcepit abire. Accorpus sancti Pauli sepeliens, tunicam eius accepit, atq; ad discipulos suos regresus, omnia eis recitauit per ordinem. Diebus quoq; solēnibus paschæ & pentecostes, beatiss. Pauli se induit ueste. Hæc est historia de sacrafisi. Paulo primo eremita. Tanti igitur patris prouocemur uitutibus, illuminemur in fide, roboremur in spe, & diuinu accendamus amore, opa quoq; poenitentia longanimitate exerceamus, atq; in bonis operibus uiriliter perseveremus. Ad laudem & gloriam Dei.

IN FESTO S. HILARII.

SERMO unus. De commendatione S. Hilarij, & de laude charitatis. **F**Vasi stella matutina in medio nebula, sic ille effulgit in domo Dei. Ecclesiastici L. Hæc uerba de sancto Hilario Pictauensi episcopo, ab Aquitania oriundo, recte intelliguntur. Hic etenim beatus episcopus cōmendatur à multis. **P**rimo, à sua conuerlatione uirtuosa ac honestissima, quam in seculari habitu, coniugalij duxit statu. Nam antequā episcopus factus est, habuit coiugem, ex qd genuit filiā: atq; in matrimonio uixit tam honeste ac uirtuose, qd defuncto Pictauensi auctistre, in episcopū urbis illius unanimi est electus. Nō enim carnalis uoluptatis amore accepit aut cognovit uxore, sed desiderio prolis ad Dei obsequiū educandę, & coniuge sua parce ac moderatissime usus est. In quo patet magna eius perfectio: quia ut quidā probant doctores, difficilius est propria coniuge cū decenti moderamine uti, qd in statu uirginali aut uiduali penitus continere. Siquidē concupiscentia seu libido tanto plus prouocatur, quanto plus actuatur seu exercetur. Hanc ergo sancti Hilarij uirtutem, coniugalemq; castitatem sequantur coiugati, ut iuxta doctrinā Apóstoli sit in eis honorabile connubium, & thorax immaculatus. Quod fit, si non ex concupiscentia prædominante, sed desiderio prolis ad Dei cultum enutienda, aut reddendi debiti ratione, uel propter culpā incontinentia uitandam in compare, se cognoscant, aliunde quoque,

Hebr. 13.

præ-

DE SANCTO HILARIO, ET ANTONIO.

LXXXVII

Apræcepta dei & ecclesie seruent. **¶** Secundo lauda sanctus Hilarius ex sua sancta conuersatione quam in episcopatu deduxit. Factus nanc̄ ep̄s, non extulit semetipsum inaniter quasi uane gloriādo de hoc, quod ex matrimoniali statu ad episcopatum electus est; sed quantum crevit in ecclesiastica dignitate, tantum in humilitate ac omni uirtute. Et quo pluribus præfuit, eo timoratio, folicitas atq; agilior fuit, gregemq; Christi sibi commissum paucis uerbo & exemplo, oratione & sapientia eminenti: nec solum urbem sibi commissam, sed & Franciam totam ab Arriana defendauit perfidia. Itaq; qm̄ scripis, vita, uerbo & sapientia, itemq; miraculis illustrauit ecclesiam, recte de eo exponit thema assumptum, uidelicet. Quasi stella &c. Si & unusquisq; aliorum rector, pastor, p. Eccl. 4. dicator, doctor seu paterfamilias, sibi subiectos & proximos omnes dirigat atq; edificet uerbo & factis, corripiendo & corrigoendo peccantes, accendendo ignuos, & oīs salubriter exhortando.

¶ Tertio commenda ex magna sua patientia in aduersis. Multa enim aduersa ab haereticis & Arrianis episcopis passus est. Et qm̄ fidem catholicam defendebat, ac constanter à Constantio imperatore Arriano in exilium missus fuit, & ad tempus mansit in eo; eius ergo exemplo, patientiam in omni habeamus aduersitate. **¶** Quartu commenda ab eminentia miraculorū suorū. Cum enim consente Constantio imperatore Arriano, conuenissent ep̄i ad conferendum de fidei ueritate, & ad uenisse Hilarius, ad instantiam quorundam Arrianorū pontificum, eius eloquentiam ferre nō ualentium, ad urbem suam Pictauiam redire compulsi sunt. Cumq; ad insulam Gallinariam serpentibus plena diuerteret, uniueros fugiuit serpentes. Pictauiam quoq; reuersus, puerum sine baptismo defunctum resuscitauit. Insuper filiam suam nubere proponentem, ad uirginatatis induxit, p. positum, metuensq; ne illa à proposito illo auerteret, deum orauit, ut eam uocare ad regnum cælestē, & post paucos dies filia illa feliciter obiit. Quod uxor sua considerans, rogauit eum ut sibi qd & impetrare hoc ipsum, quod fecit beatus Hilarius, & eam ad regnum præmisit cælestē. **¶** Legit quodq; qd Leone papa haereticō concilium celebrante, beatus Hilarius non uocatus aduenit. Præcepit papa, ut nullus ei assurget. Et dixit papa Hilario: Tu ne es Hilarius Gallus? Respondit sanctus Hilarius: Non sum Gallus, sed de Gallia, id est, non sum de Gallia natus, sed de Gallia ep̄s. Surgens autē papa cum indignatione, dixit: Modicum prestolari donec redeam, & quod meritis, tibi retribuam. Cui Hilarius: Si non redieris, quis mihi pro te rēdebit? Et papa: Mox, inquit, redibo, & tuam superbiam humiliabo. Cumq; ad secreta naturae papa iuisset, omnia intestina sua effudit, & infeliciter obiit. Præterea Hilarius patienter ferens qd nullus sibi locum præbuit, in terram se posuit, dicens: Domini est terra & plenitudo eius. Et protinus, deo iubente, terra se extulit, atq; ad alios rum episcopos altitudinem se leuauit. Cumq; papa nunciare fuit mortuus, surges Hilarius, ep̄os confirmauit in fide catholicā. Porro in Aurea Legēda istud in dubium uertit, quia in Ecclesiastica uel Tripartita historia nō inde recitat, nec Chronicæ referunt fuisse tunc aliquem papam ita uocatū, & quia Hieronymus ait: Sancta Romana ecclesia semper immaculata permanit, & in futuro manebit at omni haeretica prauitate. Veruntamen agnoscendum, qd in historia Tripartita narrat, tempore Constantij imperatoris fuisse quendam papam Liberium nomine, qui primo fuit catholicus, & ob id à Constantio in exilium missus est. Qui exilijs tedium iustus, Arriane consenserit perfidie, & sic ad sedem suam fuit reductus. Idem in Chronicā Martini habet. Et forsan papa ille alio nomine dicitur est Leo, uel ex scriptorū uito est erratum in nomine. Nec uerba Hieronymi possunt sic sumi, qd omnes summi pontifices fuerunt & erant uere catholicī, quia huius oppositum in multis legitur locis. Archidiaconus quoq; & Cancellerius Parisiensis, plurimiq; doctores affirmant, quod ualde periculoso esset, ultimatam fidem seu credendorū determinationem cōmittere Ro. Pontifici, qm̄ ille potest errare in fide. Idcirco in hoc generali concilium præferit determinationi summi Pontificis: quia in his que sunt fidei & salutis, errare non potest, sicut nec vniuersalis ecclesia propter certā directionem spūlanceti. Itaq; huius sancti præfusilis beati Hilarij, qui in sapientia profundissimus fuit, sequamur uestigia, & eius inuocemus suffragia, quatenus intercessio ac meritis eius gratiam in præsenti, & gloriam in futuro adipisci uantum, quemadmodū ipse feliciter obdormiuit in dñō. Cum etenim ageret in extremis, tanta lux intrauit ad eum, quod sacerdos ei ministrans eam ferre nō posuit, & tunc lumine paulatim recedente, ipse beatus pater, præfus & docto, migravit ad dñm.

In festo sancti Antonij.

SERMO Primus. De vita & laudibus sancti Antonij. **J**Audemus uiros glorioſos & patres nostros. Ecclesiastici xlviij. Inter glorioſissimos Christianos fidei uiros signiferos & beatissimos patres anachoretas ac eremitas, electus dei beatus Antonius mirabiliter splendet, & commendat à multis. **P**rimo à sua laudabili uita pueritiae sua atque in seculo. Cum enim in Aegypto ex nobilibus & deuotis esset parentibus natus, nulli pueris uanitati, uoluptati, aut negligentiæ se donauit, sed cum parentibus ecclesiam uisitauit affidue, & quicquid in ea audiuit de sacris scripturis, commendauit memorie, & præcepta opere adimpleuit. Porro post mortem parentum, cum esset annoq; circiter viginti, ingressus ecclesiam, audiuit uerba Chri in eu-

p. iii angelio

D. DIONYSII CARTHUSIA. SERMO I.

Matt. 19. angelio legi: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in celo. Statimque omnia quae habuit, uenidit atque pauperibus erogauit, & seculum denerauit, coniunxit se monachis. Secundo beatissimus p^rf Antonius commendat a suo quotidiano & magno ualde profectu uirtutum in uita monastica. Omnim enim fratum considerauit uirtutes, easque tota diligentia sequebatur, & quotidie cum maiori furore deo seruiuit. Vixit etiam de labore manuum suarum, imo mercedem operis sui, precio panis excepto, dedit pauperibus. In orationibus pernoctabat sepiissime. Edebat semel in die post solis occasum. Interdum autem usq; ad quartum diem manuit ieiunans. Cibus eius fuit panis & sal, potus modicum aquae. Frequenter super nudam terram dormiuit, & in duebatur cilicio. Tertio commendatur a uictoria tentationum. Innumerabiles nang^r tentatiōes a demonibus pertulit, sed Christi uirtute in cunctis prouuluit. Cumque spiritus fornicationis eum tentasset diu & acriter, tandem uictus apparuit sancto Antonio in forma pauperi horridi, nigri ac foetidi. Post haec Antonius in quadam sepulchro se clausit, & ibi solus soli deo diebus uacauit ac noctibus. Quod cernens diabolus, congregatis satellitibus suis, Antoniu diversis lacerauit uulneribus, & tam dire eum percussit, quod motum perdidit ac loquela. Viribus uero aliqualiter resumptis, dixit demonibus: Ecce hic sum, non fugio uespera certamina, nullus a charitate Christi me separabit. Tunc repente diaboli in formis leonum, taurorum, ursorum, serpentum, scorpiorum, pardorum, aspidum & luporum, irruerunt in eum, & corpus eius diversis impulerunt uulneribus. Ipse autem mente constans manuit in deo. Tunc dñs Iesus Christus cum ingenti luce descendens, apparuit ei, omnisque demonū fugit turba. Antonius autem diu uidentis, dixit: Vbi eras bone Iesu ubi eras? quare a principio non affuisti, ut sanares uulnera mea? Cui Christus respondit: Antoni, hic eram, sed expectabam uidere certamen tuum. Et nunc quia uiriliter dimicasti, in toto mundo te faciam nominari. Quarto laudat sanctus Antonius ab eremita & solitaria uita. Nam post prefatam uictoriam, ingressus est eremum. Repperit in uia magnum discum argenteum, quem a diabolo ibi intellexit esse proiectum, increpauit demonem, & protinus discus disparuit. Progrediens uero, inuenit grandem aurum uerissimi massam, & admiratus magnitudinem radiantis metalli, fugit ab eo tanquam ab incendio. Erat tandem peruenit in eremo ad quoddam castellum, uenenatis bestijs plenum, quae Antonio introeunte, fugerunt. Ipse autem introiit castelli lapidis obstruens, solus permanuit ibidem. Et bis in anno per tecnum panem suscipiens, nullum cum deferente panem habuit uerbū. Cumque ibidem per uiginti annos sic permanasset, uenit ad eum turbahominū copiosa, tam notorum, quod infirmorum, quam cupientium uitam eius sectari. Sicut com pulsus, exiuit ad eos tam gratiosus & pulcher in corpore, tam facetus in moribus, quasi inter homines fuisset iugiter conuersatus. Tunc plurimos liberauit ab immundis spiritibus, & multorum curauit infirmates, atque diversa peregit miracula. Aedificauit, consolabatur, inferuixit uniueros, ita quod tunc plures eius cooperant uestigia sequi, & eremum inhabitare, ac eius discipuli fieri, qui & regulam docuit conuersandi. Deinde tempore procedente, cooperunt innumerabiles monachos millia in solitudinibus habitare, & deo altissimo in omni sanctitate atque iustitia ministrare.

Quinto laudat felix Antonius a fortitudine animi. Cum enim persecutio imp̄ijissimi Maximiani exurget, Antonius martyribus se coniunxit, & eis in carcere ministrauit, confortauitque corda eorum, & morti adiudicatos, pro sequebatur usque martyris locum. Quamobrem iudeo iratus, iussit eum a ciuitate expelli. Ipse uero intrepidus lauans uestem suam, die sequenti in eminenti se posuit loco, carenti ueste praecinctus, ut suo aspectu procedente iudicem prouocaret. Tamque feruene optauit mori pro fide, quod plurimū tristabat, eo quod sibi martyrium cupiebat corona martyris non daba. Infūper, cum Balacius dux Aegypti uir Arrianus uastaret ecclesiam, intantum, ut uirgines monachosque nudatos, publice flagellareret, scriptit ei Antonius: Video iram dei super te uenientem, desine persequi Christianos, ne plaga dei te occupet. Legit infelix epistolam, & densit, atque Antonio minabat. Itaque post quinque dies equus Balacium diecie in terram, sicut ipsius femora lacerauit atque corrossit, ut post diem tertium moreret. Sexto commendat Antonius a magna sapientia & discretione, ac efficacia in exhortando instruendoque alios. Erat equidem tanta fama, quod etiam Constantinus Magnus imperator & filii eius crebro literas miserunt ad eum tanque ad patrem, rogantes ut eis rescriberet. Quibus rescriptis, ne magnam putarent regiam potestate, & ne temporali rumerent imperio, sed mortales & a Christo iudicandos se esse aduenterent, circa subiectos quoque clementiam iustitiamque seruarent, & pauperum curam haberent. Talibus scriptis suscepitis, principes illi uehementissime lætabant. Præterea pagani philosophi mirabilia sancti ac gloriose Antonij audientes, frequenter uenerunt ad eum. Cumque quadam uice duo uiri ad eum uenissent, dixit: Cur ad hominem stultum uenistis? Responderunt: Non ad stultum, sed ad uirum ualde sapientem uenimus. Dixitque eis: Si ad stultum uenistis, superfluum aſsumpsisti laborem: si autem ad sapientē, imitari me congruit. Alia uice dum quidam philosophi eum irridere optarent, quoniam iras ignorauit, dixit ad eos: Quid prius est, Intellectus an literae? & quid horum alterius est origo? Responde runt: Intellectus. Intulitque Antonius: Ergo qui intellectum habet incolorem, literas non requirit.

Eras

DE SANCT. ANTONIO.

XXXVIII.

A Erat autem beatus atque gloriosus Antonius affabilis & iucundus, non rigidus & sylvestris, & tan te efficacia in loquendo, quod nullus ad eum frustra uenit. Imo si quis morore cordis affligebat, tristitiam uertit in gaudium: si ira fuit commotus, in mansuetudinem uertit eandem; si concupiscentiae fuit seftator, pudicus & castus effectus est: si paupertatem suam grauiter tulit, deincepsū gaudiū eam sustinuit. Septimo commendatur a grata prophetia, atque celestium multitudine visionum. Multa enim secretissima futura ei reuelauit spiritus sanctus. Nam Arrianæ hæresis persecutionem per duos annos predixit. Sancti quoque Ammonis animam uidit ab angelis ferrī in cœlum, sicut & animam beati Pauli primi eremiti. Deinceps quodam die sensit se raptum in spiritu, atque ab angelis portari in altum, occurseruntque daemones, ascensionem eius impeditre conantes. Angelis autem quærantibus, quare hoc facerent, cooperūt daemones obſcere, quicquid culpæ in Antonio unquam fuit. Quibus angelis responderunt, non debere eos illas commemorare, quæ ante monastice uite assumptionem fuerūt in eo, sed si quis incurrisset culpas postquam monachus factus est. Tunc deficitibus demonibus, liber Antonius patet ascensus, & statim rediit ad seipsum. Iterum dixit beatus atque gloriosus Antonius: Vidi aliquando diabolum excelsum corpore, qui se habere dei uirtutem ac prouidentiam ausus est dicere, & dixit ad me: Quid uis tibi donari a me Antoni? Ego aut sputum meum in os eius proiecī, & in Christi uirtute me totum in eum inieci. Moxque disparuit. Præterea de sapientia & doctrina, de miraculis atque prodigijs, de prophetis, sanctitate & excellentijs sanctissimi patris Antonij, in libro: *Vitas patrum multa ualde preclaræ leguntur.*

Potremo, cum centum & quinque esset annorum, plenus uirtutibus, mortem suam suis praeditis discipulis. Cæterisque relictis, duos ad se conuocauit, in quorum præsentia tradidit spiritum, fanatis angelis ad eius animam secum in cœlum preferendam, descendantibus. Quorum præsentiam exilaritate uultus sanctissimi atque glorioſissimi patris Antonij, cognoverunt duo illi eius discipuli. Itaque huius beatissimi & sanctissimi patris instruamur exemplis, prouocemur uirtutibus, proficiamus doctrinis, quatenus deo quotidie cum maiori diligentia ministrantes, beatitudinem ad ipsam uerternam.

AD RELIGIOSOS.

SERMO II. Cuiusmodi monastica debeat esse uita, iuxta exemplum sanctissimi patris Antonij.

Patrem multarum gentium constituit te ante deum. Genesis decimoquarto capitulo. Verba hæc de sanctissimo patre Abraam patriarcha literaliter scripta, de felicissimo uiro sancto Antonio optime exponuntur, quem deus omnipotens & excelsus innumerabilium multititudinum monachorum constituit patrem, qui uniuersorum religiosorum magister, dux & parentis rectissime appellatur, cuius uita tortus monasticae conuersationis est forma, cuius doctrina est omnium nostrum institutio optima. Nunc igitur perpendamus, quid de magno & sanctissimo atque glorioſissimo patre Antonio protestetur & scribat magnus & facer ille antistes Athanasius, qui & illius fuit ad tempus discipulus. Cum Antonius adhuc puer esset, literis se fecit eruditus, non ineptis fabulis passus est se implicari, sed omni desiderio flagrans, innocenter habitauit domum. Ad ecclesiam quoque sepe cum parentibus ueniens, nec puerorum lasciuias, nec iuuenium negligenter se uocabatur, nec delicatos cibos quererebat. Ecce quanta fuit innocentia eius, & quanta fuit sapientia eius innocentia decorata. Quæ cum ita se habeant, quid est quod nos religiosi post professionem uite monastice adhuc uanis fabulis delectamur, & seculares rumores, uerba inania & cachinos & dissolutiones mouentia, libentius quam sacra auditus ac recitamus eloquia, cum tamen sanctus Benedictus huiusmodi uerba in sua anathematizauerit regula, & princeps apostolorum hortetur: Si quis loquitur qua si sermones dei: Etenim Paulo testante: Corrumput mores bonos, colloquia mala. Imitemur ergo prophetam, qui ait: Dixi, custodiā uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Psal. 38.

Præterea sanctus pater Antonius in pueritate annis desiderio omni spiritu flagravit. Erubescat ergo religiosus, qui cum longo tempore in ordine fuerit, adhuc piger ac frigidus inuenitur, tardus ad surgendum, debilis ad profallendum; ad ea quæ carnis sunt, Velox, fortis & alacer; ad ea uero quæ spiritus sunt, Grauis & æger. Vereamur quod in Apocalypsi loquitur dominus: Nunc, Apoc. 3: quia tepidus es, incipiā te euomere ex ore meo. Vere his qui cum spiritu cooperine, carne consummantur. Qui pro eo quod quotidie adderent ad seruorem, omni die pigrescant: & cum quotidie diligenter timorationes fierent, omni die fiunt remissiores, atque ad exteriora amplius fusi. Quorum unicuique loqui deus in Apoca. Habeo aduersus te quod charitatē tuam primā reliquisti, Me amor esto itaque unde excideris, & penitentiam age, alioqui uenio tibi cito. Insuper glorioſissimus prof Antonius benedictionibus dulcedinis dei copiosissime, mirabiliter præuentus, innocens habuit in domo sua; ita & nos in domo dñi, in sancto cenobio, in medio fratrum innocentem morem, nullum lædentis, nemine scandalizat̄es, ne peccantes in fr̄s, & cōscientia eorū percutiētes, in Christi Mar. 18: stum peccemus. Ideo nangue hortat Apostolus: Nulli malum pro malo redentes, prouidentes bor Rom. 13:

p. iiiij na

na non tantum coram deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Non quæramus cibaria delicia, quia quæ carnem oblectant, spiritum perimunt, curamq; carnis in desiderijs facere phibemur. ¶ Amplius, electus dei pater Antonius mox ut monachus fieri cepit, se cum omni cordis diligentia ad plenum extendit profectum uitutum, & uniuersorū quos uidit fratrum uitutes considerans, uniuersuīq; imitabat, ita & superabat uitutem. De hoc sanctus Athanasius refert: Vniuersa dei precepta custodiens, memoriam pro libris habebat: sicutq; uitam suam instituens, ab uniuersis puro diligebat affectu. Omnibus quoq; ad quos pergebat obediens, proprias singulorū gratias hauriebat. Illius sequebat iucunditatem, huius mansuetudinem; illius uigilantiam, huius cōtinentiam, al terius legendi industriam: & si uniuersis uitutum seminibus irrigatus, sed in cellula sua, nec una quam contra suos mouebat coæuos, sed in hoc ardenter manebat, ne in præfatis uitutum operibus inueniret cuiquam secundos. ¶ Ex his multipliciter ac saluberrime informarunt. Primo, ut bona aliorum diligenter considererent ad imitandum, & uniuersq; in ea sequamur uitute, in qua magis abundat. Vnusquisq; nang, ut ait Apostolus, proprium donum habet à deo. ¶ Secundo, ut aliorum defectus, quantum ualeamus, pie dissimilemus, nec scandalizemur ex eis, sed interpremur in melius quantum fieri potest, saluo debito correptionis fraternæ & subuentioñis charitatæ, nec aliquem temere iudicemus. Istud utiq; ad probitatem spectat atq; prudentiam. Omnesq; quidē homines sumus, & aliquid defectuostatis in unoquoq; appetit. Quod, modo præacto pie dissimulandum censetur. Sed heu huius oppositum multi in monasterijs faciunt, qui ad obseruanda & enarranda alioq; mala sunt proniores, quād ad intuenda ac recolenda bona eorum, nō obstante quod Salomon cōtestat: Qui obseruator est malorū, opprimeat ab eis. Tales ad temerarij uitutem proclives. Et si pro suis increpēnt excessibus, se excusant per alioq; defectus, & præsidenti obiectū, cur alios, grauiusq; peccantes non increpet nec castiget. Iste sunt uerispelles, peruersi q; sensus hominēs, monachalis uita fundamento carentes, qui alioq; negligēt portus quām uitutes sequunt. ¶ Tertio ex predictis instruimur, ne contra fratres nostros moueamur ira, indignatio ne, impatientia, amaritudine aut rancore, sicut hortat Apostolus ad Ephesios: Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor tollat a uobis cum omni malitia. Eto autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & deus in Christo donauit nobis. ¶ Quarto, ut uniuersi q; conēct alteri, in omni uitutum profecto sincero præcedere, eumq; in omni humilitate, patientia, mansuetudine, charitate, constantia superare, nec in hoc unquam tepefcat, iuxta illud ad Philippien. Nihil agatis per contentionem, neq; per inanem gloriam, sed per humilitatem, superiores sibi inuicem arbitrantes. Tunc ergo nos turpiter succubuisse noscamus ac deploremus, dum pro conuicio, conuicium reddimus, dum alterius improbitate offendimur, dum illata nobis iniuriam uindicamus aut vindicare optamus, cum scriptum sit nobis: Noli uinci à malo, sed uince in bono malum. Et Christus edocuit, ut in unam percussi maxillam, p̄beamus & alteram. Vnde & Ieremias solitarius uerum describens: Dabit, inquit, percutienti se maxillam, saturabit opprobrijs. Cuius rei perfectissimum præbuit se exemplar Christus, qui per Isaiam prædictis: Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus. Faciem meā non auerti ab increpantibus & confuentibus in me. Quid ad hæc dictūs sunt, qui pro leui verbo, pro forefacto permodico offendunt, conquerunt & ulciuntur? scūt scipios! Qualiter isti sequuntur Christi uestigia, qui hortat: Qui mihi ministrat, me sequatur?

¶ Præterea beatiss. pater noster Antonius de singulari fortitudine ac triumpho contra aeras portestate præcipue commendat, quia ut sanctus Athanasius scribit, multipliciter ac grauissime a deuonibus tentabat, quibus inuictissime ac uictoriosissime resistebat. Tentationibus nang de uanitatis & gloria mudi, de uoluptatibus carnis, per fidem atq; memoria dñicæ passionis, p̄ orores assidua, per ieunia magna, & abstinentias ardus, per recordationes distinctionis diuini iudicij infernaliumq; flammarum resistebat. His itaq; modis etiam cunctis nos temptationibus reluctemus, nec fatigemur animo in hīmōi prælio, sed fide & spe roborati, sanctoq; exemplis instruti, tanto robustius resistamus, tanto indeſinentius ac feruentius exercitijs in hæreamus uitutum, passionēq; Christi nostris inscribamus pectoribus, atq; nouissima nra continet premeditemur, quanto validius ad diabolō, carne, seu mūdo tentamur. Non enim corona, nisi qui legitime certauerit: Nec sunt condignae passiones huius temporis, ad futuram gloriam æternalem, quæ prefatib; uitiose certantibus. Sed & honor, labo, gloriōsus & incomparabilis est fructus. ¶ Postremo sanctus pater Antonius etiam corporalitatem à demonibus usq; ad mortem semel & iterum durissime flagellatus est, ita quod uocem amisi & motum. In varijs quoq; ferarum formis, a malignis impugnatius spiritibus, mansit inuictus, nec formidauit reportari, ac reuerti ad foueam, in qua fuerat tam dire pœnitus. Elias ergo exemplis omnem puerilem abnegiamus formidinem, & cōstantes simus in domino, cum Propheta dicentes: Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo?

SERMO. III. Contra temorem, & quod diaboli insidiae spūali alacritate uincant.

Vix poterit similiter tibi gloriari Ecclesiastici xlviij. Verba hæc de magno & admirabili illo Elia ad Iram scripta, de beatiss. patre Antonio digne accipiunt. Huius nang præclarissimi

A mimagni Antonii tanta est excellentia, tam admirabilis Iaus, tam singularia quoq; præcosnia, ut de ipso ualde specialiter afferatur: Non est inuentus similis illi qui conseruaret legē ex celi. Et iterum: Quis poterit similiter tibi gloriari? ¶ Porro, quis debeamus eum uicung; pro uiribus imitari, magisq; positus est nobis in admirationem & humiliationem, q; in imitationem seu adæquationem, quatenus excellentiam suæ uitæ pensantes, nostram qualemq; conuersationem reputemus pro nihilo, & in humilitatis abyssum nos deprimamus. Quid ergo de eo refert eius Legenda? imo Athanasius patriarcha archipresul & doctor, qui tanta fuit autoritas in diuinis scripturis, q; nullus unq; auctor fuit eum negare, ut in prima parte summa sua recitat S. Thomas, quemadmodum nec Gregorii Nazianzenum secundum beatum Hieronymi, inquit, & uigiliarum tam patiens erat, ut credulitatem uiribus uinceret, hoc est, tantis abstinentijs atq; uigiljs se afflxit, ut credi non ualeat. In orationibus pernoctabat Hieron. saepissime. Edebat semel in die post solis occasum. Interdum biduo ac triduo permanxit ieus nus, quarta die se reficiens. Sumpit autem panem & sal, & potum aquæ permodicum. Membra uero quieti dans, iuncto contexto atq; cilicio utebatur, & saep super nudam humum iacebat. Ecce qualiter corpus suum iugiter castigauit. & in seruitutem animq; illud rededit. Si ergo 2. Co. 9. uir tantæ innocentia, innocens corpus suum tractauit tam dure, quid oportet nos facere? Nā & ab immoderata sumptuone panis & aquæ docuit præcaendum. ¶ Præterea, si magni sanctorum hunc in præactis corporalibus exercitijs assequi nō ualeamus, saltem in interioribus exhortationibus cordis eum sequi conemur. Ipse etenim merita laborum suorum nequaquam temporum longitudine computauit, sed semper tanquam in principijs constitutus, ad profectum diuini timoris seipsum amore atq; spontaneo excitauit obsequio, nouis meritis cupiens semper augere præterita, memor Apostoli qui testatur: Præterita obliuiscens, in anteriora ex Phil. 3. tendo me ipsum. Meminit quoq; Eliae prophetæ dicentis: Vinit dominus, in cuius conspectu 3. Reg. 17. sto hodie. Et differebat, cur hodie esset appositum, quia nō computauit Elias præteritum tempus, quo deo seruauit, sed tanquam quotidie in certamine positus, talem se cupiebat præbere, qualem sciebat esse dignum dei cōspectibus, utpote cor purum, diuinæ uoluntati obediens semper paratum. Ex his reprehenditur, & damnatur cæcitas & ignavia nostra, qui quasi pro magnō aliquo cōputare solemus, alijsq; referre quod multis annis in ordine fuimus, & nō potius us uerecundamur ac deploramus, quod in tot annis non solum tam parum profecimus, sed tantas demum culpas negligentiasq; incidimus, atq; à pristino feruore ita tepuimus, ut uidea mur inter illos posse computari, de quibus prædictus Salvator: Refrigescet charitas multorum. Mat. 24. Resipiscamus ergo ab istis infanis, & q;tidie sicut nostra requirit professio, proficere enitamus, memores doctrinæ electissimi huius Antonii qui dicebat: Hoc sit primū & commune cunctis mandatū, nullū in arrepti propositi uigore lassescere, sed quasi q;tidie inchoantem augere semper quod ccepit, præsternit cū humanæ uitæ spatiæ & æternitati cōparata, breuissima sint & parua. Ita exorsus paululum siluit, & admiratus nimis largitatem, adiecit: In præsenti æqualia sunt pro rerum cōmutationibus precia, promissa autem felicitas sempiterna, uili precio comparatur: nam breui tempore huius uitæ potest quis eam promereri ac adipisci. ¶ Præterea ultra præhabita adhuc magnæ nimirū sunt excellentiæ uitiosissimi huius Antonii. Nam inter illius temporis homines primus ingressus est eremū, quantū ad id quod sciebatur. Nam quāuis gloriissimus Paulus Thebæus ante introgressus fuisset desertum, hoc tamen tunc latuit omnes. In hoc ergo patuerit mētis sua feruor, cōstantia, imperterritus animus, fortitudo, ac cōfidentia, quod autam & horrendā solitudinem sic intravit, & castellum uerustum uenenatis animalibus plenū, introitum tam audacter. Ad cuius aduentum grādis turbā serpentū q;si per se quitionē passa, mox fugit. Ipse uero ibidem p̄ uiginti annos solitarius in tanto māst silentio, q; nec cū apportatibus sibi panēbis in q;libet anno, ullum habuit uerbū. Tāto ergo exemplo discamus corde cōstanti semper in deo cōfidere, nec magis in nocte aut solitudine, quā in die aut in frequētia hoīm formidare, in cella libēter sedere, silentium diligenter aut stricte seruare, neq; facile egredi aut uagari, omne tempus fructuose expēdere, & cōtra inuisibilis hostes insuperabiliter dīmicare. Nempe ut idem sanctus dixit Antonius: Nō potest mentem stabilire in deo, qui non potest corpus suum seruare in uno loco. ¶ Insuper multis & ineffabilibus gratiarum muneribus decorauit creator hunc sanctum suum, & eremiticæ ac anachoreticæ uitæ principem & magistrum constituit eum. Primo itaq; ornauit eum sublimiter gratia sapiētiae salutaris, scientia doctrinæ moralis, intelligentia scripturarum, abundantia doctrinarum, ita quod fratribus regulā uitæ eremiticæ sapientialiter contulit & prefixit, habuitq; gratiam admirabilem in docendo, exhortando, consolando, & corripiendo. Secundo ornatus fuit sublimiter gratia prophetæ. Tertio, gratia ac uitute miraculorū. Quarto, desiderio sustinendi martyrium,

D. DIONYSII CARTHV. ENARR. SERMO I.

tyrium. Quæ omnia & alia præiugia eius magnifica, patent in eius Legenda, in qua tamē multa ualde omessa sunt, quæ in uitis patrū, atq; in uoluminibus Cassiani pro parte habentur, ubi multa scelerissima ipsius documenta, gesta ac signa conscripta sunt, qui inter cetera dixit: Magna arma contra dæmonum rētationes ac uitia, sunt uita sincera, & fides ad dñm intemerata. Credite experto. Pertimescit satanas recte uincere uigilias, orationes, ieiunia, mansuetudinem, uoluntariam paupertatem, gloriæ uana cōtemptum, humilitatem, misericordiā, ira deiectionem, & præcipue cor purum circa Christi amorē. Nouit tērremus coluber Christi præcepto iacere sub iustorum uelutigis, quoniam Christus dixit: Ecce dedi uobis potestatem cōcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici. Si alacres in deo fuerimus, & futurorum bonorum inflammerit nos affectus, si semper oia dei manibus cōmittimus, & inuocemus eius in desinēter auxiliū, nullus dæmonii nos expugnare ualebit. Vna est ratio uincendi diabolū, spiritualis laetitia ac iugis recordatio dei. Imitemur ergo fratres hūc doctorem, ducem, & principem omnium monachorum, eius exemplo strenue inchoemus, nū riliter prosequamur, salubriter perseueremus. In professione ista monastica, nō solum peccata in seculo contracta nō iteremus, sed digne etiam deploremus, atq; in omni uirtute infatigabili crescer studeamus, reminiscētes quemadmodū quadā dñe præclarissimus pater Antonius cum orare cœpisset, sensit se raptum in spiritu, & in altū ab angelis ferri. Prohibētibus autem & itipendre ualentibus dæmonibus ascensum ipsius, sancti angelii causam reniſionis quæ rebant. Cumq; dæmones peccata Antonij ab exordio replicarent, angelis respōderunt, non debere eos obiūcere p̄ctā Antonij in seculo habita, quæ Chripi pietate erant deleta, sed si aliqua incurrisset, ex quo monachus fuit effectus. Cumq; iniqui sanctum multipliciter atq; mendaciter accufarent, & probations eis deefissent, liber patebat Antonio sancto aſcēſus. Vnde docemur, q̄ uile ac impium sit, post monastica uitæ professionem agere negligenter, nec tā uocatione cōuersari condigne, quod nobis heu pigris ac negligentibus, potissimum passionatis & quotidie recidivatis, uehemētissime est timēdumitū non desperemus, sed saltē de cætero memores sumus nostræ professionis tā negare & frangere, mortificare & uincere studeamus nosip̄os, opusq; dei persoluere reuerēter: sobrie, iuste, & pie uiuamus in cœnobio, & in omni custodia custodiāmus cor nostrū: breuitatem uitæ præsentis, & perpetuitatem sequentis assidue perpēdamus, ut ita quotidie cum maiori feruore ac spirituali iucunditate domino serviamus. Pro q̄bus oībus obtinendis ac adimplendis, beatiss. patrem nostrū Antonium non solum hoc die, sed & cūctis diebus uitæ nostræ deuotissime inuocemus, tanq; specialissimum omnium religiosorum patronum apud altissimum, cui honor & gloria in æternū.

¶ Cetera huic festo opportuna, require in communi sanctorum.

¶ In festo sancte Agnetis virginis & martyris.

SERMO I. De uita sancte Agnetis, quomodo sit imitanda, & quid homo per diuinam gratiam possit.

Nebulosis deus in sanctis suis, Psalmo sexagesimo septimo. Merito cantat sancta ecclesia, de creatore uniuersorum omnipotenter Deus qui licet sis magnus in magnis, mirabilis tñ gloriōsū operaris in minimis: quod in beatiss. virginis Agnete pater clarissime. Magnalia enim ac præclarissima fecit per cā deus miracula, quæ sanctus doctor Ambrosius diligēter & elegāter descripsit. ¶ Itaq; magna & multiplex fuit excellentia huius sacratissimæ uirginis. Prima, quia cū adhuc nō nisi tredecim esset annorū, tantā ei spūs sapientiā atq; cōstantiā præstisit, q̄ nullus ei gentilis quiuit resistere, neq; per p̄spora & blanda p̄missa, neq; per aduersa & comminationes atq; tormenta potuerunt eam a Christo auertere. Cū enim beata Agnes natione Romana, ex deuotis nobilibus & diuitiis orta parētibus, esset speciosissima, filius p̄fecti Romanorum eam ardentissime habere concupiuit uxorem. Et per seipsum & p̄ amicos alloquutus est eam, omnemq; mūdi gloriā ac opulentia ei pmisit & obtulit. Cumq; beata Agnes nullam ei audientiā daret, asserens se aliū habere sponsum, ipso incomparabiliter nobiliorē, pulchriorem, sapientiorem, ditiorem, potentiorem, & in amore sinceriorem, uidelicet Christum, iuuenis ille p̄e amoris uehemētia infirmari, & lecto cœpit prosterni. Porro pater iuuenis præfector, nomine Symphronius, his auditis, interrogauit q̄s esset sp̄s, de cuius excellētia se Agnes iactaret. Cumq; audisset, quod Christiana existēs, Chfm diceret suū sp̄s, præcepit eam præsentari suo tribunali, & primo seorsum blāde eā hortabatur, ut suo nuberet filio, deinde minas adiunxit, sed nullo modo eam flectere potuit. ¶ Secunda sancte Agnetis excellentia est, gloria & potestas miraculorum, quæ in ea & per eam fecit altissimus. Cum em̄ præfector fecisset eam nudari, ut nuda ad prostibulum duceretur & pollueretur ab omni

DE S. AGNETE.

Fol. XC.

A omnibus, statim diuina uirtute crines eius sic prolōgati ac multiplicati sunt, ut eis aptius quā uestibus tegeretur. Ingressa autem turpitudinis cameram, inuenit angelum dei ibidem, qui lo cum illum copiosissima claritate impleuit, candidissimam quoq; stolam præsentauit Agneti, quam induit ipsa. Interea præfecti filius adueniens, putans se uirginem sanctam, posse cognoscere, cum eam uellet amplecti, à diabolo p̄focatus cecidit mortuus, quem paulo post ad præfecti instātiā beata Agnes resuscitauit. Qui resuscitatus, publice exclamauit: Vnus est uerus deus Christianorum, & omnia idola uana sunt. Visis tot mirabilibus, obſtupuit præfectus, recessit tristis, quod beatam Agnetem non potuit liberare. Deinde Aspasius præfecti uicarius, iussi in præsentia omnium magnum fieri ignem, & eam iactari in illū. Quo facto, mox in duas partes diuisus est ignis, Agnetem nō lædens, sed infideles hinc inde comburens. Tūc Aspasius iussi gladium gutturi eius infigi. Sicq; Christus eam sibi consecrauit in sponsam ac martyrem. Præterea post obitum sancte uirginis huius, deus eam magnis honorauit miraculis. Cum enim ad eius sepulchrum Christiani orarent, irruerunt super eos pagani, & projectionibus lapidum quosdam læserunt, & aliquos occiderunt. Sanctam quoq; Emerentianam uirginem, beatissimam Agnetis consolam & collactanciam, iuxta illius sepulchrum lapidauerit. Quo facto, ecce rot corsications atq; tonitrua eruperūt, quod paganorum illorū pars maxima expirauit. Dum etiam parentes sancte Agnetis cum alijs Christianis ad eius monumētum in orationibus pernoctarēt, uiderunt exercitum uirginum aureis uestibus indutarum, inter quas conspexerunt beatam Agnetem, atq; ad dexteram eius agnum niue candidiorem, quæ dixit parentibus: Videte ne me quasi mortuam lugeatis, sed cogitat lamini mihi, q̄a cum omnibus isti cælestem mansionem acceperūt. Post hæc Constantiam uirginem ac reginā, Constantini Imperatoris filiam, toto corpore hulceribus ac uulneribus plenam, ad corpus sancte Agnetis orante, deus precibus ac meritis sancte Agnetis curauit plenissime. Alia quoq; innumerabilis pene miracula de sacra uirgine hac leguntur. ¶ Ecce ex ihs de beatissima Agnes te breniter tactis, multipliciter informamur. Primo, quā infinita sit omnipotētia domini nostri Iesu Christi, qui unam puellulam tredecim annorum, tantæ sapientiæ, tam mirandæ eloquentiæ, tam inuictæ constantiæ, tam uictoriosa fortitudini fecit. Merito dixit Apostolus: Phili. 4. Omnia possum in eo qui me confortat. Quemadmodum enim sine uirtute & gratia Christi nil possumus, ita per fidem & gratiam eius omnia possumus, præsertim cum ipse in euangelio protestetur Marci nono: Omnia possibilia sunt credenti. Vnde & passione instantē, dixit: Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem nādo. Ideo nullus nostrum pusillanimis sit aut formidolosus in aggrediendo opera iustitiosa, & ad proficiendum in eis, considerando propriam infirmitatem, insufficientiam, instabilitatem, sed speret in domino, & eius semper implorēt auxiliū, certus quod ipse dominus deus noster omnipotens sit, atq; ad succurrendum paratus, dummodo fiducialiter & constanter eius gratiosam inuocemus opem ac assistētiam. Nullus etiam culpam, imperfectionem, torporem, & negligentiam suam inuicti excusat, dicēdo: Non potui hoc aut illud malum uitare, seu bonum illud uel illud patrare. Hoc enim non est nisi peccatiū peccato adjicerē. Propter quod deū rogauit prophetā: Non declines cor meum in uerba malitiae, ad excusandas, id est, excusato: Psal. 14. rie proferendas, excusationes in peccatis. Nempe si homo fecerit quod in se est, deus indubitanter gratiæ suæ impenet subliuum, nec ipse pius ac sapiens deus impossibile aliquid præcipit aut requirit. Accusemus ergo semper ex corde nosip̄os humiliiter, & occurrentia nobis ad uersa patienter feramus, dicentes illud Iob: Peccani & uere deliqui, & ut eram dignus nō recepi. ¶ Secundo ex prædictis docemur, quā immēta sit misericordia & liberalitas dei in suis eleſtis, qui uirginem illam sanctam Agnetem rā gratiissimè præuenit, tot gloriatum charismatisbus eam replēdo. Cū ergo ut princeps apostolorum testatur Actū desimo, Non sit personarum acceptor deus, nō diffidamus quin & nobis pauperrimis deus eter nus paratus sit pie ac liberaliter subuenire, & animas nostras uirtutibus decorare, dummodo eum cum diligentia iugiter exquiramus, ei super omnia complacere, adhērere, synceritq; seruire optātes. ¶ Tertio, per hoc quod in præfata uisione cādidiſsimus agnus ad dexterā sancte Agnetis apparuit, deus monstrauit, quā magna fuit innocentia ac puritas huius sacratissimæ uirginis. Docemur quoq; ex dictis, quā agat omnipotēs deus pro suis sanctis, & quantū uirtutes ei complacēt, propter quas tā operatur miracula. Itaq; & nos huius præelecta uirginis imitemur uirtutes. Si pro Christo tyrānorū persecutions ac poenās superare nō possumus, saltem à propriis motibus inordinatis nō superemur. Non uincamur ira, superbia, cupida, impatientia, aut concupiscentia carnis. Specialiter vero uirgines & puellæ, pudicitia, grauitatem, prudentiam, puritatem sancte Agnetis sequamini, omnes leuitates, locuacitas tes.

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO II.

tes, lasciviasq; uitantes, & sanctam Agnetem in speciali honore habete, eam diligite, aspicite, D*iuocate, ut cum ea aeternam habeatis salutem.*

¶ AD RELIGIOSOS.

¶ SERMO II. De ferenti & perfecta charitate, zeloq; proficiendi.

OMNIA arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam ad Philippenses tertio. Congruas entissime verba hac in beatissimae virginis ac martyris Agnetis praeconium, atq; ad nos stram edificatione assumpta sunt. Nempe ut in eius Legenda sanctus doctor refert Ambrosius, cum filius prefecti Romanorum amore virginis huius inebratus, omnia seculi huius preciosissima ac speciosissima ornameta, diuitias & honores, voluptates atq; familias promitteret, ipsa nullatenus est attracta, nec talibus affectata, sed in puritate diuinam amoris immobilis perseverans, adolescentem increpatiorum dedit responsum: Discede, inquiens, a me formes peccati, nutrimentum facinoris, pabulum mortis. Quid ad ista dicemus? Ecce una tredecim annorum puella, in diuinae dilectionis sinceritate extitit tam perfecta, quod cum Apostolo uerissime dicere potuit: Scio quia nec mors, neq; uita, neq; creatura aliqua poterit nos separare a charitate dei. Et nos tot annorum curriculis ueterati, tam cito, tamq; facile, ino & tam frequenter a charitatis puritate abducimur, inordinate affectimur, & in desideria prava dilabimur. Vbi est timor noster, fortitudo nostra, patietia nostra, & perfectio uiarum nostrarum? Etenim adhuc species decipit nos, & cōcupiscentia subuertit cor nostrum, quia si aliquid curiositas aut speciositas seu appetibilitas in rebus exterioribus, apud alios cernimus, mox illud appetimus, obtinere satagimus, ut simile nobis fieri procuramus. Heu quam cito per prospera & aduersa, per blandia & comminatoria, per dona, per obsequia, plaudes, honores atq; promissa aeternitatis limite labimur, a deo abducimur, a fonte beatitudinis elongamur, nunc huc, nunc illuc impellimur: & cum iustus sit quasi fons dampnum aeternum, & tamen lignum circa aquarum fluente plantatum, nos nihilominus instar pulueris uento proiecti a superficie terrae, per passionem immoderantias, per uitiorum inquietudines, per iras, tristitias, uanitatis undique agitamur. Ecce admirabilis & premirabilis haec puella, a nobilissimo iuuenie illo tam amores affata, tot obiectis fortissimis ab ipso ualide impetita, a rigore iustitiae non est flexa, non molle & femeineum dedit responsum, nec ullum ei ad se largita est aditum. Nos econtrario uno adiutorio aut commendatorio uerbo, aut modica exhibitione reuerentia emolliimus, deejcimur, & obliuiscimur domini dei nostri, iustitiam relinquentes, & alijs illicitis acquiescentes. Insuper cum sacra hac adolescentula ditisimorum esset proles parentum, & tot ei temporalia preberentur, ad nihil illorum inorditatem affiebatu: & nos religionem ingressi, monastica uitam professi, ad paupertate spontaneam uoto astrixi, nec solum obligatires ipsas relinquere, sed ipsas quoq; cupiditates et nos tristis cordibus futilitus extirpare, quatenus soli deo toto corde affectiamur, adhuc ad minima queq; atq; uilissima male accendimur, inordinatis affectibus maculamur, ita quod si ea nobis tollantur, peiorentr aut amittantur, non mediocriter perturbemur. Nunquid simplificauimus corda nostra in deo? Nunquid constabiliuimus nostros affectus in eo? Nunquid toto puroq; corde diligimus deum? Heu quod cum Apostolo & Agnete dicere non meremur! Existimo omnia detinuum esse propter eminentem scientiam charitatis domini nostri Iesu Christi. Eti Omnia arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam. Et nunc si est penitentia, super hoc percutiamus fcedus cum domino deo nostro, ut proejciamus alienos, carnales, seculares affectus, ctenus tota nostra affectio, intentio, occupatio sit in deo. Non a nostra excidat memoria, quod filii Aaron, Nadab & Abiu occisi sunt, quoniam ignem alienum in suo posuerunt thuribulo. Thuribulum nostrum est mens nostra, in qua alienum succendimus ignem, quoties prauis inflammamur affectibus, quoties impatiencia exstremus, quoties ira excccamur furore, ita quod ratione iam quasi sepulta operamur insipienter, impetuose & in honeste, sic quod merito derideremur, nec tamen aduertimus, quoniam ira in sinu stulte regescit. Et qui impatiens est, operatur stultitiam. Porro est aliis ignis bonus, & optimus, de quo in euangelio loquitur Christus: Igne ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut accendatur? Igne iste suauiter ardens, debet semper in cordis nostri ardere altari. Qui ignis est charitas feruus ac sancta, in qua quotidie crescere nos oportet, si ad perfectionem tendere atq; pertingere, prout nostra requirit professio, uolumus. ¶ Præterea forsan quis dicat: Quid mirum, si sacra uirgo haec Agnes tantæ fuit perfectionis in charitate & animi firmitate, quam tam gratiosissime ac copiosissime deus præuenit? Sed nunquid abbreviata est manus dominii? Nunquid apud deum est personatæ acceptio? Nonne prope est dominus inuocantibus eum: Nonne abundatia pietatis sua & merita supplicum excedit & uota? Nonne si direxerit hominem ad deum cor suum, spiritum illius & flatum ad se traher? Cur ergo adjicimus peccatum su

Phil. 3.
Ibidem.

Luce 12.

A. 10.
Psal. 144.
Iob 34.

DE SS. FABIANO ET SEBASTIANO.

FOL. XCI.

A per peccatum, negligentias nostras & pigritias excusando? Certe si faceremus quod in nobis est, & cum omni diligentia uitaremus peccata, omni quoq; diligentia custodiemus cor nostrum, & viscera misericordiae dei nostri fiducialiter ac incessabiliter inuocaremus, non dubium quin benigniss. Deus cito nos exaudiaret, atq; splendoribus impletet animas nostras, charismatibusq; supernis gratiosissime nos ditaret. ¶ At uero si queratur, quod electissima uirgo haec Agnes, in xiiij. uita sua anno, tantæ potuit esse perfectionis, tanti seruoris, tantæ sapientie, tantæ quoq; constantie, qualiter etiam in his poterimus eam sequi: Respondendum, qd Deus omnipotens, qui est mirabilis in sanctis suis, istud operari facilissime potuit, et sic fecit. Impleuit intellectum virginis huius fide firmissima cum rationibus credendorum, sapientie dono, sancta discretione. Impleuit & uoluntatem ipsius charitate præferuida, spe ingenti, fortitudine qd est donum, timore castissimo. Ipsa demum bona inclinationis arq; egregia indolis adolescentula, inspirationibus spiritus sancti promptissime acqueuit, & gratia eius cooperabatur, ac fere uide laborauit pro incremento uirtutum. Sic ergo faciamus et nos. Audiamus quid loquatur Psal. 67. in nobis dominus Deus noster per diuinos instinctus, per inspirationes angelicas, per scripturarum eloquia, per suos uicarios nostros prælatos, & omnibus his prompte obtemperemus. Coopemur gratia Dei, exequendo uiriliter ad quod illa inclinauerit, & pro incremento uirtutum indefessè conemur. Vnusquisq; nanque secundum laborem suum recipiet. Vult quippe x. Co. 3. supersapientissimus Deus, ut paulatim perficiamur, & cum labore, temptationibus, ac tribulati onibus perfectionem adipiscamur sic laborando ac patiente, adeptam perfectionem magis apprecepimus, diligenterq; seruemus, nec preciosissima Dei munera ex obtinendi facilitate paruipendamus, sicut ea cito perdamus, & de ingratiudine ac reciduo grauius judicemur. Nempe ut Salomon loquitur, Substantia festinata minutetur, quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicatur. Itaq; cum gloriosa uirgine ac martyre ista, immobiliteretur cor nostrum in Deo, neque in cibo, potu, somno, uestitu, domicilio, aut alijs quibuscumque aliud intendamus, queramus, aut acceptemus, nisi quod nobis accommodum, necessariumve consitit, ad seruendum complacendumq; Deo. ¶ Amplius in uirgine sancta Agnete contemplemur, ueneremur, ac collaudemus imminutatem pietatis ac munificientia Dei, qui eam tam benigne præuenit, & tam exuberantissima gratia locupletaverit dignatus est: omnipotentiam quoque Dei, quæ tam supnaturaliter ac mirabilissime in hac ipsa opatu est uirgine, cui tantam dona uit sapientiam diuinorum, tantam notitiam scripturarum, tantam scientiam contra idolorum culturam, tantam item constantiam in aduersis, robustisq; animi ad sustinendum martyrium, tam præclara demum miracula fecit per eam. Sed & sapientiam Dei misremur in ea, quoniam supersapientissimo conditori, qui infirma mundi elegit ut fortia queque confundari, placuit per puellam hanc teneram etate tredecim annorum, expugnare, dejcere, & sibi subiucere Romanum. Tanta enim prodigia per sanctam Agnetem fecit Christus in uita & morte, atque post mortem ipsius, quod pars maxima Romanorum, idolatria refutata, fidem Christi est ampliata. Inuocemus ergo & honoremus uirginem ac martyrem tam preclaram, & per ipsam dominum exoremus, quatenus animas nostras tam copiose illustrare dignetur, tamq; præualis de inflammare, ut affectuosissime contemplemur, quam incomparabiliter sit Deus præ uniuersis creatis amabilis, pulcher, dulcis & appetendus ac honorandus: sicq; eius intuitu & amore omnia ista carnalia & terrena uilepedamus ut stercora, ut Christum lucrifaciamus, & eum beatis in regno possideamus cælesti, & nunc ei per charitatem simus semper coniuncti. ¶ Postremo, quemadmodum innocentissima Agnes noui solum exteriora haec omnia, sed seipsum quoque propter Christum reliquit, contemptis, ac morti obtulit, & nos uotum obedientie fideliter impleamus, prompte, charitatue, atq; hilariter obedientes in omnibus, & nos ipsos Deo in holocaustum quotidie immolantes, cunctaq; uana, curiosa, superflua resecantes. Ad laudem & gloriam omnipotentis &c.

¶ Cetera huic festo opportuna, teq; de S. Catharina, & in communione sanctorum. ¶ IN FESTO sanctorum martyrum Fabiani & Sebastiani.

¶ SERMO unus: De pontificia dignitate sancti Fabiani, & de sancti Sebastiani martyrio, & de seruanda patientia.

AE sunt duas oliuæ & duo candelabra in conspectu doministantes. Zacharia q̄rto. Beatissimi patres isti, Fabianus & Sebastianus, recte duas oliuæ uocantur, quia misericordie actibus pleni fuerunt: duo quoque candelabra, ga per lumen gratiae ac sapientiae in eorum cordibus possum, multos ualde illos luminauerunt. Deniq; sanctus Fabianus ciuis fuit Romanus, qui iuxta dorsum Apolloni, non assunxit sibi propria authoritate honorem, nec se met

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO VNVS

Heb. 5. metipsum clarificauit ut pontifex fieret, sed à Deo tanq; Aaron est uocatus. Cum enim defuncto Romano pôfifice, populus Ro. in ecclesia cōuenisset, essetq; inter eos & Fabianus, colubā canida super ipsius caput descendit quo uiso, oñies mirati sunt, atq; in summū pôfificem eū concorditer elegerunt. Qua tertio decimo sui pôfificatus anno, iubente Decio imperatore, pro fia de Christi est decollatus. Ex qbus ostenditur, q; vir fuit eximia perfectionis, ut pote papalis dignitatis officio dignus. ¶ Præterea beatissimus martyr Sebastianus eius Mediolanensis, Diocletiano & Maximiano imp. fuit tam charus, q; prima cohortis ei consulerent principatū, & suo aspectu uoluerūt semper astare. Ipse uero occulte fuit Christianissimus, atq; ob id tam uolum chlamyde detulit militare, ut Christianos quos in tormentis uidit deficere, roboraret. ¶ Hic glorioſiss. martyris propter multa ualde laudabilis est. Primo, à sua fidei firmitate, à sua sapientia eminētia, à charitatis quoq; feruore. Nam eos qui propter pecenay acerbitatē à fidē cōfessionē, à charitatis ardore cedebat, sua fide ac sapientia ex feruissima charitate corroborauit, illuminauit, accendit, ita q; martyrium corde perulterunt constanti. Dum enī Romæ præclarissimi uiti Marcellianus & Marcus, pro fide Christi fuerant decollandi, uenerunt ad eos parentes eorum adhuc ḡtēles, & uxores cum filiis suis, ut per uerba querulosa illos uiros à fide retraherent. Mater namq; hubera sua ostendens, discooperto capite, dixit: O prædulces filii, irūndat me intolerabilis miceror & luctus, perdo filios meos, sponte ad mortem tendes. Pater quoq; senex inter seruorum manus adductus, loquutus est: Filii meis ad mortē uoluntarie pergentibus ualedicturus aduenio. O filii senectutis mea baculi, cur sic mortē diligitis? Venite huc iuuenes, & flete super iuuenes spōte morientes. Venite huc senes, & mecum suū perfiliros meos plorate. Vxores autem eorū dixerunt: Quibus nos & hos pueros filios uestris dimittitis? O quām ferrea pectora habetis, quia parētes despiciatis, uxores abjectitis, filios abdicatis. Inter hæc & multa ijs similia, cooperat uirorum illorum corda mollescere. Tunc beatus Sebastianus prorumpēs in medium, dixit: O fortissimi milites Christi, nolite per misera blāndimenta coronam perdere sempiternam. Parētibus quoq; eorum loquutus est: Nolite tristari, non separabuntur à uobis, sed uadunt uobis parare sideras māisionestram ab initio mundi uita hæc fallax fuit, & amatores suos se felicit. ¶ Secundo S. Sebastianus laudatur ab excelleūtia miraculorum, quæ Deus fecit per eum. Cum enim per uerba prætacta & alia multa uiros præfatos ad martyrium animaret, uxor Nicostrati, in cuius domo uiui illi custodiebatur, mutata in terram prosternēs se, per nutus seu signa ueniam à sancto postulauit Sebastianom. Qui ait: Si uera sunt quæ dixi, aperiat Deus os faciūtū huius. Quo dicto, mulier illa clamauit: Benedic tu sermo oris tui. Vidi enim angelum ante te librum tenentem, in quo scripta erant omnia quæ dixisti. Vir autem ijs auditis & uisitis, procidens ad pedes sancti Sebastiani, sibi postulauit indulgeri. Itaq; Sebastianus non solum præfatos uiros ad martyrium inflammat, sed & parentes eorum conuertit cum alijs multis. Cumq; pater uirorum illorum baptizaretur, à morte gravisimo quo laborauit, curatus est. Quo cognito, Cromatius urbis prefectus, morbo laboras grauissimo, rogauit patrem illum, ut ad se Sebastianum perduceret. Cumq; sanctus Sebastianus uenisset ad eum, rogauit ut curaretur. Respondit Sebastianus, ut primo idola abnegaret, & ea in domo sua à se frangi permitteret. sicq; beatus Sebastianus & Polycarpus factos plus quam ducenta idola confregerunt in domo præfecti. Quo nondum sanato, dixit Sebastianus: Cum nobis idola confringentibus, nondum curatus sis, certum est quia aut infidelitatem nondū abnegasti, aut aliqua idola reseruasti. Tunc præfectus indicauit se habere thalamum, in quo descripta fuit omnis disciplina, dispositioq; stellarum. Et Sebastianus: Quādū, inquit, opus illud integrum haberis, teipsum integrum non habebis. Annuente ergo præfecto ut destrueretur, filius eius Tiburtius egregie indolis, dixit: Non patiar destrui opus tā nobile, nisi duo clibani accēdantur, quatenus Sebastianus & Polycarpus in eis cōburantur, si pater meus non receperit sauitatem. Cui Sebastianus: Fac ita. Dum itaq; opus illud confringebatur, angelus Dei p̄fecto apparuit, & sibi à Christo sanitatem iam redditam nunciavit. sicq; ipse & filius eius Tiburtius, & alij ex eius familia mille & draginta, sunt baptizati. Post hæc cum sanctus Tiburtius iussu iudicis infidelis sup prunas transfixet ardentes illeſus, dicens, Videretur mihi quod super rosas incedā, decollatus est. Marcellianus uero & Marcus stipiti sunt affixi, & lanceis per latera transuerberati. Pater quoq; eorum, nomine Tranquillinus, cū uxore Nicostrati audisset pro fide occisam, ait: Fecimā nos præcedunt per martyrium ad coronam. ut quid uiuimus? sicq; post paucos dies est lapidatus. ¶ Tertio commendatur beatissimus Sebastianus à fortitudine animi, & glorioſo martyrio suo. Diocletianus enī prædicta per cipiens, iussit Sebastianum in campo ligari, & à militibus sagittari. Qui eum ita implauerūt sagittis, ut uideretur quasi hericus. Veruntamen post paucos dies ueniens sanctus Sebastianus,

stes

DE S. VINCENTIO MARTYRE.

Fol. XCII.

A stetit supra gradus palati, & imperatores de suis crudelitatibus cōtra Christianos dure redarunt. Dixitq; Diocletianus iste ne est Sebastianus, quem sagittari præcepimus? Respondit Sebastianus: Ad hoc Deus me resuscitare dignatus est, ut de malis quæ Christianis interrogatis, uos increpeti. Tunc Diocletianus iussit eū suūbus cædi, quousq; spiritum exhalaret. Corpus etiam eius fecit in cloacam iactari, ne à Christianis pro martyre coleretur. Sanctus uero Sebastianus sequenti nocte sancte Lucia apparens, præcepit ut inde tolleret corpus suum, atq; ad pedes apostolorum id sepeliret. Quod illa complevit. Ecce quantum fructum, quanta bona, quanta mirabilia per Sebastianum sanctissimum operatus est Deus, quantum exaltauit per eum fidem catholicam. ¶ Præterea ex passione sancti Sebastiani docemur ad multa. Primo, ut oīm uitæ praesentis despiciamus prosperitatem, nec ob aliquem humanum fauorem, laudem uel gloriam temporalem, relinquamus iustitiam & Dei timorem. Ecce enim uir ille tam gratiosus, tamq; egregius, & omnī temporali prosperitate ita præfulgens, qui etiam in donis natura rā fuit mihi modo dotatus, quām fortiter ac plenarie spreuit omnia prospera seculi, diuitias, delicias & honores, principumq; fauores, nec aliqua formidauit aduersa. Consideremus ergo uanitatem atq; fallacias huius breuissimæ uitæ, & omnem eius prosperitatem, quæ ad perpetuam ducit calamitatem, pro nihilo reputemus: quicquid uero ad æternam beatitudinem nobis proficuum est, amplectamur, & ob illam adipiscēdam cum gaudio partiamur aduersa. Unde ex passione præelecti & sancti Sebastiani docemur, in omni aduersitate & tribulatione incōfussam patientiam conferuare. Exubescamus ergo de impatientia nostra, quod nec modicum uolumus pati pro Deo, imo nec pro propria salute, sed pro uno uero aut signo indignamur, irascimur, perturbamur, obloquimur, cōquerimur, iniuidemus, & pro posse uindicanus nos ipsos. Vbi ergo manebimus, qui à sanctorum uestigij tam longe, imo tam infinite distamus? Emeridemus ergo nos ipsos, & sanctum inuocemus Sebastianum, ut ore pro nobis, gratiasq; sequendi sua uestigia nobis impetrare dignetur: quatenus etiam eius exemplo in Dei & proximorum ferueamus dilectione, & plena spe cōfidamus in domino, atq; in bonis quotidie usq; in finem proficiamus. Ad laudem & gloriā creatoris.

¶ IN festo sancti Vincentij martyris.

SERMO I. De uita & martyrio sancti Vincentij, & deseruanda magnanimitate & tranquillitate interna.

 Abora sicut bonus miles Christi, ij. ad Timotheū ij. Istud apostolicū documentum inuictissimus & uictoriosissimus Vincētius plenissime adimpleuit, si tamen laborasse dicendus est, qui omnia ex tam seruida charitate, tamq; promississima egit ac pertulit mente. Huius namq; præclarissimi martyris multæ & magna sunt laudes, excellentiæ ac uirtutes. Prima laus eius est, perfectio suæ magnanimitatis. Erat quippe magnanimus ualde. Nam dum beatus iste Vincētius genere nobilis, & sancti Valerij præfulis diaconus, cū præfato suo episcopo iussu Dacianis p̄fidis Hispaniæ fuisset post diram incarcerationē Daciano præsentatus, & beatus Valerius Daciano eum mendaciter obiurganti misiter respondisset, dixit ei sanctus Vincētius: No li o pater uenerabilis, quasi trepidus submurmurate, sed libera uoce exclama. Si ergo iubes patrē sancte, iudicem responsis aggrediar, sicq; annuēte episcopo, dixit Daciano gloriōsus Vincētius: Nefarium apud Christianorum sapientiam scias esse, summi Dei cultum abnegando blasphemare. Hæc quoq; magnanimitas sancti Vincentij, in ceteris eius patebit responsis ac uerbis. ¶ Secunda laus est, eius fortitudo & patientia maxima, imo & iuconditas atq; securitas admiranda in supplicijs crudelissimis, ac anteua inauditis. Iratus etenim Dacianus prop̄ magnanimam responsum Vincētij, sanctum Valerium in exilium misit Vincētium uero tanquam presumptuosum, contumacemq; iuuenem, in equilevo fecit distendit, & membris omnis bus dissipari, dixitq; ei: Vbi nunc cū miserū tuum conspicio corpus Vincēti? Subridens sanctus Vincētius: Hoc est, inquit, quod semper optauit. Insurge miser, & toto malignitate spiritu debacchare, uidebis me Dei uirtute plus posse, dum torqueor, q; te qui torques. Tunc præfatu furore clamans, cōcepit tortores uirgis ac fustibus uerberare. Dixit ergo felix Vincētius: Quid dicas Daciane? Ecce tu ipse me uindicas de tortoribus meis. Ad hæc præses insaniens, dixit tortoribus: O miserrimi, nihil facitis! Tunc illi ferreos pectines usq; ad intima costarum uincētis Vincentij infixerunt, intantumq; intestina Vincētij uidebantur. Cui loquutus est Dacianus: Misereris tui Vincētij, ut quæ supersunt tormenta euadas. Respondit Vincētius: O uene nosa diaboli lingua, tormenta tua non timeo. Nil de supplicijs minuas, ut te uictum in omnibus fatearis. Mox iussu Daciani sanctus Vincētius super craticulam positus, igne assatur. Dumq; sanguine eius flamma respurgitur, uulnibus uulnera imprimitur. Sal quoque in

q ij igne

D. DIONYSII CARTH. SERMO I.

igne projectum, in uulnera sancti Vincentij resiliens, flamas auxit, & pœnas multiplicauit. **D**icū sagittæ dolorū usq; ad uiscera intrauerunt interna. Cumq; de corpore uiscera ipsa elaberentur, manst̄ beatissimus martyr Dei uirtute immobilis, constans, iniunctus. Tunc Dacianus præcepit eum teterrimo carceri macipari, pedesq; eius ligno infigi, & eum super testas fractas acutas extentum relinquere, & factum est ita. Ecce q̄ immanissima & inaudita supplicia pertulit miles iste fortissimus pro rege caelesti, quām incredibilem mentis tranquillitatem, q̄ mira constantiam in tam penalissimis habebat tormentis. ¶ Tertia laus sancti Vincentij, est eminētia miraculorum, ad declarationem sanctitatis eius à Deo factorum, tam in passione ipsius quām postea. Cum enim modo pretracto relictus esset in carcere fortis Vincentius, Christus carceris tenebras commutauit in splēdidissimam lucem, asperrimas testas in suauissimos flores, & pedes martyris dissoluuit à ligno. Angeli quoque descendentes, uisitauerunt & consolabantur martyrem, cumq; & ipse cum angelis psalleret super flores deambulans, modulatio dulcis ac mira flos & suauitas procul diffundebantur. Videntes aut̄ custodes quæ siebant in carcere, ad fidem conuersi sunt. Quibus auditis, uelut amens effectus Dacianus, loquutus est: Quid ei amplius faciemus? Ecce enim iam uicti sumus. Sed ne eum faciamus gloriosem, transferatur ad mollem lectum. Quo facto, beatissimus martyr tradidit spiritum. Tunc Dacianus iussit corpus eius in campo ad deuorandum aubus bestijsq; exponi, sed corpus sacrum ab angelis sanctis custodiebatur. Quo cognito, dixit Dacianus: Puto quod nec mortuum potero superare. Præcepitq; corpus sanctissimi martyris, mola ingēti alligata, in mari demergi, ut à marinis bellis deuoretur. Sed corpus sacrum prius ad littus eiusdem est, quām nauta ad terram regre di poterunt. Quod à Christianis, ipso revelante, repertum est, uenerabiliterq; sepultum. Ex his gloriōsi martyris huius triumphis saluberrime informamur. ¶ Primo, ut uerā habere magnanimitatem cōneatur. Dicū autem philosophi atq; theologi, quod magnanimitas est circa magnos honores quoniam ad magnanimum pertinet agere ea, quæ magno honore sunt digna, uidelicet opera excellenter uirtuosa. Vnde ad magnanimum pertinent tardus motus, vox gravis, loquutio stabilis, de rebus quoq; uilibus, paruis, & impertinentibus non se intromittere. Itaq; uana & vilia apernemur, leuitates, discursus, cachinos, instabilitates & loquacitates uiremus, & iuxta doctrinam Apostoli, Meliora & uiciniora saluti queramus & operemur. Videamus in seculo, q̄ homines arduissimis causis intēti, seu coram principe stantes, eisq; colloquentes, parua, uana & leuia non aduertunt, sed corde intento prosequuntur quod eis ita cumbit. Cum itaq; causam habeamus uere incomparabiliter arduam, cum rege caelesti, iudice summo, uidelicet animarum nostrarum operari salutem, & ipsi altissimo debitam impēdes re seruitate, quid nobis cum uanis & frivolis rebus? Cur propter modica perturbamur, & circa inutilia occupamur, & non potius iuxta apostolica documenta, Deo cum metu ac reuerentia defruimur, atque cum timore & tremore nostram operamur salutem? Insuper Aristotele protestante, magnanimus est aspernatiuus, quia despiciatios. Quod intelligendum non est, quasi naturam aut personam aliquius despiciat secundum seipsum, sed despicit alios in quantum à uirtute deficit, culpabilesq; cōsūstunt, nec tantum quenq; apprēciasur, ut pro eo aliquid indecens operetur. Vnde de uiro iusto ait Prophetat Ad nihilum deductus est in conse-
cru eius malignus. Veruntamen alios uenerant, secundum qd dona Dei in eis intuetur. Pro-
pter qd subiunxit prophetat Timentes autem dñm glorificat. Istud in sancto Vincentio euide-
rissime patuit. Dacianū enim, quanuis in seculo magnum, tamē ut perseguitorum atq; idolo-
latram, uehemēter cum contempst, derisit, abhorruit. Ita & q̄libet nostrum in primis spernat
seipsum, in quantum defectuosus est & peccator. Peccatores quoq; in generali, in quantum tales sunt, cōtemnamus, ita ut eis in uitis sociari & cōmunicare corde integrō renuamus. ¶ Se-
cundo ex passione S. Vincentij edocemur, ut in aduersitatibus quanuis magnis, internam ser-
uemus pacem, & tranquillitatem, nec instar puerorum statim turbemur, nec uelut stulti in af-
fectione mutemur, sed stabiles simus & radicati in bono, nec turbulentiae ac iracundiae uerba fundamus, quēadmodum sacer Vincentius in tam crudelissimis penit, tam tranquille loque-
batur, tam sapienter respondit, quasi alius fuisset q̄ loquebatur, & alius qui patiebarur. ¶ Ter-
tio instruimur ex prædictis, q̄ immensa sit Christi potestas, qui tot mirabilia egit in passione
Vincentij, & quanta sit firmitas fidei Christianæ, pro cuius confirmatione tot miracula fecit
omnipotēs, q̄ mirabiliter quoq; uita mentem excēcant, eo quod Dacianus & alij multi tyran-
ni ac perfidi, ex tot & tantis miraculis, quæ non nisi diuina fieri quibant uirtute, non fuerunt
conuersi, sed grauius indurati, magicis artibus omnia imperitissime ascribentes: video quasi à
facie basiliī fugiamus peccata, ne propriæ culpæ obtencremur malitia, sicq; de propria salu-
te paga aut nihil curemus, sed fonti totius lucis ac gratiæ semper appropinquare conemur, ut
ab

Hebr. 6.

Hebr. 2.

Phili. 2.

Psal. 14.

Ibidem

DE S. VINCENTIO MARTYRE.

FOL. XCIII.

A ab ipso quotidie gratiosius illustremur, & coram deo sollicitius ac fructuosius conuersemur.

QAD RELIGIOSOS.

¶ SERMO II. Iterum de magnanimitate, & quām feruenter desideremus corripi & pati.

Ex iuit uincens ut uinceret. Apocalypsis sexto. In admirabili, magnanimi ac uictoriosissimo martyre dei Vincentio, multa nobis proponuntur, omni consideratione ac imitatione dignissima. Primo, magnanimitas eius. Cum enim cum sancto patre suo Valerio præfule oblatus fuisse persecutori atrocissimo Daciano, & sanctus Valerius leuiter respondisset tyranno, dixit Valerio uictoriosus Vincentius: Noli o uenerabilis pater quām timida mente submurmure, sed libera uoce exclama; Si ergo præcipis sancte pater, iudicem responsis aggrediar. Ecce quām magnanime, q̄ imperterritus ac nobile cor, omni fide atq; constantia plenum, ex quo tam liberrimā uerba profluxerunt. Impleuit certe Vincentius miles Christi, quod rex eius Christus præcepit: Nolite, inquit, enī, timere eos qui corpus occidunt, sed eum qui potestatem habet corpus & animam perdere in gehennā. Ea igitur magnanimitate, fide, constantia, & feruore, quibus præclarissimus martyr iste, contra hostem pugnauit uisibilē, nos cōtra hostes inuisibilēs præliemur. Et sicut electus Vincentius Daciano respondit, nefarium apud Christianorum prudentiam esse, cognoscere deum & nesciando blasphemare, ita & nos tentari dicamus diabolo, ut potest quotiescumq; nos sentimus graviter impugnari ab illo, nefarium esse scias male agendo deum negare. Siquidem non verbis duntas, Tit. 10. sed factis quoq; deus negatur, dicens Apostolo: Dicunt te nos deum, factis autem negant. Itaq; cum unicuiq; domino si tanto diligentius ac reuerentialius seruendum, tantoq; promptius obedendum, quāto maior est dominatio eius, q̄to sublimior dignitas constituit, & deus sit infinitus atq; omnino incomparabilis maiestatis, honorabilitatis, ac sanctitatis, nonne facio commissionis negligientia omissionis, deum negare probatur, qui opus eius efficit negligenter, qui in diuinis temporibus & sōpore deprimitur, qui corā altissimo intimorā aut inobedienter se habet, qui sine aduentia orat & psallit, qui puerilibus leuitatibus, uanitati ac risibus audet se occupare etiam tempore diuinorum? Vitemus ergo huiuscmodi mala, & deo superdignissimo ministremus sicut oportet, cum metu & reuerentia, & hoc mense semper humilima, ut pote pauperes fragilesq; uermiculi coram illo, cui celorum exercitus cum tremore affluit, corde ineffabiliter reuerentiali ac humili.

¶ Præterea, ablit à nobis timor omnis mundanus, timor etiam pure seruialis, sed & timor nocturnus & puerilis formido. Non ueremur aspera pati, penuriam suffinere, persecutio-
nes afflictionesq; tolerare, cum per multas tribulatiōes oporteat nos intrare in regnum coelorum, & omnes in Christo pie uiuēre cōpientes, persequitioes uarias patiantur. Nec cum in solitudine aut
tenebris sumus, expauecamus; sed fide, spe, charitate, sapientia, & fortitudine sic stabiliamur in deo,
ut cum sancto Iob dicere ualeamus: Si expauit ad multitudinem nimiam. Et cum Psalmista: Non Iob. 31.
timebo millia populi circumstantis me. Qui rursus fatetur: Dominus illuminatio mea & salus mea, Psalm. 3.
quem timebo? Dominus protector uita mea, à quo trepidabo? Si certissime credimus deum esse
Psal. 101. uita nostrae protectorem, & animarum nostrarum illuminatorem ac beatificatorem, cur inordi-
sti auertere nitebatur. Merito itaque dixit Christus ad eum: Saule Saule, quid me persequeris? Act. 9.
Insuper, quoniam malum culpæ quod infertur animæ, est multo deterius atque nocivius ma
lo pœnæ quod infertur corpori, ideo grauius dānabiliusq; CHRISTVM persequitur, qui ali
quem ad peccandum inducit, aut inducere nititur, quām qui corporale nō documentum tantū
modo infertur, ut sanctus affirmat Bernardus, qui aliquem ad peccandum conatur allice
re, grauius persequitur CHRISTVM, quām qui eius sanguinem effuderunt, sic etenim ait san
ctus Bernardus: Si proprium sanguinem dedit Christus in precium redemptiōis animarum,
nonne tibi uidetur grauiorem pati persequitionem ab eo, qui suggestio maligna, exemplo
pernicioſo, scandali occasione auerterit ab eo animas quas redemit, quām à ludæo qui sanguis
nem

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO III.

August. nem illum fudit: Agnoscite dilectissimi, expauescite, & uitate eorum cōsortia, qui salutem im D pediūt animarum. Iteram ait: An saluatoris animarum grauior potest esse persequitio, quām animas trahere ad peccata? Timeat ergo omnis Christifidelis in aliorum præsentia facere mala, quām beatus aferat Augustinus! Qui in conspectu populi male uiuit, quantum in ipso est, eos occidit à quibus attenditur. Denique, quicunque uult Deo placere, non sibi putet sufficiere, alios non scandalizare, nec prauum facere actum, sed necessarium sibi est aliorum culpis non consentire, nec arridere peccantibus, immo dissentire ac increpare oportet peccantē. Nam qui culpam pro posse non prohibet seu impedit, eam committere dicitur. hinc ait Apostolus: Non solum morte sunt digni qui faciunt mala, sed etiam qui consentiunt facientibus. Item q̄d Rom. 1. Nolite communicare in fructuosis operibus tenebrarum, magis autem redarguite. Ecce chas Eph. 5. Mat. 7. rissimi, quām arcta est via salutis, quām difficile est saluari, & quām longe sunt à salute, qui societatem & communionem habent cum aliquo in peccatis, & qui personam aliquam molnatur ad consensum trahere uitiosum, & qui sine erubescientia ac publice peccant, sicut qui concubinas aut prohibitas feminas habent aut detinent secum, & qui seruos aut consanguineos suos mitrunt aut dirigunt ad opera praua, ad alterius lassionem, ad ultionem illicitam. Sed nunc redeamus ad laudes beatissimi Pauli apostoli, & primo uidēdum, cur potius eius quam aliorum sanctorum celebretur conuersio. Ad hoc multiplex ratio assignatur. Primo, quoniam Pauli conuersio facta est ualde solemniter, ualde quoque miraculose ac euidenter, quemadmodum ex sermone circa epistolam facto, monstratur. In eius equidem conuersione Christus ipse apparuit atque loquutus est, ac copiosissimam lucem defuper fudit, quā undiq; Paulum cinctit. Imo tantè extitit claritatis, quod media die tam præfulgida uidebatur, exteriorēq; Pauli cæcūt uisum: & facta sunt ista in multorum præsentia. Et super omnia, mirabilissima fuit tam repentina ac integra immutatio mentis & uoluntatis ipsius Pauli, qui de pessimo factus est optimus, de inimicissimo amicissimo, de superbissimo humilius. Salomonē etenim contestante, Cor hominis in manu Dei est: quocunque uoluerit, uertet illud. Et hoc Deo omni potenti, creatori altissimo uere est proprium, immediate imprimitere in uoluntatem, eamq; ad libitum immutare ac uertere. Hinc orat Ecclesia, ut Deus compellat ad se & cōuertat nostras etiam uoluntates rebelles. Ipse nanque dum uult, speciali quadam gratia omnem tollit cor dis duriam ac obicem. Secunda huius est ratio, præcipua latitia, quam de gloriis huius conuersione apostoli habuit primitiva ecclesia, & nunc usque ecclesia militans habet. Quemadmodum enim persequitio eius speciali in ingleſit ecclesiæ primitivæ tristitiam, sic eius conuersus peperit ei ingentem lætitiam. Tertia ratio est, propter exemplum, ut scilicet nemo deficeret de uenia & gratia ac uirtutum profectu, quando tam imp̄iſſimum uideret ad tantam uitatum perfectionem, ac tantam gratiæ eminentiam sublimatum. Hinc ait Bernardus: Merito conuersio doctoris gentium festiuſis hodie gaudijs ab uniuersitate gentium celebratur. Conuersus etenim Paulus, conuersonis minister factus est uniuerso mundo. In memoria conuersonis Pauli, peccator spem ueniæ concipit, ut prouocetur ad penitentiam: & qui iam poenitet, perfecta conuersio accipit formam. Quarta ratio est, præcipius fructus, qui toti Ecclesiæ consequutus & ortus est ex gloriissimi Pauli conuersione. Ipse enim præ cæteris omnibus infatigabilius laborauit, ardentius instituit, longius latiusq; discurrevit, & perse ac suos discipulos conuertit populos ualde innumerabiles, sed & per sententiasissimas suas epistolas à principio ecclesiæ usque in præsens, & usq; in finem mundi copiosissime ac saluberrime instruxit, instruit, instrueretq; fideles, & suo exēplo fecit, facit, facietq; hoc ipsum. Propterea dicit Bernardus: Multos olim adhuc in carne uiuens prædicationis officio sanctus Paulus cōuertit ad dominum. Nunc autem in Deo felicissimus, nec modo cessat ab hominum conuersione. Dioco autem, exemplo, oratione, doctrina, id est, suo exemplo, suis orationibus ac doctrinis, multos quotidie conuertit ad dominum. Ipse quoque (ut testatur Chrysostomus) uelut avis penata per totum mundum uolauit, tamq; feruenter ac serioso pro omnium laborauit salute, quasi ipse totius mundi communis pater fuisset: & sicut ferrum in ignem missum, totum quæsi ignis efficitur, sic ipse quasi in charitatis affectum mutatus est. Postremo, quāuis tam gravis uiter ante suam conuersiōem peccauerit Paulus, ipse tamen ad Timotheum scribēs, aliquas liter excusas seipsum, dicendo: Ideo misericordiam consequetus sum, quia ignorans in incredulitate feci. Veruntamen ignorantia ista excusat eum non in toto, sed à tāto. Nam & Iudicij 1. Tim. 1. Co. 2. Actu. 3. C. per ignorantiam CHRISTVM crucifixuram, dicēte hoc ipso Apostolo: Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Vnde facratiſſimus princeps ait apostolorum: Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistiſ, sicut & principes ueſtri. Sed hoc inter ignorantiam Pauli & principum ſacerdotum diſtabat, quod Paulus aliunde fuit uir bonus ſecundum le-

gem

DE CONVERSIONE S. PAVLI.

Fol. XCVIII.

A gem Moysi, sine querela cōuersans, id est, irreprehensibili uires, & ex magnitudine quadam zeli Dei ac legis uidebatur motus ad persequendū fideles. Principes uero ſacerdotū, ſcribē & pharisei, aliūne uitiosi fuerūt, utpote ambicioſi, auari & inuidi, ut ex euāgelio demonstratur. De cuius ergo Pauli p̄ illis misericordiā cōſequi, fuitq; Paulus ex naturali diſpositione uir ſeriosus, ſeruēs & agilis. Vnde quād modum ante in ludaſmo, ſic poſtea in Christianismo ferventissimus fuit, & ualde actiuus. Légitur quoq; in reuelationib; S. Brigittæ uideꝝ, q; dum sanctus Stephanus lapidabatur, B. Paulus quāuis adhuc persequitor, tamē uideſis ſancti Stephaui alacritatem & patientiam in tam graui martyrio, condoliuit etiam quām ignotāti, rogauitq; Deum pro Stephano, ut mortem illam ordinaret ei ad melius. Idcirco oratio Stephani p̄ ſuī lapidatorib; exorantis, effectum ſortiebatur in Paulō. Itaq; exemplo conuersionis Pauli conuertamur plenarie, omnia præterita detestando, defendo ac deriderem peccata, & ſatiſfaciendo pro eis, nec redeundo ad ea. Non enim ſufficit, hoc aut illud peccatum derere, ſed omnia ſimul oportet abijcere, omnem elationem, incōtinentiam, auaritiam, iram, inuidiam, gulositatē, acediam, & uirtutes eis oppositas amplecti, cōſeruare ac exercere, ut cum ſeruenſi ſerioſoq; animo minifremus altissimo. In uocem igitur diuinum & ſanctūm Apostolū, ut iugiter intercedat pro nobis, & gratiam imitandi ſua ueritātia impetrēt nobis.

¶ AD RELIGIOSOS.

¶ SERMO III. Cuiusmodi noſtra ad Deū debeat eſſe cōuerſio, & quāta ſint uigilantia cauenda, que cūq; uel Deum uel proximum offendunt.

B Mitatores mei eſtote, ſicut & ego Christi. primæ Corin. q̄rto. Quemadmodū diuiniss. Paulus apostolus fuit omnium gentium docto uerbo, ita & opere, immo & conuersione ac paſſione. Itaq; in eius misericordiā conuersione, multa nobis proponitūt cōſideranda ac imitanda. Patet namq; in ea Dei misericordia infinita, quia persequitorē ſauuissimū, ſubito conuertit in predicatorē ſidelissimum, apostolumq; p̄cipuum. Quo docemur, ne aliquem temere iudicemus aut cōtemnamus, & ne de aliquo desperemus: quoniam etiā forte ſciamus de aliquo qualis nunc sit, ignoramus tamen qualis paulop̄ erit & prioris nos latet, qualis in prædestinatione conſtitat diuina. Inſuper in Pauli conuersione ostenditur, qualiter & nos de beamus cōuerti. Non enim conuersus eſt, niſi Deo eum misericorditer præueniente, increpat, ac deſciente, deinde & illuſtrante. Siē dum negligenter incipimus agere & tepidi fieri, regularesq; obſeruantias uolamus, non rite compungimur, p̄cenitemus aut respicimus, niſi p̄ueniamur a ſpiritu fānto, cuius illuſtratione aduertamus, quām uiliter & culpabiliter habuimus nos in peccando. Inſuper increpat a Christo Paulus, respondit: Domine, quid me uis facere? & nos ad penitentiam redeuentes, & Deo illuminante, peccata propria cognoscentes, mox ad explenda diuinā mandata nos exhibemus paratos: immo ad omne beneplacitum Dei, ad omne quod ordo requirit monasticus, quemadmodū ad Romanos fertur: Renouami Rō. 12. ni in nouitate ſensus ueſtri, ut probetis que ſit uoluntas Dei bona, & beneplacens, & pfecta. Quicquid etiam nobis pro ſatisfactione & correctione iniungitur, prompte adimplamini: ſuperioribus quoq; noſtri tam parata mente obediamus, ut uoce dicat unusquisq; ac ope præſidenti: Domine, quid me uis facere? Quocirca penitendum, quia ut ſanctus ſcribit Bernardus in ſermonē de ſolemniitate preſenti, quidam in religione ſequuntur cæcū, cui Christus in euāgelio loquitur. Quid uis ut faciam tibi? Alij Paulum qui Christo respondit, Quid me uis face re, id eſt, quid iubes ut faciam? P̄ſilli etenim & infirmi, qui ad obediendum ſunt tardi, qui faciliiter indignantur & murmurant, dum eis ſua uoluntati contraria iniunguntur, per cæcum illum ſignātur. Talibus nanq; oportet ſæpe propriedi ac condescendere, ne grauius ruant ac pereant. Idcirco qui præſident eis, neceſſe habet perpendere quid poſſint ſufferre, & quid uelint ſibi iniungi. Quorum obediētia non eſt plena, ſed plurimum imperfectam multum habet de proprio, & præſidens ſuam uoluntatem magis uideatur ſubijcere uoluntati eorum, quām econuerſo, propterea oportet eos erubescere de ranta ſua imperfectione & infirmitate, ſicq; ad plenam propriæ uoluntatis resignationē extendere, mortificare, & frangere ac uincere ſemeras ipsos. Aliter ſuo uoto ſolemni ſatisfacere non uidentur. Quod quām periculum ſit ac dānable, conſtat ex hoc, quod uotum plus obligat quām iuramentum, ſecundum ſolennes doctores, & maxime uotum ſolennē. ¶ Porro qui in religione regia uia incedunt, & quā DEO uerunt, reddere non morantur, ſuamq; uoluntatem in ſuperioris arbitrio poſitam recognoſcent, designantur per Paulum, Horum obediētia eſt Deo gratissima, quia dignissimū quod habent in ſe, per obediētiam ſacrificat creatori, hoc eſt, propriam rationem, cuius iudicium ſuperiorum ſuorum ſubdunt iudicio, illorum ſenſu magis quām ſuo credentes, propriā quoque uoluntatem, cuius actum ſecundum præſidentis regulant ac exequuntur arbitriū. ¶ Pre-

Actu. 9.

Pſal. 75.

xij tereta

D. DIONYSII CARTH. SERMO III.

cerea imitari debemus sanctū Paulum apostolū in conuersione mox, id est, reformatione ase actionū, in mutatione actionū, quatenus sicut Paulus post suam cōuerſionem tāto erat humilior, obediētior, feruentior, atq; in omni opere bono instantior, quanto ante suam conuersiōnem erat superbior, & Christo rebellior, in persequitione etiam Christianorum ardētior ita & nos post clauſtri ingressum, post monaſiſe professionis emissionem, tanto humilius, manuſt̄ius, infatigabilius, amorsius Deo altissimo obsequamur, & inter fratres ac pximos converſernur, quanto ante in maiori superbia, frequentiori iracundia, feruentori malitia, mundo, dæmonibus, & peccatis seruiebamus, & inter alios uiximus; & quanto tunc inobedientiores fuimus Deo & p̄ceptis eccl̄iae, tanto nunc obedientiores simus Deo & ordini ac patribus nostris. Rursus, quanto tunc in cibo, potu, ſomno, uerbi quoſidie magis exceſſimus, tāto nūc in omnibus iſis simus plus sobrii ac modeſti, imo ſicut rūc ultra neceſſitatem illa indulſimus nobis, ita nunc etiam de neceſſariis nobis aliquid ſubtrahamus, ut recompensatio fiat, & quotidianū dučamus martyriū, quatenus cum prophetā ex ſententiā Deo dicere mereamur: Quoniam propt̄ te mortificamur tota die. Quod utiq; cum grandi agendum eſt diſcretione, ut ſie rationabile obſequium noſtrū. Itę, quanto in ſeculo negligenter ſeruimus Deo, quanto diſtractiori & irreuerentiori mente orauimus eum, quanto coram eo intimatores & incuſatiōnē ſuimus corde, om̄iſiſ ſenſu interiori & exteriori, tanto nunc diligenter ſuimus in uniuero Deitatis obſequio, & recollectiori, attentiori; animo ipſum oremus, laudemus & glorificemus, tāto quoq; coram eius praesentia ſuperdignissima ſuimus plus timorati, atque in E om̄ib; cuſtodiis & ſicut interiori uifum ab impertinētibus cōſiderationibus & cogitationibus uanis, ſic exteriore uifum ab incautis aspectibus, praesertim in diuino officio, cohibeāmus. Adhuc autem, quanto in ſeculo eramus magis cōtentiosi, inquieti, et alijs onerosi aut iniquos, tanto nunc in congregatione ſuimus amplius quieti, pacifici, consolatorijs, ſuaves, obſe quios & patientes. Ecce hęc om̄ia exigit mox conuerſio, monachalis profectio, dignus & q̄tidianus profectus. Quid prodest habitū mutasse, ſi ſub religioso amictu mens lateat indeoſta, irreformata ac ſecularis? Nonne turpissimum coram Deo monſtrum eſt, religiosus, mente mundanus, quum habitu p̄tendat & ostendat ſeculo mortuum, & tamē cor gerat mundanis & carnalibus cogitationibus affectionibusq; ſed datum? Itaque ſicut in Mundo eramus corde, ore, opere, inceſtu, uerbi, ſignis, apparatus superbi, uani, ambitiōsi, procaces: ita nunc ſuimus in his om̄ib; humiles, exēples, modeſti. Nullus noſtrū in ſuis ſit oculis magnus, prudens, excellēs, nec in cogitatione ſua ſe extollat ut taurus, nec ſeuiaſ tanq; leo, nec intumeſeat aut indignetur uelut rhinoceros, neq; ſe uindicet tanq; ursus, ſed om̄ium ſe arbitretur uilissimum & quod ipſe de ſe ſentit aut exprimit, ab alijs ſentiri ac dici non dedignetur mitescat q̄q; ut agnus, & ſimplex ſi ſicut columba, nullus erēcta & pōpoſa incedat ceruice, nec ueribus, ſed morib; cultus ſit neq; quaſi magna cogitans attontos habeat oculos, aut uifum interiore ſiſtenſis elationis, ſed humilem, plūm & columbinum. Præterea cōtemplatur, ſaſpiens & omnipotens artifex ſi ſuperuauissimus & ſuperbenignissimus ſpiritum ſanctus: ſi qui dem Paulum ex ſuperbo, blaſphemō, cōtumelioſo, ſeuo, imo & homicida, repete fecit humilium, Christianissimum, patientissimum, piissimum & exemplarissimum, intrantum q̄ ueracit̄ 2. Co. 11. dixit: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror! Itęq; Si eſca F scandalizat fratrem meum, non manducabo carnes in aeternum, ne fratrem meum scandalizem. In hoc ergo ſectemur diuiniſſimum & affectuoflissimum iſum Apostolum, ne alicui offendiculum ponamus aut ſcandalum, quia per hoc Deus in honoſatur, proximus ieditur, & ipſe met scandalizans, grauiſ periclitatur. Maxime uero cauedum, ne scandalizetur cōmunitas, & ne in cōgregationis aſpetu ſcandalose q̄liſquā ſe habeat, cū peccans tot mortibus dignus ſit, quo animas scandalizatſi quidem qui in aliorum praesentia male agit, tot quantum in ſe Bernard. eſt) perimit, aq; conspiciturimo ſecondū Bernarđū, grauiorē persequitionē patitur Christus ab hiſ, qui pernicioſo exemplo aut ybo peſiſero ſalutem impeditunt animarum, q̄ ſuſtinuit à Iudeis, à quibus ſuſis eſt ſanguis ipſius. Postremo, nō ſolum tam grauiſ peccata ac ſcanda la deuitemus, ſed ab hiſ q̄q; qua uidentur minuta & q̄diana eſſe peccata, cum ingēti diligētia abſtineamus; quia nec aliter mala effugiemus maiora, ſi nō uigilanter fugerimus & minora, quā ſcriptū ſit: Qui negligit modica, paulatim defluit. Imo q̄ deretabile ſit in religioso, dīcere, Parua ſunt hęc, emendare ea non curo: cōſtat ex eo, q̄ ſanctus pater Bernarđus affirmet hoc eſſe peccatum atq; blaſphemiam in ſpiritum ſanctum, cum ſic impenitentia quādā, & ad magna trahtat periculare religiōſum quoq; oportet uenialia reputare ac refutare tanquam mortalia, & ea quādīe dignis penitentie actibus expiare, cum aliter nequeat digne proficere, neq; perfectionem ſortiri. Ad laudem altissimi &c.

Pſal. 43.
Rom. 81. Cor. 8.
Ro. 14.

Ecc. 19.

Bernard.

SERMO V. Quod tres ſunt gradus contemplationis, ſeu infuſe
a deo ſapienția, & quid exercitū cuiq; conueniat gradui.

Sic hominē raptum uſq; ad tertium cælū, & audiuit arcana uerba, quæ non licet homini loſqui h̄. ad Corinth. xij. Ex confidatione eorum quæ de Pauli cōuerſione ſcriptura refert canonica, euidentē clareſcit, & uchementē roborat ueritas fidei Christianæ, ſicut de hoc alibi ſatis eſt diſcum. Nunc ad nřam instructionem & edificationē uertendus eſt ſermo, & quidē modus cōuerſionis ſancti huius apostoli uobis legem ſcientibus ex ſcriptura eſt notus. Quocirca paſſandum, q̄ quis cōmuniter regulariter loquendo, nullus repente ſiat perfectus, aut ſubito in ytrubus ſummuſ, ſed paulatim proſciat de tua purgatiā ad uitam illuminatiā, atq; de illuminatiā ad uitam perfectiū tendendo, nihil minus deus omnipotens, omni cursu & ordine rerum ſuperior, alię dum ei placet, procedit & agit. Vnde ſacratiſſimū Iohannem Bap. in ſuā matris utero repleuit ſpiritu ſancto, & ſanctū David adhuc adolescentulum, & pecora in paſcuis cuſtodiētē, anagogiis inflammauit multoties motibus: ſic & diuiniſſimū Paulum, in ſcelerum grauiſſimō ſuore ſicut, repente mutauit, perfecit, & uſq; ad ſpeciem contemplationis perduxit altissimam, in qua ei ſecretissima quādā de fidei reuelauit mysterijs, de occultis ſuis iudicijs, de ſuperexcellētissima trinitate ac p̄adestinatione, angelorumq; choris & hierarchijs, quæ omnia in triduum illud credunt peracta, quo poſt Chriſti apparitionem Paulo in itinere factam, fuit non uidentis, neq; manducans aut bibens, & tune deitatis effentiam uidit per ſpeciem, ſicut omnium cōtemplatiuam uitam ducentium, exemplar & magiſter eſt Paulus. Porro contemplatio eſt doni ſapiențiae actus, & quanto quis creſcit in charitate & animi puritate, tanto creſcit in hac ſapienția ſalutari, quæ eſt dulcis ſeu ſapida ac amoroſa diuinoſi notitia, ipsaq; contemplatio eſt purus, promptus ac amoroſus diuinoſi intuitus. Habet quoq; ſapienția iſta infusa, quæ donum eſt gradus tres, ſicut & charitas, atque ſecundum tertium gradum ſuum uocat ſapienția uiticia, ſlaminigera & myſt̄ica theologia, quæ eſt ardentissima & ſecretissima mentis cum deo locutio, deitatisq; intuitio: & eſt contemplationis altissima species huic uitæ poſſibilis, ad quam homo immediate diſponit per feruentiſſimum ſynceruſſimumq; charitatis incendium ſeu affectum. Hęc contemplatio quaſi media eſt inter beatificam patr̄e uifionem, & contemplationē dei in uia per affirmationē, q̄ui ſuo multo plus diſtēt à uitione illa beata, q̄i ab iſta in uia. Præterea, quia apostolus ſit digniſſimus omnibus omnia factus eſt, uideamus ipſum ſecundum triplex ſtatum & gradum aſſequi debeat. Etem quā uis ipſe in ſua conuerſione mox perfectus ſit factus, & ualde perfectus, ut pote primiſtas ſpūs confeſtus, nihil minus factus eſt forma uitæ, non perfector, dumtaxat, ſed incipientium quoq; ac p̄ficienſi. Ad incipientium itaq; gradum ac ſtatum ſpectat, quod ait: Castigo corpus meum & in ſervitutem redigo. Et rursus: Ego ſtigmata iſu in corpore meo porto. Et: Chriſto conſixus ſum cruſi. Cor. 9. t. Cor. 9. t. Cor. 9. Galat. 6. t. Cor. 9. Galat. 2. ergo ſequamur eum in iſto, ne carnis curam in deſiderijs faciamus, ne cibo grauiſſam, ſomnolentiam Rom. 13. ſuſtendamus, ne corporalibus alimētis male, imo carnalitor exhiilarati, tēdeat ſedere in cella, compunctioni uacare, ſalutaribus exercitijs occupari, ſed euagari, aut ab extraneis uitari, ſeu fabulari delecte, aut certe dormire. Multa quippe & grauiſ ſunt peccata, quæ ex gula naſcunt. Exordium uero & fundamenṭum quoddam monachalis conuerſionis ac ſpūlū profectus extat ſobrietas, & moderata carnis per ſeſtum abſtinentiamq; afflictio, ad corporis etiam ſanitatē, uitæq; ploragationē non mediocriter conſeruit ſobrietas. Itaq; in ſeruitutem ſpūſſancti, in ſeruitutem quoq; ſpūſ ſancti, qui eſt anima nřa, redigat quilibet nřm proprium corpus ac ſingula membra ipſiſ, ad ſolum dei honorem, animaq; ſalutem illis utendo, ſicut idem iſe mons Ap̄l: Corpus non fornicata Cor. 6. tioni, ſed dño. Aures iſiſ non fabulis uanis, non mundi rumoribus, non detractoris & discordia. Iacobij 10. ſeminiſtis uerbi accommodemus, ſed uerbi dei dumtaxat, ut in manuſtudine ſuſcipiamus uerba ſalutis, uerba fraternae correptionis, acq; paternae correctionis, & ea quæ ſunt libentillime audiamus, ſicut ait ſcriptura: Auris bona cum omni cōcupiſcentia audier sapientiā. Itemq; Omnis Ephe. 4. ſermo malus ex ore uero nō procedat, ſed qui utilis eſt ad edificationem, ut det ḡfam audienti. Dum denuo ſcriptum eſt: Sepi aurem tuam spinis, & noli audire lingua neq; & ori tuo facito oſtia, & ſeras auribus tuis. Hinc q̄ inuite audiremus quēpiam male de nobis loquentem, tam inuite audiamus eum de alijs praeſeſtēt. Simus quoq; cuſtodiēti in uisu, non gyroragi in aspectu. Oculi etenim ſapienția in capite eius, oculi uero ſtultoſi in ſinibus terræ. Sed & ab omni molli & laſciuo abſtineamus contactu: & ſicut uenitē a repletione ḡuſa, ſic lingua a loquacitate, omniq; uerbo compescamus illico, maxime in eccl̄iae, & tempore diuinoſi. Porro in meditatione paſſionis dominicæ exerceamur aliſue, atq; in eius diligentissima recordatione diſcamus Chriſto propter nos paſſo compati, in tribulationibus gloriari, proſpera mundi, oblectamentaq; carnis despiciere, oēm humilitatem, manuſtudinem, fortitudinem, charitatem addiscere, & paſſionem unigeniti dei memorie noſtræ indelebilis deferamus impressam, per quod oēm facilime uincemus tentationem. Præterea ad gradum ac ſtatum proficienſium ſpectat, quod ait vas electionis diuinae:

Frates

D. DIONYSII CARTHUSIA. ENARRA. IN EVANG.

DPhilip. 3. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse, & quæ priora sunt obliuiscens, in anteriora extendo me ipsum. In hoc ergo ipm etiam indeſinenter ſectetur, non præſumentes de præteritis meritis nřis, nec de tempore longitudine gloriantes, neq; de operibus proprijs nos iactantes, nec laudes cupiamus humanas, nec acceptemus oblatas, præfertim cum ignoremus, an opera illa nra prærita ex ſuo genere bona fuerint, ueraciter ex charitate procedentia ac meritoria, qm in futurq; omnia Ecclesi. 9. reſeruant incerta; & ſi ſciremus q; meritoria extiterit, non tñ in nobis, ſed in dño gloriari, eisq; graias agere oportet. Et rursus, qum deus maiestatis immensæ in ſeipſo dignus ſit infinito honore & culu, nihil eo ualeamus condignum peragere, ſed ſemp in infinitum diſtamus ab honore & cultu, quibus ipſe dignissimus eſt cognofit. Quicquid ergo hucusq; exegimus, pro paruo aut nihil reputantes, ſtudeamus indeſile, plicere in omni humilitate, patientia, mititate, ſobrietate, conſtantia, æquitate, dilectione concreſcere, omne opus dei quotidie deuotius pfectiusq; perſoluere, ſicq; cunctis diebus cum recenti feruore, dei obſequium quodammodo inchoare. ¶ Poffremo, ad ſtaſt. Cor. 1. tum & gradum pertinet perfectio, quod feruentilime iſte fateſt. Apoſtolum ſapietiam loquimur Rom. 8. inter perfectos. Et, Nofipli primiſtas ſpūs accepimus. Et, Quis nos separabit à charitate dei? Itemq; Galat. 6. Per Christum mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. ſtudeamus ergo, & nos dono ſapietiae perfici, atq; immensam dulcedinem dei, in terro ſapere g��u, ab amore, intuitione, delectatione & occupatione ſenſibilium nos abſtrahendo & expurgando, & ad ſummi & incoſutabilis boni intuitionem, dilectionem & cultum nos fugiter eleuando, ut ita quotidie magis ac magis roboremur in deo, & eius ſaluberrima validius accendamur dilectione in tantum, ut mundus cum omni concupiſcentia, decore, uolupate, honore, uanitateq; ſua, non ſolum diſpliceat nobis & mortuus nobis fit, ſed etiam crucifixus ſit nobis, id eſt, omnino amarus, & quia crux nobis exiftat, ut non ſolum non afficiamur ad eum, & ea quæ eius ſunt, ſed totis quoq; p̄cordijs illa omnia derelētemur, Psal. 76. renuentes conſolari niſi in deo, nec gloriatiſe niſi in truce Christi, & in hiſ quæ in Chriſti paſſione coſideranda & contemplaſtia occurruunt, hoc eſt, in deitate æternā et in ſapietia, piecate, atque iuſtitia eius, cui honor et gloria in æternum, Amen.

¶ In feſto Purificationis glorioſiſimæ ſemper virginis Mariæ.
Enarratio lectionis prophetica, loco epistolæ: Ecce ego mittam angelum meū,

& præparabit uiā ante faciem meam. Malachia tertio.

Conuenienter legit lectione iſta prophetica hodie loco epistolæ, qm quod in ea legitur prophecatum de Christi præſentatione in templum, eſt hodie adimpletum. Itaq; in Malachia ſcripturn eſt: [Heoc dicit dominus: Ecce ego mittam angelum meum, & præparabit uiā ante faciem meam.] Iſtud de Iohann. Bap. eſte prædictum, Chrs teſtatur: Hic eſt, inquiēs, de quo ſcripturn eſt: Ecce ego mittio angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiā tuā ante te. Vnde ſecondum formā uerborum, qua Chrs ſcriputur iſtam allegat, uerba iſta dicunt ex dei patris perſona, ut sit ſenſus; Ecce ego mittio angelum meum, id eſt, Iohannem Bap. de quo Iohannes euangelista: Fuit homo miſiſus a deo. Dicit autem Iohannes Bap. angelus rōne offici, quia Chriſti precurſor, p̄ræco et nūcius fuit, & quia angelicæ fuſit uitæ. Ante faciem tuam, o Chriſte, i. ante maniſtationem p̄dicationem & innoſentia tuam. Qui p̄parabit uiā tuā ante te, i. corda Iudæorū ſua p̄dicatione diſponet ad tui ſuſceptionē. Noſtra aut translatio redit in idem, ſed ſecondū eam iſta dicunt in Chriſti perſona, ita ut sit ſenſus: Ecce ego mittam angelū meum, puta Iohannem, & præparabit uiā ante faciem meā, i. ſua ſermocinatione, & baptiſmo aptabit Iudæos, ad ſuſceptionē doctrinae meæ atq; baptiſmatiſ mei, ut p̄ eum credat in me. Hinc de ipſo feri: Hic uenit in ſtēmoniū, ut ſtēmoniū perhiberet de lumine, ut oēs eredent per illum. Deinde Chrs de ſe quāl de alio loquens ſubiungit: [et ſtātum] poſt Iohannis natuſ tam ueniet ad templū ſuum dñi, quem uos quætitis] i. Chrs rex regum & dñs uniueroſo, cuius aduentum oēs deuoti illuminati homines a principio mundi diſiderauerunt, quemadmodum Chrs in euangelio ait ap̄l: Multi reges et p̄pheta uoluerunt uidere quæ uos uidetis, et nō uideunt. [et angelus ſtēmenti quē uos uultis] i. Chrs magni cōſiliū angelus, q; noui ſtēmenti eſt. Iſaia 9. iſtitutor ſeu cōditor, et euāgelicæ legis dator. ¶ Porro q; templū intelligi potest, templū illud materialē qd in Ierusalē fuit, in q; hodie Chrs a ſua ginea genitricē eſt deo p̄ ſi præſentatus atq; obſtatuſ, in quo etiā Chrs poſt annū ſuū tricelimi ſapius p̄dicauit, & miracula fecit, & cū duodecim effet annoz, in medio doctoz fuit a matre inuenitus. Poſteſt quoq; p̄ templū in telligi congregatio Iudæorū, qui crediderunt in Chrm. Quæ aut ſequunt, quidā expoſit de ſecondo Chriſti aduentu. Conuenientius tñ expoſit uidenz de primo eius aduentu, ſicut ex ipſo textus tenore et ordine eluſcet. Nam ſubdit: [Ecce uenit] Chrs per incarnationis mysterium et humanitatē aſſumptā, [diſcit dñs exercitum] i. angelicoz agminum. [Et quis poterit cogitare diem aduētus eius] id eſt, quis capere ſufficiens eſt qualiter uenier, quam magnifice, mirabiliter atq; humilit, qualis quoq; et quantus ſit ipſe! Incarnationis etiā Saluatoris et eius diuina maiestas, a nobis comprehendē non queunt, [Et quis ſtabit ad uidentum eum] id eſt, excellentiam Chriſti nemo comprehendere poterit

DE FESTO PVRIFICACIONIS MARIAE.

Fol. C.

A aut intueri. Vel hoc dicitur, qm comparatiue loquendo pauci Iudeorū crediderunt in Chrm, nec eum ſequanimitate aſ p̄xerunt, quibus etiam grauiſ fuerat ad uidentum, ut Sapiens quidam aſſerit. Hinc ſubditur: [Ipſe enim quāl ignis conflans]. i. acute & rigorose alloquens, docens & increpanſ peccatores, p̄ſerit sacerdoṭes, ſcribas & pharisaos. Conformater ſcripturn eſt de Elia: Surrexit Elias propheta quāl ignis, & uerba eius quāl facula ardebat, [& quāl herba fullonū.] Quem Eccle. 48 admodū eīn fullones per herbā huiusmodi mundant ſplendidosq; efficiunt pannoſ, ſic Chrs ſua p̄daciōe, exēplariſ uita & gratia, multoq; purgauit corda. Vñ ait apolloſis: Iā uos mudi eſtis Iohann. 15 propter ſermonē quē loquutus ſum uobis. Per ſuū quoq; baptiſmū multos mundauit. [Et ſedebit conflans,] id eſt, peccata conſumens, & audiētum corda inflammas. Propter quod in euangelio dixit: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo niſi ut accendatur? [et emundans] Janimā cre Luce 12 dentium in ſe, [quāl argenteum] quod purgatur per ignem, [& purgabit filios Leui] id eſt, ſacerdoṭes & templi ministris, quorū aliqui, quanuis pauci, per Chriſti p̄dicationē & ſigna fuerunt emendati ante paſſiōem ipſius; poſt paſſionem uero & miſionē ſpirituſ ſancti, multa turba ſacerdotum Actu. 6. obediebat ſidei Chriſti. [Et colabat eos quāl aurum, & quāl argenteum] id eſt, ſicut argenteum & aurum in fornae a coſiptione impaundi purgantur, ſic Chriſtus per tribulationes ſuos electos ab immunditia culpaſ mundabit, quibus p̄dixit: Si me persequiti ſunt, & uos persequentur. Per mulcas eīn tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Hinc ſcripturn eſt: Tanq; aurum in fornae, p̄ bauit electos dñs, & quāl holocausti hostiū accepit eos, [& erūt dñi offerēt ſacrificia in iuſtitia] Sacrificia iſta inelliſſi poſſunt orationes deuote, obſeruantia p̄ceptoꝝ, & cetera qua deo offereunt conuerſi ad Chriſtum, p̄ſerit ſacramentum altaris, quod proprieſ pluralitatem ſacramentalium ſpeciōrum, pluraliter ſacramenta uocatur, quum dicimus: Purificent nos quāfumus ſacramenta quæ ſumpſumis. Iſta offeruntur deo in iuſtitia, i. conuerſatione iuſta, in charitate & gratia, Et placebit dñi ſacrificium Iuda & Ierusalem] i. oblatione ſacramenti Eucharistiæ à Iudeis in Chriſtum credentibus facta, quæ primo in ciuitate Ierusalem a Chriſto noſciuit, inſtituta, atque ab eius diſcipulis, ibi poſt ſpirituſ ſancti miſionem continuata, [ſicut dies ſeculi, & ſicut anni antiqui] i. ſicut olim deo complacuerunt ſacrificia patriarcharum, Melchisēdec, Abrahā, ſanctorumq; ſacerdotum & uirorum iuſtorum, in lege naturæ, ut in Abel, & lege ſcripta, ut Aaron. Imo, quanep ueritatis p̄cedit ſiguram & umbra, ſacrificium iſtud euāgelicæ legis, cunctis ſacrificiis illis p̄ficiantur & deo acceptabilis extat. ſacrificium iuſta Eucharistiæ, in ſeipſo ſanctum & deo acceptum eſt. ſacrificia uero legalia nō erant deo placentia, niſi ex deuotione offerentum ea, ¶ SERMO I. circa epistolam. Qyomođo Salomonis templum Chriſtus glorificauit, de proprietatibus ignis, & quare Chriſtus ignis dicitur.

MAgna erit gloria domus iſtius nouifum, magis quam primæ, dicit dñs. Haggæi ii. Secundū doctriṇam Apoſtoli, Dñs noſter Iuſus Chriſtus eſt finis legis & proprieſ cariarum, idcirco p̄cepta prophetarum intentio fuit uaticinari de Chriſto & eius mysterijs. Vnde quemadmodū in lectione iam p̄rexpōſita, Malachias prophetæ prophetauit de Chriſti aduentu, & oblatione eius in templo, ita in themate p̄reſumpto Haggæus prophetæ de rebus prophetauit eisdem. Ad cuius rei intellectum ſcire oportet, quod Iudei in ueteri testamento ſedificauerunt dñi tēpla duo. Vnū nanque & p̄imum templum ſedificauit rex Salomon, in cuius templi ſedificatiōe erant ſeptuaginta millia qui onera portabant, & cōſtaginta millia latomorum, abſi p̄pōſitiſ qui p̄euerant ſingulis operibus, numero triū milium & trecentorum, ut legitur tertio Regum. Secūdū & ultimū templum ſedificauerunt Zoroſabel, & aliij eum adiuuantes Iudei, tpe Haggæi & Zachariæ prophetarum. Prophetauit itaq; Haggæus, tpe gloria, honor & excellētia huius ſeundi templi, debet esse maior, quam fuit gloria templi Salomone ſedificati. Quod nullo modo potest uerificari, niſi per hoc quod ipſem Christus rex Mēſias, in lege & prophetis promiſſus, per ſuū ſuū perdonalem p̄eſentiam honorauit templum illud ſecondū, quando uideſet in eo oblatus eſt, prout in euāgelio ſcribitur hodierno, & poſtmodum ſingulis annis cū ſua uirginæ matre ac Ioseph accepit Hieſuſ ſolymam, intrauitq; templum in ſolemnitate paſchalī ſecondū legem, ut Lucas ait. Poſtea quoq; frequenter p̄dicauit in templo, & multa miracula fecit in eo. Nec ſolum glorificatum eſt templum illud per hanc Chriſti p̄eſentiam perſonalem, ſed per p̄eſentiam quoq; eius dignissimæ genitricis & ſanctorum apostolorum ac p̄mitiua ecclesiæ, utpote uerorū illorum Iraelitarum, qui per p̄eſtationem apōſtoloꝝ crediderunt in Chriſtum, & quoniam unanimiter perduerabat in templo. ¶ Porro q; authoritas iſta Haggæi prophetæ aliter uerificari non poſſit, niſi modū p̄eſtacto, facile eſt probare ex ſcripturis ueteris testamenti. Ut eīn in libris Regum, & in libris Paralipomenon pater, templum Salomonis pulcherrimum ac p̄ciosissimum fuit, & utiq; quāl incomparabiliter p̄ciosius ac pulchrius templo ſecondū. Sed et cultus dei ſecondū p̄cepta leonis Moysi, multo plus uiguit in templo primo, quam in ſecondū, p̄fertim tpe Salomonis, & Aſa, et Iosaphat, Ezchiel, regum. Excellentiores quoq; et sanctiores uiri, reges, pontifices, et prophetæ fuerūt in ſeipſo primo, niſi concedat Chrs, et eius genitrix atq; diſcipuli, uifſe in ſeipſo ſecondū. r iiiij Quæ

D. DIONYSII CARTHVSIA. SERMO I.

Quae omnia ex canoniciis patent scripturis veteris testamenti. Ex his ergo probamus Iudeoꝝ persi diam, & nostræ fidei ueritatem, utpote Chrm uenisse, præsentim quia præinductis uerbis thematis allegati, immediate præmittit: Veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit dñs. Moxq; subiungit ibi: Magna erit gloria domus istius nouissimæ. Vnde clarissimi est, uerba illa esse intelligenda de excellentiâ gloriæ templi secundi, pro tempore Christi, qui à cum eis doctoribus intellegitur per desideratum cunctis gentibus. Ergo templo illo durante natus est Chrs. Sed templū illud à Tito & Romanis constat esse destruvtum. Præterea, sicut in lectione prophetali exposta dicit, Chrs est quasi ignis conflans, cui concordat quod ait Apłs: Deus n̄ ignis consumens est. Per quod dat intelligi districtio diuini iudicij & rigor iustitiae dei. Idcirco cum omni sollicitudine, timore ac reverentia, oportet nos deo seruire. Vnde uerbis his, deus n̄ ignis consumens est, præmisit Apłs: Seruamus deo cū metu & reverentia, subditq; causam, dicendo: Etenim deus nō ster ignis consumens est. Hinc & Moyses inquit: Causa ne obliuiscaris paci dñi de tui, qm̄ dñs deus eius ignis consumens est, deus æmulator. Insuper, multæ sunt proprietates in igne, præpter q̄s Chrs conuenient ignis uocat, sicut uocat leo, petra & agnus. Prima est, qm̄ ignis inter omnia eleminta est simplicior, altior, formalior atq; actiuor. Sic Chrs inter omnes sanctos est spūlior, subtilior, diuinior ac potentior. Ascendit etenim super oēs celos, & data est ei omnis potestas in cœlo & in terra, acceptip; gratiam spūlanci non ad mensuram. Secunda proprietas ignis, est splendor ipsius, per quem sapientia congrue designat. Christi aut sapientia omnī sanctorum sapientia maior est, quia ut deus, est sapientia infinita, atq; secundū naturam assumptam, anima eius tanquam sapientia est repleta, quod pura creatura majoris sapientiae capax non est. Hinc dicit Apłs, quod in Chro sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae dei absconditi. Et ipse est Chrs fatigatus. Nemo nō uit patrem nisi filius. Tertia, est calor, per quem sicut præactum est, uno modo exprimit rigor diuinæ iustitiae, puniens impios. Vnde ait Apłs: Terribilis est quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ consumptua est aduersarios. Secundo, per ignis calorem intellegit feruor spūlius amoris, qui maximus fuit in Chro, qui loquitur: Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut anima sua amponat quis pro amicis suis. Et denouo: Sicut dilexit me p̄, & ego dilexi uos. Sicut Chrs uocatur ignis. Amplius, ignis habet diueras operatioes, per quas Chri actiones significantur. Nam ignis naturaliter semper ascendit qm̄ in inferiori est loco. Sic Chrs suos fideles per charitatem quam eis infundit, facit omni hora ascendere, id est, ad deum se per contemplationem & dilectionem erigere, ut sursum habeant corda sua, quemadmodum Ieremias propheta hortat: Leuemus corda nostra cum manibus ad deum. Vnde dicit Apłs: Volo uiros in omni loco orare, leuitatem manus ad deum sine ira & disceptatione. Facit quoq; Chrs suos fideles ascendere per aspirationem ad felicitatem cælestem ac patriæ beatiorum. Propter quod Paulus hortat: Quia sursum sunt querentes, ubi Chrs est in dextera dei sedensque sursum sunt sapientes, non quæ super terram. Iterum, ignis quedam durat & congela liquefacit, aliqua etiam dissoluta ac mollia, iungit atq; indurat. Sic Chrs per gloriam suam, corda lapidea in uitio obdurata, emollit & in compunctionis ac deuotiois sicutum resoluit, iuxta illud: Auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum, & spiritum nouum ponam in medio uestri. Conformiter corda per loquacitatem, rism, iocum, leuitatemq; moris disoluta, & per concupiscentias ac uitia carnis damnabilis mollia, Chrs per uirtutum infusionem consolidat, per maturitatem atq; constantiam bene constipat & siccatur, ut in deo sint fixa & fortia, in F plenarij illud apostoli: Abundantis oporet nos obseruare ea quæ audiuiimus, puta dei p̄cepta, ne forte pereffamus. Itaq; qm̄ Christus ignis uocat, merito in hoc festo ad eius honorē portante fideles in manibus suis candelas accensas. Itaq; dñm Iesum deuotissime deprecemur, ut in praesenti uita nos clementer expurget, peccata nostra consumat, suo nos accendat amore, sursumque eleuet in diuinorum contemplationem, quatenus sicut candelas splendentes ac ardentes in manibus bafulamus, sic intus in anima per sapientiam salutarem, atq; synceram dilectionem fulgeamus a cœstuum, & cum omni uirtute stabiliamur meritis & p̄cibus uirginis gloriose. Legitq; Iohannes Damascenus doctor egregius, summus philosphus & præclarus theologus, ab infanticia castissime uixit, & uirgini gloriose ualde deuotus fuit, singulariter diligens eam. Imperator quoq; Græcorum ualde amauit præfatum Iohannem. Quidam aut sciens scribere & dictare omnino conformiter sicut Iohannes, ex inuidia scriptam continentem proditionem imperatoris atque imperij, quam fuit in palatio imperatoris procurauit factari. Quia uisa & lecta, imperator putauit Iohannem Damascenum līas illas scripsisse, fecitq; ei manum dexteram amputari, cum qua tantum cōmisiſſet flagitium. Quo facto, Iohannes uirginem gloriosem precibus querulosis inuocans, pie rixabat cum ea, dicendo: Quare dñs permisisti me ita tractari? cur manu famuli tui cum qua tuas laudes scribere, tuisq; filii corpus & sanguinem offerre cōsueui, permisisti abscondi? Tunc uirgo præelecta ei apparuit, dicens: Quid agis fidellissime puer? Qui dixit: Vbi eras o dñs qm̄ hoc patiebar! Ecce ad meum, in dñ & ad tuum dedecus publice suspensa est manus mihi abscessa. Et illa: Confortare, inq; mi filii in domino. Tunc uirgo piissima attulit manū, & pristino loco cām restituit. Quo facto, Iohannes

IN FESTO PURIFICATIONIS MARIAE.

FOL. CI.

A hannes fratribus religiosis, quibus præerat, manum ostendit sanatam, & Missam de Domina alta uoce cantauit. Quibus auditis, imperator adueniens, manus & pedes Iohannis deosculas batur, ueniamq; rogauit.

ENARRATIO euangelij. Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ. LUCÆ 2.

In euangelio hodierno sanctus Lucas compendiose describit historiam festi præsentis, ut delicit qualiter uirgo Maria, die hoc filium suum dominum Iesum, in templo obtulit deo. Dicitur itaq; Luca secundo: Postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundū legem Moyſi, i. quadragesima diebus à Christi nativitate completis, in quorū ultima infantulus offerebatur in templo, intra quos dies mater infantis secundū legē Mosaicam ab ingressu templi abstinuit, & quadragesimo die templū ingredens purificabatur. Præcepitq; nanq; lex illa, ut mulier quæ suscepto semine masculum peperisset, immunda esset septem diebus, tā à cōsortio hominum, quā à templi ingressu, & die octaua cīrcūcideretur infantulus, ipsa quoq; tūc munda efficeretur, quo ad cōsortium hominum. Insuper post septem dies præfatos, maneret mulier adhuc trigintatribus diebus abstinentia à templi ingressu, sicq; quadragesimo die infantem offerret in templo, offerendo simili munera iuxta legis præceptum, pro se atq; pro puer. Si uero peperit filiam, duplicabantur dies prædicti, tam quo ad templi ingressum, quā quo ad cōsortium hominum. Sed qm̄ beatissima uirgo non semine suscepto concepit ac peperit, legi præfatæ non erat astricta purgatione quoq; non eguit, quæ nec in peccato cōcepit, nec unquam peccauit. Ideo dies isti dicuntur dies purgationis Mariæ, nō secundum existentiam rei, sed se cōdūm hominum estimationem, quemadmodum Ioseph pater Christi uocabatur. [Tulerūt Luke. 2.]

B Iesum] Maria, & Ioseph successive, vel alter eorum solum, & tñ pluraliter dicuntur eum tulisse, quia consuetudo est, ut societas fecisse dicatur, quod unus ipsius facit. [in Ierusalem. Nam usq; ad diem illum mansit uirgo in stabulo, in quo genuit Chrm, [ut sisterent eum dño]. i. patrī aeterno eum præsentarent & offerrent in templo Hierosolymitanū, [sic ut scriptum est in legē dñi], i. in Exodo & Numeris, [quia omne masculinum adaperiens uuluam]. i. omne prīmogenitum quod erumpendo ex utero, aperit primo uuluan parētis, [sanctum domino uocabitur]. i. offeretur ac consecrabatur deo, quasi ad ipsum specialiter pertinet. Frequenter quippe dominus per Moyſen dixit: Ex quo percussi omne primogenitū Aegypti, tā in hominibus Exod. 13. ḡ iumentis, sanctificauit mihi omne quod primo aperit uuluan in Israel, tam in hominibus q̄ in pecoribus. Vnde sanctificatio illa nō fuit nisi deputatio primogenitorum ad aliqd diuinū, uidelicet ad hoc quod eis representabantur ac recolabatur occiso primogenitorum Aegypti, & per consequens omnipotentia atq; iustitia dei. Primogenita autem diuersimode deo cōfabantur. Si em̄ fuerunt de tribu Levi, & maculam non habebant, deo iugiter ministrabant in templo, qm̄ fuerunt cōuenientis aetatis secundum legē. Si uero de alijs tribibus Israel erāt, quinq; scilicet redimebantur. Si autem fuerunt primogenita pecoris & animalia mūda, deo offerabantur, nec redimebantur, & in usum sacerdotum uenerūt. Quod si immunda fuerunt, redimebantur, aut in aliud commutabantur, ut primogenitū asini, in primogenitū bouis. Vel occidebantur, ut primogenitū canis. Quoniam itaq; Chrs de tribu extitit Iuda, quinq; scilicet redimebatur. [& ut daret], i. etiā ideo tulerūt Iesum ad templū, ut offereret pro ipso & martyre eius, [hostiam secundū quod dictum est in lege domini]. i. in Leuitico, ut p̄p̄r̄ turturum, aut duos pullos columbarū. Et offerebatur unus turtur deo in holocaustū, (Vocaturq; holocaustū, sacrificiū quod ad diuinæ maiestatis honorem totū cōcremabatur) alius pro peccato, qui cessit in usum sacerdotis orantis pro muliere, quæ taliter purgabatur. Haec quoq; fusit oblatio pauperū, nam agnum diuities offerebant. Veruntamen euangelista nō exprimit determinate quid horum obtulit Maria & Ioseph, an s̄ par turtur, an duos pullos columbarū, qm̄ reddit in idem q̄cūd horū obtulisse dicatur, quia per horum utrungq; designatur eosrum in opia. Consequeenter describitur, qualiter in præsentatione & oblatione præfata Christus à testibus fide dignissimis testimonium habuit. [Et ecce homo erat in Ierusalem, cui nō men Simeon,] qui inter sacerdotes templi famosus extitit, & grandeuus, & dignus fuit homo uocari, qm̄ rationabiliter, i. sapienter uirtuosē uixit, sicut subtiliter, & homo iste iustus fuit [& timoratus]. Fuit etenim iustus, prout iustitia est uirtus specialis, reddēdo unicuiq; quod est suū. Fuit etiam iustus iustitia quæ est uirtus communis, utpote omni uirtute ornatus, præcipue charitatiuus, quia cōmuncem omnium desiderauit salutem, non priuata & propria cōmoda. Fuit & timoratus timore casto ac filiali, queretur & fugit dei offensam. Et quis cōstituit polleret uirtutibus, his tñ duabus singulariter fulsit: idcirco de eis nominatim laudat. [Experiens consolationem Israel, hoc est, Christi aduentum, & Israelitice plebis liberationem per illum, uidelicet redēptionē à seruitute peccati, à iugo diaboli, à pena inferni. [& spūs sc̄tūs erat]

D. DIONYSII CARTHV. ENARR. IN EVANG.

erat in eo] per gratiam eminentem, per charitatem ardorem, per illuminationem quoque prospetalem, ut infra dicatur. Et responsum acceperebat a spiritu sancto, non usurum, i. non passum, [se mortem, nisi prius uidetur] oculis corporalibus atque mentalibus Christum domini]. i. Iesum Christum, qui secundum naturam suam humanam a deo patre, imo tota superbeatissima trinitas, unctus est spiritu in unctione, uidelicet plenitudine gratiae ac uirtutum, iuxta illud Psal. 44. Vnxit te deus deus tuus oleo laetitiae &c. Vel: Christum dominum, quoniam ipse est omnium deus, ut pote ue Acto. 10 rius deus, qui etiam secundum suam humanitatem omni filius est creature. Porro Simeon iste, sicut & ceteri patriarchae ac prophetae, Christi aduentum vehementer desiderauit, instanter ac deuotissime orauit pro Christi aduentu. Idcirco responsum, & revelationem accepit a spiritu sancto, quod antequam moreretur, Christus nascetur, & uideretur ab eo. [Et uenit in spiritu]. i. ex spiritu sancti in insuetu [in templum]. Nam revelante spiritu sancto agnouit instare horam quod Christum uideret, sicut sibi promisum fuit. [Et quum inducerent puerum Iesum parentes eius] ita templum, uidelicet Maria uera ipsius mater, quae tunc puerum tulit, & Ioseph pater putatiuus. [ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo,] offerendo uidelicet par turorum, aut duos pullos columbarum, edimentoque pueri quinq[ue] siccis, ut dictum est. [& ipse] Simeon accipit cum maxima deuotione, exultatione ac reuerentia, [eum in ulnas suas]. i. inter brachia sua, quis tam sancti pueri se reputaret contactu indignum, sed nehemens amor preualuit, atque ad unionem, amplexumque impulit. [& benedixit deum]. i. laudauit, gratias egit, & sequens cantum cecinist pro impletione diuini promissi, ac ceteris beneficis dei, & quia iam plus accepit, quam sibi fuit promisum. Si quidem promisum extitit ei, quod Christum uideret, nunc autem non solum uidit, sed & brachis frinxit, portauit, contrectauit, atque ut puto, etiam deosculatus est infantem dulcissimum, [& dixit] Nunc quum implesti, quod mihi de Christo promisisti, [dimittis]. i. statim dimittis, & supplico ut dimittas me [seruum tuum] non seruitate seruulis tamen, de quo ait Saluator, Seruus non manet in domo in aeternum, sed seruum seruitate seruilo rem, qui dicitur Saluator; Euge serue bone & fidelis, intra in gaudiu[m] domini tui, i. dñe] deus pater, ser trinitas deus [secundum uestibulum tuum in pace]. i. a presentis uitae & seculi inquietudine, tribulatione, miseriis & peccatis, auferri, quiescere & cessare per mortem, secundum quod mihi dixisti, quod mortem non experirer, nisi Christo uiso, per quod insinuasti, quod eo uiso, mox obdormire in dñe, atque cum patribus sanctis in sinu Abraham repausarem, quoque post Christi passionem cum ceteris sanctis de limbo patrum a Christo educerer, ad gloriamque transferrer. [Quia uideret oculi mei] extiores & interiores [salutare tuum]. i. Christum salutato Gen. 49. rem, qui dicitur salutare tuu, quod per ipsum decreuisti salutare mundum. De quo Iacob patriarcha locutus est: Salutare tuu expectabo dñe. Cui etiam saluatori loquitur pater: Dedite in lucem gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae. [Quod parasti]. i. per incarnationem seu humanae naturae assumptionem, uideri & agnosci aptum fecisti, & manifestare ac exhibere decreuisti, [ante faciem omnium populorum]. i. in conspectu hominum universorum, seu clare cunctis hominibus, non solis ludicris tamen, ut sit distributio pro generibus singulorum, non pro singulis generum, iuxta quem sensum legitur: Omnes populi, tribus & lingue seruient ei. Itaque deus pater unigenitum suum sibi coequaliter, & incomprehensibilem, per hoc fecit hominibus manifestum, uisibiliter & cohabitante, quod eum humanae unituit naturae in unitate personae. Quod ita predictum est: Parauit dominus brachium suum in oculis omnium gentium. Filius enim dei brachium patris uocatur, quod per eum pater omnia operatur, quemadmodum spiritus sanctus est uterum dei. Luc. 11. dicit digitus dei, quod per eum divina reuelatur seu indicant secreta. Itaque deus pater parauit hoc salutare ante faciem omnium populorum, quia per apostolos & eos coadiutores predicatorum est Christus h[ab]it[u]s, iuxta illud in Psal. In o[mn]i terra exiuit sonus eorum, & in fines orbis terra uera erit. Psal. 8. Vnde rursus ait Psal. Non fecit dominus salutare suu, ante conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Præterea, quis Christus ita paratus atque exhibitus sit ante o[mn]i faciem populorum, aliter tamquam h[ab]it[u]s, & aliter quam ad getes. Hinc subditur: [Lumen ad reuelationem gentium]. i. Christus sic praeparasti, ut sit specialiter lumen gentilium, seu lumen eos illuminans, qui ueri dei carentes notitia, idolorum coluerunt portenta. Sed Christus per discipulorum suorum predicationem, atque per illuminatio[n]em suam internam, rediuit illos ad ueri dei cognitionem, amorē & cultum. Sed & deus trinitas merito Christi, tantu[m] gratia impedit gentilibus, quemadmodum contestatis? Ecce testis populis dedi eum, ducem ac pceptorem getibus. Insup[er] & Jo dñe parasti salutare hoc gloria plebis tuae Israel, i. ad hoc ut sit gloria Israelite plebis, quae fuit specialiter populus dei, quia unum uerum coluit deum. Hoc etenim plebi illi, quam ad eos qui crediderunt ex ea, fuit principia progarita, exaltatio, honor & gloria, quod unigenitus dei ex ea incarnari, eamque personaliter uisitare, Matt. 15. & in medio eius conuersari elegit. Propter quod dixit: Non sum missus nisi ad ues domus Israel quae

IN FESTO PURIFICATIONIS MARIAE. Fol. CL.

A tales huberime fortuntur ab illo, intancum, quod sunt quasi secretarij ac consiliarij dei, atq; amici altissimi. Ipsi quasi ad libitū desuper illustrantur, & ascenduntur, ac deuotissimi sunt. Nam & facilime deo coniunguntur abique suo conatu frequentissime ac gratiissime præueniuntur, & inopinatis feruntur excellib⁹ in increatum obiectum, ut sustinere non ualeant, & defluant a seipsis, ac absorbantur & demergantur in deitatis abyssum. Ecce ad quām supernaturem nobilitatem, ad quām sublimem perfectionem, ad quām deificam uitam perducitur homo uitij diligentissime resistēdo, & uirtutibus infatigabiliter operā dando, in charitate & sapientia ista crescēdo. Porro qđ in istis sic proficit atque perficitur, tunc carenus diuinitus edocetur, quod rationes & argumenta fidei, nexum & ordinem credendorum lympe intueret, ita ut proflus nī sibi rationabilius uideatur, quām ea quæ Christianæ sunt fidei, præfertim cum oīa eam corroborantia & concernientia simul pensant & comportantur: quanvis quædam eorum per se sola sumpta, incredibilia aut irrationalibia ualeant apparere. His igit̄ modis perfundatur cor nostrum luce sapientiæ ac lumine intellectus, charitatis quoque seruore, quatenus sicut in manu portamus candelam ardētem ac resplendentem, sic in tuis geramus mentem sapientiæ claritatem & dilectionis ardore micantem ac resplucentem, ut correspondat signum signato. Præterea, rationabiliter proflus die hoc in Missa can delam portamus accensam, ad designandum, quod uirgo beatissima portauit obculū in templo per manus suas Christum filium dei, qui est lux uera, illuminans omnem hominem uenientem in hūc mundum. Christus nanque secundum quod deus, est substancialiter lux superpurissima & immensissima, cui nomen ac ratio, actus & proprietas lucis uerissime ac perfectissime comperunt, cum ipse sit per essentiam ueritas, & sapientia infinita, fons lucis, à quo lux omnis creata, spiritualis ac sensibiliis diriuatur, cuius est omnia manifestare & declarare obscura, abscondita ciuitatis & ignota efficere clara. Propter quod dixit: Ego sum lux mundi. Postremo, canticum Simeonis quotidie in copulatio deuotissime proferamus, dicentes: Nunc dimittis seruum tuum domine secundum uerbum tuum in pace. Hoc est, o deus pater, in hac hora quæ ab omni perturbatione me erue & tuere, atq; in pace pectoris me conferua, nec in aliqua prava inquietudine me modo relinquas, sed conforta & fige in te, sicut tuis seruis bona voluntatis hominibus promisiisti, quatenus in pace in idipm dominum & quiescam, & in corde meo sepultum habeam Christum, sicq; paulopost in mediocris somno refocillatus, ad tuum obsequium ardens ac alacer surgam. Quia uiderunt oculi mei, interiores, secundum modos praetactos, salutare tuum, uidelicet Christum omnium saluatorem. Quod parasti ante faciem omnium populorum, i, cunctis hominibus manifestare decreuisti, cunctisq; cognoscibilem exhibuisti, quemadmodum scriptum est: Notum fecit dominus salutare suum, in confitebitur gentium reuelauit iustitiam suam. Lumē ad reuelationem gentium, hoc est, salutare tuum hoc parasti & exhibuisti in lumen seu illuminatorem gentium uniuersarum, ut omnes ei deseruant, sicut in Daniele prædictum est: Omnes populi, tribus & linguis seruient ei. Vnde per Isaiam Deus pater prædictus: Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Itemq; loquens pater ad filium: Dedit, inquit, in lucem gentibus, ut sis salus mea usq; ad extremum terræ. Dediti quoque salutare tuum in gloriam plebis tuae Israel i. Israelitæ plebis gloriam eum esse dispositi. Hoc namq; est honor præcius & gloria singularis omnibus electis Israelitis, quod ex eo cum plebe ac semine, pater æternus unigenitum suum uoluit incarnari ac nasci, quod item populus dixit: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Iste est mysticus huius cantici sensus, quantum ad primā eius particulam, prout unusquisq; in propria persona illud psallere potest. De literali autem sensu ipsius, super Lucam pleniū dictum est. Ad laudem & gloriā creatoris.

In festo sancte Agathæ.

¶ S E R M O . I. De uita & martyrio sancte Agathæ, cum eruditib⁹ alijs pījs. Ortitudo & decor indumentum eius. Prouerbiorum ultimo. Gloriosissima uirgo, invictissima martyr, deuotissima Agatha, multis excellentijs, laudibus atq; uirtutibus decoratur, quarum duæ in themate præflumpto tanguntur. Prima eius excellentia est, abundantia in donis naturæ & bonis fortune. Fuit enim pulcherrima corpore, nobilis genere, ingeniosa, & egregia indolis, ac plena diuitijs. Sicut ex naturali dispositione fuit aptissima mundo. Et quanto huic seculo aptior fuisse, tanto plus meruit apud deum, omnia carnalia & mundana proflus despiciendo propter deum. Secunda excellentia eius est, purissima atque fortissima castitas eius, & stabilitas cordis sui in deo. Cum enim imp̄issimus iudex nomine Quintianus, sanctissimam Agatham nō potuisse ad dolorum cultum inducere, tradidit eam Aphrodise meretrici & nouem filiabus eius meretricibus, ut beatam Agatham ad carnalia uita traherent, eamq; a fide CHRISTI, nunc prospera promittendo, nunca uersa minando, auerterent. Quibus Agatha sancta respondit: Mens mea in CHRISTO fundata est, uerba uerantia sunt, quæ mentem meam deejere non ualebunt. Cumq; per triginta dies forming illæ immixtæ eam a suo proposito nō possent reuocare, Aphrodise dixit ad Quintianum: Facilius saxū & ser-

rum mollescerent, q̄ ista puella Christum relinqueret. Ecce quanta perfeccio fuit, infra tot dies à luxuriosissimis ac procacissimis foeminis ad nullam prouocari libidinem, cum tñ in prostibulo tot obsecrantes exerceant quotidie, & innumerabilibus modis amatores ac amatrices immunditiae niterent eam per verba, per nutus et signa, per opera libidinosa ad cōcupiscentiam incitare. O q̄ indeſinenter ſol sapientia, deus omnipotens, fulſit in corde ſacratissimæ Agathæ, q̄ ualide inflammatuuit eius affectum diuino amore, q̄ ſauuillimæ conſolations ſpūales infudit animæ eius. ¶ Tertia excellentia felicissimæ Agatha fuit p̄aclaræ ſapientia eius, quæ ſplenduit in eius reſponsis, qui bus impium Quintianum uehementiſſime confutauit, & magis q̄ dici potest, affixit. Cum enim Quintianus iuſſiſſet ſanctam Agatham idolis ſacrificare, ipſa r̄edit: Sit talis uxor tua, qualis fuit Venus dea tua, quæ ſcilicet fuit adultera: & tu talis ſis, qualis excitit Iupiter deus tuus, qui ſcilect fuit inceſtuofus, adulter, Sodomita, & deſiderio patricida. Tunc Quintianus iratus, iuſſiſſet eam alapis cedē, dicens: In iniuriam iudicis noli garrisſe. Cui Agatha: Miror, inquit, te infaſiaturum, ut illos dicas deos et deas, quorum uitam nec teipm, nec coniugem tuam uis ſequi. Si enim dij et deae ſunt, bonum tibi oprauiſi autem exerarāis eorum conſortia, mihi concordas. Rursus Quintianus dicente ad Agatham: Si ingenua es, quō ancillam Christi te dicens: R̄edit: Summa ingenuitas eſt ſeruitus Christi. Item dum Quintianus feciſſet eius manillæ abſcindī, beatissima Agatha dixit: Impie, crudelis, & dire tyranne, nō erubuisti amputare in foemina, quod tuipſe luxisti in matre! ¶ Præterea dū post reſtitutionem abſciſſæ mamillæ Quintianus p̄cepitſet. Agathæ, ut idola adoraret, dixit ad eum: Verba tua ſtulta & uana ſunt, aere maculantia. Miser ſine ſenſu & intellectu, quō uis ut lapides adorem, & deum cœli, qui me ſanauit, dimittam! Eece q̄ constans & imperterrita fuit uirgo ita dignissima, in omni quam pro Christo peruerbi p̄a, Vere in ea impletum eſt quod Christus in euangelio promiſi maryribus, dicens: Cum ſteretis ante reges et praefides, nolite premeditari quid aut quō responderatis, dabis enim uobis in illa hora quid loquamini. Et item: Ego dabo uobis os et ſapientiam, cui non poterunt refuſere omnes aduerſarij ueſtri Non em uos effis qui loqui min, ſed ſpūs patris ueſtri qui loquit in uobis. ¶ Quarta excellentia ſacratissimæ Agathæ eſt iniuiciiſſima fortitudo, patientia atq̄ alacritas ſua in ſuppliciis horribilibus quæ patiebat. Cum enim Quintianus iuſſiſſet eam ad carcerem trahi, iuſſiſſat carcerem letiſſimam, quæ ad epulas inuitata. Cum uero eſſet in equoſuſe ſuſpenſa & torqueret in eo, dixit: Ego in penitentiis delector ſicut qui theſauros inueni. Poſt hæc dum mamilla eius diuifime torqueret, & tandem abſcindere, patiētisſime tulit hoc. Poſtremo, dum iuſſu Quintiani ſup̄ testas fractas et carbones ignicos nude corpore uolutaret, gr̄as egit deo, et libentissime hoc ferebat. O quam mirabiliter operabat ſpūs ſanctus in anima uirginis huius, in tam inhumanis ſuppliciis eam corroborando, illuminando et conſolando. Certe in eis omnipotens dei miracula non mediocriter computandum eſt, quod uirginis huic inueniūlæ tenerrimæ generoſe atq̄ pulcherrimæ, et aliis multis ei ſimilibus, fragilem ſexum et mollem animal naturaliter habentibus, dedit tam constantiſſimum cor in crudelissimiſ horribiliſiſt tormentis. ¶ Quinta excellentia ſanctæ Agathæ eſt magnitudo miraculorum, quæ deus circa eam exercuit. Cum enim eſſet poſt abſciſſiōem ſuæ mamillæ incarcerateda, uenit ad eam glorioſiſimus princeps apolloſorum Petrus, et cōſolans, et mamillæ reſtiuens atq̄ plenifime curans. Cum uero ſuper testas fractas & carbones ignitos nuda uoluntare, repente magnus terremotus ciuitatem in qua patiebat, intantum concuſſit, quod pars eius corruiſ duos conſiliarios Quintiani opprefſit, & omni plebe clamante, quod propter iniuſſum Agathæ cruciatum talia patere, iuſſiſſet eam tyrrannus ad carcerem reduci. In quo facta oratione cum ingenti uoce ſpiritum tradens, migrauit ad deum. ¶ Porro dum Christiani eam reuerenter ſepelirent, quidam iuuenis ſericeſ induitus cum centum et amplius uiris pulcherrimis, albis induitis, aduenit, atq̄ in omnium oculis ad caput beatissimæ Agathæ marmoream tabulam ponens, statim diſparuit, qui omnes angelii sancti fuerunt. Eratq̄ ſcriptum in tabula illa: Memento ſanctam, spontaneam, honorem deo, & patriæ liberationem. Quorum uerborum ſenſus eſt iſte: Memento ſanctam habuit, spontaneam ſe obtulit, deſit deo honorem, & patriæ promeruit liberationem. Dum autem Quintianus eius inueſtigaret diuitias, unus equus eum momordit, allus equus ſic calce eum percussit quod in flumen corruiſ, fuſit ſubmersus, nec corpus eius unquam poterat inueniri. Ecce quam p̄aclaræ honorauit deus altissimus hanc ſuam ſponsam, amicam, filiam & martyrem. Eius ergo ſtudeamus imitari uirtutes, ut ſimū in omni euentu conſtantibus, in tribulationibus patientes et hilares, deoq̄ gratias referentes, caſitatem quoq̄ mentis et corporis diligentes, nec permiſſamus nos ad peccandum induci, ſed deum p̄a oculis habentes, omni persuasioni iniquam tam hominum quam dæmonum, fortiter reſiſtamus, omnem etiam ſecularem & carnalem abiiciamus timorem, cum Propheta dicentes: Dominus illuminatio mea & ſalus mea, quem timebo? Dominus protector uitæ meæ, à quo trepidabor. Vnde et Iſaias propheta ait: Quis tu, ut timeas ab homine mortali & à filio hominis, qui qualiſcuum areſcit? Dominum exercituum sanctificate, id eſt, sancte uiuendo honorate. Ipſe paurouerſer, & ipſe timor ueſter.

Matt. 10.
Luc. 21.
Ibidem

Psalm. 16.
Iſaias 51.

¶ Ad reli-

SERMO II. De zelo perfectionis & obſeruantia religioſa uitæ extra religionis ſtatū.

Benedictus dominus, qui hodie nomen tuum ita magnificauit, ut nō deficiat laus tua de Bore hominum in æternum. Judith decimo quinto. Verba hæc de fortis, uirtuosa ac uenes- rabilis illa ludith conſcripta, multo excellentius de fortissima, uirtuofissima atq̄ ſanctissima Agatha dici queunt. Ipsiſam equidē hoc die in ſua paſſione oſpotens deus ita magnificauit, ut uſq̄ in fine mundi in militanti honoretur, inuocetur, atq̄ laudetur ecclesia, tanq̄ una ſanctas- rū mulierū uirginumq̄ p̄cipua. Nunc quoq̄ laudatur, & in æternum laudabitur ualde, p̄a- pue in eccliea triumphanti. Itaq̄ magnificauit eam deus altissimus, dando ei plenariā ſuipſi- us mortificationem, & omniū mundanorumaspernationem perfectam. Impleuerat uirgo ita ſanctissima quod monebat Apoſtolus: Mortificate, inquiens, membra ueſtra quæ ſunt ſu Col. 3. per terram. Itemq; ſpiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. Imo in ſeculo degens compleuit quod Christus edocuit: Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat cru- Luce. 9. cem ſuam quotidie, & ſequatur me. O quam infinita eſt misericordia dei, & quā potes eſt gra- tia eius in ſuis electis, ſed & quā occulta ſunt eius iudicia, ita ut nemō rationabiliter ualeat de- ſperare, nec quicquam preſumere ſue inaniter gloriar. Ecce ſacratissima Agatha in ſeculo reſ manens, nec eueniobus ingressa, clauſtrale ſequuta eſt perfectionem, & Saluatoris impleuit conſilia. Abnegauit nanq; ſuperauit, fregit, atq̄ uiuifice mortificauit ſeipſam in mundo, car- nem cum uitrijs & concupiſcentijs cruciſigens, caſtissime uiuens, & uoluntatem ſuam p̄ce- ptis dei & eccliea fideliſſime ſubdens. Aliqui uero in cenobio profeti, clauſtralis perfectio- nis manent expertes, qui uoluntatem ſuam contra obediētia uotum reſumunt, & propriæ affectioni magis quam superioris ſui obtemperant iuſſioni. Et ſi forte aperte non audeant rebel- lare, non tamen quietiſſunt, quoq; eoru uoluntati p̄aſides acquiescat, & ſuā eis ſubijciat uo- luntatem. Ad quod uarijs uis practicisq; laborant ualde inordinate; imo interdum tam inor- dinate, ut uultum auertant, loquela ſubtrahant, conſuetuū occuſum p̄cidant à ſpūli patre, cui promiferunt ſolenniter obediēre, quoq; eoru affectioni consentiant. Iſi uotum obediētam uere adimplent, q̄ uere Christi intuitu ac amore propriam deſerunt, ſuperioriſ ſubijciunt uoluntatem. Quo conſtar, q̄ nec uoto, nec ſuā ſatisfaciant professioni, & tñ proprijs excæcati affectibus, putant se miseri eſſe obediētes, ſeipſos damnabiliter ſeducentes. Frangat ergo, uincat, ſuppediet religioſus propria uoluntatem propriumq; iudicium, & omnem paſſionum im- pertium, immoderantiamq; reſiſtent, uiolentiam ſibjpi in feruere, nec inſtar bruto- rū, ira, impatiencia, ſenſualitatib; motibus alijs agitetur. Sed in formabilis, dirigibilis, & cora- rigibilis iugiter extet. Nemio noſtrum ſit cum reprobiſ filiis Israel, cū ſatana ſynagogā attrite frontis, durae ceruicis, indomabilis cordē, ne quod per Iſatam prophetam loquitor ſpū ſc̄tūs, ei conueniat. Scio quia durus eſt tu, & riuſuſ ferreus ceruix tua, & frons tua ænea. Nullus cū à praefidente extorferit quod affectat, p̄aſuile ſe arbitretur, imo tunc à propria uoluntate, à concupiſcentia mala, à priuato amore ſciat ſe uiuēt, & lugeat ac corrigat ſemetipſum, neq; de cætero aniplus tale quid machinetur. ¶ Præterea contemplerat, q̄ p̄fecta aspernatione omni-

C ū mundanorum fuerat in Agatha uirgine inclyta martyre glorioſa. Certe cum eſſet non ſolum ingenua, ſed & ſpectabilis genere, opulentia in rebus, p̄aſpotens in cognati, corpore ſpe- ciosa, mente ingenua, eloquens ualde, atq; ad omnem mundi proſperitatē excellenter diſ- poſita, nihilominus tanquam uiliffimum quid ſpreuit hæc omnia, ne per ea à contemplatio- ni ſynergetate, à ſanctæ dilectioni ſeuore, à cordis munditia, à ſuperna beatitudine retrahere tur. Diuitiae, deliciae, & honores ſeculi huius, erant ei moleſta. Et quantum quis ambitioſiſſi- mus, libidinofißimus, quariffimus ad illa afficitur, tantum ipſa omnia illa detestabatur. Fuitq; ipſa crucifixia mundo, & mundus ſibi. Vere spiritualiſſima & diuiniſſima fuit hæc admirabilis uirgo, & tota in Christianitatē, in puritatē, deuotionis ac bonitatis affectum conuerſa. Quid ergo eſt, q̄ nos negligentes ac miseri, ſupſiciales & ad externa effusi, qui manna fastidiuſus ce- leſte poſt religionis ingressum, poſt ſolemnis professionis emissionem p̄a iuramento obliga- toriam, adhuc mente reuertimur Aegyptum, carnales & uanas cōſolatiunculas amplexamur, & ea q̄ ſunt mūdi affectamus, nec ipſas cupiditates ex noſtris cordibus funditus extirpamus, imo ad parua ac uilia quæq; extiora tam immoderanter pueriliterq; afficiuntur, ut magis ueſtimuſ animo conturbari, lèdi, indignari, irasci, detrahere, charitate priuari aut mi- norari, q̄ talibus carere aut ſpoliar! Vbi eſt quod conſult ſapiencia in crea- uerbi patris aterni, unigenitus dei? Si quis tollit quæ tua ſunt, ne repetas: Eni Qui aufer ſunicam tuam, dimi- tte ei & pallium? Quod item ait uas electionis, iam omnino delictum eſt in uobis, quod iudicia habe- tis

Luce. 6.
Mat. 5.
Cor. 9.

habetis inter uos: Quare non magis iniuriam accipitis: quare non magis fraudem patimini? ¶ Præterea secularibus dicitur: Diversi si affluant, nolite cor apponere. Quam damnable igitur & pbrosum est istud in religioso, cordis affectu ita immoderate apponere rebus permordiis, quarum usus dumtaxat ei cōceditur ad placitū p̄sidentis, ut cū ipse uoluerit, ille semper parasitus sit resignare! Secūdo deus omnipotens mirabiliter decorauit ac magnificauit sacratissimā Agatham uirginea puritate, & castitate ualde præcipua, quod luce clarius innoteſcit ex hoc, quia cum à iudice uitioso affligata & iuncta esset turpissimi faciemis, atq; ab eis quotidie plurimi modis alliceretur ad uenerea, nunquam est mota, nunquam carnaliter stimulata, nūq; sensualiter affectata: Imo flebat quotidie, orabat assidue, ad martyrij palmae iugiter aspirabat. Quid ad hoc possumus dicere, nisi deum in sancta sua tam præelecta laudare, & nos ipsos in infinitum humiliare, despicere, deplorare, quippe qui tam facilis occasione stimulum patiūr carnis, qui sola imaginatione mouemur, & s̄epe ultra quam exprimi decet, alteramur, in quinamur, illudimur, qui ad continentiam uoto astringimur? Veruntamen absit, ut quis ita incautus, ita imprudens, tam intmoratus, tam carnalis, mollis, & inuirilis consitiat, ut tactu, aspectu, oculo uel amplexu, ad brutales se prouocet motus. Quod si quis ex aliquo prædicto rum se senserit stimulari, mox incitamentum illud abiiciat, alioquin timeat de mortali. Interdum quoq; pigritiam somnolentiamq; tempore diuini admittendo officij, talem q̄s patitur brutalitatem, qd certum est duplicitate esse culpabile. Studeamus ergo o frates exemplo sacra tissimae Agathæ spiritualibus desiderijs inflammari, dominicae passionis recordationibus ad impleri, in uirtutum transformari affectum, & totis præcordijs transferri ac cōstabiliti in deum, iugiter quoq; bonis actibus occupari, orationibus & meditationibus sanctis deuotissime immorari, seruenter aspirare ad deum, compunctionumq; lachrymis abundare. Imo quo plura occurruunt unitatis ac uoluptatis obiecta, ibi fortius mentem erigamus ad dominum, & omne fugiamus peccatum, imo & peccandi occasionem ac sensuum irrefrenationē. ¶ Ter tio creator sublimis magnificauit sponsam suam charissimam Agarham admirabilis mentis constantia, insuperabili patientia, uictoriōsissima fortitudine, in uniuerso suo martyrio. Longe fuit ab ea timor suppliciorum, formido mortis, tristitia premens, turbulentia deordinans, defectio in tormentis: Imo in immanissimis illis tormentis, cum diutissime torqueretur in labore, cum in equo esset distenta, cum super testas fractas & carbones uoluntaret ignitos, mansit tranquilla, inuicta, imo & spiritualiter læta. Ego, inquietus, in his lætor supplicijs, sicut qui bonū nuncium audit. Ad carcerem quoq; quasi ad epulas iuit. In quibus omnibus copiose multipliciterq; instruimur, ut imperfectum nostrum attendant ac defleant oculi nostri, q̄ heu tam impatientes, tam inconstantes & debiles sumus, q̄ tam cito seculari cruciamur tristitia, q̄ nec modica pati ualemus aduersa. Ideo cōfundatur quisq; in seipso confusione salubri ad p̄cenitentiam efficacem, ut idonee se emenderet. Si mortui sumus mundo & nobis met ipsi, cur instar secularium hominum ad iram, impatientiam, tristitiam, passionesq; alias commo uemur? Si Christus uiuit & regnat in nobis, cur cū ipso pati, affligi, despici abhorreamus? Nunquid maior est seruus domino suo, discipulusve magistro, aut membrum mystici capite summo præstantius? Postremo, si cum glorioſissima Agatha cupimus coronari, non uereamur cum ea saltē aliqua pati, nisi forte putemus coronari posse, legitimate non certantem. De alijs p̄demum quibus deus sanctam Agatham magnificauit, in sequenti dicetur sermone.

S E R M O III. De mortificatione uitiorum, de patientia, de gratitudine, de cognitione donorum dei.

LAUDATE dominum deum nostrum, qui in me adimpleuit misericordiam suam. Iudith de cimotertio. Multæ sunt miseriae hominis, quæ tamen ad duo genera reducuntur, quoniā quædam sunt miseriae penæ, quædam miseriae culpæ. Circa miserias penæ uersantur corporalia misericordia opera, illas subleuando aut auferendo. Porro circa miserias culpæ uerlantur spiritualia opera misericordia, illas tollendo aut minuendorut sunt peccanti ignoscere, forefacientem corripere, errantem reducere. Cumq; utraq; misericordia opera in nobis exercet deus, illa præcipue ad eius misericordiam pertinent, per qua culparum nostrarum miserias auxiliatur, à peccatis nos liberando aut præseruando, & gratiam infundendo, profectum & conseruationem in uitribus tribuendo. Et breuiter, quicquid mali deest, quicquid boni adest, totum opus est misericordie dei, quemadmodū in Threnis loquitur Ieremias: Misericordia domini quia nō sumus consumpti, quia non defecerūt miserationes eius. Et hoc quantum ad malū carentiam, quantū uero ad boni præsentiam loquitur Ieremias: Miserationū dñis recordabor, laudem domini super omnibus quæ reddidit nobis dñs, & quæ largitus est nobis secundū indulgentiam suam. Itaq; quād deus glorioſissimam Agatham tam benignissime præfer-

A p̄fueruauit à uitjjs, atq; in omni uirtute & gratia tam specialissime præuenit, perfecit, & conseruauit, merito ipsa hortatur: Laudate dominum deum nostrum, qui in me adimpleuit misericordiam suam. Ideo quando & nos à deo seu eius uicariis increpamur, castigamur, informamur, grati simus & aduertramus, quia spiritualia opera misericordia in nobis exercent. Mana teatq; semper in unoquoq; plena ad deum a dilectio, atq; sincera & amorosa ad præsidētem fidutia. De quo nihil suspicemur sinistrum, sed quod animarum nostrarum querat salutem. ¶ Præterea spiritu sapientiae ac prudentiae deus nimis specialiter ac gratiissime sanctā Agatham magnificauit & adimpleuit, ita quod paratissima fuit omni poscēti se reddere rationem de sua fide & spe. Aduersarios quoq; fidei, præserit imp̄issimum iudicem, uehemētissime ac sapientissime confutauit, & rationalissimis suis affixit responsis. Quæ omnia in eius patent Legenda. Nōne sapientissimum uerbum fuit quod dixit, Summa ingenuitas est, in qua Christi seruitus comprobatur. Siquidem Christo seruire, regnare est. Quid enim est Christo seruire, nisi uitjjs repugnare, in uisibilibus hostibus reluctari, seipsum regere, ratioe ac lege diuina corpus in seruitutem redigere, anima sensualitatem domare, subiacti deo, uirtutibus ministrare? Quod utiq; nobilissimum est, illuſtrissimusq; triumphus, ac summa libertas. Idcirco studeamus sic nobiles esse. Nullus subiactatur pigris, nullus somnolentia, ociositate, negligentia supereret. Nemo deseruiat suo uentri, nec loq; citate uincatur. Nemo ita deordinatus, tamq; ignobilis extet, ut in eo sensualitas dominetur, ut precipiteret à propria ira, ut passioni succubet. Si quis nostrum indiget sapientia, postule eam à deo. Imo cum omnes sapientia uehemē ter indigamus, omnes pro eius infusione, augmentatione, perfectione, fontem sapientiae cū omni instantia & affectu iugiter deprecemur, dicentes: Da mihi domine sedium tuarum assistricem sapientiam, ut mecum sit & mecum labore, ut sciam quid acceptum sit coram te in omni tempore. Itemq; Dirige me in ueritate tua, & doce me. ¶ Insuper sapientissimum uerbum est, quod uictoriōsissima Agatha dixit ad iudicem: Sicut triticum non potest in horreum ponī, nisi theca eius fuerit fortiter conculcata; sic anima mea non potest paradisum intrare cum palma martyris, nisi fecerit corpus meum diligenter à carnicib; lacerari. Sic quoq; illuſtrissimus martyr S. Ignatius dixit: Frumentum sum Chri, leonum dentibus molar, ut mundus panis efficiar. Nec mirum. Nam & Chrm oportuit pati, & ita intrare in gloriam suam. Quomodo igitur Luc 24, sine tribulationibus & persecutionum tolerantijs uirtuosis, intrabimus gloriam alienā? Quis filius, quem nō corripit pater? Quid circa hoc diuinus ait Apostolus: In disciplina, inquiet, perseuerate, tanquam filii uobis se offert deus. Quod si extra disciplinam estis, ergo adulteri & nō filii estis. Itaq; sicut deus quos amat, arguit & castigat, bonus eius uicarius fratres quos sinceriter diligit, corripit & emendat, nec super hoc subditus indigneatur, magis uero gratias agat. Nam disciplina quanvis in præsenti non uideatur esse gaudiū, sed inceroris, postea ramē fructum pacatissimum præstat exercitatis per eam, ita ut dicant: Lætati sumus pro diebus q; Psal. 59, bus nos humiliasti, annis quibus uidimus mala. ¶ Porro qui in p̄senti nolunt corripi, sed palpari, sciant se inter seculares computari, atq; damnados cum illis, quorū uita est prauitas imputata. Qui autem uere est uirtuosus, tunc redditur gaudiosus quando charitatue corripitur, dum iuste corrigitur, imo & q̄ sine suis demeritis tribulatur, suo cupiens dñs conformari, & agnoscent, quā multipliciter salubre sit aduersitatis exerceri. Idcirco patientia est oīm proxib; uirtutum, iuxta qd scriptū est: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulatiōis. Amplius, sapientissimū verbā fuit, qd p̄clarissima Agatha absciso hubere suo uirgineo, dixit: Ego habeo mamillas integras intus in aia mea, ex qbus nutrio omnes sensus meos, quos ab infantia dñs consecraui. Nēpe haec spiritualia hubera sunt utriusq; testamēti scriptura, seu charitas & discretio, fides q̄q; & recta intētio. Ex qbus omnes aīe uires spūaliter nutritur, bene regūtur, uirtuosis actib; refūciuntur. De qbus in Canticis fertur: Meliora sunt hubera tua uiño, fragrātia ungūtis optimis. Et tursus: Q; pulchra sunt māræ tuae. Habeamus ergo & nos in aia nostra h̄mī hubera, sintq; fecunda & plena, uersecundū scripturaz doctrinā, secundū charitatis instinctū, per fidē rectissimā dirigamus uitā nostrā in oībus, iuxta uocem oratīs: Gressus meos dirige secundū eloquū tuū, & non domine mei oīs iniustitia. ¶ Adhuc aut̄ magna sapientiae p̄fundiq; sensus & eminentissimā deuotio fuit oīe eius extrema, q̄ dixit Dñe Iesu Ch̄e, q̄ me creasti & ab infantia custodisti, corpusq; meū à pollutione seruasti, atq; à me amore seculi abstulisti, q̄ & tormenta uincere me fecisti, & in eis mihi patientiā tribuisti, accipe sp̄m meū, & iube me ad tuā mām guenire. Ecce q̄liter omne bonū naturæ & ḡz, mali q̄q; carentiā & eius uitiationē ac triumphū deo p̄fus ascripit. Qualif; erit p̄ sp̄m agnouit, q̄ si biā deo erant collata, & q̄ non solum bona operari, sed & aspera pro deo & iustitia pati, donū dñi dei. Et, q̄modo cū tantis esset meritis plena, rogauit ad omnipotentis mām peruenire, sc̄is

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EPIST.

& confitens, quod omnia sua merita, dei existerent munera. Propterea in omnibus his imitemur D
virginem istam sapientissimam, & ipsa Mineru sapientorem. Nec unquam quisquam se iactet,
nunquam inaniter gloriatur, nunquam suis uiribus bona ascribat quae operatur: sed quo maiora
quis bona a deo sortitur, quo plura efficit bona, eo humilior & deo sit gravior atque subiectior.
¶ Præterea in predictis cōtemplemur pro uiribus, quā infinita sit dei misericordia in electis,
præsertim in tribulationibus constitutis etiam in præsenti, qui eis tantam dat consolationem
interstant, in pena tantam alacritatem, & futura felicitatis prælibationem in corde, ut tam co-
piose redundet in corpus sensituumque partem, ita quod dolores nix sentiunt, & grande rele-
uamen experiatur in eis, sicut in beatissima Agatha multisq; alijs patuit. Vnde & sanctus Ti-
burtius super carbones ignitos, quasi super flores deambulare se dixit. In quorum omnium per
sona locutus est Paulus apostolus: Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum
abundat cōsolatione nostra. Verutamen dñs Iesus qui consolationis huius magnitudinem re-
dundantiamque contulit eis, in seipso tempore sua acerbissimam passionis redundantium noluit
hanc habere, ut grauius pateretur pro nobis, & copiosiorem nobis misericordia mereret, per
fectius quoq; totius patientiae largiretur exemplū, quatenus & nos discamus in omni tribula-
tione esse in deo constantes, siue huiusmodi consolationem experiamur, siue non. Nec ob eius
subtractionem frangamur, immo diuinæ dispensationis moderamini committamus eius infu-
sionem & subtractionem. Siquidem quid in hoc magis expedit pro nostra salute, nouit altissi-
mus, cuius sapientia nō est finis. Cui tanquam rectori, prudissimo ac superoptimo patri, nos ipsos
cum omnifiducia debemus cōmittere. Attamen si in aduersis constantes, & in prosperis fues-
timus humiles, uilesq; consolations spreuerimus, nec pepercemus nobis in cultu diuino,
uix poterit infinita pietas & munificētia patris cælestis, consolations suas in uita hac diu sub-
trahere nobis. Tanta est bonitas eius & charitas. Propter quod in talibus experta, loqua est
Sara: Post flerum domine exultationē infundis, & post tempestatem, trāquillum facis. ¶ Po-
stremo, quām excellenter deus sublimis magnificauit hanc sanctam suam per gloriosa mira-
cula in eius martyrio & sepulture ac postea, & per uelocem atq; horribilem sui perseguitoris
interfectionē, scimus ex sua Legēda. Diligimus ergo, laudemus, ueneremur atq; sequamur
hanc uirginē præelectam. Ad omnipotētis laudem & gloriam &c.

¶ Reliqua huic festo opportuna, require de sancta Catharina, & in
communi sanctorum.

¶ In festo Cathedrae sancti Petri.

ENARRATIO Epistole Iam non estis hospites & aduenæ, Ephesiōrum secundo.
D Ephesiō secundo ait ad omnes uere Christifideles sanctus Apostolus:
[lam] scilicet tempore gratiæ ac euangelicæ legis, [non estis hospites,] id est,
aduentiij, citoq; abeunte a deo, & a fide Christi, & à militante ecclesia, [& ad-
uenæ,] id est, peregrini & extranei à numero electorum, immo per fidem, chari-
tatem, ceterasq; uirtutes ac dona spiritus sancti, firmiter stabiliti estis in deo
& ecclesiastica unitate, ideo subditur: [sed estis ciues sanctorum]. i. de grege F
fidelium atq; consortio electorum, tanquam eiūdem iuris, legis ac dignitatis cum illis in mi-
litante ecclesia. [¶ & domestici dei,] id est, in ecclesia, quæ est domus dei, suscepiti, commorans-
tes a permansi, & deo familiariter iuncti, [superadificati]. i. corde innixi ac radicati, [sus-
per fundamentum apostolorum & prophetarum,] id est, super Christum, qui est primum ac
sumnum fundamentum, in quo apostoli ac prophetæ fundati fuerunt per fidem fortissimam
& gratiam magnam. Vnde alibi ait Apostolus: Fundamētum aliud nemo ponere potest, præ-
ter id quod possum est, quod est Christus Iesus. Poteſt quoq; per fundamento intelligi sa-
cra utriusq; testamenti scriptura, cui ut fundamento omnes sancti innixi sunt & innituntur.
Sic ergo adificati estis, [ipso summo angulari lapide] existente Christo Iesu, id est, ita quoq;
Christus in isto adificio spirituali ecclesiæ, est lapis summus & angularis. Lapis, inquam, quo-
nam firmiter sustinet & conseruat credentes in se. Summus, quoniam perficit eos. Angularis,
quia in ipso tanquam in capite uniuersitudo populi, Iudei uidelicet & Gentiles, ad consti-
tuendam unam ecclesiam, quemadmodum duo parietes connectuntur in lapide angulari,
hoc est, collocato in angulo ad constituendum habitaculum unum. De hoc lapide ait Psal-
mist: Lapidem quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli. Quod Chris-
tus de se prædictum testatur, dicens Iudei: Nunquam legisti, Lapidem quem reprobau-
runt adificantes, hic factus est in caput anguli! [In quo] scilicet Christo, id est, in cuius fide,
gratia & doctrina, omnis adificatio conseruata, id est, omnis persona seu multitudo fidelis
Matt. 21, spiritualiter confirmata, fundata, & ad deum erecta. [crescit,] id est, spiritualiter proficit de
bono

IN FESTO CATHEDRAE S. PETRI.

Fol. CIX.

A bono in melius. [in templum sanctum] id est, ad hoc ut sit templum à uitia puri, in quo De-
us per gratiam habitare dignetur. Vnde alibi dicit Apostolus: Templum Dei sanctum est, qd 1. Cor. 3.
estis uos, [in domino,] id est, secundum voluntatem ipsius, atq; ad gloriam eius, [in quo] scis
licet domino, id est, in cuius gratio auxilio, & uos coadificamini id est, simul cum alijs si-
delibus cōstruimini intus in anima per uirtutes & dona spiritus sancti, [in habitaculum Dei]
id est, ut sitis templum inhabitacionis diuinæ, [in spiritu sancto.] id est, uirtute & operatione spi-
ritus sancti, qui huius edificationis est causa & artifex summus, sine cuius cooperatione & g̃a-
nullus actus est meritox ius uite eterna, seu Deo acceptus.

¶ SERMO I. circa epistolam. Quomodo electi hic ciues atq; filii Dei sunt, & ni-
hilominus peregrini, & de stabilitate ecclesiæ.

I AM estis ciues sanctoꝝ & domestici Dei. Ad Ephes. ij. In hodierna epistola x̄bis breuissi-
ma, continentur profundæ sententiae ac saluberrima documenta, & p̄fertim q̄ copiosa gra-
tiarum charismata seu gratiæ munera, data sunt ipsiſ g̃etilibus ad fidem Christi cōueris, tem-
pore euangelicæ legis. ¶ Primum est, quod modo non sunt hospites & aduenæ, iuxta sensum
præhabitu, quia non sunt à Deo extranei & auersi atque increduli, sicut ante aduentū Chris-
ti fuerunt sed per apostoloz doctrinā, & per Christi gratiā, per sp̄u sancti p̄fissimā operatio-
nem, facti sunt ciues sanctorum & domestici Dei. Facti sunt enim non solum servi Dei altissi-
mi, sed etiā amici eius, adoptiūiꝝ filij, iuxta illud: Quotquot receperūt eum, dedit eis potesta-
tem filios Dei fieri. Vnde dicitur ab Apostolo: Omnes filii Dei estis per fidem qua est in Chri-
sto Iesu. Hinc Christus in euangelio patrem aeternum, Deum omnipotentem, p̄fissime uocat

B patrem fidelium, dicendo: Scit pater uester cælestis, quid opus sit uobis. Et rursus: Diligit me ini-
micos uestrros, ut sitis filii patris uestrj, qui in cœlis est. Itemq; Pater uester cælestis dabit spiri-
tum bonum petentibus se. Postquam enim Deus Dei patris filius, factus est homo, & unige-
nitus patris summi, factus est hominum frater, atque in terris natus ac uisus est, & cum homi-
nibus conuersatus, decuit deum maximam misericordiam, opem & gratiam hominibus ex-
hibere, ita ut ciues sanctorum, domestici, familiares, amici ac filii Dei conuentur, qui ante con-
versionem suam ad CHRISTVM, fuerūt membra ac servi filiūj diaboli. Hinc glorioſissimus
principes apostolorum in exordio secundū sue epistolæ loquitur: Maxima & preciosa nobis
deus dona donauit, ut per haec efficiamini diuinæ confortes naturæ. ¶ Sed quæri potest, quo
modo fideles dicuntur ciues sanctorum & domestici Dei, non hospites & aduenæ, cum pro-
pheta deum in psalmo exorans dicit: Ne sileas, quoniam aduenæ ego sum & peregrinus sicut

omnes patres mei. Sacratissimus quoque Petrus in prima canonica sua fideles affari exorsus:
Obsecro, inquit, uos tanquam aduenas & peregrinos. Vnde de sanctis scribit Apostolus Pau-
lus: Confidentes quia peregrini & hospites sunt super terram, Et sanctus David loquitur deoꝝ
Peregrini sumus coram te & aduenæ, sicut omnes patres nostri. ¶ Ad istud est duplex respon-
sio: Prima, quod fideles, electi ac uirtuosū sunt peregrini & aduenæ, quantum ad seculū istud,

in quo sunt sicut in via, suspirantes ac proficentes ad patriam beatorum. Etenim mundus
iste est tanquam carcere atque exilium electorum. Vnde dicit Apostolus: Non habemus hic

C manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. David quoque inquit: Dies nostri quasi um-
bra super terram, & nulla est mora. Hinc patriarcha Jacob fatetur: Dies peregrinationis meæ
super terram, parui & mali sunt. Non autem sunt peregrini & aduenæ, quantum ad militante
ecclesiæ, in qua actualiter sunt, & ciues ipsius cōsistunt per fidem & charitatem. Nam & ipsa
ecclesia ciuitas appellatur, de qua tractat beatus Augustinus in libr. de ciuitate dei, quia in ea
est Christianorū cohabitatio, per unam fidem, unamq; legem & charitatem unita. Vnde qui
sola fide in ecclesia sunt, & non charitate ac merito, potius sunt dicēdi ciues Babylonis, id est,
ciuitatis diabolii, quæ est ecclesia malignorum, quam ciues Ierusalem, id est, ecclesiæ militan-
tis. Alia responsio est, quod fideles, electi ac uirtuosū, sunt ciues ecclesiæ (ut dictum est) militan-
tis & domestici dei, loquendo de domo dei, quam habet in terra, de qua dicit Apostolus: Sci-
as quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei uiui, columnæ & firma-
mentum ueritaris. Peregrini uero, hospites & aduenæ sunt, respectu ecclesiæ triumphantis, ad
quam gradiuuntur anhelant & gemunt, & nondum in ea sunt, nisi per spem & meritum, nec
dum per rem & premium, quæ etiam dominus dei uocat, iuxta illud Psalmistæ: Beati qui ha-
bitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te, de qua loquitur Christus: In

Psal. 117. domo patris mei mansiones multe sunt. ¶ Secundum documentum huius epistolæ est, quod
fideles uale stabili fundamento innituntur, uidelicet Christo & authoritati scripturarum
utriusq; testamenti, quia per fidem, gratiam & uirtutes adificatis sunt mēs super hoc fundamen-
tum, id est, radicati & constabili in Christo eos fundante ac sustentante per dona gratiæ sūg,

¶ non

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO I.

nō sub eis per aliquam infiōritatem iacente. Hinc tempore tentationis ac tribulationis nō Druunt neq; uincuntur, nisi sponte hoc deferant fundamentum, nec ad aliquam labuntur pers fidiam, sed sufficientissime de necessarijs ad salutem docentur, uidelicet de credēndis atque agendis, quoniam sacris innituntur scripturis iuxta expositionem ecclesiae intellectis. Idcirco de homine deo obediēt, ait Saluator: Omnis qui audit uerba mea & facit ea, assimilabitur uiro sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram. Et descendit pluia, & uenerunt flumina, flauerunt tñuenti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit fundata enim erat super petram. Itaque tempore tribulationis ac tentationis non reliquamus hoc fundamentum, sed eius conseruationem & opem feruide inuocemus, atque in eius auxilio confidamus, quā dicat: Inuoca me in die tribulatiōis, eruam te & honorificabis me. Nec putemus nobis fidem & spem solam sufficere, sed festinemus p̄cepta implere, in humilitate, castitate, patientia, liberalitate, misericordia, iustitia, charitate, prudentia semper proficere, & perseuerare usque in finem. Scienti etenim bonum & nō facienti, peccatum est illi. Alioquin assimilabimur fatuo, & corruentes peribimus. Propter quod rursus afferit Christus: Omnis qui audit uerba mea, & non facit ea, similis erit uiro stulto, qui ædificauit domum suam supra arenam, & descendit pluia, & uenerunt flumina, & flauerunt tñuenti, & irruerunt in domum illam, & facta est ruina eius magna. Omnes namque iniqui, qui creaturis magis quām creatori per affectum inherenter, utpote aliquid diligendo, faciendo aut omitendo contra dei p̄ceptum, ædificant domum suam super arenam, id est, cor suum figunt in rebus carnalibus & caducis, que in star arenæ, instabilitia cognoscuntur, de quibus Solomon protestatur: Vanitas vanitatum & omnia vanitas. E

Matt. 7. Hinc itaq; sumnum & incommutabile, infinitum & incomparabile illud bonum deum sublimem & beneficium super omnia summe diligamus, desideremus, colamus ac ueneremur. Et quicquid ab eius amore nos impedit, quicquid suo honori repugnat, quicquid eis contrariatur p̄ceptis, non minus quām diabolum ac pecnam gehennæ uitemus, odiamus & detestemus, utpote omnem superbiam, auaritiam, gulam, luxuriam, iram, iniuidiam atq; acediam. ¶ Tertium documentum est, quod huius spiritualis saluberrimæ ædificationis, lapis angulas ris & summus est Christus, in quo uniuersi fideles concurrunt & connectuntur, de quo per Isaïam deus prædicti: Ecce ego mittam in fundamentis Sion, lapidem angularem, probatum, preciosum. Quod princeps apostolorum in prima sua inducit canonica, Paulus quoq; Petras, inquit, erat Christus. Huic igitur lapidi scilicet Christo iungamur, in h̄reamus, ab eius soliditate nihil auellat nos, atq; in ipso omnes proximos nostros spiritualiter diligamus, nec auer tamur ab aliquo: quia si a proximo quocunque per rancorem auertimur, a Christo auertimur & perimus. ¶ Quartum documentum est, quod fideles sunt templum & habitaculum Dei, quia per charitatem & gratiam demoratur in eis. Nempe qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Dominus quoque fatur: Si quis diligit me, sermonem meū seruabit & pa ter meus diligeret eū & ad eū ueniēmus, & mansiōnem apud eum faciemus. Ecce quanta est dignitas hominis virtuosi, quia totius super beatissimæ Trinitatis templum, thronus, habitaculumq; consistit. ¶ Præterea post Christum etiam ipsi glorioli apostoli, dicuntur fundamenta fidelium, quoniam suis doctrinis, uirtutibus & miraculis roborant, fundant & sustinent eos. Vnde in Apocalypsi ait sanctus Iohannes, quod duodecim sunt fundamenta ciuitatis, puta ecclesia. Et in psalmo cantatur: Fundamenta eius in montibus sanctis. Et certum est, q; gloriofissimus apostolici agminis princeps sanctissimus Petrus post Christum præcipue sit funda mentum fidelium. Nam & specialiter dixit ad eum passionē instantē: Tu aliquando conu erfus, confirma fratres tuos. Et alibi: Ego dico tibi, quia tu es Petrus, id est, firmus ac principaz̄ & super hanc petram, id est, tu fidei firmatus, imo super te, secundum expositionem sacerdoti Hieronymi, ædificabo ecclesiam meam. ¶ Postremo, quām uerum sit istud, apertissime patet in Actibus apostolorum, ubi beatissimi Petri excellentia edocetur, qualiter uerx & os fu it apostolorum, principalis & efficacissimus in prædicando, multa millia Iudeorum conuertens, tamq; præpotens in miraculis, q; in plateis Ierusalem ponebant infirmos in lectis, quate nus sacratissimo Petro ueniente, saltem umbra ipsius obumbraret quenquam illorum, & sanabuntur. Ipse etiam inter apostolos primus fuit qui cōuertit gentiles: quia ut legitur in Actibus, Cornelius centurio fuit uir iustus, & operibus misericordia ualde insistens, qui uidit in plena uigilia hora diei nona angelum dei introētum ad se, præcipientemq; sibi, ut sanctum apostolum Petrum uocaret ad se, & audiret ab eo quā necessaria sunt saluti. Cumq; beatus Petrus uenisset ad eum, & ei scilicet Cornelio centurioni, & congregatis cum eo cognatis eius, necessarijsq; amicis fidē Christi euangelizaret, descendit & cecidit spiritus sanctus super illos in specie uiuibili, nec solum impleuit eos donis gratiæ gratum facientis, sed etiam quibusdam donis

Matt. 24. Iaco. 4. Matt. 7.

Isaïe 18. 1. Co. 10. Ioh. 14.

Luce 22. Matt. 16.

¶ Tertium documentum est, quod huius spiritualis saluberrimæ ædificationis, lapis angulas ris & summus est Christus, in quo uniuersi fideles concurrunt & connectuntur, de quo per Isaïam deus prædicti: Ecce ego mittam in fundamentis Sion, lapidem angularem, probatum, preciosum. Quod princeps apostolorum in prima sua inducit canonica, Paulus quoq; Petras, inquit, erat Christus. Huic igitur lapidi scilicet Christo iungamur, in h̄reamus, ab eius soliditate nihil auellat nos, atq; in ipso omnes proximos nostros spiritualiter diligamus, nec auer tamur ab aliquo: quia si a proximo quocunque per rancorem auertimur, a Christo auertimur & perimus. ¶ Quartum documentum est, quod fideles sunt templum & habitaculum Dei, quia per charitatem & gratiam demoratur in eis. Nempe qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Dominus quoque fatur: Si quis diligit me, sermonem meū seruabit & pa

ter meus diligeret eū & ad eū ueniēmus, & mansiōnem apud eum faciemus. Ecce quanta est dignitas hominis virtuosi, quia totius super beatissimæ Trinitatis templum, thronus, habitaculumq; consistit. ¶ Præterea post Christum etiam ipsi glorioli apostoli, dicuntur fundamenta fidelium, quoniam suis doctrinis, uirtutibus & miraculis roborant, fundant & sustinent eos. Vnde in Apocalypsi ait sanctus Iohannes, quod duodecim sunt fundamenta ciuitatis, puta ecclesia. Et in psalmo cantatur: Fundamenta eius in montibus sanctis. Et certum est, q; gloriofissimus apostolici agminis princeps sanctissimus Petrus post Christum præcipue sit funda mentum fidelium. Nam & specialiter dixit ad eum passionē instantē: Tu aliquando conu erfus, confirma fratres tuos. Et alibi: Ego dico tibi, quia tu es Petrus, id est, firmus ac principaz̄ & super hanc petram, id est, tu fidei firmatus, imo super te, secundum expositionem sacerdoti Hieronymi, ædificabo ecclesiam meam. ¶ Postremo, quām uerum sit istud, apertissime patet in Actibus apostolorum, ubi beatissimi Petri excellentia edocetur, qualiter uerx & os fu it apostolorum, principalis & efficacissimus in prædicando, multa millia Iudeorum conuertens, tamq; præpotens in miraculis, q; in plateis Ierusalem ponebant infirmos in lectis, quate nus sacratissimo Petro ueniente, saltem umbra ipsius obumbraret quenquam illorum, & sanabuntur. Ipse etiam inter apostolos primus fuit qui cōuertit gentiles: quia ut legitur in Actibus, Cornelius centurio fuit uir iustus, & operibus misericordia ualde insistens, qui uidit in plena uigilia hora diei nona angelum dei introētum ad se, præcipientemq; sibi, ut sanctum apostolum Petrum uocaret ad se, & audiret ab eo quā necessaria sunt saluti. Cumq; beatus Petrus uenisset ad eum, & ei scilicet Cornelio centurioni, & congregatis cum eo cognatis eius, necessarijsq; amicis fidē Christi euangelizaret, descendit & cecidit spiritus sanctus super illos in specie uiuibili, nec solum impleuit eos donis gratiæ gratum facientis, sed etiam quibusdam donis

DE CATHEDRA S. PETRI.

Fol. CX

A donis gratiæ gratis datae. Nam protinus cōperunt loqui uarijs linguis, sicut in die pentecostes apostoli. Itaq; beatissimum archi apostolum humiliiter inuocemus, congrue honoremus, præcipue diligamus, ut pro nobis iugiter intercedat, quatenus secundum eius p̄cepta & do cumenta atq; exempla uiuamus, proficiamus & perseueremus.

¶ Enarratio Euangeli Dixit Iesus Simoni Petro. Iohann. xxi.

H Istoria euangeli hodierni contigit, quando post resurrectionem suam Christus apparuit septem ex discipulis suis ad mare Tiberiadis, uidelicet sancto Petro, Iohanni & Iacobō, Thomae & Nathanaeli, & alijs duobus discipulis. Cum quibus dum manducasset, [dixit Iesus Simoni Petro: Simon Iohannis, id est, fili Iohannis, sic enim pater Petri vocabatur. [diligis me plus, ijs, id est, intensius seu magis perfecte ac feruide, quām alijs discipuli mei. Videatur hæc quæstio Christi sat ismirabilis. Cum enim dicat Apostolus, Nemo scit quid agatur in homine, nispi ritus eius, qualiter potuit Petrus scire, quod plus Christum amaret quām disci puli alijs? Rursus cum Solomon protestetur, Nescit homo an sit dignus amore uel odio, quo modo potuit Petrus scire se CHRISTVM diligere, cum sit certus se dignum esse amore, qui scit se Christum amare? Et respondendum, quod propter mysterium Christus questionem hanc fecit, uidelicet ad insinuandum, quod aliorum prælatū seu alijs præficiendus, debet p̄ communī plebe Deum diligere, atque in omni uirtute & gratia præfulgere, quatenus de plenitudine sua ualeat subditis communicare, eosq; instruere, dirigere, purgare, perficere. [Dicit ei Petrus: Etiam domine, tu scis quia amo te.] Pauloante dixerat Petrus incaute se præferens alijs. Etsi omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam sc̄dalizabor. nunc uero propriam fragilitatem expertus, ampliorisq; discretione ac gratia decoratus, non audet respōdere quod plus amet Iesum quām condiscipuli, sed hoc, quod sibi constabat respondit, dicens: Tu scis quia amo te. Per quod docemur non præferre nos alijs, nec de illorum interioribus temere iudicare, neque in dubijs assertuum seu certum dare responsum. Cuius oppositum faciunt qui dicunt, ne uideantur quid ignorare. [Dicit ei Iesus: Pasce agnos meos.] id est, pastorem fidelium meorum & omnium hominum temporis tui, te prælatum constituo, utpote generalem, summum ac plenum uicarium meum, super uniuersam militatē ecclesiam, ac si dicat: Quoniam tam intense me diligis, ut ego ipse conspicio, aptus es præfici uniuersis. Itaque per hæc uerba Christus fecit Petrus summum pontificem, & totius ecclesiæ caput, sponsum, hierarchā, prælatum. [Dicit ei iterum: Simon Iohannis, diligis me!] Ait illi: Etiam domine, tu scis quia amo te.] Quæritur an Petrus certitudinaliter sciuit se diligere Christum. Dicendum, quod apostoli post plenam illam spiritus sancti receptionem in die pentecostes factam, sciuerunt se primiti as, id est, p̄cipua dona spiritus sancti sortitos, atq; in gratia confirmatos, ideo certitudinaliter sciuerunt se Christum diligere infuso amore. Vnde Paulus securissime dixit: Quis nos separabit à charitate Dei? An uero post receptionem spiritus sancti per Christi iufficationem, que hanc interrogationem præcessit, apostoli certitudinaliter sciuerunt se esse in charitate & gratia inseparabiles, quo usq; spiritus sanctus plenus accepert in festo pentecostes, nō est adeo certum. Porro si Petrus hac uice sciuit se Christum diligere, infusa ac meritaria dilectione, hoc fuisse per reuelationem. Veruntamen certum est, quod Petrus certissime sciuit se Christum diligere.

C re quodā amore, utpote uel naturali & acquisito, uel spirituali atq; infuso. Experiebatur namq; se in Christi amore non mediocriter æstuare, præsentim dum eum uidit præsentem, sicut cū dixit h̄ec. [Dicit ei Iesus: Pasce agnos meos.] id est, fideles uerbo instructionis, exemplo uiuitiose conuersationis, mentis quoq; affectu, sed & temporali dum opus est, subsidio ale. [Dicit ei tertio: Simon Iohannis, amas me?] Christus predilectū Petru suū de dilectione sua ter exasperat atq; interrogat, quia prælatū Deum diligere debet cordiali affectu, affectuofis sermonibus & charitati ueribus. Et item, ut Petrus tria diuinā amoris professione, faciat recō. [Matri. 26. pensam pro tria illa formidolosa Christi negatione, atque ad insinuandum, q; ad prælationē Marci. 14. promouendi, sint frequenter ac diligenter discutiēdi & considerandi, an sint uere idonei, & in charitate præcipui. [Contristatus est Petrus, quia dicit ei tertio, Amas me?] Videbatur enim quasi Christus responsem Petri non approbare. Et forsitan Petrus expauit, q; ideo Christus toties uerba eadem repetiuit, quasi ueller ei aliquid prænunciare, in quo ostenderetur nō diligere Christum, quemadmodum quādo fiducialiter dixit: Animam meam pro te ponam, audiuit à Christo: Non cantabit gallus donec ter me neges. [Et dicit ei: Domine, tu omnia scis.] Non solum in quantum Deus per scientiam increatam, sed etiam secundum humanitatē assumptam, per scientiā concretam ac inditam, [tu scis quia amo te.] ideo nō oportet te amplius interrogare. [Dicit ei: Pasce oues meas.] Ante bis dixit, Pasce agnos meos, nunc ait, Pasce oues meas. Vnde per agnos intelliguntur incipientes, pueri, nōdūm perfecti. Per oues au

t ij tem

D. DIONYSII CARTHV. SERMO II.

sem, perfecti qui alidrum spirituales sunt patres. Et quia prælati debent esse parati ad mortem. **D**um pro Christo & grege sibi commisso, Christus consequenter prædicat Petro suum martyrium. [Amen amen dico tibi, cum essem iunior] annis q̄ nunc, quando etiam moribus iunior eras quam modo. [cingebas te] cingulo materiali circa lumbos tuos, [& ambulabas ubi uolebas] per gendo de loco ad locum ad libitum tuum, quia nō eras ab aliquo uincitus. [Cum autem senueris, extendes manus tuas] ad brachia crucis, cui appèderis. Quod utiq; sanctus apostolus promptissime fecit ex charitate & fortitudine animi, secundum rationem & appetitum superiorem. [¶ alius te cinget.] id est, apparitor seu minister Nerois imperator ligabit te in urbe Roma, antequā te educat ad mortem. [& ducer] te quo tu non uis. I.e. ad locum passionis, acerbitatemq; mortis, quam secundum naturalem & sensituum appetitū horribilis, quare uis secundum rationem & intellectuum appetitum eam libentissime patieris, cupiens dissoluī a corpore, & esse mecum in regno. Veruntamē appetitus inferior fuit in sancto Petro finaliter subditus rationi, quia per uirtutes morales fuerunt in eo passiones rationis iudicio perfecte subiectae, ita quod non timuit mortem, nec eos qui corpus occidunt, immoderate. sed primi mortis non sunt in nostra potestate, propter quod Paulus apostolus decollandus, fecit sibi osculos circumligari, ne uenientem gladium cernens, pateretur subitum motum naturalis timoris mortis. ¶ Consequenter Euangelista exponit hæc uerba. [Hoc autem] id est, præinducta parabolica uerba. [dixit] Iesus, [significans qua morte clarificaturus esset Deū] id est, quale martyrum esset passurus, per quod Deum honorauit, moriendo pro fide, ueritate & cultu ipsius. **E** Quemadmodum enim iusti clarificant Deum sua uirtuosa conuersatione, quia per eam protestant & opere pandunt, q; Deus sit sanctus, excelsus & iustus, cui tam reuerenter uirtuosus seruuntur pro fide atq; iustitia moriendo, ipso martyrio suo clarificat, quia per illud demonstrant & contestantur, q; Deus sit tantæ dignitatis, tamq; infallibilis ueritatis & æquitatis, q; potius sit moriendum, q; ab eo per ueritatis negationem, aut iustitiae derelictionem, aliq; literrecedendum. Propter quod ad Ephesios scribit Apostolus: In omnifidutia magnificabitur Christus in corpore meo, siue per uitam, siue per mortem.

SERMO II. circa euangelium. Quomodo bonorum pastorum conditions prelati debent habere, & ouium, subdit.

Dixit IESVS Petro: Pasce agnos meos. Iohannis ultimo, In uerbis his paucis docet saluator, quid pertinet ad prælatum, & ad omnes qui curam habent animalium, quid items ad subditos. Ad eos itaque qui alii spiritualiter præfunt, pertinere pascer eos. Quod principi liter intelligendum est de spirituali nutritione, quæ nutritio est subditorum instructio, gubernatio, purgatio a peccatis, deductio ad uirtutes, præseruatio seu custoditio a dæmonum testamentis & animalium periculis. Hinc per Ieremiam loquitur Deus: Dabo uobis pastores iuxta cor meum, & paſcent uos scientia & doctrina. Denique ad hanc spiritualem subditorum nutritiōem multa sunt necessaria. ¶ Primum est, ut pastor eos agnoscat, id est, mores eorum consideret, peccata inquirat, uitam perpendat, ut sciat qualiter omnes & singulos debeat informare, corripere, spiritualiterq; curare, hoc est, a peccatis, quæ sunt animalium laſiones & mors, emundare. Pastor quippe est medicus animalium idcirco sicut medicus corporum illius gentes considerat infirmitates & uulnera languidorum, ut iuxta illorum exigētiam apponat remedia; sic pastor & custos animalium, mores & uita subditorum perpēdere debet suorum, atque secundum ea ipſis tradere documenta, correptiones & correctiones. Ideo Salomon unicus præsidenti spiritualiter ait: Diliger agnosce uultum pecoris tui, tuosq; greges considera. In quibus uerbis per uultum pecoris intelligitur conscientia inferioris, quam curatus pro posse suo debet discutere, quod præcipue fit in confessione. CHRISTVS quoque contenterit: Bonus pastor proprias oues uocat nominatim. Ex his etiam innotescit, quod sicut medicorum sunt causa mortis morientium infirmorum, quos suscepereunt pro posse curando, nisi præfacto modo eorum infirmitates considerentur, sic curatis sunt coram Deo causæ seu rei uitiorum atq; damnationis pereuntium subditorum, nisi præfacto modo considerent eos. ¶ Secundo adspiritualem subditorum nutritionem necessarium est, eos de credendis & agendis ac uitandis instruere, exponendo & prædicando eis præcepta Dei & ecclesiæ a scripturas, prefertim euangelia & sermones. Hinc Christus ait apostolis, & in eorum persona cunctis suis uicarijs ac prælatis: Vos estis lux mundi, quia uidelicet illuminare debent populos sibi commissos modo præfacto de necessarijs ad salutem. Ideo Timotheo scripsit Apostolus: Attende exhortationi & doctrinæ. Et propheta dixit ad dominum: Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te conuertentur. Quod quam meritiorum sit & salubre, constat ex eo quod Danieli Gabrieli ait archangelus: Qui ad iustitiam erudiant multos, q̄ si stellæ fulgebūt in perpetuas eternitatem.

Ter

Eph. 1.

Iete. 3.

Matt. 5.

Psal. 50.

Dan. 12.

A Tertio necessarium est, delinquentes corripere atq; corriger, & unicuique subdito peccatori spissita medelam suarum culparum curatiuam, prouide adhibere. Quanis etenim omnes Christiani ad correptionem tenentur fraternali, in quantum correpro illa actus est charitatis, pastores tamen & præsidentes præcipue obligantur ad eam, & non solum secundum quod est actus charitatis, sed etiam prout est actus iustitiae. Nec solum debent delinqüentes uerbis corripere, sed & poenas, disciplinas, & satisfactiones eis infligere siue iniungere. Quemadmodum autem diuersa corporum mulnera, uarij languores alia & alia requiriunt medicamenta, ita quod unam infirmitatem curaret, aliam plus augeret & mortem induceret, sic diuersa peccata diuersimode sunt curanda; peccatores quoque secundum quod diuersimode existunt dispositi, aliter & aliter sunt sanandi, hortandi, corripiendi & castigandi. Quidam namq; sunt duræ ceruicis & obstinaci in uitis, & publice graviter peccant ac alios scandalizant, idcirco sunt acris corripiendi ac corrigit. Alij sunt uere cundi, flexibiles bonæq; indolis, & quedam bona in se gesta habentes, qui mitius sunt tractandi. Hinc ad Timotheo dicit Apostolus: Prædicta uerbum, in ista opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia. Et alibi: Corripe inquietos, consolamini pusillanimis, suscipite infirmos, pacientes estote ad omnes. Sunt demum alia multa, ad spiritualem subditorum nutritionem & gubernationem necessaria, utpote pro eis deum iugiter ac feruenter orare, pericula ei similitudinem obseruare, & cetera nunciare; eos etiam ab inuisibilibus hostibus, scilicet dæmonum tentationibus custodi; nec solum eos instruere uerbis, sed uirtuosis quoq; & exemplaribus adiutoriis ac fama laudabilis, sed & corporalia subsidia, seu uictu necessaria ministrare eisdem pro posse tempore opportuno, & si opus fuerit, uitam pro eis exponere, cum Christus fateatur: Bonus pastor animam suam Iohann. 10.

B dat pro ouibus suis. Præterea prememoratos actus pastorales beatissimus Petrus apostolus inclite, excellenter & gloriose impluit, sicut in Actibus apostolorum, & in eius Legenda, Itinerario q;q; sancti Clementis, describitur. Ipse itaq; in primis oues sibi commissas cognovit. Et quoniam sibi totus mundus commissus fuit, (nam uniuersus hominibus est prælator) id est totius mundi hostes pro suo posse considerauit, uniuersis quoq; & singulis quantum sibi fuit possibile, nitebatur succurrere per scipium & per suos discipulos, quos ad diuersas regiones misit ad prædicandum, utpote ad Hispaniam, Galliam, Aphricam, Germaniam, & per urbes Iealie, prouinciarumq; aliarum. Insup oes homines illuminauit & informauit pro posse per suam ac discipulorum suorum prædicationem, per epistolam, per ordinationes, & ecclæsticas functiones. Primo enim constantissime prædicauit in ciuitate Ierusalem, deinde in diuersis urbibus Iudeæ & Galilææ atq; Samarie, deinceps coepit ḡtibus prædicare; atq; ut sanctus Clemens papa testatur, ipse tanquam splendidissimus sol ab oriente ingressus est occidentem, & tenebras occiduarum fugans regionum, luce fidei & claritate sapientiae ac euangelicæ legis occidentalem mundi partem copiosissime illustrauit. Præterea, quanuis uiceribus charitatis ac pietatis totus est repletus, nihilominus in increpādo & corrigoendo de linquentes, strenuus ualde, iustus, rigorosusq; fuit. Vnde ut in Actibus legit, dum primi illi deuotissimi Christiani sub regimine beatissimi Petri & aliorum apostolorum in Ierusalem communè ducerent uitam, & uenitibus possessionibus suis, precium earum ponerent ante pedes apostolorum in communem fidellum usum, fuit ibi uir nomine Ananias, qui uendito agro suo, aliquid reseruauit sibi occulte de precio, conscientia sua uxore. Sed gloriolissimum principem apostolorum factū illud non latuit, quoniam spiritus sanctus ei hoc reuelauit. Cumq; sanctus Petrus uirum illū increparet, dicendo, Ananias, cur tentauit Satanus cor tuum, mentiri te spiritui sancto? non es mentitus hominibus, sed deo; audiens Ananias haec uerba, corruens protinus expirauit. Deinde post horas quasi tres, uxor Ananies nesciens quid suo acciderit uiro, & interrogata a sancto Petro de quantitate preci agris sui uenundati, cum mēdosum daret responsum, & super hoc increparetur a Petro, ceedit statim & expirauit. ¶ Amplius, ex uerbo Christi in themate positivo, quod credentes in se nominari oues, dicendo, Pasce oues meas & agnos, docemur, quales esse debeant Christiani, si uoluerint esse ueri discipuli saluatoris & filij gratia a salutis. Oportet enim ut habeant laudabiles ouii proprietates. Quarum prima est, quod oues sunt animalia simplicia, innocentia, felle, dolo & ira carentia. Sic Christianos oportet esse simplices columbina simplicitate, hoc est, absq; uulpina calliditate & fraudulenta duplicitate, quia ut Salomon loquitur, Vir uersutus odiosus est. Et Psalmista, Vir Psalm. 7. inquit, sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Vnde & Christus in Euangeliō: Estote, ait, simplices sicut columbae. Cum em̄ similitudo sit causa amoris, & deus sit summe simplex, sincerissimus, tranquillissimus atque purissimus, constat quod homo tanto plus placeat deo, quanto omni duplicitate & calliditate, fraude commotione, ira fuit purior, & tanto plus displaceat deo, quanto duplicitas, nocentior, dolosior, aut iracundior fuerit. Hinc in Ecclesiaste scribitur: Ne sis uelox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit. Et denuo Salomon loquitur: Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati spiritus ferre quis poterit? Ex quibus offenditur, quod uolens deo placere, & inter proximos ac domesticos amabiliter & pacifice ac exemplariter cōuersari, ualde necesse habet iram reprimere, irascenditq; usum profus abjecere.

t. iiij. Vnde

D. DIONYSII CARTHUSIA. SERMO III.

Vade quidam sanctus eremita afferit, quod homo iracundus non placet deo, etiam si mortuus susciret. Et rursus: Sicur fumus hospitem expellit a domo, sic iracundia spiritum sanctum de corde. Item necesse est Christianos esse innocentes, id est, nulli nocentes scandalizando, aut damna siue iniurias irrogando, ut impleant illud Tob. Quod ab alio oderis fieri tibi, uide ne tu aliquando alijs facias. Nec hoc quis putet sufficere, sed oportet proximos edificare, corripere & iuuare, ut immat. 7. pleamus quod praeceptum Christi: Omnia quaecunq; uultis ut faciant uobis homines, & uos facite eis. Hoc est enim lex & prophetae, id est, in hoc consistit ac impletur doctrina legis & prophetarum, immo & naturalis lex ista requirit ac dictat. ¶ Secunda proprietas ouium est, quod faciliter diriguntur iuxta voluntatem pastoris, & quod tenderit baculum, illuc mox graduntur, ac pascua sumunt. Sic Christiani suis superioribus ac praetatis in licitis & honestis debent prompte & assidue obedire, & non instar canum remordere, indignari & furere, sed eorum informationes gratanter suscipere, corruptionibus obtemperare, directionibus gubernari, & superiores suos specialiter amare ac uenerare. Hebr. 13. si, quae admodum ait ad Hebreos Apostolus: Obedite praeceptis uestris & subiacete illis. Ipsi enim perugilant quasi rationem pro animabus uestris reddituri. Alibi quoq; Rogamus uos fratres, ut noueritis eos qui laborant inter uos, & presunt uobis in domino, & monent uos, ut habeatis illos abundantius in charitate, propter opus eorum pacem habete cum illis. Itaq; qui rebelles sunt deo & eius uicariis superioribus suis, transgrediendo precepta dei atque ecclesie, non sunt uies Christi, sed canes diaboli, de quibus loquitur Paulus: Vide canes, uidete malos operarios, uidete conclusionem. ¶ Tertia ouium proprietas est, magna eae utilitas atque secunditas. Nam lana, pelle, lacte, carne, prole, simo prosumt hominibus. Sic Christiani cum sint iuxta doctrinam Apostoli, inuicem membra, & unum mysticum corpus Christi, debent sibi inuicem uerbo, rebus, exemplis, fama, operibus proficere, & opera misericordiae tam spiritualia quam corporalia exercere, ut sint arbores fructuofae, & per opera virtuosa deum iugiter uenerentur, quia ut ait Salvator: Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Quod si infecunditas condemnatur, prava actio qualiter punietur? Itaq; beatissimum Principem apostolici ordinis in te dilegamus, ueneremur ac iuocemus, ut gratiam & uitutem nobis a deo impetrare dignet, qua tamquam veraciter uies Christi, in omni humilitate, charitate & obedientia deo & eius uicariis subditissimus.

SERMO III. De principatu apostolatus Petri,
& de quadruplici fide aut potestate eius.

Inuitus Iesus Simonem Petrum, dixit: Tu uocaberis Cephas, Iohannis primo. Quemadmodum uenerabilis Beda testatur, inueniens Iesu oculo corporali faciem Petri, oculo interiori uidentem mens ipsius synceritatem, simplicitatem, atque secundum Ambrosium magnanimitatem eius immensam. Propter quod predixit eum esse futurum praetatum totius ecclesie. Erat namque beatus Petrus etiam ex naturali sua dispositione, & multo plus ex gratio spiritali collatione, uir precepit synceritatem, columbinam omnino simplicitatem, & ualde praeclare magnanimitatem. Quod uti que ex omnibus uerbis eius tam in euangelio quam in actibus apostolorum, & in suis epistolis faciliter potest considerari. Conuenienter itaque Christus sapientia dei patris, praefecit Petrum universa eccliesiae, dicens: Pasce uies meas. In quibus uerbis sicut nihil determinatur, sic nihil exceptitur, sed uniuersa designatur, atque ut sanctus Bernardus libro de Consideratione subtiliter atque catholice docet, unitas in uno pastore, unoque grege a domino commendatur. Et quanvis factum sit istud post Christi resurrectionem, tamen ante suam passionem ipse praesignauit istud futurum, cum dixit ad Petrum: Tu uocaberis Cephas. Cephas quisque, principalis seu caput uel capitaneus interpretatur. ¶ Præterea de incathedratione beatissimi Petri, hoc est, de promotione & exaltatione eius ad pontificale fastigium, hodie festivitatem agit eccliesia. Quocirca sciendum, quia ut præcius ille doctor dominus Petrus de Aliaco cardinalis, in libro suo de Ecclesiastica potestate testatur, quanvis Petrus immediate a Christo accepit plenitudinem Ecclesiasticae potestatis & autoritatis super uniuersalem eccliesiam, tamen post CHRISTI ascensionem & spiritu sanctu infusionem non statim constituit sibi sedem in speciali aliquo loco, sed hinc inde gradiebat prædictando diuersis in locis, per tres autem quatuor circiter annos. Deinde cum per copiosa & gloriofa miracula Antiochiam pro parte maxima conuertisset, atque (ut legitur) Theophilus Antoniochenæ ciuitatis principem perduxisset ad fidem, filium eius diu defunctum resuscitando, ipse Theophilus cum alijs multis milibus baptizatus, cæterique cum eo conuersi, pulchram fabricaverunt ecclesiæ. In cuius medio excellam cathedralm collocantes, posuerunt & sublimauerunt sanctissimum Petrum in ea, ut uideri & audiri ab omnibus posset in ipsa. Sicut beatus Petrus septem annis præfuit ibi. Cumq; Simonem Magum penitus superaserit ac confutasset, & Simon ille iter arripiisset ad Romanum, ut ibi deciperet homines, sanctus Petrus hoc cognito, reliqua se de Antiochena, post Simonem illum copiis proficiens ad Romanum, & in ea constituens sibi sedem, uigintiquinq; annis præsidens fuit ibidem. De prima tamen incathedratione glorioissimi huius apostoli, nunc præserit, ut dicatur, festivitas celebratur, quoniam tunc prælani eccliesie cooperunt non solum dignitate

DE CATHEDRA S. PETRI.

FOL. CXII.

Agnitate & fama, sed loco etiam exaltari. ¶ Insuper CHRISTVS präelectum & predilectum suum Petrum, ultipli citate ac mirabiliter exaltauit in mundo isto & in militanti eccliesia, in quoque gloriolus ac multiplicius eum sublimauit in celo & in eccliesia triumphante. ¶ Est etenim quadruplex sedes, dignitas seu potestas. Prima est sedes pontificalis. Secunda regalis. Tertia judicialis. Quarta magistralis. Itaque in prima sede seu cathedra sublimatus & inthronizatus est Petrus a deo atque hominibus. Christus namque dicendo ad eum, Pasce uies meas, fecit eum Iohannes, summum pontificem. Et quia per uerba illa præfecit cum toti eccliesia, per eadem concubilis ei plenitudinem eccliesiæ potestatis. Sicut uis in Petro sanctissimo ueret ac plenitudo tam secularis quam spiritualis potestatis. Et hæc ipsa potestatis eccliesiæ plenitudo ac apex, fuit, est & erit in quolibet successore sancti Petri legitimo Romano pontifice. Hinc equidem dominus papa potest dum rationabilis causa occurrit, regem in uilem regno priuare, & illud idoneo dare. Potest quoque Imperatorem deponere, & eius electionem caflare. Ideo Petrus sedis etiam in cathedra seu throno regali, & cunctis regibus fuit superior. Sedit item in cathedra judiciali, quoniam potestas ligandi & soluendi, excommunicandi, promouendi ac deponendi omnem eccliesiasticum praetatum ac uirum, ei a Christo ante passionem eius specialiter est promissa, Matthæi decimo sexto diceat Petrus Christo: Tibi dabo claves regni celorum, & quodcumque ligaueris super terram, &c. Atque post passionem Christi, Petro est a Christo realiter data, cum dictum est ei, Pasce uies meas, hoc est, uniuersorum fideliuum pastorem, praetatum, iudicemque modo constituo. Sedit etiam fraterrissimus Petrus in solio seu cathedra magistrali, quia totius orbis fuit magister, pater, hierarcha & præf. Pontifex namque est doctror populi sibi commissi, iuxta illud in prima ad Timoth. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalalem, doctorem. Ob hanc supernaturem, admirandam ac multiplicem potestatem & dignitatem, Petro a Christo collatam, asserit sanctus Clemens papa, quod totus mundus fuit inferior Petro, cum ipse totius mundi pater fuerit & præfatus. Denique sancta eccliesia ter in anno agit solennitatem de sancto Petro, propter præhabitu, utpote, quoniam princeps fuit apostolorum, & totius eccliesie caput, sponsus, pater & rector. ¶ Preterea, sicut ex Itinerario sancti Clementis habetur, ciuitas Antiochenæ interdum suscepit Petrum, & eius predictioni assensit. Sed Petro absence, superueniens Simon Magus, per magicas suas fallacias populum Antiochenum intantum auertit a sancto Petro, quod eum redeuentem contumelij affecerunt: inquit & quadam vice summitatem capillorum capitis eius abraserunt. Quod quia principi eccliesie in eius & fidei Christianæ contumeliam est in scilicet, placuit omni clero, ut sibi coronam in superiori facerent capitisi parte, ad dei & sancti Petri honorem. Postmodum Antiochenæ ciuitatis cognitis Simonis Magi nequitij, Petro ad se rediunt cum magna humilitate & reuerentia obuiant, penitentiam agentes, ueniam poscens, obruleruntque Petro omnes languidos & obcessos. Quos dum beatissimus Petrus ante se ponuisse, & super eos normen domini inuocasset, descendit lux, copiosa de celo, & apparuit populo, sanctis omnes fuerunt curati, & accurrentes sancti Petri osculabantur uestigia. Tunc ut legitur, plus quam decem millia hominum in Antiochia infra unum mensum accepérunt baptismum.

¶ Postremo sicut ex Euangeliō hodierno, & ex plurimis totius Euangeliū locis probatur, sanctus Petrus præ ceteris Apostolis fuit in CHRISTI amore feruentior, in fide constantior, in alio quitione frequentior. Fuit quoque in fraterna charitate mirabiliter plenus, astuans & perfectus. Vnde beatus Clemens affirmat, quod habuit immensam charitatem ad omne genus humanum. Itaque præfactus huius felicissimi doctoris, patris & principis nostri archi apostoli Petri uirtutes settem, uidelicet synceritatem ipsius, ut omnem dolum, omnem falsitatem, omne peritium, penitus fugiamus, & deo altissimo in sanctitate & iustitia iugiter obsequiamur: Beati etenim munera cordis, quoniam ipsi deum uidebunt. Mentre ergo ab impuris & malis cogitationibus, a prædictis MATT. 5. uis affectionibus, ab intentione peruersa, omnique vanitate purgemus & custodiamus. Sed & uerba uitemus illicita, ociosa, impudica, nociva, & omnia opera prava, inquit & oculis detestanda, quoniam multa mala oculos parit, concupiscentias auget, apprehensiones phantasias nutrit, & omnibus uitij referat inianum. ¶ Insuper in charitate sacratissimum Petrum sequamur, in dei amore quotidianè roboremur, nosipos & homines uniuersos in deo synceriter diligamus, gratiam & uirtutes nobis ac alijs cupiendo & exquirendo, & omnia nostra ad æternam beatitudinem ordinando, nec propter iniurias nobis illatas aliquem odiamus, inquit iniuriantibus condoleamus, quoniam propriis animabus plus nocent quam nobis. Ideo oculi cordis nostri semper dirigantur Psal. 14, ad deum: eumque considerantes, nusquam à regia uia uirtutum flectamur.

AD RELIGIOSOS.

SERMO. IIII. Quæ ad bonum prælatum, quæ etiam ad religiosum bonum pertineant,

D. DIONYSII CARTHUSIA. SERMO III.

Sedecas in cathedra sapientissimus et fortissimus. **ij.** Regum xxij. Cum perfecta et ordinata sint **D**opera dei, credendum est quod dum deus eligit aliquem ad officium aliquod, & ponit eum in illo, faciens illum praesesse et regnare, non solum permisum, sed effectiue, directe et ex pietate, quod dar ei dona necessaria ad executionem condignam illius officii. Et qm̄ Christus qui est uerus deus & uita eterna, effectiue constituit sacratissimum Petrum esse suum successorem ac plenum uicarium super totam uniuersale ecclesiam, dedit ei dona praecipua, ad tanti uicariatus opera exercenda accomoda. Porro ad praesidendum idonei, duo potissimum requirunt, uidelicet sapientia & potestas, quatenus p̄siderit se ipsum ac subditos suos per sapientiam dirigit, & peruersos per potestatem colubeat. Hinc Moyses filii Israel loquens, Date, inquit, ex uobis uiros sapientes et gnoros, quorum conuersatio probata sit in tribibus uestris, & poñam eos uobis principes. Et iterum scripsit est: Noli querere fieri iudex, nisi uales uirtute irrumperem iniquitates. Itaque deus contulit beatiss. Petru sapientiam praeminentem, plenitudinem quoq; ecclesiastice potestatis, quae subiectiue atque formaliter inest summo ac Romano pontifici: imo secundum doctores et sanctos patres, utriusq; potestatis plenitudinem Petro & eius successoribus cōdonauit. Petrus ergo in cathedra magistrum, episcopali, regali, iudiciali, tanquam doctor & summus iudex totius oculis dominici, cui in omni synagoga, consilio et conuentu S. apostoli & uniuersi fideles cesserunt & detinuerunt primatum. Porro cum inter triplex genus regiminis, sit regimen monarchicum seu regale, quo unus toti multitudini presidet, uoluit Christus ecclesiam suam tali regimine gubernari in terra, ut uni summo pontifici uniuersi obediatur Christiani. Tale etenim regimen est magis ordinatum, cum in ordine sic reductione seu habitudo multorum ad unum. Quae autem a deo sunt, ordinata sunt. Ordinare etenim opus est sapientis. Propter quod monet Apostolus: Omnia honeste et secundum ordinem sunt in uobis. Hinc etiam discretione in cunctis que agimus, praeceps indigamus, quia discretio non odum praefigit, & opportunitatem loci temporisq; obseruat. Præterea quis istud ad uniuersos pertinet, maxime tamen ad religiosos, quorum religio seu institutio aut obseruantia regularis, antonomatice ordo uocat, quia in eis & ab eis omnia quae agere habent, ordinatissime fieri debet, secundum quod regula docet & statuta praefigit: nec quipiam præstitutos sibi terminos transgrediat, neq; se occupet cum his quae ad ipsum non spectant, sed quod ab ipso deus requirit, et sua profectio exigit, hoc loco et tempore apto recta intentione, cum uero modera mine tota diligentia exequatur, atq; proficiat in sua se occupas causa, et pro aliis orans. Præterea ad hoc quod religiosus ordinate se habeat, plurima exiguntur. Primum est, ut corpus suum animae suarum subiectum sit, et ei in omni obseruancia regulari deferuatur: quemadmodum seruit seruos omnipotens deus in anima, Fac hoc, mox faciat: et, Surge, mox surgat: Ieiuna, abstine, uigila, et ad disciplinam te prepara, in cella quiesce, statim in omnibus istis obtemperet. Sanctis ergo laboribus exercitandum est corpus, & instar alni fatigandum, ne insolefaciat, neq; lasciuiat, neq; contumax fiat. A uoluptatibus quoq; & superfluitatibus est domandum, et ne in cibo, potu, somno, uestitu aliud, quam necessitas corporis et animae utilitas requirant. Nempe qui delicate nutrit serum suum proprii corporis, postea sentiet eum contumacem: et corpus suum experiet rebelle, sonnolentum, pigrum, gyrouagum, sensualiter stimulatum. Hunc igit; animas seruum inclinet operationes assidue, & impleat in uniuersuq; nostrum corpore illud: Panis et disciplina & opus operio. Panis inquam, i. tenuis uictus, parca refectio, grossior cibus: & disciplina, i. iusta correctio ac sa- fuitaria dilectio: & opus, hoc est, ocupatio, labor et sudor in omni diuinitate obsequio, corporalis uero immoderata repausatio desit. Multa namq; mala docuit ociositas. Secundum est, ut uires animae ronii sint subdite, & exteriores interioris sensus iuxta ronis regant censuram. Ne quis uisu, auditu, tactu, aut alio sensu excedat, neq; superflui phantasias, aut turpibus imaginacionibus immo retur: sed ea quae compunctionem gignere possunt imaginemur, et quasi in nostro præsentialiter constituamus prospectu, utpote imaginem hominis morientis, et eius angustias pressurast, cordis tempore mortis, & qualiter tunc tentet: cum quanta etiam poenaq; acerbitate anima euellatur a corpore, et quod tunc ab iniustilibus hostibus circumvallet, perterreat, et ad iudicium pertrahat, quam item procaciter accusetur ibi ab eis. Insuper dispositionem ac tormenta imaginemur inferni, terram illam miseriae atq; caliginis, terram tenebrosissimam et palpabilibus tenebris horribus opertam, ubi nullus ordo, sed semipernus inhabitat horror: mortuissimam illam damnatorum societatem, paucendos, arrociissimos, deformatissimos demonum uultus, et eoz incessabilem inspectiōem, ultra quam exprimi queat poenalem: intolerabilia quoq; infernali flammagē incendia, uehementissimi ignis eterni calorem, et intentissimum frigus gehennae: Purgatoriū etiā poenas imaginemur. Ecce quis n̄m, pro quaunque remundiuellet per unam horam nudo corpore in medio ardenti ura fornacis? Quō ergo non formidamus poenas purgatoriū et inferni, quae omnia huius mundi supplicia uehementer excedunt? Cur non uitamus uenialis ista quotidiana, pro quibus est non infernalia, tamen purgatoria infligent tormenta ualde molesta? O q̄ grauit punient ibidem, quae nullius reputamus momenti, scut ridere in choro, tarde ad diuinam uenire, pro insuffi-

DE CATHEDRA S. PETRI.

Fol. CXIII.

A ficieni causa à diuinis exire, aliquid non necessarium intra diuinum loqui officium, leuitates ostendere, oculosa uerba proferre, extraordinarie bibere, in cibo, potu, somno excedere, aliquid superfluum curiosumne querere, procurare, temere, infra horas hinc inde aspicere aut aliquid manibus contrectare, aut facere horas non incipere tempetiue, sed tarde: sicutq; uelocius uerba proferre, ac multa istis similia. Quae qui cum diligentia grandi non cauet, grauit uerba uidet, paulatim euacuatur, & magis deficere quā proficere comprobatur. Tertiū est, ut superiores animae uires intellectus & uoluntas, creatori omnimode subjiciantur, ut per fidem redigat intellectus in captiuitate, & in obsequiū Christi mactet atq; sacrificet totaliter deo seipsum, sola diuina cōtentus autoritate in uniuersis credendis. Voluntas quoq; in diligendo, appetendo, ac operando, secundū exigenzia diuini amoris, & iuxta præcepta dei & ecclesie reguletur, sicutq; sup bene dicta trinitatis imago reformatur in mente. Quartū est, ut religiosus ad suos se habeat superiores obedienter, gratater, amoroſe ac reuerenter, eis prop̄ obediendo, eorum beneficis pro posse regratiando, eos singulariter diligendo, ac cordialiter honorando, etiā & siq; qd imperfectionis uideatur in ipsis, qd a bono sensatoq; subdito pie est excusandū, præsertim quā superiores plura agere habeant, nec ab inferioribus sint faciliter iudicandi, sed diuino potius cōmitemdi iudicio, & facta eorum quantū bono fieri potest modo, sunt interpretāda ad me sius. Quintū est, ut ad confratres suos decenter se habeat, utpote charitatue, humiliiter, obsequiōle, pacifice, & exemplariter ac sincere, cū teste Hieronymo, nulla uita sit peior atq; mihi serior, quā corpore simul degere & non mente. Omnis ergo discordia, inquietudo, contētio, auersio, in infinitum sunt fugiēnd, bonorumq; fratrum est honore in uicem præuenire, p̄ charitatem in uicem deseruire, consilio & auxilio se mutuo adiuuare, unanimiter cohabitare, quae ædificationis sunt sequi, & ad omnium horum profectum infatigabiler niti, quemadmodū beatissimus princeps apostolorum in suis nos docet epistolis, cuius meritis ac precib⁹ charismata tā præclara adipisci conemur.

SERMO V. De iurisdictione ac potestate Petri, & quomodo humilitate, feruore, ac puritate imitandus sit.

CVM sederem quasi rex, eram tamen inerentium consolator. lob 29. Magnanimis & int̄effabilis erat dignitas & potestas, iurisdictio, uirtus ac sanctitas beatissimi principis apostolici ordinis, cui uniuersorum cōditor Christus totum commisit ac subdidit mundum, cunctis cum prælatis, regibus atq; principibus præfers, & inter deum ac homines medium eū constituerunt, & mira eum excellentia in uniuersis perornans, tam in donis gratia gratum facientis, quā in donis gratia gratis data: & sicut in fide erat præclarior, ita & in gratia miraculorum potentior. Porro, quum rāta super omnes excellentiae esset, nihil minus uere humillimus fuīt, int̄tantū q̄ cum sancto Iob dicere potuit: Si contempsi iudicium subire cum seruo meo. Vn̄ lob 31, de quum uisitasset & instruxisset Cornelium, ac eos qui erant cum illo, atq; ob hoc disceptarent aduersus eum ex iudaismo conuersti, dicentes: Quare int̄roisti ad uiros præputium habentes, & manducaſti cum illis? ipse dignissimus Petrus nō indignat̄, sed cum mitissima humiliitate respondit, & satisfecit eiisdem, sicut in Actibus recitat Lucas. Insuper, quum claudum ex utero miraculoſe curasset, & ob id inspiceretur, & in admiratione ingenti haberetur ab omnibus, ipse sui ipsius honorem non ferens, nec suis quod factum fuerat, uiribus tribuens: Viri, inquit, Israelite, quare nos int̄uemini, quasi nostra hūc potestate fecerimus ambulare! Præterea quum Paulus eo inferior, testitusset ei faciem, reprehēdissetq; eum, humiliē tulit hoc & accequieuit, & in epistola sua commendauit sapientiam Pauli, in cuius epistola sc̄iuit se reprehēsum. Amplius in sancti Matthiæ apostoli electione, & substitutiōe pro Iuda traditore, loquuntur excellētissimus torius ecclesiæ præfus Petrus ad fratres, surrexit in medio, trans̄ loquens. batur ad eos, reuerentia conuentu exhibens, sicut humiliē habens, quā tanquam summus prælatus, doctor ac iudex potuisse loqui sedendo. Samaritanis quoq; conuerstis dignatus est à coapostolis, quorum erat princeps utiq; sp̄ualis. i. prælatus, mitti ad illos. Sic & in ordinatiōe primorum septem diaconorum, ipse cum cæteris apostolis, electionē commisit collegio fratrum, quum sua potuisse authoritate instituere illos. In multis etiam alijs profundissima eius pater humilitas, de qua & in Itinerario sancti Clementis multa leguntur. Si igitur talis ac tantus, fuit tam humili, quid nos infirmissimos ac pusillos qui nihil sumus, necesse est facere, nisi si ut in omnibus in totius humilitatis abyssum demergamus nos penitus, & minus quā nihil esse nos arbitremur? Et si boni qd agimus uel habemus, inde nō extollamur, quum dona sint creatoris, sed q̄ bonis illis tot mala ex nobisipsis miscemus, tristemur, poeniteamus & humiliēmur. Examinet unusquisq; seipsum, an laudib⁹ hominum delectetur, an eorum uituperis offendatur, an ab alicuius commendatione quem ante laudauerat, cesset, quia ab illo se repre- hen-

D. DIONYSII CARTH. SERMO V.

hensum cognoscit. Quæ si in se inuenierit, sciat se ab humilitate sancta uehementer deficere. **D**
 Prov. 27. Hinc equidem loquutus est Salomon: Quomodo probatur in cōsistorio argentum, & in fornae aurum, sic probatur homo ore laudantis. Quū itaq; fides & humilitas sint duo tutissima fundamēta virtutū, ipseq; sacratissimus Petrus fuerit in fide firmissimus, atq; in humilitate p̄fundissimus, qd mirū si in ceteris dei gratiosissimis donis tā p̄clarissimus diuinissimusq; extiterit: Propterea in his duobus virtutib; fundamentis, p̄fectionis initij, sp̄uialis fabricæ basibus imitemur felicissimum Petrum, patronum, principem & magistrum omnium nostrū. Tā certi & firmi simus in fide, q̄ certe & firmiter scimus deū adorandi falsitatis testē & cōfirmatorē esse nō posse, nec aliquid magicæ artis in apostolis ac posterioribus sc̄is fuisse. Infinitas quoq; & innumerabiles nostras defectuositates, ærūnas, culpas, periculostates, ignoratiæ, contemp̄tib; litates assidue ac acutissime intuēdo, humiliemus, uiliplēdamus, subiçiamus nos in imēnum. Sicq; inde finēter sentiat unusquisq; humilime de seipso, & quāto se uiderit amplius honorari, reputari aut p̄spērari, tāto plus paruip̄dāt se penitus, & occulta dei expauescat iudicia, p̄s̄er Eccl. 9. tim quū nesciat, an amore sit dignus uel odio, incertiorq; cōsistat, q̄liter cursus suū cōp̄lebit, & an finaliter saluus erit. Quod irē electi dei in seculo isto soleāt despici, & nūc deus ad misereādū, succurrentū, exaudiendū maxime, p̄nus sit, quū uiderit hoī em tribulari, cōtemni aut diffamarī. ¶ Deinceps quū ex toto euāgelio innescat, p̄stantissimū archiāpostolū Petruī in obus feruentissimū extitisse, ac totis p̄cordijs Chriū amore fuisse succēsum, s̄ectemur utiq; sc̄m eius feruore, nō parcamus laboribus, in cordis custodia simus puigiles, & boni aliqd semp̄ uersemus in aio, ut sint oculi nostri semp̄ ad dñm, atq; in circūscriptibili deo ubiq; p̄s̄enti, ac oīa penetrati, studeamus om̄i hora magis ac magis app̄ximare, eū æstūtius diligēdo, lympidius cōtemplando, p̄fectiusq; colēdo. Quumq; inter deum & nos nihil diuidat, nil ab illo nos separeret, aut elōget nisi p̄ctm, negligētia, error, defectus, certū est nos deo tāto plus pp̄inquare, q̄to ab om̄i labore p̄cti, ab om̄i dissimilitudine culpæ & defectuositatis magis purgamur. & q̄to plus in charitate p̄ficiimus, om̄iq; actū uirtuoso instantius ac diligētius inhāremus. ¶ Porro, quo amplius deo sic propinquamus, eo copiosius illuminamur, ditamur, & implemur ab ipso. Et q̄to plus ab ipso illuminamur, tāto clarius intuemur, quā fed̄a, uilia, ac grauia sint p̄ctā, tan̄toq; plus abhorremus ac fugimus ea. Sed & p̄t̄erita atq; quotidiana tanto lachrymosius de ploramus, quēadmodum beatissimus princeps iste apostolici agminis trinā suam negationē, usq; ad finē uitæ sua om̄i nocte tā calidis copiosisq; lachrymis plāxit, q̄ facies eius uidebat quasi adusta. Ex his consideremus ac desleamus negligētias nostras miserabiles, detestabiles, ac damnādas. Cū enim q̄tidie eisdem defectuositatibus p̄grauemur, & quotidiana peccata reiteremus, nec digna sollicitudine ea uitare conemur, imo nec ea p̄dēremus ac lugeamus s̄ic ut oportet, sed in pristinas uerbositates, leuitates, distractiones, immoderantias, passionumq; impetus quotidie uiliter relabātur, ita q̄ multi nostrum magis decrescere quā crescere uideantur, quid possumus estimare, n̄l quid excecati manemus, nec illuminamur sicut indigemus à dño, cum nec approximemus eidem? Qualis est iste cursus fratres, nunc p̄gredi, nunc regredi instar canceris? Emendemus ergo nos frequenter, atq; ad resistendū inuisibilibus hostibus, ad uitandam om̄ipotentis offendam, ad cōplacendum approximandumq; ei simus toto corde solliciti, operosi ac feruidi, prout sapientissimus apostolorū hic nos exhortat: Sobrii, F inquit, estote & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanquā leo rugiēs circumvit, quārēs quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Si quis nostrū iret per campū, in quo sciret esse leonē, ursum, aut lupum fortissimū sive draconem, quantum timeret, qualiter circūspiceret, quā caute incederet, quā incessanter custodiret seipsum. Nūc autē per feculi huius campū nō uno dun taxat, sed innumerabilibus, atrociissimis, iniūsibilibus aduerſariis plenum incedimus. Qui aduersarij non aliud quærunt, nisi ut & tēnis condemnationibus nos secū inuoluant, & callidissimi, fortissimi, expertissimi, consistunt & tamen ridēmus, iocamur, intimorati incustodiūt: sumus. Heu quanta est insipientia, negligētia, imo insania ista. Sed resipiscamus, & obediāmus apostolicis sacratissimi Petri doctrinis, dicentis: Animas uestras castificate in obedientia charitatis & fraternitatis amore, simplici ex corde diligite attentius, deponentes omnē malitiam & omnē dolum, & simulationes, & inuidias, & detractiones, quasi modo geniti infantes rationabiles, sine dolo, lac concupiscite, ut in eo crescat in salutem. Itemq; Cum hēc omnia dissoluenda sint, quales nos esse oportet in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum domini nostri Iesu, per quem cæli ardentēs soluentur, & elementa ignis ardore tabescēnt! Itaque beneficentes, obmutescere faciamus imprudentium hominum ignorantiam, nec uincamur à malo, sed malum uincamus in bono, atque in omnibus humiles & modesti, diligentes ac feruidi, circunspecti, proficiētes,

frus

IN FESTO SANCTI MATTHIAE.

Foi. CXIII.

A fructuosisq; sumis & exemplares in uerbis, factis, ac moribus, glorioſissimum istum Archiāpostolū, non solum hoc die, sed & quotidie inuocantes, honorantes, diligentes, ac inseguentes. Ad laudem & gloriam &c.

¶ In festo sancti Matthiae apostoli,

¶ ENARRATIO lectionis loco epistolæ: In diebus illis, Exurgens Petrus in medio fratrum &c. Actorum primo.



N lectione ista, quæ in officio Missæ loco epistola legitur hodie, atq; ex libro Actuum apostolorum sumpta est; describit sanctus Lucas euangelista, qualiter loco ludū traditoris B. Matthiae sit factus apostolus. Itaq; S. Lucas ait: [In diebus illis] uidelicet in die inter ascensionem Christi & Pentecosten, exurgens Petrus in medio fratrum J. i. apostolorum & ceterorum qui aderant, [dixit:] Petrus etenim tanquam princeps apostolorum, & totius prælatus ecclesiæ, p̄r alij surrexit, & dixit quæ subsequuntur. Insuper propter sacratissimi illius collegii dignitatem ac sanctitatem, præsertim propter matris Christi præsentiam, surrexit humiliiter, stetitq; reverenter, & sapiēter locutus est. Hinc deuotorum & religiosorum conuentus est honorandus. [Erat autem turbā hominum simū] ibi uidelicet in conaculo, in quo cenam Christus fecit nouissimam, existitum, [fere centum uiginti.] Quorum quidam viri fuerunt, aliqua sc̄minæ. Erant autem viri ipsi beati apostoli & septuagintaduo discipuli, qui omnes uel quorum multi fuerant ibi, matrēq; Chriū, Maria Magdalena, & alia sc̄minæ sanctæ, quæ Christum ante passionem erant sequentes. Sed cur Lucas quasi dubitans ait, fere, cum spiritus sanctus loquatur per eum: Et respōdendum, quod fere non ponit hic dubitatue, sed potius assertiuē, ad innuendum, quod à centenario parum distabat hēc multitudi. ¶ Porro in magno numero quod parum deficit sive superfluit, cōputari non solet in scripturis, nec in communī modo loquēdi. Propter quod electissimi isti interdum dicuntur fuisse centum uiginti. [Viri fratres, oportet impleri scripturam quam prædixit spiritus sanctus per os David,] qui secundo libro Regum ait: Spiritus domini loquitus est per me, & sermo eius per linguam meam, [de luda] proditore qui fuit dux] i. duxor, [corum qui comprehendērunt Iesum, qui] Iudas cōnumeratus erat in nobis, id est, unus nostrum fuit, utpote à Christo apostolus ordinatus nobiscum, [¶ sortitus est sorte ministeriū huius] i. partem in officio apostolatus à Salvatore accepit, ita q̄ fuit uere apostolus, & prædicauit ac baptizauit. Imo ut afferit Augustinus, baptizauit Iohannes Baptista, & baptizatum non fuit: baptizauit Iudas, & baptizatum fuit. Quod ideo dicitur, quoniam in Iohannis baptisme gratia non dabatur: video baptizati ab eo, rebaptizabantur fidei Christi suscep̄ta. Baptizati uero à Iuda, non rebaptizabantur, quia in Chriū baptismō gratia p̄fētabatur. [Et hic] Iudas [quidem possedit agrum] Achelodemach [de mercede iniquitatis] emptum, utpote pro triginta argenteis, pro quibus Iudas uendiderat Christum, quos cum restituisset & proiecerisset in templum, dicens, Peccavi, tradens sanguinem innocentem: principes sacerdotū Aug. 1. Cœrunt pro eis agrum figuli in sepulturam peregrinorum, prout apud Mattheum legitur. Mat. 27, 1. Hunc agrum Iudas dicitur possedit, quia in eo sepultus est, ut aliqui dicunt, quod certū non est. Idcirco secundūdūm alios dicitur agrum hunc possedit, quoniam fecit eum possideri. Nam argenteos restituendo causa fuit sive occasio emptionis, possessionisq; agri illius. Sic deus ait ad Abraham: Nunc cognoui, id est, cognoscere feci. Et sanctus Iob: Abominabuntur me, in Iob 9. quit, uestimenta mea, id est, abominabilem intuentibus facient. [& suspensus] Juricq; à seipso. Nam laqueo suspendit seipsum, [crepuit medius] qui dei & hominū mediatorem tam uili uendidit precio. [& diffusa sunt uisera eius,] id est, intestina eius effusa, atq; in terram dilapsa sunt. Sicq; per turpissimam illam effusionem enormitas criminum eius ostendebatur. [Et nos tum factum est] genus mortis seu scelus Iudæ, [omnibus habitantibus Ierusalem, ita ut appellaretur ager illa lingua eorum Achelodemach, hoc est, ager sanguinis] utpote emptus prelio Mat. 16, sanguinis Christi. Consequenter ponitur scriptura David, Iudam concernens, de qua beatissimus Petrus iam dixit: Oportet impleri scripturam &c. [Scriptum est enim in libro psalmorum: Fiat commoratio eius deserta, & non sit qui inhabitet in ea. Et: Episcopatum eius accipi at alter.] Sc̄iendū q̄ Chriū & Euāgelistæ atq; apostoli allegando scripturas ueteris testamenti, interdum sensum magis quā formam uerborum allegant. Ita & sanctus Petrus nunc agit, & duorū psalmorū prophetias necit in unum. Quarum prima, uidelicet, fiat cōmoratio &c. in psalmo sexagesimo octauo habetur: Veruntamen quod ibi de Iudæis Christi persequitori bus pluraliter dicitur in his uerbis, Fiat habitatio eorū deserta &c. beatus Petrus de Iuda singulariter hic allegat. Iudas enim fuit unus illorum, q̄cum om̄iū urbes & domus à Romanis destruc̄tis

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO I.

destructæ sunt. Alia pars prophetiarum illarum, uidelicet, [episcopatum eius, id est, apostola] D^t tum ludæ, accipiat alter, in psalmo centesimo octauo inducitur. [Oportet ergo ex his uiris qui nobiscum sunt congregati, id est, nobiscum fuerunt & sunt, & inter nos sunt conuersati, [in omni tempore quo intravit & exiuit inter nos dominus Iesus,] iuxta illud in Psalmo: Viderūt ingressus tuos deus, ingressus dei mei regis mei. In Isaia quoq[ue] simul laudabūt, quia oculo ad oculum uidebunt, cum conuerterit dominus Sion, [incipiens] publice prædicare atq[ue] miracula facere, [a baptisme lohannis]. i. cito post baptismum quo à Iohanne baptizatus est in Iordan. Vel, post baptismum à Iohanne prædicatum ac datum, Iohannes equidem baptizan^t Iohā. 11. do prædicauit Christum uenisse, & protinus baptizaturu[m] esse in spiritu sancto, per hoc uiam Mat. 3,4. præparans Christo, qui ex tunc orsus est publice prædicare, & suam excellentiā per documen^t ta & miracula declarare usq[ue] ad diem Ascensionis, sicut subiungit[ur] usq[ue] in diem qua assum^t Marci 19. ptus est à nobis], i. in cælum receptus, iuxta illud Marcii: Dominus Iesus postquam loquutus est eis, assumptus est in cælum. [testem resurrectiōis eius nobiscum fieri], i. apostolicum testē, [unum ex istis]. Testis enim non debet assumi, nisi qui psonaliter uidit sive audituit id, de quo Aet. 2,3. testimonium ferre debet. Deniq[ue] resurrectionē Christi sancti Petrus specialiter exprimit, quoniam incredibilior uidebatur, magis latuit. Vnde in die Pentecostes de ea prædicacionem suam exorsis sunt sancti apostoli. [Et statuerunt duos, id est, Petrus & cæteri ei consentientes, duos fama, sanctitate, & sapientia eminentes, qui ad apostolatum reputabātur magis idonei, posuerunt simul, ut alter eorum efficeretur apostolus, utpote ipsum] Ioseph qui uocabat Bar-sabas, qui cognominatus est iustus, [proper euidentem & magnam iustitiam suam, & Mat. E thiam,] Rationabiliter autē laus huius Ioseph exprimitur, ne ob suā culpam putetur ab apostolatu repulsi. Non autem laudatur Matthias, quoniam sufficit ei pro laude, quod præ uiro illo tam iusto ad apostolatus apicem est assumptus. In quo facto etiam dinini iudicij altitudo perpenditur, q[uod] non is qui hominum ore plus laudabatur, & qui Christi consanguineus fu^t it, uidelicet frater Iacobus minoris, apostolus est effectus. [Et orantes] Petrus ac alii dixerunt: Tu domine qui nosti corda omnium, ostende quem eleges ex his duobus unum accipere locum]. i. autoritatem & gratiam [ministerij huius,] id est, prædicationis [& apostolatus] qui est dignitas quædam & donum gratia gratis data, quemadmodum prophetia. [de quo prevaricatus est Iudas,] id est, quem sua transgressione amiserit, ut, abiect in locū suum], i. ut unus istorum in locum illius succederet, aut succedat. Sicq[ue] ut, tenetur hic cōcomitanter, nō causaliter. Non enim idcirco transgressus est Iudas, ut alter ei succederet, sed ad transgressio[n]em eius istud sequutum est. [Et de derunt sortes eis, & cecidit sors super Matthiam.] Fuerūt autem hi duo ex numero septuaginta duorum discipulorū. [Et annumeratus est] Matthias [cū undecim apostolis] ita quod duodecimus fuit. Quid autem per sortes istas sit intelligendum, & qualiter liceat sortibus uti, in sermone dicetur. |

S E R M O I. circa epistolam De sortibus, & an liceat h[ab]i possumus uti, & de p[ro]p[ri]etate diuina ubiq[ue] contemplanda.

Cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim apostolis. Actorum pri^mmo. Hic primo querendum est, quid fuit sors ista, & an liceat sortibus uti. Ad hoc san^t Thomas responderet, quod sortes dicuntur, dum aliqua sunt, ex quorum uario & incerto eventu, occultum aliquid innotescit, sicut in tractione longioris aut breuioris festucæ. Dū ergo per sortes investigatur, quid sit alicui dandum de possessione uel honore seu pena, uocatur sors diuisoria. Si autem queratur quid sit agendum, vocatur sors cōsultoria. Quod si quæatur, quid sit futurum, dicitur sors diuinatoria. Veruntamen quid hoc loco per sortes intelligi debet, diversa est sanctorum doctorum opinio, quoniam diuinus & magnus Dionysius libro de hierarchia ecclesiastica docet, quod sors ista non fuit talis qualis in veteri testamento communiter fuit, sed quidam splendor diuinus super Matthiā descendens, & eū in apostolū esse assumentum ostendens. Hieronymus uero & Beda uolunt̄ fuit sors communiter fieri solita, cuius in lege Moysi celebris fuit usus, per quam losus deprehendit Achæan furem. Vnde & Salomon teratur: Sortes mittuntur in sinum, sed à domino temperantur. Tamen ut sanctus ait Hieronymus, hoc exemplo non est sortibus iam utendum, quia paucorum priuilegia, cōmunem non faciunt legem. Apostoli namq[ue] ex occulto spiritu sancti instinctu usi sunt eis, quod non est in consequentiam passim trahendum. Insuper uenerabilis Beda hic ait: Figuram licuit obseruare, quousq[ue] ueritas uenit ac patuit, uera hostia quæ Christus est in cruce oblata, sed in Pentecoste ueniente super apostolos spiritu sancto consummata; idcirco apostoli in electione Matthiæ sortibus usi sunt, ne à lege Moysi discrepare penitus uideretur: post pentecosten uero ueritate euangelij iam propalata, septem diaconi non sorte, sed dis^tipuloru[m]

cons

IN FESTO SANCTI MATTHIAE.

Fol. CXV.

A concordi electione apostolorū; oratione, & manuum eorum super illos impositione sunt cōstituti. Præterea de hac materia plenias scribit Thomas in secunda secunda quæstione xc. int̄ cetera dicensi: Cum actus hominum qui regnatur & cōcurrunt ad sortes, non subdatur impressi onibus cœlestium corporum aut stellarum, idcirco si sortibus quis utatur, quasi actus humani ex cœlestium corporum influxione dependeat, ita q[uod] dispositio euentusq[ue] sortium ex stellarum influentia expectatur, superstitiosum & uanum est, neq[ue] carer occulto cum dæmonibus pacto. Sed remota hac causa, oportet euētum sortium expectari uel à fortuna, uel ab aliqua causa spirituali & directiua, utpote intellectu. Si itaq[ue] expectetur à fortuna, quod in sorte diuisoria tamē do habet locum, nō est illicitum, nisi procedat ex causa culpabilis, s. cupiditate aut simili, ut dā aliqui nequeunt rem concorditer diuidere, & ideo sorte utuntur, exponentes fortunæ q[uod] quā partem accipiāt. Porro si sortium euētus expectetur à causa spirituali & intellectuali mala, p[ro]p[ri]a à dæmonie, uitiosum est. Si autē à causa huiusmodi bona, ut immediate à Deo, uel ab eo per angelos sanctos, talis sors (secundū Augustinū) non est in se illicita, quadruplicē tamē potest August, illa illicta esse, primo, si absq[ue] necessitate recurrat ad eam, tunc etenim ad tentationem pertinet Dei. Secundo, si absq[ue] debita reverētia. Hinc loquitur Beda: Si q[uod] necessitate cōpulsi, Deum p[ro]stant sortibus cōsulendum, exemplo apostoloz, uideant ipsos apostolos non nisi collecto fratre cœtu, & fusis ad Deum precibus id egisse. Tertio, si diuina oracula ad terrena cōuertantur negotia. Quarto, si in ecclesiasticis electionibus quæ ex inspiratione sp[iritu] sancti fieri debet, sortibus quis utatur. In temporalibus uero dignitatibus que ad terrena instituēda seu disponenda ordinantur, secus est, q[uod] in illarum electione interdum licet sortibus uti. Itaq[ue] si necessitas alias alia ab electione ecclesiastica dignitatis immineat, licet est cū debita reverēntia & depreciatione, diuīnum iudicium sortibus implorare. Cuius rei exempla August, haec introducit, ut ibidem, si inter seruos dei sit disceptatio, perplexitas, seu ambiguitas, quis eorum tempore persecutoris fugere debeat, quis manere, aut si duo eoque pauperes alicui obuient, quorum uni aliquid dandum sit, quod ei duntaxat dari queat, non diuidi. Hec de sortibus dicta sint, de quibus etiā in Decreto multa dicitur. Amplius, sicut p[ro]tactum est, Ioseph iste cui in apostolatu Mattheias platus est, fuit consanguineus Christi, fraterq[ue] Iacobus minoris & Simonis ac Iudæ. Itaq[ue] per hoc q[uod] Christus huic Ioseph Matthiā p[ro]posituit, eum cōstituendo apostolum, docuit q[uod] ratione cōlanguinitatis, aut ex carnali affectu, nō sint aliqui ad ecclesiastica beneficia aut officia promouēdi. Veruntamen quidā dixerunt, q[uod] Ioseph iste fuerat Barnabas, q[uod] anteq[ue] ab apostolis Barnabas appellatus est, Ioseph uocatus fuit. Sed hoī minus uerg[es] cestetur, nam Barnabas interpretatur filius quietis, secundū Hieronymū: Barnabas uero, filius cōfolationis. Porro ex Hieron. Acto. 4. textu lectionis expofitæ, quæ hodie legitur in officio Missæ, p[ro]pendere possumus, q[uod] S. Matthias fuit utiq[ue] vir ualde p[re]cipua perfectionis, approbatæq[ue] sanctitatis, tam corā Deo q[uod] coram hominibus. Quod ex duobus p[ro]fessatur. Primo, ex hoc q[uod] beatiss. apostoli uolentes unum ad apostolatū promoueri, nō statuerunt nisi hos duos, uidelicet Ioseph atq[ue] Matthiā. Etq[ue] credendum q[uod] in toto illo collegio secum cōgregato, iudicassent seu estimarent aliquem eis meliorē, & ad tam summū officium eis digniore & aptiore, illum utiq[ue] statuissent. Et tamē in illo collegio tunc fuerūt uiri sanctissimi, utpote Stephanus, Barnabas, Philippus diaconus, Silas, multiq[ue] tales. Secundo idem certius cōsideratur ex parte iusti, sapientissimi & infallibilis Dei, cuius ordinatione sors cecidit super Matthiā, tanquam super meliorem, ut creditur, quanvis hoc certum nō sit. Fuit ergo B. Matthias apostolus omni uirtute ornatus, quæ in tribus specialiter imitari debemus. Primo in hoc, q[uod] coram Deo uirtuose se habuit in uera sinceritate, ita & nos in offi[ci]o loco & tempore, siue soli sumus, siue cum alijs, cogitare debemus iusti ac omnipotētis Dei p[ro]fessantem atq[ue] intuitum, quo nos incessabilitate ac infallibilitate intuetur. sicq[ue] in eius p[ro]fessiona nos habere reuerēter, timore & p[re]cautione, cum beatiss. propheta Elia ac Eliose dicit: Viuit dominus in cuius aspectu sto hodie. Et cum Psalmista: Meditatio cordis mei in conspectu tuo dñe semper. Hæc cōsideratio mouet hominem ad bene ac obedienter uiuendum, propheta ad Deum dicente: Seruauit mādata tua & testimonia tua, quia ornes uia mea in conpectu tuo. Ex hac etiam sapientiali consideratione oritur castus pudor, quo homo erubescit se coram Deo indecēter habere, cogitando, appetendo, loquendo, agendo, aut debita omittendo. Sed heu multi inueniuntur hypocritæ & ficti deuoti, qui dum ab hominibus uiderise putant, honestatem & devotionem uidentur assumere, opusq[ue] Dei reuerenter efficeret soli uero existentes, pigri & negligentes existunt, isti miserissimi plus formidant & curat homines q[uod] Deum altissimum, ideo iuste despiciuntur ab eo, & nisi se emendauerint, damnabuntur. Secundo, S. Matthiam apostolū seq[ue] debemus in hoc, q[uod] corā hoībus tam irreprehensibili se habuit in uera exēplaritate, nam in tam magno apostoloz & alioz discipuloz consortio tam irreprehensib[us] u[er]o fibis

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EVANG.

Libiliter conuersabatur, & instanti cunctis complacuit, qd eum concorditer statuerunt ut dorum, quos ad apostolatus officium reputabat magis idoneos. Ita & nos inter proximos nostros exemplariter uiuere studeamus, ut neminem scandalizemus, nulli poculum mortis (id est, peccandi occasionē) præbeamus direkte, & quantum in nobis est, quemadmodum hora tur Apostolus: In oībus exhibeamus nosip̄os sicut Dei ministros in multa patiētia &c. Itēq; Nemini demus ullam offenditio[n]em, ut non uituperetur ministerium nostrū. Itaq; Christianū oportet esse maturū, facetum, atq; in oībus custoditum, ut ad Dei gloriam alijs ædificentur in ipso, quod ad platos & seniores ac superiores & doctiores p̄cipue pertinet. Tertio B. assequa[m]ur Matthiā in hoc, qd circa seipsum tam ordinate, discrete & fructuose se habuit ita & nos in omnibus rationabiliter operemur, corpora nostra bene regendo, refrenando, & castigando, ut Deo & rationi obedient, mentesq; nostras exercitando in sanctis cogitationibus & affecti onibus, in orationibus & ceteris actibus bonis, ut quotidie pficiamus in omni uirtute & gratia. Miracula sancti Matthiae quere infra in sermonibus circa euangelium.

Enarratio Euāgeliū, Hoc est præceptū meū, ut diligatis inuicē. Ioh. XV.

Fangeliū præsens in festiuitate quorūdam apostolorum in Missā officio legitur, quia in isto euāgeliū de p̄cepto charitatis, & de amicitia homin̄ cum Deo, de p̄destinatione quoq; seu electione diuina, fit mentio. Apostoli autem præceptum charitatis perfectius ceteris impleuerunt, specialis quoq; amici Dei fuerunt, & præelecti extiterūt ab eo. Et si p̄sens euāgeliū sumptū ex sermone illo pulcherrimo, quem post cenam dñs Iesu fecit apostolis, in quo inter cetera dixit [Hoc est præceptum meū, ut diligatis inuicem] spirituali & infusa charitate, ideo subditur, [sicut dilexi uos.] qui uestram desiderauit ac procuraui salutē, ita q̄libet uestrum debet desiderare & pro posse procurare salutem proximis, eum adificādo, horzando, corripiendo, & pro ipso orando. Vnicuiq; enim mandauit Deus de proximo suo, ut in Ecclesiastico legitur. Sed cum sint alia multa Christi p̄cepta, cur de p̄cepto isto dilectionis fraternalis differuit. Hoc est p̄ceptum meū &c, quasi non sit aliud eius p̄ceptum? Rursus, cum sit aliud p̄ceptum isto præstantius, puta, ut toto corde ametur Deus, cur de isto p̄cepto quasi si de p̄cipio & summo p̄cepto loquutus est. Hoc est præceptū meū &c. Et respōendum ad R. 13. primum, quia ut Apostolus, Qui diligat proximū, legem impleuit. nam, Non adulterabis, Nō mīcehaberis, Nō furtum facies, Nō falsum testimonium dices, & si quod aliud est mādatum, in hoc uerbo iustificatur. i. continetur atq; impletur, Diliges proximū tuū sicut teipsum. Hinc Christus de p̄cepto isto sic loquitur, quasi ipsum sit solum eius p̄ceptum. Ad aliud respōderet, q̄ cum Deus sit causa & ratio ac finis diligendi proximos, hinc etiā in dilectione proximi includitur dilectio Dei, atq; ob hoc de p̄cepto isto fraternali amoris, quasi de p̄cipio p̄cepto loquutus est Christus, inquantu[m] dilectionem Dei includit. Deinceps docet salvator, quē sit summa dilectio proximi: [Maiorem hac dilectionē nemo habet, ut animā suā ponat quis] id est, corporalē uitam suam exponat morti [pro amicis suis]. i. pro salute seu utilitate charoꝝ fuos. x. Este nancꝝ & uiuere, sunt maxime appetibiliā mors uero omnīu[m] horribiliū horribilissimū est, teste Philosoþo. Ideo pro proximor̄ salutē uitā propriam morti expōnere, maxime dilectionis signū est & effectus. Sed h̄s iterū obiq; potest, qm̄ pro inimicis mori, perfectioris ut detur esse dilectionis, q̄ mori pro amicis. Deniq; Christus pro inimicis passus ac mortuus est, iuxta illud ad Rom. Cōmendat charitatē suam in nobis Deus, qm̄ cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Itemq; Cum adhuc inimici essemus, recōciliati sumus Deo per mortē filii eius. Ergo Christus maiore habuit dilectionē, q̄ est ista de qua loquitur modo. Respōderet, q̄ amicus hic sumitur pro dilecto seu charoꝝ, quis non reamante. Sic etiā Christus omnes dilexit, quātum ad bonum naturale quod habet à Deo, in quantum Deus uult omnes fieri iustitiae antecedēte. Electi q̄q; pro quibus passus est Christus, quis fuerūt in inimici Dei ad tēpū secundū p̄sentem iustitiā propter sua demerita, tamē amici eius fuerunt in p̄destinatione eterna ex sola misericordia. [Vos amici mei] i. mihi dilecti & amatores mei [estis, si feceritis q̄ ego p̄cipio uobis], omnia obseruādo mandata. Obseruatio nancꝝ p̄ceptorum, est certum charitatis indiciū, quoniam amicor̄ est eadem uelle & nolle. Hinc alibi ait falsuator: Qui habet mādata mea & seruat ea, ille est q̄ diligit me. Vnde in prima Iohannis habetur: Hęc est charitas Dei, ut mādata eius custodiāmus. [Iam nō dicā uos seruos] seruitute seruūtūlū timoris, quē perfecta charitas ej̄cit foras. [quia seruus] talis q̄ soli timet nec diligit dñm suum, [nec sit quid faciat dominus eius] i. secreta facta ipsius, videmus enī q̄ hoīes in potestate cōstituti, secretiora negocia sua nō pandunt seruis suis, de q̄rum dilectione nō p̄sumunt, à quibus se solū timeri existimant: seruis tamen quoꝝ fidelitatem amicitiamq; cognoscunt, sua reuelant secreta, qm̄ tales serui nō sunt solum serui, sed aliquid habent de proprietate amis-

DE S. MATTHIA APOST.

Fol. CXVI.

corum ac filiorū. Vnde & in Ecclesiastico legitur: Seruus fidelis sit tibi dilectus quasi aia tua, Eccl. 33.
[Vos autē dixi amicos] meos, [quia oīa quā cūq; audiui à patre meo, nota feci uobis.] Distri-
butio ista accōmoda est, ut sit sensus: Oīa quā cūq; audiui à patre meo uobis esse notificāda
secundū exigentia status atq; officij uestrī, pro utilitate ecclesie notificauī uobis, uidelicet pīce
pta & euāgelica cōfīlia, documenta, & multa diuina mysteria. Vnde alibi Christus dixit aposto-
lis: Vobis datus est nōsse mysterium regni Dei. Et rursus ad patrem: Confiteor, inq; tibi pater, Matt. 114
dñe cæli & terra, qm̄ abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis, i. hu-
milibus meis discipulis. luxta hanc distributionē fertur in psal. Nihil deest timētibus Deum,
Et Iohānes ait: Vñctio eius docet uos de om̄ibus, & nostis om̄ia. [Nō uos me elegistis, sed ego
elegi uos.] Sive hoc intelligatur de electione æterna, quæ est diuina p̄destinatio, sive de electi-
one temporali, q̄ Christus in mūdo cōuersans quosdā ad gratiam & apostolatum uocauit, ue-
rum est p̄ ipse elegit apostolos, nō ip̄s eum. Om̄es quoq; electos Deus ab æterno p̄destinat
uit, elegit atq; dilexit, & sicut prior dilexit eos, sic prior elegit eos, nec sine gratia Dei quisquā
ad eum cōuertitur, eum uive eligit. Propter qđ ait salvatori: Nemo potest uenire ad me, nisi pater
meus traxerit eum. Et propheta: Misericordia eius p̄ueniet me. [& posui uos] in officio aposto-
latus, [ut eatis] ad p̄dicandum ubiq;, [& fructum afferatis,] hoīes cōuertendo ad fidē & opes
ra bona, personalit̄ etiā proficiendo in om̄i uirtute & gratia. [& fructus uester maneat.] Id est,
æternā mercēdē accipiat in regno cælorū, fideles quoq; per uos regenerati multiplicentur in
mundo, & crescāt merito ac numero, & perseverent usq; in finē. [ut quodcūq; petieritis pa-
trem in nomine meo]. i.e. per me, utpote per uirtutem & meritum passionis & conuersationis
meā in seculo isto, [det uobis,] dummodo salubriter & instanter rogetis.

SERMO II. Quotuplex sit amor, & de laudibus charitatis.

Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Ioh. xv. Dns noster Iesu Christus, totius unitatis & pacis magister, charitatē mutua suis ualde p̄cepit discipulis, quia ex charitate unitas animoꝝ, pax cordis, cōcordia proximoꝝ nascitur. Ait enī Psalmista Deo: Pax multa diligētibus legē tuā. Etsaluatoris Paꝝ sancte, serua eos in noīe tuo quoꝝ declisti Ioh. 17 mihi, ut sint unū. i. p̄ charitatē cōiuncti, & in bonis cōcordes. Hinc in I. sua cano, ait Ioh. Hac est annuaciatio quā audistis ab initio, ut diligatis alterutruꝝ. Deniqꝝ multæ sunt causæ, propter q̄s Christus tam specialiter iussit & exigit, ut Chriſtiani se mutuo diligāt spūali amore. Prima est, qm̄ charitas est summa & pfectissima uirtus. Nulla etenī uirtus tam proxime & perfecte cōiungit Deo mētem creatam, ut charitas, nam ut ait Apostolus, Qui adh̄eret Deo, i. p̄ charitatē ei unítur, unus spiritus est cū eo. Nō autē possunt Deum uere diligere, nisi diligāt proximos, dicente Iohāne apostol. Qui nō diliḡt frātrum suum quē uider, Deū quem nō uider, quō potest diligere. Imo qui unum hominē quantūcumq; iniquū & inimicū odit, nec Deum neq; se ipsum nec aliquid hominē uere & spūaliter amat. Idcirco princeps apostolorū in I. sua epistola seriosissime nos hortatur: Ante oīa mutuā charitatē in uobis cōtinuam habete, quoniā charitas opit multitudinem peccatorū. Secunda causa est, qm̄ charitas est spūalis uita aīa, sine q̄ spūaliter mortua est, & tanq; uile corā Deo cadauer, nil Deo gratū ac placitū agens. Idcirco dicit Apostolus: Si linguis angelorū loquar & hominū, charitatem autem nō habeam, factus sum C. 13. uelut as sonas aut cymbalam tinniens. Tertia causa est, qm̄ charitas est maxima opulentia aīa, & per eam cōsequitur homo nobilissima bona, per charitatē nanc̄ fit aīa hominis sponsa & amica, h̄eres ac filia Dei, cuius regni cælestis, socia angelorū, domestica ecclesiae, membrum Christi. Si aut̄ charitate careat homo, aīa eius diabolī extat adultera, membrū & famula. Ideo logt̄ Augustinus: In charitate paup̄ est diues, sine charitate orfis diues est paup̄. Porro eadē est charitas, qua Deum proximū diligimus, loquēdo de habitu charitatis, qm̄ Deus est ratio diligendi proximū. Vnde secundū Augustinū, sola dilectio inf̄ filios Dei & seruos diabolū, inf̄ ciues Ierusalē, i. ecclesiae, & inf̄ ciues Babylonis, i. iniq̄s, distinguit, idcirco assertit Chriſtus Mādaz̄ tum nouū do uobis, ut diligatis inuicē, sicut dilexi uos. In hoc cognoscet omnes quia discipuli tñci estis, si dilectionē habueritis ad inuicē. Quarta causa est, qm̄ tota ecclesia militans, ut pote uniuersitas Christianorum, est unus exercitus Dei, quem oportet indesinenter prælari contra aciem uitiorum & contra tentamenta omnia dēmoniorum, idcirco necesse est ut fideles sint spiritualiter per charitatem coniuncti atq; unanimis, q̄tenus se inuicē iuuent orando, hortando, instruendo & inflammando, & ita concorditer instent sanctis operibus, per qd dāmones maxime superantur. Si autem per oīū aut alia uitia ab inuicē sint diuisi, & se inuicem impugnēt, atq; impediant à salute, uincuntur facilime, sicut in hominum prælijs cernimus, quod nisi concorditer unus exercitus contra aliū prælieetur, statim succumbit. Sed quoniā multi purāt se proximos suos uere diligere, qui tamen ab omniuero & spirituali amore sunt penitus alieni.

D. DIONYSII CARTH. SERMO III.

ni, dicendū est qd sit charitas seu spiritualis dilectio, & quō differat à carnali ac naturali amo^r D
te. Itaq; charitas est amor spūalis infusus. i. per creationē mēti à Deo collatus, per quem super
omnia diligit Deum, potissimum propter purā & propriam eius bonitatem, seipsum uero ac p
ximos uniuersos in Deo, desiderādo sibi ipsi ac alijs æternam salutē, & omnia necessaria sine uili
lia ad illam adipiscendā, uidelicet gratiam & uirtutes, opera bona, satisfactiones penitentiales
pro peccatis, atq; in p̄senti uita castigari pro eis. Itaq; qui seipsum aut proximos suos cupit in
seculo isto dñi, prosperari & sublimari, delicate uiuere, iocari, ridere, lōge esse se sciat à charis
tate, & carnalem tantum amorem habere. Ex q̄ patet, q̄ pauci sunt qui sobolem suam, propin
quos, cognatos ac alios, uere & spiritualiter ament. Oportet ergo ut nobis ipsi & proximis optem
mus uitam penitentialem, corporis castigationem, necessaria uitci, arctam uiam salutis, tri
bulationes salubres in seculo isto, qm̄ (testa Apostolo) per multas tribulationes oportet nos
intrare in regnum cælorum. Eti: Omnes qui uolunt pie uiuere in Christo, persecutionem pati
entur. Porro carnalis amor est sensualis affectio, qua quis diligit alium propter uoluptatē aut
carnalem comoditatē, quam habet aut habere potest in eo: uel ad hoc, ut aliter diuitias, de
licias aut honores seculi huius acquirat, seu propter corporalē dispositionem in se. Qui amor
turpis & uilis est, à spirituali amore mentem omnino impediens. Tertius est amor naturalis, q
nec uitiosus nec uirtuosus est in se, ut cum aliquis diligit alium propter conformitatem natu
ræ, aut propter propinquitatem, aut bonam dispositionem in naturalibus donis. Hunc natu
ralem amorem debemus reprimere atq; perficere: reprimere, ne fiat carnalis: perficere, ut spū
li amore formetur, charitatemq; foueat, & ad finem ordinetur salubrem. Insuper iuxta B. Au
gustini doctrinā: Ex charitate sunt quatuor diligenda, uidelicet Deus, propria anima seu ipse
met homo, proximus quoq; & proprium corpus. Nec solum oportet ista diligere, sed & ordo
charitatis in eorum dilectione seruandus est, ut primo & incōparabiliter diligamus dñm Des
um, secundo nosipos, tertio proximos, quarto propriū corpus. Nam ut ait saluator, Quid pro
ficit homo si lucretur uniuersum mundū, seipsum autē perdat? Oportet quoq; proximos plus
diligere, q̄ pprium corpus corporalemq; uitram. Idcirco si salus proximorum requirat, tenemur
pro eis uitā morti exponere, hinc scriptum est: In hoc cognouimus charitatem Dei, qm̄ ille, p
nobis animā suā posuit, & nos debemus pro fratribus aīas ponere. Ecce ex iis duo sequun
tur. Primi est, q̄ quilibet Christianus teneat sic stare, ut malit mori, & morte à quoconq; suf
ferre, q̄ Dñs per mortale peccatum offendere. Secundi est, q̄ malit mori, q̄ proximū suū morta
liter peccare & cōdemnari. Amplius circa illud, iam nō dicam uos seruos, sciendū q̄ duplex
est seruitus, sicut & duplex timor. Est enim seruitus procedens ex seruili timore, quo quis Deo de
seruit, nō amore boni nec cælo iustitiae, sed ne puniatur & cōdemnetur. Ista seruitus apud Des
um nō promeretur, q̄a ex charitate nō mouetur nec operatur. Alia ergo est seruitus procedens
ex filiali timore seu spūali amore, q̄ quis Deo ministrat zelo iustitiae, charitate mouēte ne sepa
retur à Deo: & quia taliter seruos est Dei, est etiā filius & amicus ipsius, eiq; dicitur Euge serue
bone & fidelis, intra in gaudium dñi tui. Deniq; in p̄fato spūali amore S. Matthias ap̄s corde,
ore & opere fuit perfectus, quia pro Deo & proximo & salute seipsum totū impēdit, & mori pa
ratissimus fuit. Cum em̄ apostoli ad diuersa gentiliū regna irent ad predicandū, ipse in ludæ
insistebat p̄dicationis officio: plurimosq; cōuertens, multa & magna fecit miracula. Illumina
uit etenim cæcos, mundauit leprosos, liberauit obcessos, claudis gressum, surdis auditum, de
functis restituit uitam. Legitur quoq; in Chronica quadam, quæ Treuiris inuenitur, q̄ san
ctus Matthias fuit de tribu luda, ciuitateq; Bethleem, illustri natus prosapia, in lege & prophe
tis à pueritia eruditus, lasciviamq; deuitans, pueriles annos morum gravitate ornauit. In sp̄se
ris fuit nō eleutus, in aduersis cōstantis atq; intrepidus, corde mādus, animo prudens, in cons
ilio prouidus, in soluēdīs quæstionibus scripturar̄ acutus. Quē p̄tis: ludæoꝝ (ut dicitur)
fecit lapidari. Aliqui uero dicunt, q̄ pro Christo crucis patibulo sit affixus, eiusq; corpus à Iu
dex Romam translatum est, à Roma quoq; (ut aliqui dicunt) Treuirim est translatum. Hunc
ergo beatum & sanctum apostolum, in p̄fatis eius uirtutibus imitemur, ut sumus maturi in
moribus, atq; ab omni inquinamento corporis & animæ abstineamus, discreti quoq; & uera
ba sacrae scripturæ memoriter retinētes, nec prosperis eleuemur, necq; per aduersa deñsciamus,
sed stabiles simus in Deo, nec aliquid uereamur extra eum timore inordinato.

A D RELIGIOSOS.

SERMO III. De imitatione uirtutū S. Matthie, & cuiusmodi studijs efficiamur angelis,
bestijs, dæmonibusve similes.

Nonne ego duodecim uos elegi, & unus ex uobis diabolus est: Iohan. 6. Ista loquutus est: Chri
stus ante passionem, & propter Iudā proditorem dixit, unum XII, apostolorū esse diabolū
per

DE SANCTO MATTHIA APÓSTOLO.

Fol. CXVII.

A per malitiae imitationem, abundantiamq; peccati. Apostolatus quippe est donum gratiae gratis
date, quemadmodum propheta. Huiusmodi uero gratia bonis & malis communes sunt. Fuit aut
tem Iudas à Christo electus, non utiq; electione æternæ prædestinationis, sed temporalis uocationis.
Fuit item electus ad apostolatum, non ad felicitatem. Sic & Saul fuit electus dei, nisi forte quis
opinetur cum esse saluatum, ita quod penitus dicitur, præsertim cum audisset se die sequenti in
terficiendum. Quemadmodum ergo proditor fuit diabolus, & propter diabolicam suam prauita
tem à deo relatus, atq; de apostolatu prævaricatus, sic felix iste Matthias propter uirtutum suarum
perfectiones fuit angelicus, & ad apostolatum loco Iuda promotus. Eius igitur imitemur uirtutes.
Erat & ipse in lege doctissimus, patiens in aduersis, in prosperis humilis, in tribulationibus ac perse
quitionibus imperterritus, charitate repletus, zelo fraternali salutis accensus, & inter septuaginta
duos Christi discipulos talis ac tantus, quod glorioſi apostoli non reputabant inter illos quępam
esse magis idoneum ad apostolatus officium, nisi eum & Ioseph Iacobi minoris apostoli fratrem,
qui ob suam perfectionem eximiam cognominatus est Iustus. Et tamen huic quoq; diuino iudicio
præpositus est sanctus iste Matthias. In iis itaq; uirtutibus eum sequamur. Denique inter angelos ac
bruta sic mediocris constitutus est homo, ut si rationem in cunctis sequatur, & iuxta diuinæ legis do
ctrinæ creatori suo instanter atq; ardenter cohæreat, angelicus fiat, imo & angelus appelleſ. Quod
si ratione relicta sensualitatem sequatur, & motibus animi sui succumbat, passionum sequens im
pulsus, brutalis sit & bestia nominetur, imo bestijs incomparabiliter peior, uiliorq; cōsistat. Cum
ergo religio à religione fortita sit nomē, eo quod religiosi ab iis q̄ carnis & mundi sunt, debeant
B esse totaliter religati & penitus sequestrati, oportet nos religiosos à præactis bestialitatibus & irra
tionabilium passionum motibus omnifarier absinere, sublimiterq; implere quod ait Apostolus:
Nolite conformari huic seculo, sed renouamini spiritu mentis uestræ, ne propheticum illud con
ueniat nobis: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. Et
illud quod per Ieremiam prophetam cōqueritur deus: Quid est quod dilectus meus in domo mea
facit sceleris multas? Domus dei est sacram istud coenobium domino consecratum, in quo si negligē
ter uixerimus, remisse egerimus, passionum affectiones secuti fuerimus, sceleris committimus mul
tā in domo domini sancta. Aduerata quod sapientissimus ille gentilium dixit: Homo solus, est
deus aut bestia, hoc est, diuinus aut bestialis: quia si conuersatur ut solitarius exigit locus, diuinus
est: si quo minus, bestialis esse censetur. Sed nunc considerandum, per quos actus efficiamur an
geli atque angelici, per quos item diaboli ac diabolici, & per quos bruta siue brutales. Actus
certe angelici sunt, solis spiritualibus delectari, illibatum creatori offere obsequium, uultu ma
iestatis diuinæ indeſinenter intendere, deum incessanter laudare; sed & purgare, illuminare ac
que perficere inferiores, & eis quae deū sunt annunciare. Quanto in actibus istis magis proficimus
& perfectiores efficimur, tanto dignius angelici nuncupamur, nomenq; angelii plenus participa
mus, quia per hæc perfectioni angelicæ propinquamus. Si ergo in solo deo sit gloriatio nostra, &
in solis spiritualibus uirtuosisq; actibus delectamur, & deo in sanctitate atq; iustitia omnibus uitæ
nostræ diebus seruumus, contemplatione quoq; ac laudibus dei, quantum humana finit fragilitas,
omni hoīa uacamus, & accedentes ad nos uerbo, exemplo ac moribus purgare, illuminare, perfic
cere, & ea quae deū sunt fulcitemq; animalium concernunt, non inutilia uerba annunciare satagimus,
C tunc rite angelii dominis fabaoth, angelicisq; uocamus. Idcirco d̄ frates in actibus istis occupemur,
crescamus, perficiamur. Non in cibo & potu lauto aut superfluo recreemur, cum &, beatissimo pa
tre nostro Antonio edocente, siccum panem aut simplicem aquam cum aueritate & uoluptate
accipere, culpa sit. Non in confabulationibus, risibus, leuitatibus, inutilibusve operibus sit nostrū
solarium, sed qui gloriatur, in dñmino gloriatur. Scire & noscere altissimum, sit gaudium nostrum.
Delectenur in domino, & dabit nobis peritioses cordis nostri, hoc est, postulationes, quæ ex cor
diali funduntur affectu, & cum intima proferuntur attentione. Vacare & uidere quā dulcis est
dominus, infinitam omnipotentis bonitatem, pulchritudinem, sapientiam, perfectionem, beatitu
dinem contemplari, ipsius amore accendi, ciuis incomparabilis felicitati & excellentiæ toto corde
congratulari, actus sunt cellæ, exercitio religiosi, solitariorum effectus, psalmis, hymnis & orationi
bus quantum defectuositas nostra permituit, assidue infistamus. Præterea, diuino Diony. protestan
te, in daemonibus sunt phantasia proterua, irrationalis concupiscentia, amensq; furor, atq; ut ait Iohan. 8.
Sapiens, imitantur diabolum, qui sunt ex parte ipsius. Quibus & Christus ait: Vos ex patre diabo
lo estis, & desideria patris uestræ uultis perficere. Dæmonum ergo appellatione digni censetur, &
diaboli ac diabolici nuncupantur iñ in quibus abundantphantasia proterua, irrationalis concu
piscentia uiget, amens furor mansionē fortuit. Ideo Moyses sanctus admonuit: Non sit inter uos
radix germinans fel & amaritudinem. Paulus quoq; apostolus: Pacem, inquit, sequamini, cōtem
plantes ne qua radix amaritudinis sursum germinans impedit, & per illam inquinentur multi.
Tēste nempe scriptura, Non est sensus, ubi abundat amaritudo. Et rursus frater Christi Iacobus ter
ribiliter loquitur: Si zelum amarum habetis, & contentiones sunt inter uos, nolite gloriari, & mē
Iacobi 3. dace

D. DIONYSII CARTHUSIA. SERMO III.

Sapien.² daces esse aduersus ueritatem. Non est sapientia ista à deo, sed terrena, animalis & diabolica. Præ D
Iohann.⁸ terea quia inuidia diabolus introiuit in orbem terrarum, certum quod inuidi præcipue imi-
tantur diabolum, qui (euangelista Iohann. testante) homicida erat ab initio, et in ueritate non ste-
t. Johann.³ tit. Eodem quoq; facratiſſimo euāgelistā docente, agnoscimus, quod omnis qui odit fratrem su-
um, homicida est. Detracitor quoq; homicida censetur, ut sanctus Clemens principem apostolo-
rum dixisse fatetur, quia occidit proximum suum in corde alterius, quantum ad esse bonæ opinio-
nis, quod habebat in eo. Rursus cum dæmonum sit officium, homines indeſſe tentare, turbare,
decipere, certum est eos dæmonum aſſequi prauitatem, qui proximos scandalizant, qui uerbo ſug-
geſtione aut opere uitioso conantur aliquem ad peccandum inducere, à profectu retrahere, à bea-
titudine impediſſe. Tales ſunt qui partialitates inducunt, qui animam proximi ſui uenatur ad ma-
lum, qui peccantem commandant de ſua iniquitate, & eum animant ad iniusta, qui inobedientiſſe
ſociant, applaudunt. Iterum, cum diabolicum sit perſeuuerare & obſtinatum eſſe in uitioſi, conſtat q̄
indurati in prauis, & qui iniquitatem ſuam defendunt, excufant, occulant, diaboli ſunt ministri,
membra ac filii. Propterea ab uniuersis uitioſi iſis cum infatigabilis diligentia caueamus: & contra
phantasmam proteruam, ſit in nobis cor tranquillum ac dulce; contra irrationabilem concupiſcen-
tiā, ordinata affectionē; contra fuorem amentem, mitis imperturbatusq; animus: contra inuidiā,
charitas; contra obſtinationem & propriei iniquitatis excuſationem, cor poenitēs, compunctio ue-
ra, confeffio pura; contra detractionem, uerbum cōmendationis & cōdificationis. Postremo actus
brutales præſertim ſunt uoracitas gula, libidinis appetitus, inſequitio paſſionum abſt. pruden-
tiae freno. Qui actibus iſis foedantur, bruta uocantur, ſuntq; brutales. Quod ne nobis contingat,
ſanctæ ſobrietati, mūndissimæ caſtiti, ſaluberrimæ diſcretioni, uirtuosam & indeſſam operam E
demus ad gloriā creatoris.

S E R M O IIII. De apostolorum deificatione, eminentia ac potestate.

Pſal.⁴⁰ Principes populorum congregati ſunt cum deo Abraham, quoniam dī fortis terræ uehemē-
ter eleuati ſunt. in Pſal. Poſtquā deus factus eſt homo, homines mirabiliter deificati ſunt, non
creata amittendo naturam, nec per resolutionem eſſe, creati ac propriei ſpecie in eſſe ideale, diu-
num & increatū, ut quidam hæretici imperitissime atq; rudiſſime ſunt mentiti, ſed per diuinogen-
uſuſionem charifmatum, per ſupernaturalia dona ſpūs ſancti, per uirtutes infuſas & actus eaq;
per actus diuinos, perfectos ac gratiosiſſimos, per que omnia naturalis imago adorandæ trinitatis
reſplendens in anima rationali, ſupernaturaliter ac eminenter eſt reformata, & ipſe hō ſuo eſt crea-
tori excellēter affiſſilatus, eiūſy filius adoptiuſ & amicus effectus. Que affiſſilatio, deificatio ho-
minis perhibetur. Cumq; hoc nō multi & innumerabiles ab exordio mundi, præſertim in euan-
gelica lege & tempore gracie, deificati noſcantur, maxime tam in iſa deificati ſunt gloriosi apoſto-
li, qui ſunt principes populorum, quia ſummi & primi prælati fuerunt Christianorum, & cū deo
Abraham, id eſt, Christo dei unigenito deo aeterno, corporaliter quoq; congregati extiterant, qui
bus & dixit: Beati oculi qui uident que uos uidetis. Qui & incredulis dixit Iudeiſt: Abraham pater
uester exultauit ut uideret diem meū: uidit, & gauiſus eſt. Hi ergo benedicti ſanctiſſimiſ apolo-
li, deificati & eleuati ſunt uehementer, tam per excellentias donorum gratiæ gratuſſentis, &
per munera gratiæ gratis dāræ. Ipsi nanq; primiti ſpiritus (id eſt, dona ſumma ſue præcipua ſpūs
ſancti) ſortiti ſunt, & sanctis ueteris testamēti ſecurissime præſeruntur. Nam ſpiritum ſanctum co-
piofißime ſuſceptunt, nec prophetæ aliquo modo tantum fecerunt fructum in mundo ſicut apo-
ſtoli. Prophetæ quippe uix Iſraeliticum populum potuerunt inducere, ut uifiones suas crederent
elle uerbi diuinæ, inq; multū ex populo illo hoc negauerunt, ut Saſduci & Iudei idololatriæ, ma-
xime decem tribus p̄r parte maiori. Glorioſiſſimi autem apostoli totum penē orbem terrarū in-
duxerunt ad uſuſionem deuotissimā librorum legis ac prophetarum, in quibus Christiani ſu-
diosiſſimi a tempore extiterunt apostolorū, intantum ut eiam Hebrei inde mirent. Preterea Christus in euangelio protestat: Illos dixit deos, ad quos sermo dei factus eſt, puta prophetas: quanto
magis præelectiſſimi a pofcoli dī uocandi ſunt, quos unigenitus dei, uerbum aeternum, deus uerus,
per ſemetipum immediate alloquutus eſt atq; edocuit, quibus & reprobavit; Paracletus ſpū ſan-
ctus quem pater mitret in nomine meo, ille docebit uos omnia, & ſuggeret uobis omnia quæcūq;
dixerit uobis Deniq; sancti apostoli recte uocantur fortes dī terra, id eſt, hominiſ ſu in terra manen-
tium. Fortes naniſ fuerunt, quia in omni uirtute conſantes, ſolidi ac perfecti, quibus omnes penē
creaturæ fuerunt ſubiectæ, ſecundum quod Christus eis aſſeruit: Ecce dedi uobis potestatem cal-
candi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſupra omnem uirtutem inimici. De quibus Pſalmista ceci-
nit deo: Conſtitues eos principes ſug omnem terram. Et denuo: Mibi autem nimis honorati ſunt
amicī tui deus, nimis conforſatus eſt principatus eoz. Nam & angelii ſancti eis ſeruire dignati ſunt.
Et cum Iohann. apostolus angelum adorare uoluſſet, non utique adoratione latrā, ſed dulcē,
acepit reſponſum ab angelō ſanctō: Conſeruus tuus ſum & fratrū tuorū. Iterum fortes ſue
rūnci apostoli, quia (Paulo testante) in promptu habuerunt ulciſci omnem inobedientiam, inobe-
dientes

DE SANCTO GREGORIO PAPA.

Fol. CXVIII.

A dientes tradendo in potestatem ſacrañ in interitum carnis; & omnia potuerunt in eo, qui confor-
tauit eos oipotente, cuius fuerunt ſummi, chariſſimi, familiariſſimi amici, à quo & quicquid per-
tierunt, celeriter impetraverunt. Adhuc autem miranda & ſupernaturalis fuit foritudo apostoloru-
rum, quibus præcipue Christus ſubiecit naturalē curſum, uirtutem ac ordinem rerum, dādo eis Macti.¹⁰
potestatem faciendo miracula, prodigia & portenta, totum naturalem rerum curſum ac ordinem
transcedentia uel in facto, aut certe in modo agendi. Quibus & dixit: Infirmos curate, mortuos
uſcitate, leproſos mundare, dæmones ejicite. Amplius inefſabiliter magna fuit apostolorum po-
tentia ſeu foritudo in confectione & administratione ecclesiasticorum ſacramentoꝝ, præſertim fa-
cramenti eucharistiæ ac penitentia. Fuit item alia multiplex foritudo in eis, quia confirmati erat
in gratia, erantq; potentes in ſcripturis, in eloquio ac ſapientia, per quas aduerſariis præualuerūt,
prout prædixit ſaluator: Ego dabo uobis os & ſapienciam, cui non poterunt reſiſtere & contradic-
cere omnes aduerſarij ueſtri. Erant demum fortes, potiſſimum ejicendo compescendoq; dæmones,
acidololariam deſtruendo. Tam fortes etiam fuerunt in charitate, quod unus eorum in persona
omnium fallit eſt: Certus ſum, inquiens, quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; p̄ſincipatus, ne-
q; uirtutes, neq; iſtanciā, neq; futura, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dici. Poſtre-
mo fortes fuerunt in omni aduerſitate, & uſc̄ ad ſanguinem effuſionem pro iuſtitia certauerunt, at-
que in innumerabilibus tribulationibus, grauiſſimiſ ſorquentis, ac crudeliffimiſ, quas pro Chri-
ſto p̄pſi ſunt, mortibus inuictiſſimi, fortiſſimi ac uiatorioſiſſimi ſunt inueni. Quis cōculit eis oēm
fortitudinem iſtam, quos conſtat uſc̄ ad Christi paſſionem tam débiles, imperfectos ac formido-
liſſos fuſſe, quod dum Christus capiebatur, omnes fugerunt qui aderant, & primus inter eos q̄ cæ-
teri ſirmior atque feruentior uidebatur, mortis formidine eadem nocte ſuum magiſtrum ac do-
minū contra polliciſationem propriam ter negauit. Preterea, quoniam Ch̄ſ alciſſimus bñdictos
apostolos toſ ſupernaturalibus fortitudinibus, toſ donis, chariſmatibus & excellentiis decorauit,
merito uehementer eleuati dicunt. Nam et iudicariam potestatem promiſit eis ſaluator, dīcēdo: Matt.^{19.}
Vos qui ſequuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominiſ in ſede maiestatis ſuæ, ſede-
bitis & uos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et nunc non ſolum in triū-
phantī ecclesiā ſunt inefſabiliter eleuati, & inter ſummos angelicos ſpirituſ collocati, ſed in mil-
tantī quoque ecclesiā inter ſanctos uiueros ſortiunt priuatum, ſunt fundameſti & ſummi
doctores, principes ac patroni ecclesiæ. Horū unius eſt B. Matthias, qui inter Septuagintaduoſ Chri-
ſti diſcipulos tantæ perfectionis & excellentiis fuit, quod ſolus ex eis ad apofolatum aſſum-
ptus, ac Chriſti consanguineo iuſto Iohſeph prælatus eſt. In quo prælati religioſorum diſcāt ueram
ſeruare iuſtitiam, & personarum acceptiores non eſſe, nec expriuato affectu ſeu cauſa impertinēti
quępiam ad officium promouere aut inde depone, ſed in talibus p̄r oculis deum habentes, quę
uita, etate, ſcientia, utiliorem conſipiunt bono cōmuni, promoueant aut conſeruent. Simili mo-
do ſe habent ſubditū, ne ex paſſione priuatoſe commodo, aut alla praua radice, pro alicuius pro-
motione aut depositione laborent, conſiderantes quod Ch̄ſ Iohanni & Iacobō, ceteriſq; cōſan-
guinei ſuī apofolū ſpr̄ulit Petruſ, quantū ad archiapofolatū; iuſtoq; Iohſeph conſobrino ſuo
pr̄ulit, quantum ad apofolatum, Matthiam. Porro qui ex iſra, impatiētia, carnali affectiōe, aut
proprii intuitu commodi, ſeu ſimili iniuſto motiuo conant ad insufficientium promotionem, aut
ſufficientium depositionem, grauiſſime peccant, & omniſ ſu in uitioſi, quae inde ſequunt, ſunt parti-
cipes: inq; nec ad ſufficientium promotionem, aut in ſufficientium depositionem, licet ex cauſis huic
uifmodi prætactis, illicitis laborare. Postremo, in præfatis fortitudinibus, donis ac chariſmatibus
ſatagamus ſanctos ſeſtari apofolos, etiā non fortitudine faciendo miracula, aut in potestate ecclesi-
aſtifica, uel iuriſdiſtione prælati, tñ in firmitate uirtutum, in robore chariſtatis, in mentis cōſtan-
tia, in inſuperabilitate patiētiae, in gratiæ incremento, in tenacia aequitatis, in ſancta ſtabilitate cor-
dis in deo, in feruenti ſu in uitioſi ſeſtari interno. Optimū nanq; eſt gfa ſtabiliti cor. Et Pſalm.
hortat: Viriliter agite, & conforſete cor uſtrum oēs qui ſperatis in dño. Non uincamur aduerſis,
nec fatigemur laborando pro uirtutum profectibus, omniſ tentationi viriliter reliquem, atque
pro iſto profectu adipiſcendo, indeſſiner conuenit orando, mentem custodiendo, nouiſſima iu-
giter recolendo, Chriſti uirtutes, exempla & paſſionem diligenter inuendo, ſed & ſanctorum
quorum celebamus ſolennia, inſpicendo ac inſequendo exēpla & documenta, inuocando quo-
que affidue patrociňa eorundem. Ad laudem & gloriam creatoris.

In feſto ſancti Gregorij papæ.

S E R M O I. De uirtutibus, laudibus & excellentiis ſancti Gregorij.

Go autem ſicut oliua fructiſſera in domo dei. In Pſalmo. Verba hæc de beatissimo Pſal.^{51.}
papa Gregorio congrue exponuntur. Ipſe nanq; ueraciter fuit in domo dei, id eſt,
in uniuerſali ecclesiā Chriſti tanquam oliua fructiſſera, quoniam uerbo & ſcri-
po, fama & exemplo, oratione atque operibus penitentia, per ſcipuum & per
ſuos diſcipulos, copioſiſſimum fecit in ecclesiā fructum, innumerabileſq; conuertit
u iiiij ad

D. DIONYSII CARTHUSIA. SERMO I.

ad dominum. Sed nunc huius sanctissimi viri uirtutes, laudes, & excellentiae sunt tangendae. Prima excellētia eius est, quod in urbe Romana ex senatoriis prosapia fuit natus, cunctis abundans diutius, omnibus naturalibus donis ornatus, uide licet ualde ingeniosus, mansuetus, pius, amabilis, liberalibus artibus praeclarissime eruditus. Secunda uirüs & excellētia eius est, quod à pueritia extitit timoratus. Nam licet in naturalibus & fortunabilis donis talis esset ac tantus, cogitauit tamen à pueritia relinquere omnia & cœnobium intrare, ut autem quoq; omnem lasciuiam carnis, uanitatem adolescentem, levitatemq; morum. Porro patre eius defuncto, patrimonium suum latissimum ad dei expendit honorem, sex monasteria in Sicilia construens, septimum uero in urbe. Tertia eius laus est, gratiosa sua conuersio, admirabilisq; profectus in monasterio, nam monasterium quod in Roma construxit ingessus est, ubi relicta uectibussericis, auro & argento fulgentibus, pauperem & humilem induit habitum monachorum, in quo repente in tantum profecit, quod in ipso suæ conuersione initio inter perfectos potuit computari. In tanto quoque abstinentiae uixit rigore, quod corporis debilitatem magnam incurrit, sed anima eius desuper diuinæ sapientie illistrabatur, splendoribus, diuinæ charitatis accendebatur ardoribus, ecclœlia die ac nocte contemplabatur, & tota absorbebatur ac transformabatur in deum. Quarta laus eius est, felix sua promotoio ad summi pontifici dignitatem, cui promotioni mirabiliter ex maxima humilitate renitebat. Electus quoque in papam fugere cupiebat, sed non ualebat, quia ne fugeret, portæ die ac nocte custodiebantur. Tadē à quibusdam obtinuit, quod eum in dolio super quadrigam extra Romanam duxerunt. Cumq; in syluarum antris se abscondisset, columna lucis præfulgida à colo dependens super eum apparuit, in qua quidam solitarius angelos ascendentis & descendentes cōspexit. Sicq; columna illa eum monstrante, à querentibus est inuentus & Romam redactus, atque in summum pontificem consecratus. Quinta excellētia eius, quod sanctos angelos in forma sensibili sepe uidit. Cum enim Romæ solennem faceret processionem pro cessatione pestilentiae, uidebat super castrum Crescentij angelum dei, qui gladium suum cruentatum detersit, & in uaginam reposuit. Per quod S. Gregorius intellexit pestem cessasse. Alia uice dum peregrinos quosdam habet secum in pando, considerauit quod unus eorum uultum frequenter mutauit, ita quod nunc pulcherrimus adolescens, nunc uenerandus senex apparuit. Introduxit ergo illum in cameram, & interrogauit quis esset. Respondit se esse angelum dei, & statim disparuit. Rursus dum pro Traiano imperatore diu defuncto orasset, apparuit angelus ei. Sexta excellētia eius est feruidus zelus animarū, quo in tm fuit repletus, quod dum adhuc in monasterio suo esset, à domino papa obtinuit, quod ipsum ad cōuertendos Anglicos tunc usque gentiles misit. In uia tamen propter instantiam Romanorum fuit reuocatus a papa. Sed cum ipse papa fuisset effectus, S. Augustinum cum alijs uiris sanctis misit in Angliam, & precibus suis ac meritis, per illos conuertit Anglicos ad Christi fidem ac cultum. Ecce quantus fructus. Septima excellētia eius est, magnitudo sapientie & doctrinae suæ in diuinis scripturis, quas tam profundissime intellexit, tam luculenter exposuit, & multa saluberrima conscripsit uolumina proædificatione & informatione ecclesiarum, quibus nunc usque utuntur fides, & plurimi corriguntur. Octaua excellētia eius est, quod in papatu tam fructuofissimum præsidens fuit. Quotidie nang populum informauit, prælatos ecclesiarum verbis & epistolis incipiebat ac reformatum, ad religionis ingressum pluriuos utriusque sexus induxit, atque sub eius regimine CHRISTIANAB legis obseruantia, fides & religio, maxime uiguerunt ubique terrarum, præsertim in Roma. In ciuitate quoque Ierusalem instituit cœnobium. Nona laus eius est, liberalissima pietas eius in pauperes, quorum omnium nomina apud se habuit scripta, deditq; eis uite necessaria, iñq; usque ad montem Sinai misit uiris religiosis elemosynas largas. Tribus quoque milibus CHRISTI ancillis dedit annuatim pro quod otidianis expensis, octoginta (ut legitur) aurilibras, atque quotidie ad mensam suam peregrinos fecit adduci. Et quando adhuc in monasterio existit abbas, & quidam in specie pauperis petiſſet sibi ab eo aliquid dari, fecit ei argenteos sex præstari. Cumq; eodem die idem rediret & aliquid peteret, rursus totidem, sibi dedit argenteos. Cum autem tertio die rediens iterum elemosynam postularet, & sanctus Gregorius à procuratore suo audisser, nil superesse quod posset, nisi scutellam argenteam, quam mater sua sibi cum leguminibus mittere consueuit, fecit scutellam illam argenteam pauperi dari. Sed ille in specie pauperis fuit angelus dei. Decima excellētia eius est efficacia sua in orando. Vnde angelus dixit ad eum: Deus misit me ut semper te protegam, & omne quod petieris, per me impetrabis ab eo. Deinde cum sanctus Gregorius pietatem & mansuetudinem Traiani imperat. gentilis diu defuncti reduxisset ad mentem, ecclesiam sancti Petri ingrediens, amarissime fleuit pro eo, & statim sibi responsum fuit à deo. Precepit tuam suscepit, & Traiano à pœna æterna parco. Sed de cætero non præsumas pro damno aliquo exorare. Qualiter autem istud de Traiani ęreptione à pœnisi inferni intelligendum sit, diuersi diuersimode tradunt. Hoc uero certissimum est, quod per diffinituam sententiam nō fuit externaliter condemnatus, si oīno liberatus dicā. Undecima excellētia eius est maxima patientia quā habebat. Fuit nang in maximis grauissimisq; doloribus corporis, febribus em, podagra,

DE S. GRÉGORIO PAPÀ.

Fol. CXIX.

A podagra, stomachi pœnisi, syncopi uexabatur, persequitiones quoq; sustinuit Barbaroru, atq; Mauricij imperatoris, que omnia patientissime tulit. Aliæ multæ sunt laudes & excellētiae eius, & quāuis omni fuit uirtute ornatus, profundissima tñ humilitate fuit singulariter decoratus. Nam & Imperatoris uocauit se seruū, & primus inter summos pontifices uocauit se seruū servitorū dei. Noluit q; matronæ uocabant se eius ancillas, & nomen iussionis exhorruit, & laudes hoīm uehementer expauit. Cū autē qdā S. pater noīe Iohannes, Romā uehisset, & corā Gregorio se uellet prosternere, festinauit Gregorius, & primo se corā illo prostrauit in terrā, nec surrexit, nisi abbate illo primo surgeat. Postremo, q; cordialiter S. Grego, uniuersa contemptis terrena, constat ex eo, q; dum quida S. eremita deū orasset, ut sibi ostendere dignaretur, cū quo eset parificandus in regno celorum, & respōsum accepisset à deo, q; cū papa Gregorio, ualde ingemuir, eo q; papa Gregorius abūdare diuitijs, & ipse oīa propter deū dereliqueret. Tūc curius diuinus dictum est ei: Cur cōfratris quod cū Gregorio par eris in gloria, cū tu plus diligas cattam tuā quam habes, & in sinu tuo frequenter tractas & palpas, q; Gregorius omnes suas diuitias, quas ad hoc solūmodo possidet, quatenus eas indulgentibus liberae liter eroget: Quo auditō, S. ille eremita gaūsus est, & gratias egit deo, rogareq; accepit, ut cum Gregorio mansionē cælestem percipere mereretur. Itaq; hunc sanctissimi patrem nostrū Gregorium diligamus, ueneremur ac imitemur. Discamus eius exemplo terrena despicer, in aduersis patientia stabilem cōseruare, nosipos in omnibus humiliare, opera quoq; misericordie B pro posse iugiter exercere, & deo quotidie cum maiori deseruire affectu, per oratiōes deuotas & meditationes sacras leuemus corda nostra omni hora ad deū omnipotentē, per ieiunia etiā & alia pœnitentiae opera, castigemus ac refrenemus corpora nostra.

TAD RELIGIOSOS.

SERMO II. Quomodo imitandus sit beatus Gregorius, & quis scopus monachi.

T Vero uigila, in omnibus labora, ministerium dei imple, sobrius esto. secundæ ad Tis morœ quartu. Hæc uerba sub persona Timothei episcopi, omni sunt scripta episcopo & implenda ab eo, quæ B. papa Gregorius sublimiter adimpleuit. Vigilauit nang mēte & corpore, & uera uires uigilauit humanas, per quod corpus suum extenuauit, quemadmodum in Ecclesiastico fertur: Vigilia honestatis tabefaciet carnes. Impleuit quoq; quod ait uī sanctus deo: Media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo. Et quod admonet Ieremias: Con-
surge, lauda in nocte in principio uigiliarii, & effunde sicut aquam cor tuum ante conspectū dñi deitū. Deniq; q; virtuōsissima fuerit uita huius magni Gregorij, scitis, & eius pādit Les-
gēda, quæ grandē nobis confort utilitatem, si bene pensetur. Nempe ad mundum contemnedum ac relinquendum, atq; persistendum in uita religionis assumptis, ad habendum consolationem, informationem ac opem in omni tentatione, prodest attendere quod de S. narratur Gregorio: Quia cū esset uī nobilis senatoria stirpe exortus, ualde diues, potens, apicemq; phi-
losophiæ adeptus, ac sericis uestimentis auro & gēmis rutilatibus indutus, spreuū hæc oīa, & cœnobium ingressus, uili testus est ibi monastico habitu. Ecce uī talis ac tantus, ita in mundi huius honoribus, diuitijs delicijsq; abundans, fama, nobilitate, scientia & decore tā inclytus, C in iuuentute, imo in adolescence sua cœnobium est ingressus. Si ergo in cœnobio tentatur q; de hoc quod mundum deseruit, quod in seculo abundare, honorari delectariq; posset, quod sponte reliquit tam multa & magna, pponat sibi Gregorium, & eius cōparatione se parū aut nū hil egisse ppendat. Imo si q; totius huius mūdi dñs esset, omni quoq; temporali polleret prosperitate, & omni naturali ornaretur pfectio donoq; atq; hæc oīa ppter deū cœnobium intrās, relinqueret, adhuc respectu cælestiū p̄miorum, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascenderūt, nullius esset momēti. Omnia demū q; propter deū relinqueret possimus, nōne ab ipso accepimus, & eius sunt dona, sicut S. David primo Paralip. loquitur: Tua sunt oīa dñe, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Porro cā in presenti uita multa maiora ac digniora à deo recepimus, quā propter eum deserimus. Propter qd Chfs oīa ppter se relinque-
ti spopondit, centuplū accipiet. Pro tpalibus nang spūalia dona, supna charismata, perfectio-
nes supernaturales recipimus, pacemq; pectoris, consolationes secretas, uisitationes p̄fissimas ac diuinias. Secundo, exemplo S. Gregorii ad feruidissimum & indefinitem prouocamur accendimurq; profectum. Legitur q; in conuersione sue exordio mox tñ profecit, atq; ad tantam peruenit pfectiōem, q; tunc in perfectorum numero poterat computari. O uere felix Gregorius, qui q; eo maior fuit & excellentior in donis naturæ, in bonis fortuna, in munib; ribus gratiæ, in ecclesiastica dignitate, & in oīm reputatione, tanto plus in omnibus humiliauit seipsum. Nō cornua sibi assumpit, nec quēpiam quasi inferiorē contempst. Et quis expros-
prijs

prijs facultatibus cenobium, in quo mansit fundauerit, non tamen ex hoc sumpsi fidutiam aut libertatem illicitam. Attendant hæc, qui ingressi cenobium, iactant se aliqua secum tulisse, aut ratione nobilitatis, siue scientiae aut alicuius huiusmodi doni inflantur, & alios aspernatur, quorum mens excæcata non pensat, quod alij ex sua humilitate, patientia, deuotione, charitate, diligētia, incomparabiliter digniores sint coram deo, quam ipsi ex suis naturalibus, ac quisitis aut fortuitis donis. Propter qd etiam in Ecclesiastico habetur: Melior est homo qui minuit sapientia, & permanet in timore dei, quam qui abundat sensu, & transgreditur legem altissimi.

Eccle. 19. **¶** Insuper S. pater Gregorius, cur ad monasticam professionem uenisset, quotidie pensans, & quam reverenter altissimum obsecqui oporteat, intuens, studuit incessanter proficere, os m̄nemq; horam fructuose expendere, orationibus, meditationibus, cōpunctionibus semper uacare. Corpus quoq; suum in anima seruit ut in uehementer redagit, in hoc solo ex nimio

¶ Cor. 9. **¶ Cor. 11.** quodam feruore discretionem oblitus, & immoderate se habes, quod corpus suum nimis de bilitauit. Tuttissimum etiam ac firmissimum sibi faciens fundamentum uirtutum, ad profumissimam se in primis dedit humilitatem, in qua usq; ad finem uitæ suæ permâsit ac creuit. Hinc statim in suæ conuersationis initio ad contemplationis gratiam est perductus, ut sedens in celo, leuauit se super se, & in deum rapiebatur assidue, dulcedinem creatoris degustans, dissolviç; cupiens, & esse cum Christo, uniuersis carnalibus ac terrenis sibi in fastidium uersis, secundum quod ipsemet in exordio tangit dialogorum: Animus, inquiens, mens ex occupatio- nis sua molesta tactus, reminiscitur qualis aliquando in cenobio fuit, qualiter cuncta labores

Gregor. etia subterfuerant ei, & cum detineretur adhuc in corpore, per contemplationem tamen corporis cenobia excessit, ipsamq; mortem alijs formidabilem, iam tanquam uitæ ianuam conscupiuit. In his igitur hunc uirum sequamur sanctissimum. Nemo nostrum quasi prioribus cō fidens operibus, aut longitudini temporum, remissus agatum quotidie emitam copiosius illustrari, profundius humiliari, timoratores diligenteresc̄ fieri. Quo autem copiosius illuminamur, eo utiq; uigilantiores erimus ad existandum omne peccatum, ad obtinendum gratiæ ac uirtutum augmentum, ad excrescendum in cordis munditia & charitatis sinceritate. Attendantur ergo cotinue cur huc uenerimus, quid deo uouerimus, quid exigat nostra professio, quam inexcusabiles erimus & confusi, si inueneti fuerimus negligentes. Sicq; indefecte supra cordis nostri stemus custodiā, atq; ad fontem puritatis ac principem lucis deum incircuscriptum leuemus ubiq; oculos cordis, aspiremus & afficiamur ad ipsum, & intus cū ipso deambulare ac exerceri assuescamus. Erubescamus instar brutorum passionibus agitari, & in star secularium zelum amarum, corq; distractum & animum maculatum habere. Verū in sanctitate & iustitia deo perseverâter deferuamus, omnē loquacitatē, ociositatem, carnalitatem, euagationē, turbulentiam, inquietudinemq; uitantes, & corde attento, fixo, reformato, accesso sacrificium laudis, thymiana orationis, holocaustum proprie abnegationis dño iugiter offerentes, tamq; sublimiter ac frequenter gustemus, quam dulcis est deus, ut cuncta carnalia & caduca nobis in fastidium conuertantur, ad cælestem beatitudinem tam seruī anhelantes, ut ex sententia decantemus: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum &c.

Psal. 41. **¶** Præterea sanctus papa Gregorius non solū circa seipsum, sed & circa creditum sibi gregem dñi diligenter uigilauit, pro communī bono ecclesie extreme laborans, uerbis, scriptis, ex p̄ emplis, oratiōe, cōsilio, & omni modo sibi possibili, sicq; ministerium suum fructuissime ac strenuissime adimpleuit, sicut de hoc in sequenti diffusus dicitur sermone. Quod & superioribus religiosorum incubit agendum. Nos uero qui alijs nō p̄sideremus, cogitationū & affectionum nostrarum regamus familiam, uires animæ, omnemq; motum & actum membrorum rationi subdamus, uerborum ac operum congeriem gubernemus secundum scripturā ac ordinis regulam. Pro communī quoq; bono ecclesie, pro uiuis ac mortuis, pro propinquis, commissis, & benefactoribus instanter ac feruide deprecemur, fama & exemplis, uerbis etiam tempore opportuno ædificemus alios, & mutuo nosipos, & deo sic complacere conuemur, ut orationes nostræ ac actions eiita complaceant, ut & alijs prolinet.

SERMO III. De solicitudine omnibus necessaria, & de ambitione detestanda.

Q VI præst, in solicitudine præsit, ad Romanos duodecimo. Omnem hominem deo plas cere & salutem consequi cupientem, oportet esse spirituali solicitudine (qua est diligētia prudentialis) solicutum, quia in medio ambulat laqueorum, & inuisibilibus circundatus est hostibus, summoq; iudicii totius uitæ suæ daturus est rationem, nec scit an amplexus dignus, an odio, quid item finaliter fieri de eo. Et quoniam pauci damnationem evadunt, difficile quoque est saluari, & in multis offendimus omnes, proniq; sumus ad omne malum,

sed

A sed & frequenter peccamus quotidie, & undiq; occurunt occasioes peccandi, & quia post uitam hanc rigorissima uitiorum est ultio, perpetua s. in inferno, longa uero ac dura in purgatorio, & quoniam æternæ felicitatis amictio est post uitam præsentem irrecuperabilis. Hæ sunt causæ sanctæ & uirtuosæ sollicitudinis. Quas qui diligenter pensauerit, timoratus erit & custoditus, comp̄ctus, deuotus, seruens & operosus, om̄e de facilis uitans dissolutionem, ociositatem, ac diuina. Deniq; horum consideratio B. papam Gregorium fecit summe sollicitū. Sciuit namq; omnem prælatum tanto oportere sollicitorem existere, quanto altior est eius prælatio, quo pluribus praest, & quanto pro pluribus redditurus est ratione, quo etiam intolerabilior etiā et infatit damnatio, si negligens fuerit aut carnalis, in exemplaris aut scandalosus. Vnde & S. Gregorius considerationi distinctionis diuinū iudicij singulariter fuit intentus, atq; ex ea factus est summe sollicitus, præsertim tempore suæ prælationis. Fuit ergo summe sollicitus circa sue prælationis exordium. Scitis q̄ppe, o fratres, quā uehementer ac multipliciter, & qdā modo importune suæ restiterit promotioni, quā inefabiliter tantæ præsidentiæ assumptionem & onus expavit, quantis astutis excogitauerit erui inde. Non eum attraxit tanta excel- lenta dignitas, nec honor tam summus, non fama, non gloria mundi, non dominādi libera- tas, nec opulentia rerum, sed diuinæ distinctionis considerationi atq; humanæ fragilitatis ac insufficientiæ ponderationi mansit intentus, cū tamen esset vir ita perfectus. Ex hoc si rite aspi- cimus, si dissimulare non uolumus, si non nosipos palpanus, saluberrime informamur, mul- tipliciter admonebamur. Ecce uir talis ac tantus, tam perfectus ac peritissimus, tam summe refu- giebat summi pontificij dignitatem, apostolatusq; apicem, & super totum mundum prælatū. **B** Onem. Quid ergo est, quod nos pauperculi & pusilli, nos defecti & imperiti, ad præsidentiā am aspiramus, ducatum appetimus fratrū, & modici desiderio regni seducimur? O quāta est obtenebratio ista, qualis est abnegatio ista, qualis mortificatio sui ipsius! Si mortuus sumus mis- do, quomodo adhuc apparere & scrii optamus in eo? Consideremus quanta gratia detri- men- ta, q̄ multa & magna spiritualis profectus dispensia ex hac solidissima ambitione nascatur. Nonne opera nostra tanto sunt puriora, & deo amplius complacentia, quanto sincerius sunt ad dei honorem, rectioriq; intentione diriguntur ad summum ac ultimum finem absq; recis- proportione & reflexione ad proprium commodum? Porro tanto sunt folidiora, & deo in- gratiora, quanto plus in eis ad nosipos reflectimur, & aliquid proprii honoris, carnalis utili- tatis, inordinatæve libertatis intendimus. Nec dubium, quin ambitionis labo fecundatus, eiusq; tenebris inuolutus, pene in omnibus quæ exercet, ad seipsum & ad ea quæ sua sunt, reflecta- tur, ita quod uix unquam pure in deum fertur. Habet quoq; mirabiles ac lamentabiles suspi- ciones, æmulaciones, blanditur ac inuidet, in seipso etiam sœpe affligitur & tabescit. Talis cor suum nunquam simplificat, neq; ut sua requirit profectio crescit, sed magis decrescit, & nunc inordinate latatur, nunc inordinate tristatur, nec unquam quietit in domino. Attendit præ- sentia, non futura, & cum sit miser & miserabilis, pauper, cœsus & nudus, locupletem se arbitra- tur, atq; idoneum regere alios, cum nesciat gubernare seipsum. Siquidem à propriis uanitati- bus tam grauitate precipitatur, uincitur, conculcatur. Præterea, si adipiscatur quod obtinere molitur, non erit iustus in suo regimine, sed potius personarum acceptor, nec dei honore ac subditorum salutem quæret sinceriter, imo desuet, ac negliget semetipsum aliosq; inaniter. Quod totum in religioso tanto ulius, iniquius, ac damnabilis perhibetur, quanto plus propter Christum abnegauit seipsum, & quanto præ cæteris magis ad quotidianū obligatur pro- fectū. **C** Porro B. pater Gregorius ab hoc scelere immunissimus, in omni præsidentia sua diligenterissimus ac laboriosissimus fuit, exponendo scripturas, componendo sermones, ac diversos tractatus, prædicando ad populum, illuminando ecclesiam. Et quos nō potuit uerbo exhori- tari, corripere, castigare, docere p̄sentes, per scripta admonuit, increpauit, correxit, instruxit absentes, sicut de hoc multa legunt in decreto de ipso. Nec à sanctis itis operibus poterat per corporis sui infirmitates, aut impiorum persequitiones auerti. Considerauit namq; dignitatem cōditionis humanæ, & quanta unigenitus dei patris pro humani generis assumptionerat, egerat, atq; perpeccus erat salute, & quā districtam exigerationem à præsidib⁹ pro animab⁹ eis cōmisit, pro quibus proprium sanguinem nō dubitauit effundere, ac acerbissimum & igno- miniosissimum mortis genus subire. Deniq; & quilibet nostrum ista sollicitate intuens, semper sollicitus sit, nec sua negligat salutis negotiū, admoneat, corripat, disciplinet, discutiat & expurgeret qdā temere alii, sed prudēter seipsum, inuenietq; se tatis de- fectionis repletū, tot culpis & difficultatibus obtinēdipfectionē obnoxium, tot periculis expositū, tot hostibus circumallatum, q̄ satis & supsatis habebit agere circa seipsum, nec ei uacabit stulte ac superflue occupare se circa conseruū. Itaq; imitetur fideliter patrem

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO I.

patrem nostrum Gregorium, omnium exemplar uirtutum, qui & ante pontificium suum fraterne salutis zelo tam feruide arsit, quod ad Anglorum tunc adhuc paganorum conuersio nem miti se procurauit. In hoc igitur nos ipsum secemus pro uiribus, & quanto minus pro aliorum conuersione ac profectu laboramus praedicando, tanto plus pro hoc laboremus ordo, uirtose uiuendo, exemplariter nos habendo, atq; ut ualeamus a sancto, iusto, ac pio creatore obtinere quod petimus, instantissime enitamur eum honorare in omnibus, eisq; intime familiares & amicissimi fieri. Postremo, sanctus Gregorius fuit uisceribus pietatis affluentissimus ac totus repletus, ac patientissimus in aduersis. Nam opera misericordiae tam corporalia & spiritualia, longissime atq; latissime fecit. In grauissimis quoq; suis infirmitatibus quotidias persecuti busq; diuersis mansit immobiliter patiens, constans, & deo gratias agens. In quibus omnibus ipsum pro posse secemus, omni pereunti ac pericitanti intime condolentes, & graues personas pie ferentes, ac mutuo in omni charitate & pietate nos tolerantes, iuxta qd scriptum est: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Non efficiamur in anis gloriae cupidi, in uicem prouocantes, in uicem inuidentes. Quod si pacem pectoris affestamus, ambitionis insaniam de cordibus nostris penitus propulsimus, de qua sanctus ait Bernardus: O ambitio ambientium crux, quomodo omnes torquens, omnibus places! Sans etus quoq; Gregorius: Numerari, inquit, culpa non possunt, quae ex ambitione nascuntur. Quae ut longe a nobis sint, soli deo, summo fini, incomparabili bono, humili & tranquilla mente iugiter inhærente conemur. Ad laudem & gloriam eius.

SERMO I. unus de sancto Patrio, & de purgatorio eius.

Psal. 4. Citote quia mirificauit dñs sanctum suum. In Psal. Verba hæc recte de sanctissimo uiro beato Patrio exponuntur, quoniam deus omnipotens illum per preclaras miracula specie litter honorauit, & admirabilem fecit. Primo enim sanctus Patrius conuerit regem Scotorum, & multos de populo eius, obtinuit quoq; regno illi, quod nullum ueneno sum animal ibi uiuere potuit. Cumq; multa miracula fecisset in Scotia, intravit regnum Hybernæ, in quo etiam multis fulsit miraculis. Sed Hyberni tanq; homines semisylvestres, nullo modo acquiescerunt prædicationibus sancti Patrii, dicentes se nullatenus crediturós, qd tacunq; patraret coram eis miracula, nisi demonstraret eis ad oculum poenas iniustorum, quas habent post uitam presentem, quatenus per hoc experimentaliter scire possent, esse uitam post uitam istam, & esse prouidetiam atq; iudicium dei. Tunc beatus pater Patrius deum rogauit, ut propter bonitatem & misericordiam suam immensam dignaretur sibi ostendere modum, per quæ posset illos incredulos certificare de peccatis iniustorum post uitam hanc. Deus autem ipsius sanctum uirum illum exaudiuit clementer, ostenditq; ei locum in solitudine quadam. In qua cœli sanctus Patrius terram per foecionem aperiri fecisset, statim apparuit ibi subterraneum iter ad purgatorium dicens. Reuelauitq; deus beato Patrio, quod qui de peccatis uitæ sequentis esset ambiguus, illum locum intrado experiret easdem. Porro quinto introiret, nisi in omni peccata & afflictione manerent in fide confantes, & Christi auxilium implorantes, redituri non essent. Itaq; multingrediebantur, nec reuertebantur. Tandem post mortem beati patris Patriti, quidam uir nomine Nicolaus, cum deum grauissime ac multipliciter offendisset, locum illum introiit, & deo auxiliante in cunctis suppliciis sibi illatis firmus manens in fide, & inuocans Christum, reuersus est, uniuersaque quæ uidit ac pertulit, alijs recitauit. Est autem in loco illo collegium, in quo ingredi purgatorium cupientes, per elemosynas, orationes, ieiunia, per confessionem & sacram communionem se præparant ad intrandum. De hac autem materia specialis libellus habetur communiter, in quo ista historia plenus continetur. Ecce quanta est certitudo ac firmitas ueritatis fidei Christianæ, quia in regno tam propinquo, in loco tam solenni atq; famoso monstratur ad oculum uia introeundi purgatorium, à cuius poenis per fidem Christi & inuocationem ipsius liberantur ingressi. Deficientes autem à Christi inuocatione & fide, non reuertuntur. Ex quo luce clarius innoteat, esse uitam aliam post presentem, & quod deus æternus habeat prudenter actu humanorum, faciatq; iudicium de operibus singularium: quod item per Christianæ fidei ueritatem, & euangelica legis obseruantiam euadant homines tam purgatoriū qd inferni tormenta & tamen excæcati ac miseri homines non formidant, uitam suam nō corrigunt, metuendissimum dei iudicium nō aduertunt neq; uere tur. Porro sicut Petrus Blesensis in suis scribit epistolis, in regno Siciliae (unde & ipse extitit oriundus) infernales sunt montes, ex quibus erumpit ignis tartareus, qui usq; ad octo aut non uem miliaria se diffundit ac proiecitur, terram undique comburens & sterilem reddens. Præterea, sicut Hyberni & Scotti, præsertim Hyberni, ualde difficultimi erat ad susceptionem fidei Christi, sic cum fidem per purgatoriū ostensionem sumpsissent, ultra modum feruentes & fortes fuerunt

DE S. BENEDICTO ABBATE.

Fol. CXXI.

A runt in fide ad longum tempus, & fuit in illis regnis admiranda deuotio, quemadmodum etiā ex vita & itinerario S. Brædani probatur. Consideremus ergo qd tide poenas iniustis in futura uitæ paratas, qd utiq; mulo int̄siores sunt, qd poena uitæ istius quātumq; grauissimq;. Quis pro toto mundo ueller per unum diem nudo corpore in ardenti iacere fornace? Quomodo ergo poterimus sustinere in medio infernali in cendiorum iacere & ardere in sempiternum, aut etiam per tēpū notabile purgatoriū pati incendia, quæ omnium huius seculi ignium excedit ardor & afflictionē? Verunt̄ nequaq; sufficit ad salutem, ex solo seruili timore poenæ uitare peccata, & facere bona, imo ex charitate oportet hoc facere, qm̄ sine charitate nihil est Deo ac ceptū, & æternæ meritorii uitæ. Insup alij seruūt Deo timore poenæ, alij mercedis amore, alij solo & puro intuitu dilectione Dei, uidelicet absq; reflexio mētis ad propriū commodū & istud est magis perfectū, ac Deo gratissimū. Itaq; sicut Dei summe amare debemus propter purā & infinitā bonitatē ipsius, sic eidē debemus cū maxima reverētia deseruire, prop̄ incomparabilē dignitatē & maiestatē ipsius, immētam, qm̄ uere dignissimus & sup̄dignissimus est om̄i honore & cultu, atq; in infinitū maiori reverētia dignus, qd ei tota uniuersitas rationāliam ac intellectuālī creaturā posuit impendere. Hinc cum omni humilitate Deo seruire semper debemus, scientes qd uile & modicum sit nostrum obsequium comparatione dignitatis ac maiestatis suæ incircumscribat. Cui est honor & gloria in æternum. Amen.

IN Festo sancti Benedicti abbatis.

AD RELIGIOSOS.

B SERMO I. De uirtutibus S. Benedicti, & de suis p̄ discussiōe, uanitateq; cauedā. Ngedere benedicti domini, cur foris stas? Genes. xxiiiij. Specialis & felicissimus pater noster re & noſe Benedictus, Deo uocante & inuitante, in gressus est in uita plenaria in militante ecclesiā, in propriū cordis secretū, in deuoto & cōgregationem, in eremum & speluncam, in fratribus conuentum, in sanctuarū Dei deinde post uitam hanc ingressus est in mansionē ac gloriā cali. Ingressus est autē in militante ecclesiā, primo p̄ suscep̄tio nem baptis̄mi & grāz quæ confertur in eo, ingressus est qd in propriū cor dis secretū, discutiendo quotidie cōscientiam suā, & aduertendo in se disuinū instinctū, sic ut ait Psal. Audiā quid loctur in me dñs Deus. Ac gescendo quoq; in omni psal. 84: bus rectæ ratiōe iudicio, & intra se inquirendo, quid Deo magis cōplacat, qd litera quis melius uiuere possit, quod om̄i rētationi ac uitio oporteat reluctari. His modis etiā quilibet nostrū ingredi debet om̄i hora cordis sui arcānum, examinādo cum grādi diligentia cōscientiam suam, an syncreti ambulet coram Deo, an in cunctis sit recta sua intētio, an charitatue se habeat ad proximos suos, an in obseruātis regularibus per uigil extet, an superiori suo debitā reue rentiam obedientiāq; exhibeat, an cōdigilium qd tide fortuit profectum, an paratus sit Deo occurrere, separari a corpore, ac tribunalī summū iudicis p̄sentrari. Amplius siue nos ab exterioribus abstrahamus, sic intra nos ab ingetudine phātālē matū, cogitationū inanum, affectis om̄i carnaliū cessemus ac fileamus, ut p̄cipiamus ac aduertamus, qd Deus loctur in nobis, an spiritus eius testimonii per hibeat spiritui nřo, qd filij Dei simus, instinctuq; diuino ad meliora Rom. 8: semper hortati obtemperemus, in qd re ḡa discretionis spirituum indigemus, ne forte fallamur. Ideo inter instinctū diuīnum, angelicum, diabolū, & humanū seu naturale discernere, ne à satana in angelū lucis transformato decipiamur sed recta rationis seq̄mūr iudicū, & quod melius, fructuosius, ordinatus cōuerſari possimus, intus inuestigemus, ex his qd cognovimus ex scripturis, & ex ordinis nři regulā seu statutis, in quibus de hoc plenissime informamur. Faciamus om̄i hora quod in ea esse agēdūm regulā docet, scriptura restatur, superior mandat, requirit professio. Insuper S. pat̄ Benedictus ingressus est deuoto & cōgregatiōnē, cum enim in studio multos per uitiorum abrupta incedere, & in uanitatum profundo mergi uidelicit, scholas tales reliquit, & alibi quibusdā religiosis se socians, cum illis religiosis us uitit, tamq; deuote, exemplariter & religiose conuersabatur, qd ab omnibus tenere amabatur. Cumq; ibidem meritū suis grande fecisset miraculum, precibus reintegrando capiſterū fractum, sicut glorioſissimus Euangelista Iohannes auctor & gemmas particulatim contractas atq; dispersas, beatiss. quoq; confessor ac presul Seruatus lapidem ruptum, & pro tanto prodigio S. hic Benedictus adhuc puer, ab omnibus in admiratiōe & honore protinus haberetur, ipse tanq; uere prudens ac humili, sui ipsius tantā uenerationē non ferens, locum petiit & intravit ignotū, desertū ingrediens, tribusq; annis in specu latēs, & Deo ibidem deuotissime uans. Ecce ex his multipliciter informamur, imo & increpamur. Incredulit quippe ex his cūtiositas nostra, quia postq; reliquimus seculū, & ingressi sumus cœnobii, adhuc philosophiæ

2. Co. II.

x stu

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO II.

studio, medicinæ codicibus ac iuriis libris inordinate occupamur & delectamur, & forsitan magis q̄ studio scripturar̄, deuotionaliūq; librorum, nō recordantes quod S. Hieronymo dicit̄ est, Ciceronianus es, non Christianus. Hac igit̄ omittentes, ea potissimum legamus uolumina, quoꝝ lectione clarius discamus imperfectum n̄m inspicere, sp̄ualiter crescere, comi pungi, accēdi, atq; q̄tudie custoditius cōuersari, q̄tenus indestinē queramus nō solum bona, sed etiā meliora ac uiciniora saluti. Non sit nos trū, quoꝝ est tam alta professio, circa cōmūnia languere, sed amulari charismata meliora. Verz inf̄ h̄c quid agimus, ubi manebimus, q̄ tam uehemerissime à glorioſo patre noꝝ Benedicto distamus, qui oblatu ab hominib⁹ honore non solū non asp̄iamur ac fugimus, imo laudari ac honorari in p̄fēcti optamus, etiam nonnunq; de bonis q̄bus caremus, nō pensantes illud Apostoli, Soli Deo honor & gloria. Et, Qui gloriatur, ī dho glorietur! Nec sufficit nobis ista fatuitas, n̄s & interdū iactemus nos ipsos, & p̄sumamus de uirib⁹ nostris, cōmēdemusq; nos siue explicite, siue implicite, nō iam (ut sanctus ait Bernardus) in multa patiētia, sed in multa arrogantia. Et si quid specialis deuotionis & ḡfæ forsan aliquādo nobis defup miseris corditer infundatur, iam illud occultare ne quisimus, cum scriptū sit, Secretum meum mihi sed inaniter prodiūs donum cæleste magis ad propriū q̄ ad Deihonorem: sicq; meremur illud amittere, nec amplius tale quid impetrare. Ecce quanta & q̄ deploranda est nostra calamitas, nostra fragilitas, smo insipiente, ac uanitas nostra. Sed penitcamus & caueamus de isto, ac S. Benedicti exemplo in humilitatis abyssu fundemus nos firmi, & amemus neciri, ac interim latecamus, donec Deus nos prodat, sic ut prodidit Benedictum deuoto presbytero. ¶ Deinceps sanctus pater Benedictus ingressus est fratrum cōuentum, ad quoꝝ instantiā instituit cenobia multa, & fratribus suam cōcauit p̄sentiam, ut qđ in occulo dicteret, alios manifeste doceret. Sp̄ualem etenim uitam alios edocere ineptus est & indignus, qui non est experimentaliter hanc edoc̄tus idcirco n̄c nos alios instruere, aut iniungere alicui p̄sumamus, quod ipsi non fecimus. ¶ Porro tam in spelunca q̄ extra ingressus est B. Benedictus sanctuarium Dei, id est, abyssum sapientiae increatæ, contemplationis secretum, reuelationū altitudinem diuinay, quia incerta & occulta sapientie suæ patetecit ei altissimus, cordiumq; arcana reuelauit, & spiritu prophetiq; ipsum repleuit, ita q̄ non solum sancto suo discipulo Mauro, sed & Totilæ imp̄ijissimo regi prophetauit delinante, q̄t annis essent uicturi. Et erat contemplator altissimus. Quod & præsertim constat exuione illa misticæ, quam in ascensu animæ S. Germani in celos habuit, in qua quasi sub uno solis radiis totum mundū uidit collectū. Sed & in diuitiis gloria Dei fuit huberime raptus, & in lumine creatoris ita expansus, quod faciliter in eius luce conspicere quiruit quicquid sub illo fuit. Si ergo desideramus & nos in sanctuarium Dei nunc introire, discamus cum electissimo Benedicto in cella quiescere, humana colloquia discrete uitare, nosipso in omnibus superare, haui miliare, subiçere, subiectione & abiectione gaudere, nihil carnalis aut mundane consolatio nis appetere, nulla moueri iniuria, nulla uincī molestia. In aduersis quasi in omnibus diuitijs gloriari, humanis laudibus, prosperitatibus, adulatioñibus non delectari, emollii aut deñci, sed affligi: nosipso in terius & exteriori custodire, & cum summa diligentia peccata effugere, profectuq; studere, silentio & quieti operam dare, atq; in omni loco ac opere cor ad Deum h̄bertum leuare. ¶ Postremo felicissimus Benedictus ingressus est gaudiū domini sui, adeptus beatitudinem regni æterni, in quo est tanto gloriosus coronatus, quanto hic fuit purius conuerfatus, maiori charitate accensus, pluresq; animas Deo lucrat, quo itē in omnibus humiliavit profundiū semet ipsum. Tam præclarissimi igit̄ patris parocinia inuocemus, eius in tucamur uirtutes, sequamur ueritatem, ut cum ipso post uitam hanc labilem, sortiamur intermis nabilem, suffragantibus nobis meritis & precibus eius.

SERMO II. Q̄ tentatus in Deo debet confidere, corpus castigare, ac deuote psallere. De uirtutibus itē monachorum eruditio multa.

Benedictus qui uenit noꝝ dñi. In psalmo cxvii. Verba ista ad literā de Ch̄o conscripta, debeatiss. patre nostro Benedicto cōgrue exponuntur, q̄m gratiōe benedictus, id est, multipli gratia decoratus ac repletus fuit a spiritu sancto. Fuit namq; & est pater religiosorū, instiutor ac legislator multoq; fuit eremita & anachoreta, soloq; pane cōtentus in eremo fuit potens in uerbo ac opere, faciens miracula multa & magna, imo & maxima, soli om̄ipotenti posibilia. Cordium quoq; uidit secreta, & spiritu splenduit prophetiq; copiosumq; fructum fecit in mundo. Porro tota ipsius uita informativa est monachorum, potissimum quædam ipsius gesta, inter quæ unum est illud, quod dum quadam uice auicula corā eius facie uolitasset, mox ad eius memoriam uenit foemina quam uidit in seculo: protinusq; diabolus animum eius in amore illius tam ualide inflammauit, quod pene eremum egredi, concupiscentia agitante, de

DE S. BENEDICTO ABBATE.

Fol. CXXII.

A reuertis Deo miserante ac illustratē ad mentem suam reuersus, se exxit, & inter spinas ac uesper tam diu nudum se uolutauit, quod toto corpore uulneratus surrexit, & per corporis lacerationem animum reintegravit. Ecce, ex isto salubriter edocemur propriam fragilitatem cognoscere, nec unquam presumere, aut uana securitate resoluī, sed in Deo duntaxat sperare. Si enim uir tam sanctus & innocens, tantam incidit tentationem tam subito, q̄ pene eremū concupiscentia uictus deliberauit relinqueret, quid nos imperfecti & corrupti faceremus, si Deus permitteret nos ualenter tentari? Ideo timeamus, in Deo speremus, eius protectionem, cōseruationem, & confortationem iugiter inuocemus. ¶ Secundo, ex p̄facto factō docemur temptationibus uiriliter reluctari. Mox quippe ut S. Benedictus suā temptationē ac lassionem ex ea adauertit, non sibi pepercit, sed usq; ad sanguinis effusionem corpus suum puniuit, sicq; gratia copiosam promeruit subuentiōne. Sic & corpus nostrum ieiunij, uigilij, disciplinis, abstinenijs edomemus, orando, plorando, dñicam passionē atq; nouissima recognitō, temptationibus resistamus. Et si fortis quis rētatur, cōsultū est ut sp̄uali patri aut niro discreto ac uiruoso hoc ipsum apiat, & illius utatur cōsilijs, hac etenī hūilitate ac manifestatione debilitat & cōfundit diaboli elationē & suggestionem occultam. ¶ Insuper de sancto Benedicto legitur, q̄ monachum qui ad orationem stare nequit, imo orantibus aliis oratorium exiit, uidit à diabolo in forma nigriperuli per uestimenti fimbriam extrahit. Quo docemur, opus esse diaboli à diuinis sine necessitate extire. Idcirco caueamus hoc malum, & stabiles ac intenti stemus in choro, prauumq; usum uitemus. Et mirum atq; deslendum, q̄ quidam tam cito in diuino lassantur seu attēdantur officio, qui in colloquio manent per horam & horam infatigati ac feruidi. Videant sibi tales, ne forte in eis amor carnalis & secularis affectio præponderent amori divino, qm̄ quod magis amat, de illo quisq; libentius loquitur, & circa illud hilarius ac infatigabis illius occupatur. Discamus ergo inaniam aspernari, in sp̄ualibus delectari, in oratiōibus, hymnis ac psalmis in defesso persistere animo, & oblectari in actu tam sancto. Nempe q̄ deuote orat aut psallit, dulcem quandam mentis refectionem soler sentire, & sp̄iali iucunditate perfundi ex apprehensione dei ac sensu uerboꝝ. Propter quod dixit Psalmista: Exultabunt labia mea cum cātuero tibi. Itemq; Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea. Qui autem sic orat psallit, uix fatigatur, etiam si quotidie legat psalterium unum aut duos: sicut nec fatigatur, qui tota die sedent cōfabulando in uino: quoniam delectatio conseruat operātem in opere, & gratia Dei mentem confortat. Singuli quoq; uersus Psalmorum, sunt quasi facultæ quædam igne spiritus sancti incensæ, ac sensu cælesti replete. Idcirco ex prolatione & attētione desbenius assidue inflamari, delectari, atq; sep̄issime recent illūinari ac eleuari, ut p̄ singulos uer sus flamma interioris caloris de corde nostro erumpens in cælum coram deo ascēdat, dirigatur, tanquam incensum nostra oratio in cōspectu diuino, quemadmodū loquitur Ieremias. ¶ Factus est sermo dñi in corde meo quasi ignis exæstuans. ¶ Præterea, quantum loquacitas & incauta locutione sint caueda, hinc liquet, quod duabus monialibus lingue incontinentibus, & superiorē suam per uerba incauta interdū ad iram prouocantibus, remandauit: Corrigite linguam, alioquin excōmunico uos. Sic quoq; quantum obedientia placeat dño, ostensum est, per hoc q̄ sanctus Maurus adhuc puer, ad sancti Benedicti præceptum ad extrahendū dum puerum nomine Placidum ex flamine currēs, sup aquas quasi super terram cūcurrīt, p̄ erumq; extraxit demersum. ¶ Præterea, qm̄ teste B. Gregorio, sanctus uir Benedictus alit doce re, nō potuit q̄ uixit, ex sua doctrina ac regula possūm uirtutum suarū perfectionem inspirare. Attēdam ergo nōnulla que scribit in Regula. Ecce int̄ cetera loquitur: Quicq; bos Benedicti inchoas, à Deo perfici in statissima oratione deposcas. Ad Deū per laborem obedientē redi, etius in à quo per inobedientiā recessisti. Quicq; Christo militaturus, propriis uoluntatibus abres sua Reg. nuncias, p̄clara atq; fortissima arma assume. Primus humilitatis gradus est, obedientia absq; mora, ut mox cum aliqd à maiore fuerit impatium, quasi diuinitus imperetur, statim ex occupatis manibus obediatur, imperfecto relicto quod agebatur. Obedientia nanq; tunc acceptabilis erit Deo, & dulcis hoībus, si quod iubetur, nō trepide, nō tepide, aut cum murmurare, aut cū respōsione nolentis efficiatur. Nam si cum malo quis animo obediāt, & quanuis ore non murmuraret, sed corde, quanq; impletat iussionem, Deo tamen non erit acceptum, quia cor respicit murmurantis. Et pro tali facto nullā consequitur gratiam, uerum qm̄ murmurantiū pœnam incurrit, nisi cum satisfactione emēdauerit. Ecce qualiter nos oporteat obedire. ¶ Porro de obseruantia silentiū ait: A bonis eloquijs interdū propter taciturnitatem grazuitatem discipulis, quanuis bona, sancta, & ædificatoria uerba uelint conferre, quoniam scriptum est: In multiloquio non effugies peccatum. Ideo si quæ requirendā sunt, à Priore cū omni Pro. 20. x ii hu

D. DIONYSII CARTH. ENAR. IN LEC. PROPH.

Humilitate & subiectione reverentiae requirantur. Scurrilitates uero, & uerba ociosa, in risum mouentia, & eterna clausura in omnibus locis damna nos, & ad tale eloquii non permittimus os aperire discipulum. Quid ad istud dictiori sunt, qui non solum ad uerba ociosa, sed etiam pun-
gitiua, detractoria, iniuriosa, contumeliosa, discordia, seminativa, aut mendosa os suum ape-
riunt? Insuper de modo orandi & pallendi disseruit: Consideremus qualiter oportet nos esse
& stare in cōspectu Dei & angelorum. sicque pfallamus, ut mens nostra uocis nostra concordet. Si
dum hominibus potentibus aliqua volumus suggestere, non presumimus hoc, nisi cum hu-
militate & reverentia facere, quanto magis Deo cum omni humilitate & puritate deuotio sup-
plicare oportet, & non in multiloquio, sed in cordis puritate, & lachrymaz compunctione scia-
mus nos exaudiri. Ad horam quoque diuinis officiis, mox ut auditum fuerit signum, relictis que-
erant præ manibus, festinetur cum maturitate, nec aliiquid Dei operi preponatur. Oratorium
quoque hoc sit quod dicitur: nec ibi aliud quicquam geratur. Exploratoque opere Dei, omnes cum
summo silencio exeat, nec unus in sua oratione impeditur alterius improbitate, seu clamor-
sa depreciatione. At uero de uitio proprietatis penitus amputando sapienter loquitur, inter ce-
teram dicens: Præcipue hoc uitium radicitus amputetur de ccenobio, ne quis presumat aliiquid
dare aut accipere sine iussione superioris, nec habere proprium, nullam omnino rem, nec co-
dicem, nec tabulas, nec graphium, & nihil omnino quippe quibus nec propria corpora, nec
uoluntates licet habere in propria potestate. Amplius de sobrietate testatur: Sufficere credam
ut ad refactionem quotidiana duo pulmenta, ut qui non ex uno poterit edere, ex altero re-
ficiatur, remota prece omnibus crapula, ut nunquam subripiat monacho indigieret, quia nihil
sic contrarium est omni Christiano, ut crapula. Alia multa cunctis religiosis utilissima scribit
in Regula, sicut de mutua fratrum dilectione & obediitione, & qualiter debeat iuniores seni-
oribus assurgere ac deferre. Postremo de diligentia, cura, exemplaritate, doctrina, discretione,
pertinentibus ad abbatem, plura conscribit, quæ ad omnem religiosorum pertinet presiden-
tem, inter cetera dicens: Sciat abbas culpæ pastoris incumbere, quicquid utilitatis pater fami-
liæ in oubus minus potuerit inuenire. Tati igitur patris uestigia & doctrinas fideliter, per se-
ueranter ac feruide semper secessum, eiusque intercessione ac meritis exaudiiri a domino depre-
cemur, Ad laudem & gloriam omnipotentis.

IN Festo Annunciationis Matris.
TENARRATIO Lectionis propheticæ loco Epistolæ Loquitur
est dominus ad Achaz &c. Isaï septimo.

ECTE lectio ista prophetica legitur hodie in officio Missæ, quoniam quod Lucas euangelista in hodierno euangelio recitat esse factum, hoc in lectione
hac prophetali Isaia propheta annunciat futurum. Itaque Isaia ait: [Loqua-
tus est dominus] per Isaiam [ad Achaz] regem Iudea, [dicens]: Petetibi id est,
ad tuam informationem & certificatiōm. [Signum], i.e. aliquem miraculosum
effectum. [à domīnū Deo tuo in profundūm inferni], j.e. circa inferiora terræ
seu inferi, ut quod terra in aliqua sui parte scindatur, & grandi hiatu inferi pateat, seu defun-
ctus resurgat. [Sive in excelsum supra.] id est, in cælo, ut quod solitus cursus solis & luna muta-
tur aut quiescat ad tempus, quem ad modum tempore losue factum est. Aduertendum quod
Iosu. 10. Achaz iste prauissimus fuit idololatra, atq; incredulus uero Deo, & Isaiæ eius ministro. Vnde
cum Deus per Isaiam predixisset huic Achaz, cito esse terminandæ regna Syriae & Samariae, &
Achaz non credidisset, rursus Deus præcepit eidem Achaz, ut petret sibi signum quantumcum
que magnum, quatenus per illud certificaretur de omnipotentiæ Dei, & ueritate sua prænun-
ciationis, de prædicta terminatione regnum illorum. [Et dixit Achaz] ad Isaiam: [Non pe-
tam] signum, [& non tentabo dominum]. Hoc addidit callidus ille Achaz, ne ex inobedientia
Isaia 7. uideretur dixisse, Nō petam, q.dicat: Si quererem signum, Deum tentarem, quod in Deutero
Deut. 6. Matt. 4. nomio prohibetur. Veruntamen Achaz non excusatur, nam ideo non perfuit signum, ne uer-
sus Deus in suo miraculo gloriﬁcaretur effectu. Cum etenim idololatra esset Achaz, nō uer-
ti Dei, sed idolatri, suorum gloriﬁcationem optauit. Dicitur tamē Deus uerus dñs deus ipsius
Achaz ratione creationis & univeralis imperij, ob quam ipse solus omnium rerum Deus ac
dominus perhibetur. [Et dixit] Isaias uidentes regem Achaz & fautores eius esse obstinatos ac
perfidos. [Audite ergo domus Dauid] id est, tu Achaz & domestici tui ac propinqui incredu-
li, qui ex semine Dauid estis exorti: [Nunquid paꝝ uobis est molestos esse hominibus], i.e. utis-
q; modicum reputatis, quod molesti estis mihi cæteris q; prophetis & iustis, uobis Deo iubem
te loquentibus, & peccata uestra inceperantibus, quia nos psequimini. Nec mirum, [quia mos
lesti estis & Deo meo? id est, tanta est uestra peruersitas, q; etiam Deum altissimum molestatis,
hoc

DE FESTO ANNVC. MARIAE.

Fol. CXXIII.

A hoc est, tam grauiter peccando offendistis, quod quasi per modum molestati se habet dñe restando uestra facinora. Itaq; sicut ira, furor, ac similes passiones conueniunt deo, non quantum ad passio-
nis affectum, sed quo ad effectus similitudinem (qm̄ puniendo p̄ modum irati se habet) sic & mo-
lestatio ascribitur deo, cum utiq; nullum horum in simplicissimo, inuariabilis ac supbeatissimo Deo
habeat locum. [Proprio hoc] Istud referit ad id quod in principio huius dicitur lectionis, Loquutus
est dñs ad Achaz &c. non ad uerba immediate præhabita, quia non ideo dat eis sequens signum,
qm̄ hominibus & deo fuerint molesti. [dabit dñs ipse uobis signum,] Item memoratorium præteri-
ti, non pgnosticum futuri. [Ecce uirgo conciperi & parere filium, & uocabitur nomen eius Emanuel,] id est, nobiscum deus. Istud iuxta beatissimum evangelistam Matthæi ac Lucæ doctrinam imple-
tum est, dum sacratissima uirgo Maria, Gabriele archangelo nunciante, unigenitum dei cœcepit Luc. I
ac genuit. Qui rite uocat à cunctis Christianis Emanuel, qm̄ ipse in unitate personæ est deus & ho-
mo, & inter homines usus est, atq; cum eis est conuersus. In sacramento quoq; ac aliis modis in Baru-
desinenter nobiscum esse dignatus. [Butyrum & mel comedere]. i. ueraciter homo & infantulus erit,
soltis puerorum luctescens cibaris, utpote butyro & melle. Eut sciat reprobare malum, id est, uicia
detestari, & hereticorum errores dicentium eum non ueram, sed phantasticā carnem assumptissimam,
da mnare. [& eligere bonum]. i. uirtutes peccatis præferre, atq; catholice ueritatem fidei approbare,
quia butyrum & lac manducando, ostendit se ueram assumptionem humanitatē. Ad hoc quoq; usus
est cibo ac potu, quatenus ad ætatem perfectam deueniens, publicè prædicaret, errores & uicia re-
probando, uirtutes & scientiam salutarem docendo. Veruntamen quod ait, ut, teneat cōcomitan-
B ter, non causaliter, qm̄ Christus ab incarnationis sua exordio habuit scientiam discernendi in bo-
num & malum; ideo constat quod non ideo mandauit butyrum & mel, ut sciret reprobare ma-
lum & eligere bonum, sed reprobatio ista atq; electio mandationē illam sunt consecutæ.
¶ Sermo primus circa epistolam. Quād decuerit dei matrem esse uirginem,

& institutio item via, varia ac multiplex.

& inititatio item pia, iuaria ac multiplex
progenit filium. Ifsuntq; Decessusq;

Ecce uirgo conciperet & pareret filium, Isaiæ vii. Decentissimum fuit dñm nřm Iesum Christum unicum filium dei ex uirgine nasci. Primo, ut generatio sua humana conformaret generatio in luce diuina, quantum possibile fuit. Decuit ergo quod sicut Christus filius dei habuit patrem sine matre in cœlis, ita haberet matrem sine patre in terris. Secundo, quia hoc fuit infinita dignatio filii dei, qđ naturam humanam ad suam personalitatem assumptis, illam sibi immediate fungendo in unitate personæ. Ideo summe condonat naturam illam à filio dei assumptam, ex omni parte ornari & pulchrisficiari. Ad quod pertinebat, ut ex purissimis sacrae uirginis sanguinibus formaretur. Tertio, qđn filius dei uenit in mundū reformatore & reintegrale corrupta ac uitiosa, id est decuit eum nasci ex inuolata et incegerrima uirgine, quatenus matris suæ integritas nequaquam corrumperet ex natuitate sua ex ea. Quarto, ex quo Chrs est uerus dei filius uerush⁹ deus, atq; ob hoc infinita penitus dignitatis, nullatenus decuit matrem suam dignissimā, aliquā dignitatis ac puritatis suæ facturam aut minorationem incurere ex incarnatione & natuitate sua ex ipsa, sed potius eam pincar nationem & natuitatem unigeniti filii dei ex ea, obtinere ineffabile dignitatis ac puritatis augmentum. Ideo decens erat, ut uirgo conciperet, uirgo pareret, uirgo post partum manerer, in partu

ginis, quæ eundem habet filium cum deo patre xterno, quæ illum ueraciter genuit à quo spūssans
et xternaliter procedit. Certe quanto filius dei suam maiestatē immēsam amplius exinanuit, fa-
ciendo se filium uirginis huius, tanto plusper hoc eam dignificauit. Hinc uirgo ista sanctissima, est
dignitas quodāmodo infinitæ, in quantum est uera genitrix veri dei. Propterea uirginitas istam
præ omib⁹ mulieribus beneficat, débemus post deum & dñm nřm Iesum Chrm, præ cunctis
creaturis diligere, uenerari et inuocare. Sed ille eam syncerissime uenerat, qui eius humilitate, pie-
tatem, mansuetudinem, charitatem, ceterasq⁹ uirtutes sectat, eamq⁹ iugiter deprecat, ut has fibi à
Chfo uirtutes impetrare digneat. ¶ Præterea ex lectione ista prophetica multiplex salubre docu-
mentū elicere possumus. Primum, qđ misericordia dei circa homines est ineffabilis ualde, nam Achaz
rex fuit rotus uictiosus, deo incredulus et ingratus, et tñ ipse dñs deus omnipotens ex pietate sua im-
mensa admonuit ipsum Achaz, ut peteret signum à se, siue in celo, siue in inferis, quatenus qui fo-
lis dei uerbis non credidit, miraculosis saltēni esse cibus crederet. ¶ Secundum est, qđ magna est im-
pietas ingrator⁹. Quosq⁹ nonnulli tam peruersti et callidi sunt, qđ prauitates suas specie quadam uir-
tutum ornant, palliant et abscondunt. Sic em̄ nonnulli suam dissolutionem dicūt hilaritatem, su-
am pigritiam uocant discretionem, suam crudelitatē appellant iustitiam, suam auaritiam et immo-
deratam sollicitudinē, dicunt esse prudentiam. Conformiter Achaz iste suam inobedientiam dixit
esse iustitiae zelum, diuinęq⁹ legis obseruationem, dicendo: Non petam, et nō tentabo dñm. Nam
eoipso quo deus præcepit sibi petere signum, debuit obedire. Vitemus ergo uulpinam istam astu-
tiā & omnē hypocrisim, quam Chis in euangeliō ualde specialiter reprobat & condemnat, nec de
aliquo uictio tantū increpat Phariseos et Scribas, quemadmodū de hypocrisi. Sæpissime etem lo-
lo in quis:

D. DIONYSII CARTHUSIANI ENARRAT. IN EVANG.

Matt. 23. quis: Vix quibus scribae & pharisei hypocrite; atque in sinceritate & ueritate coram altissimo ambolesmus. Idcirco in libro Sapientiae præcipit: In simplicitate cordis quærere eum. Et primo Paralipomenon sanctus David effatur: Scio dñe deus meus, quod probes corda, & simplicitatem diligas. **Par. 29** Quæ omnia intelligenda sunt de simplicitate columbinâ, non asinina; hoc est, de simplicitate quæ dicit per exclusionem fictæ duplicitatis et dolositatis, non de simplicitate quæ dicit per exclusionem circumspectio[n]is prudentiae. Insuper peccata nostra non excusamus, sed humiliter fateamur & aggrauemus, ad emendationem nos expónentes, atque ad satisfactionem & correctionem nos offeremus. **Psalm. 50.** res, cum Psalmista dicentes: Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper. Item: Quid ego in flagella paratus sum. **Tertium** documentum est, quod deus iustus, sanctus et sapiens, incomprehensibiliter odit peccatum, tanto uidelicet magis, quanto ipse sanctior, iustior sapienterq[ue] constat. **Vt enim** extexto lectio[n]is huius propheticæ patuit, tantum deus detestat peccatum, ut se afferat ex peccatis hominum molestari, contristari, configi, laborare, atque deficere, cum tamen ipse incomparabilis & tranquillissimus deus in seipso aeternaliter æquè quietus, æquè gloriatus & deliciosus constat. Hinc etenim Genes[is] legi: Videntes deus quod multa esse malitia hominum nimis, ponituit eum quod fecisset hominem, & tactus dolore cordis intrinsecus, dixit: **Isaia 43.** Delebo hominem quem creavi a facie terræ. Per Isaiam quoq[ue] loquitur deus populo industrato: **Præ Malac. 1.** buisti mili laborem in iniquitatibus tuis. Et per Malachiam ait: Laborare fecisti dominum in sermonibus uestris iniustis. Et rufus per Malachiam loquitur deus: Si affiget homo deum, quia uos configueris me, Hinc etiam Ieremias propheta dixit pessimō populo ludorum: Non poterat uos dominus ultra portare, propter malitiam studiorum uestrorum. Itaque quoniam deus tam indicibiliter odit peccata, uitemus omne peccatum. Primo et maxime, ex puro desiderio. Secundo, propter infinitam bonitatem sanctitatem dei. Propter quod omnino caudum est quicquid displacebit ei, & quicquid in honore suum est eius. Tertio, quoniam deus tam multa beneficia praefecit nobis, & maxime, quoniam propter nos factus est homo, & pro nobis crucifigi dignatus est, atque aeternam nobis beatitudinem recuperauit ac preparamuit. Quarto, quia peccata tam incomparabilis nocent nobis, quia per ea perdimus charitatem & gloriam dei in presenti & gloriam semipiternam in caelis: efficimur quoq[ue] serui filij diaboli, & infernalem meremur calamitatē. Itaque diem istum solennem deuotissime in dei obsequio, laudibus & orationibus expendamus, uaria & inutilis uerba uitantes. **Potremo**, inter miracula gloriae uirginis legi, q[uod] sanctus Leo papa, qui fuit filius patritij Romanorum, in adolescentia sua uito incontinentia ad tempus subiacuit, & in incontinentia sua multum displaceuit sibi. Ideo Maria pessima feruideretur, inuocauit, ut gloriam castitatis sibi a suo filio acquireti dignaret, sicutq[ue] uirginis sancte ualde deuotus. Post aliquot dies uirgo pessima apparuit ei, dicens: Prece tuam suscepisti, & de cætero castus eris, atque ad summi pontificatus apicem proucheris. Quod toru[m]a implerunt est. Cumq[ue] beatatus uir ille esset pontifex suuimus & celebretur, manum eius focina quædam oscularetur, uehemens carnis tentatio ipsum inuasit. Quam dum non posset abducere, manum propriam sibi secrete abscondit, & lecto decubuit. Cumq[ue] a Romanis rogaretur celebrare, & iam opus quod fecit, non posset diutius occultare, conuertit se ad uirginem misericordissimam, rogauitq[ue] eam lachrymosè & affectuofissime ualde, ut sibi succurrere non differret. Tunc pessima benignitatis regina sancto Leoni approuit, & manum abscessam loco priori restituens, cum perfectè curauit.

E Enarratio euangelij, Missus est Gabriel angelus a Deo. **Lucæ primo.**

Gloriosus euangelista Lucas in euangelio hodierno compendiose describit præsentis solennitatis historiam, qualiter scilicet annuntiatio de incarnatione filii dei facta sit uirginis præelectæ. Itaque Lucas sic ait: [Missus est angelus Gabriel,] cuius nomen celebre est in nouo ac ueteri testamento, quoniam apud Daniellem mentione fit de eo. Similiter Lucas describit qualiter ipse Zacharias sacerdos, & Iohannis nativitatem, gratiam officiumq[ue] prædixit. [A Deo] immediate, non ab angelis superiori, sicut frequenter inferiores a superioribus mitti dicuntur. Quod dicit, a deo mittuntur mediate, ab angelis superioribus immediate, in ciuitatem Galileeæ, cui nomen Nazareth, quæ parua ciuitas fuit. Nam **C H R I S T V S** in omnibus humilia & abiecta elegit, ideo non in Ierusalæ ciuitate Iudeorū metropoli, sed in Nazareth oppido Galileeæ. Nam & ipsa Iohan. 7. Galilee tam desperata fuit Iudeorū, q[uod] principes Iudeorū dixerunt ad Nicodemum: Scrutare scripturas, quia à Galilee non surgit propheta, ut apud Iohan, legit. Et tñ Chm in Nazareth esse cœcipientes, dum Isaias prænunciavit. Siquidem in Isaias, ubi nostra habet translatio, flos de radice eius s. Iesse ascendet, hebraica cōtinet ueritas, Nazareus de radice eius ascendet. **Iad** uirginem despontata iuxta, cui nomen erat Joseph de domo Dauid, & nomen virginis MARIA. Cur filius dei uoluerit incarnari ex uirginne despontata, rōnes uaria assignant. Prima, ne pudicissima uirgo de incontinencia diffamaretur. Secunda, ne Christus de fornicularia natus diceretur. Tertia, ne Iudei Christum iuste contemptissime tanquam illegitimè genitum uiderentur. Quarta, ut diabolus minorem haberet occasionem purandi Iesum esse Messiam, eo q[uod] de cōiuge esset natus, cum sciret Christum de uirginis nasciturum. Quin-

DE FESTO ANNIVNC. MARIAE;

Fol. CXXIII.

A Quinta, ne uirgo Maria tanquam adultera lapidaretur. Nam & de sacerdotali fuit tribu, cuius tribus puellæ fornicantes lapidabantur, sicut adulteræ tribus aliæ, ut patet in Leuitico. Deniq[ue] Ioseph uirginis huius sponsus, uir iustus, fuit de domo i. semine atque familia Dauid regis, de cuius tribu etiam erat uirgo beata. Nam de tribu eadem coester fuit uerq[ue] coniugum in ueteri testameto, præsertimq[ue] puellæ succedentes in parentum hereditate, nubere prohibebant nisi viris propriæ tribus, ne sorti distributio misceretur & confunderetur, etiò a tribu in tribum. Porro uirgo Maria unica fuit suo patri, propter q[uod] ei in hereditate successit. Insuper hoc maximæ fuit dignationis & exinanitionis, quod unigenitus dei contentus fuit annunciaru[m] eodem angelo, quo Iohannis nativitas fuit denunciata. Sitem, quod non nisi unitus angelu[m] misit ad annunciandu[m] sue incarnationis mysterium. Ad hoc etem uenit filius dei in mundu[m] istum, ut in oibus humiliatè doceret uerbo & ope re, atque per eam nos opporre ad æternā redire salutem. Ideo uno confusoq[ue] nuncio fuit contentus. [Et ingressus angelus ad eam, Iustus ut creditur] in locu[m] secretu[m] & clausum, in quo clauso super se ostendit probabile, q[uod] uirgo præclaræ pro totius mundi salute & Christi aduentu orauit in hora illa. Sed dixit,] cu[m] grandi reuerentia ac humili apparatu sacratissimam uirginem dei sui mox futuram genitricem salutans, imo & eius dignitatem admirans. [Ave gratia plena] i. fine uxoris tu de Maria, q[uod] es plena in aia tua gratia gratum faciente, uirutibusq[ue] insulsis, & donis ac fructibus spiritus sancti, tanq[ue] persona excellenter heroicæ. Non tripli fuit tam plena, quin erat protinus magis repleda, & usq[ue] ad finem uite sue in seculo isto quotidie mirabiliter creuit in gratia, in oī perfectione uirtutum atque donorum. [dñs] deus unus ac trinus, [tecum] tanto singularius, quanto gratiolus. Nempe quo gratia uirginis extitit plenior, eo consistentia dei cum ea & in ea, fuit singularior atque præclarior. [Benedicta tu in mulieribus.] hoc est, præ cunctis mulieribus, agis a deo electa & benedicta, quia maioribus donis tam gratia gratum facientis, quam gratia gratis date, a deo fuit repleta sue replenda, & ad maiorem beatitudinem erat præordinata. Fuit enim dignitatis quodammodo infinitæ, quemadmodum in sermoni præhabito est ostensum. Itaque cum benedictio dei sit collatio munerum eius, & multiplicatio eorum, tanto benedictio est Maria, quanto eminentiora & singulariora a deo fortita est gratia dona. Ipsa quoque tam magnifice ab angelo salutabatur non solum ob id quod tunc fuit, sed & ob id quod mox erat futura, & quod in prædestinatione fuit diuina. [Quæ cum audiret,] id est, cum uirgo beata audiret præhabita uerba de excellentia sua, turbata est in sermone eius,] hoc est, in tam excellenti inopinata & antea nusquam audita salutatione angelica sibi facta, uehementer est admirata & mota. Turbatio ista nec imperfectionis fuit nec culpæ, sed magnæ admirationis uirginisq[ue] pudoris, & quodam immutatio potentiæ affectus præcipua. Cum etenim felicissima uirgo in oculis suis minima esset acque humiliata, & laudabiliter pudorata, de tanto suo mirabatur præconio, eo plus, quo face quid minus sensit de se. Considerandum quoq[ue] quod uirgo sancta fertur turbata in uerbis angelorum, non in uisione ipsius, quia (ut dicitur) solita fuit conspicere angelos. Verum famen aliqui probabilititer dicunt, quod Gabriel archangelus, apparuit ei hac uice cum lumine multo abundantiore, & apparauit ac habitu elegantiori, prout magnitudo ac dignitas cause sue legationis exegit; idcirco etiam in eius uisione fuit illigiliter tunc turbata. [& cogitabat quid esset ista salutatio.] Non dubitauit quid esset uera atque angelico ore prolatâ, quoniam gratiosa & sapientia uirgo non caruit gratia discretionis spirituum, cogitauit tamen qualis esset hoc salutatio, quid prætenderet, quo tenebatur. Et hoc fuit prudentia, quod non statim respondit, sed cogitauit qualis salutatio ista tam solum innissima esset, qua se reputauit indignam, considerans se secundum id quod fuit in se & ex se, iuxta quem modum dixerat Paulus i. Corinth. xv. Non sum dignus vocari Apostolus.] Et ait angelus ei: Ne timeas M A R I A.] Nominatim exprimit uirginem sacram, & blande ac familiariter alloquitur consolaturque eam, teneritudini uirginisq[ue] pudori ac turbationi eius quasi compatiens. Et quanuis turbatio, admiratio, timor & pudor sancte M A R I A E non fuerunt culpabiles, angelus tamen hortabatur ut abhicerentur, quatenus diuiniores perfectioresq[ue] actus succederent utpote contemplatio diuinorum, gratiarum actio, tranquillissima quoque serenitas mentis in Deo. Cur autem timere non debuit, subditur: [Inuenisti enim gratiam apud Deum,] id est, deo accepta es, pietatem & gratiam quam quæsisti adepta es, imo & multum plus. Nam [Ego:] I rem nouam & maximam, [concepies in utero,] saluo uirginitatis signaculo de spiritu sancto, [& paries] integrum manens [filium,] id est, unigenitum dei, qui erit & unigenitus tuus, [& uocabis nomen eius Iesum,] quod interpretatur salvator. Vnde angelus dixit ad Ioseph Matthæi primo: Vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. [Hic erit magnus,] hoc est, filius iste qui secundum deitatem est maiestatis, perfectionis & gloriae infinita, erit secundum suam humanitatem etiam ualde magnus per dona gratiae & glorie, imo sanctissimus, sapientissimus, & toto uniuero dignior ac charior deo propter hyposatamicam seu suppositalem unionem suę humanitatem cum uerbo aeterno. Vnde ob hanc magnitudinem spiritualem Christus in utero uirginis magnus fuit & uir, iuxta illud Ierem. trigesimoprimum:

x iiiij Nouum

D. DIONYSII CARTHUSIANI ENARR. IN EVANG.

Nouum creavit deus super terram, mulier circundabit virum. [& filius altissimi uocabitur,] hoc **D** est, unigenitus aeterni patris dicitur, tanq[ue] uerus & naturalis, coequalis & consempiternus filius eius, non adoptivus. [Et dabit illi dominus deus] id est, deus pater seu trinitas dabit Christo secum naturam suam humanam, [sedem] id est, regiam dignitatem atq[ue] iudicariam potestate, [Dauid patris eius] id est, quam David rex pater Christi hominis habebat in typo seu figuraliter. Quicquid enim potestatis & eminentiae fuit in David, multo plenius & excellentius fuit in Christo, propter quod dixit Match, xxviiij. Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. Hinc Christus uere rex Israel fuit, plenariam potestatem & iurisdictionem super Iudeos accepit in spiritualibus ac corporalibus, quanuis ea usus non fuerit in corporalibus & temporalibus rebus. Propter Matt. 28. quod dixit Pilato: Regnum meum non est de hoc mundo. Et cum uoluissent eum Iudei facere regem, fugit. Deniq[ue], secundum doctrinam sanctorum, eo ipso quo Christi humanitas hypostatica coniuncta est uerbo aeterno, prelata est omni enti creato. Vnde ipse Christus ait Iohann. 6. Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius. [& regnabit in domo Iacob] id est, in cordibus uerorum & electorum Israeltarum, non solum corporaliter a Jacob patriarcha descendenterum, sed uniuersorum quoq[ue] fidelium uirtutes eius sequentium. [in aeternum] uidelicet nunc in ecclesia militante per fidem, deinde absque fine in ecclesia triumphante per gloriam. [& regni eius non erit finis] id est, gubernationis ac praeſidentiae Christi terminus nunquam erit. Vel, regni eius, id est, ecclesia seu populi fideli, non erit finis, quia usque ad finem mundi durabit, deinde ad cælestem patriam transferetur, nec terminum fortierit. Hinc apud Isaiam praedictum est: Super solium David & super regnum eius sedebit, ut confirmet illud in iudicio & iustitia, amodo & usq[ue] in semperiternum. Daniel quoq[ue] ait: Dedit ei, uidelicet deus pater Christi, potestatem & honorum & regnum, & omnes populi, tribus & lingue serueri ei. Potestas eius p[ro]t[er]na q[uod] nō auferet, & regnum eius quod nō corrumperet. [Dixit autem Maria ad angelum: Quod fieri studi] quod filium dei conspiciam, [quoniam uirum non cognoscet] id est, non cognoscere decreui & uoui. Iam enim (secundum doctores) uirginatatem promisit, tam, ut loquitur Augustinus, sub honestissima conditio[n]e, uidelicet nisi deus aliter de ea disponeret. Querit autem de modo, nō de facto secundum se, q[uod] non dubitauit de facto, sed de obseruatione uirginatus sollicita, sciscitata est operis modum. Vnde tamen (iuxta Ambrosium) legit Maria illud in Isaia: Ecce uirgo concipiet, modum uero nō legat. Ex quo probatur, quod erudit auit in lege atq[ue] prophetis. Nam & Origenes testatur, quod habuit legiscientiam. Nec mirum, quoniam ab infancia sua usq[ue] ad nubiles annos commorata fuit in templo. [Et respondens angelus, dixit ei:] Spiritus sanctus superuenient in te id est, supernaturaliter operabitur in te, fecundam & faciendo, & ex tuis purissimis sanguinibus corpus Christi formando. [& uirtus altissimi] id est, omnipotencia patris summi, subumbrabit tibi. Id est, suam potestatem immensam tuam capacitat temperabit, ut eius influenta & efficientiam ferre queas, Sicut immediate per se exercabit in te, quod facit in alijs per causas secundas & naturales, uipote per commixtionem maris ac formina. Vnde ad innuendum quod Christus de matre sit natus, uero eā non fecundante, sed diuina potestate in ea agente, scriptum est in Isaia: Ascendit coram eos sicut uirgultum, & sicut radix de terra stienti, Virgultum etenim oritur absq[ue] feminis profectione in terram, similiter radix de terra siccā. Ideoq[ue] & quod nascetur extre sandum, id est, Christus secundum deitatem suam essentialiter sanctus, ex te nasciturus, qui secundam naturam humanam cum F etiis prædestinatus est sanctior. Uocabitur filius dei Iunicus, naturalis, aeternus, cui soli ista conceptionem admirabilis seruabat. Præterea quia in uerbis h[ab]it superbenedicta trinitas distincte exprimitur, constat uirginem summam ante hanc alloquitionem angelicam, habuisse superbeatissimam trinitatis fidem explicitam ac distinctam notitiam: alioquin quid angelus per haec uerba insinuauit, non intellexisset, sed dicere potuisset, quod in Actis quidam respondisse leguntur. Apostolo fecit: Si spiritum sanctum accepisti credentes? Qui responderunt: Sed neq[ue] si spiritus sanctus est auditus. Deinceps ut uirgo sacra magis exhilararetur, & eius deuotio amplius inflammetur, sicq[ue] secundissima ac deuotissima mente consentiat, & filium dei concepiat, proponit et angelus supernaturale exemplum, ut mirabilis conceptio futura, per mirabilem conceptionem præteritam approbetur. [Et ecce Elizabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua,] non obstante duplice naturali impedimentoo quod habuit, puta senectutis & naturalis sterilitatis. [Et hic mensis,] scilicet Martius, in quo tibi haec loquier, [et] festus, ja[m] mensis in quo concepit, [illi] Elizabeth, quae uocatur sterilia, quia sic diu fuit uocata, quoniam per tot annos fuerat infecunda. [quia non erat impossibile apud deum omnime uerbum.] id est, quicquid sermone exprimi potest, a deo fieri potest, dummodo ratio entis ei competere queat, hoc est, si contradictionem non implicet. Potestas ergo enim dei est penitus infinita, cui omnia sunt æque facilia, & quæ non potest in tot & tanta, quin possit in infinitis plura atq[ue] maiora. His auditis pia ac docilis uirgo cito confensit: dixit autem Maria: Ecce ancilla domini ego sum, idcirco ad omnia ei placentia offero me paratam. Fiat mihi secundum uerbum tuum. Id est, filium dei concepiam operante spiritu sancto, ut promisi. Quo dicto, in instanti

DE FESTO ANNUNCIACTIONIS B. MARIAE. Fol. CXXV

A in instanti filium dei concepit, ita quod in eodem instanti formatum fuit corpus Christi, & anima eius creata, corporis infusa, atq[ue] utrumq[ue] uerbo aeterno unita. Consideranda est deinde in responce hac uirginis sacrosanctæ profundissima eius humilitas, quoniam tam sublimiter salutata, tam incomparabiliter foeminis cunctis prælata, tam mirabiliter commendata, atq[ue] in matrem filii dei se audiens prælectam, nequaquam est gloriata inaniter, aut exaltata insipienter, sed tanto plus humiliavit se ipsam, quo amplius commendabatur ab angelo, & sublimabatur a deo, nō aliud quæ eius ancillam se uocans. Sic quoq[ue] post Christi ascensionem, eius se appellauit ancillam, quemadmodum in epistolis suis ad sanctum Ignatium pater. Quædammodum emuani hoies ex suis laudibus sciolle intumescunt, sic uirtus ex suis laudibus magis scipios humiliant, certi quod boni nil habeat nisi a deo, cui unusquisque tenetur tanto gravior esse atq[ue] subiectior, quanto plura & potiora ab eo sortitus est bona.

SERMO II. circa euangelium. Quæam celebris ac ueneranda nobis esse debeat annunciatio dominica.

Hec dies boni nuncij est. Si tacuerimus, sceleris arguemur. quarti Regi septimo. Legitur quarto Regi, q[uod] filij Israel in ciuitate Samariae à Syris obsecuti, ad tantam deuenerunt caritatem, quod mulieres præ magnitudine famis proprios pueros occiderunt & comedierunt. Tandem quatuor uiri leprosi in illa urbe manetes, magnitudine famis compulsi, exierunt nocte in campum, ut ad Syros configerent, & refererentur ab eis. Cumq[ue] uenissent in campum, inuenierunt Syros fugientes, & eorum tentoria uictualibus plena, indeq[ue] cum manducasset, dixerunt. Haec dies boni nuncij est, eamus & nunciemus in aula regis. Quod cum fecissent, egressus rex Israel & populus eius, inuenierunt copiam uictualium, uictimentorum, armorum, aliarumq[ue] opum. Si ergo dies illa fuit dies boni nuncij, seu bonæ antu[n]ciationis, in quo nunciata fuit illa euafio filiorum Israel à Syris hostibus suis, atq[ue] adeptio rerum temporalium copiosa, quanto magis dies ista, dies est nunc boni, in qua Gabriel archangelus missus a deo, nunciavit uirginis gloriose incarnationem & partum filii dei ex ea, per quæ incarnationem totum genus humana ab iniuris libera datum est hostibus, ac si ualibus repletum diuinitus, hoc est, uarijs charismatibus spiritus sancti. Itaq[ue] hodie celebrat sancta mater ecclesia illam annunciationem, qua deus omnipotens per angelum Gabrielem annunciatu[u]it uirginis sanctæ Christi incarnationem seu conceptionem. Deniq[ue] annu[n]ciatio ista celebris nobis est, & omni ueneratione dignissima. Primo ex parte principalis annu[n]ciati. Tota enim supergloriosissima trinitas fuit principalis annu[n]ciantis. Et certi est, quod deus trinitas est d[omi]n[u]s uniuersorum, eius maiestatis & excellentie nullus est finis. Videamus in seculo isto, quod homines habent pro magno, quædo excellentes personæ aliquid boni annunciant eis per se, aut per suos ministros. Ut si rex aut dux quippiam suo annunciet militi, nōne gratias agunt dignationi & favori sui principis circa se, & seruunt ei pro posse? Quanto magis magnū reputare debemus, quod deus altissimus omnium dominus, incomparabilis excellentie princeps, annu[n]ciavit nobis per suum ministrum tam deuiderabilissimum bonum, uidelicet Christi incarnationem ob nostram salvationem! De tamen effabili ergo dignatione & pietate dei circa nos, gloriemur in eo, & gratiarum actiones ei p[ro]coram illissimas offeramus, atq[ue] pro posse ei uicissitudinem rependamus, eum diligendo ardenter, timendo filialiter, seruendoq[ue] ei perseveranter ac reverenter. Nō enim sufficit ore regatasi, sed oportet altissimum per obseruantiam p[re]ceptorum omnium uenerari, quoniam ipse per Isaiam de quibusdam conqueritur: Populus hic lab[ore]s me honorat, cor autem eorum longe est a me. Christus quoq[ue] in euangelio increpat tales dicens: Quid dicitis mihi, domine domine, & nō facitis quæ dico? Nec sufficit unum aut paucu obseruare p[re]cepta, sed omnia, cum Iacobus apostolus in sua protestetur epistolas: Quicunq[ue] totam legem impleuerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Itud est contra multos, qui in iuuentute sua luxuria & ceteris iuuentutis uanitatis in senectute uero anaritiae seruunt. Secundo annu[n]ciatio ista celebris & ueneranda est nobis ex parte annu[n]ciati, seu rei annu[n]ciati, uidelicet incarnationis unigeniti filii dei, & ceterorum mysteriorum ipsius atq[ue] magnalium quæ in euangelio hodierno tanguntur, cum dicitur: Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Et dabit illi d[omi]n[u]s deus sedem David patris eius &c. Hæc etenim benedicta incarnationis filii dei, recolenda & uenerabilissima nobis est. Primo, quoniam in seipsa prorsus sancta & gloria est. Secundo, quoniam propter nos facta est. Ideo quanto unigenitus dei in hac incarnatione magis se propter nos exinanuit, tanto se nobis amabiliorum honorabiliorumq[ue] fecit, & tanto plus ei regatari ac deseruiri consigne tenetur. Tertio, quoniam fructuissima ac saluberrima nobis est. Nam CHRISTI incarnationis nostra est deificatio, & nostræ naturæ admiranda dignificatio, & exaltatio gratiosa. Ipse etenim factus est homo, ut nos efficiamur dij, id est, diuini. Ipse factus est filius uirginis,

Luce 6.

Iaco. 1.

Luce 1.

D. DIONYSII CARTHV. SERMO III.

ginis, ut nos efficiamur filii dei patris. Ipse se usq; ad infima inclinavit, seruit, & mori dignus. **D**uos est, ut nos sublimemur, usq; ad summa, & angelis parificemur in gloria, & eternali terc; res gnemus, & immortales ac impossibilis simus caelesti in patria. Ecce quantum tenemur Christo regnari, & quam deuote annunciationem sua incarnationis celebrare debemus. Sed quoniam incarnationis eius nobis nō proderit, imo maioris damnationis occasio erit, nisi spiritus tualiter uiuere studeamus Christi secundo uestigia, idcirco temporalia atq; carnalia parvus pendamus, concupiscentias sensualitatis frenando, auaritiam, acediamq; uincendo. Sit ergo principalis & summa nostra affectio ad spiritualia bona, ad dei amorem, ad proficiendum in omni uirtute & gratia spiritus sancti, atq; finaliter ad obtinendum beatitudinem sempiternam. Non enim habemus hic locū manentem. Et, ut Iacobus ait apostolus, quid est uita hæc nostra, nisi uapor ad modicum parentis? Propterea sanctus Iob dixit: Parce mihi domine, nihil enim sunt dies mei. ¶ Tertio, annūciatio ista celebris nobis ac uenerāda cōsistit ex parte eius cui facta est, scilicet virginis gloriose, quæ est regina, mater & advocata nostra. Quæ sicut nobis est specialissime diligenda ac honoranda, sic eius sublimationi & gratia debemus præcipue congratulari. Valde etenim in hac annūciatione est sublimata à deo, reuerendissime quoq; salutata ab angelo, atq; in gratia spiritus sancti, in omni uirtute & donis ipsius ineffabiliter diuina perfectior effecta. Vnde dicere possumus ei illud Iudit: Benedictus dominus qui creauit calum & terram, qui nomen tuum hodie tua magnificauit, ut non deficiat laus tua de ore hominum usq; in sempiternum. ¶ Quarto, annūciatio ista solēnis est nobis ex parte annūciantis instrumentalis, puta archangeli Gabrieли, qui inter angelicos spiritus magnus est & famosus, de quo in scripturis noui ac veteris testamenti fit mentio. Quem & specialiter amare debemus ac honorare, quoniam in his quæ ad nostram pertinent liberationem & salutem ac informationem, præ cæteris angelis sanctis legitur exhibuisse obsequium, & missus à deo fuisse. Nam & Danihel prophetam de Christi aduentu, passione, atq; mysterijs eruditus, virginem quoq; Mariam in euangelio hodierno legitur instruxisse, & fuit paranymphus ipsius. ¶ Legitur quod miles quidam ordinem intravit Cisterciensem, & fuit miles ille omnino illiteratus, ita quod nec salutationem sciuit angelicam. Deputatus itaq; fuit ei quidam de monachis, ut eum instrueret. Sed ille nil discere potuit, præter, Ave Maria. Et herba illa tanto frequentius atq; feruentius procult, quanto minus quid aliud legeret, sciuit. Cumq; mortuus & sepultus fuisset, crevit super sepulchrum eius arbor, in cuius singulis folijs scriptum fuit aures is literis: Ave Maria. A quod miraculum plurimi concurrentes, tandem aperuerunt eius se pulchrum. Quo facto, uiderunt arborem illam creuisse radicibus ex ore defuncti. Ex quo innotescit, quād gratum ac placitum deo sit & virginis benedictæ, salutationem istam angelicā deuote legere & frequenter. Itaq; beatissimam dominam nostram affectuofissime ac sepiissime salutem, eius humilitatem, mansuetudinem, castimoniam imitemur, ad eam configiamus, & eius auxilium iugiter deprecemur.

SERMO III. Cur inimicitia sint inter Mariam & diabolum, & quibus armis expugnanda sit uirtus diaboli.

Dixit dñs ad serpentem: Inimicitias ponam inter te & mulierem. Ipsa conteret caput tuū, & tu insidiaberis calcaneo eius. Genesis 3. Sacra historia libri Geneseos docet, quemadmodum diabolus per serpentem decepit primos nostros parētes, Adam & Euam, & tamē, quod primo decepit Euam, & deinde per eam se felli & virum. Hinc deus iustissimus sub nomine serpētis maledicens diabolo, inter cætera ait: Inimicitias ponam inter te & mulierē. Hac mulier est uirgo sanctissima, cui & Christus in cruce pēdens dicebat: Mulier, ecce filius tuus. Itaq; inter hanc mulierem præ cunctis mulieribus incomparabiliter benedictam, atq; diabolū lū posuit deus inimicitias. Quæ inimicitia ex parte diaboli iniusta ac pessimū sunt, sed ex parte uirginis sanctæ, sunt iusta ac optimæ. ¶ Potro, multis ex causis dicitur inimicitia inter foreminam istam ac diabolum posita: Primo, quoniam mulier ista & diabolus sunt sibi inuicem summe dissimiles in seipsis atq; contraria. Dissimilitudo autem parit auersionem, contrarietatem & dispercentiam. Siquidē mulier ista inter omnes puras creaturas extat hemilima, mansuetissima, misericordissima, charitate, cæterisq; uirtutibus ac donis spiritus sancti plenissima. Diabolus uero superbissimus, inimicissimus, crudelissimus, inuidissimus, uitiosissimusq; consistit, idcirco se mutuo maxime odiunt, sic tamen quod uirgo beata odit diabolum odio iusto, non quantum ad suam naturam in se, sed quo ad culpam ipsius. De quo odio uirtuoso ait prophetas: Perfecto odio oderā illos. Itemq; Iniquos odio habui. Porro diabolus odit uirginem sacram odio pessimo, quantū ad eius personam sive naturam, cuius beatitudini ineffabiliter inuidet, & quā penitus nō esse aut damnatam esse desiderat, aut desideraret si esset possibile.

Sic

DE FESTO ANNUNCIACTIONIS B. MARIAE Fol. CXXVI.

A Sicutiq; quanto aliquis Christianus fuerit uirtuosior, tanto plus odit eum diabolus, & tanto plus cupit eius ruinam, fortiusq; conatur (quantum permititur) ut suis tentationibus superet eum. Ideo omnis Christifidelis deuotus, deo placere, perseuerare, proficere cupiens, debet semper esse coram deo sollicitus, custoditus, & contra diabolum premunitus, armatus, ac preliari Miche. 6; paratus. Propter quod princeps apostolorū in prima sua epistola: Sobri, inquit, esto & uigi 1. Petri. 5. late, quia aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens circumuit, q̄ens que in deuoret, Eccl. 2. cœlestis quoq; ait: Fili, accedens ad seruitutem dei, sit in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Sed & Paulus apostolus plenius nos informat, dicendo: Conformati in domino, induite armaturam dei, ut possitis stare aduersus infidias diaboli, induiti Ephe. 6; Ioricanū iustitiae, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis oīa tela nequissimi ignea extinguere. ¶ Deniq; arma ista sunt uirtutes, orationes, elemosynæ, meditationes de passione Christi, de distinctione diuini iudicij, de penitentiâ, & cetera opera bona, quibus debemus uigilanter insistere ne uitcamur, sed eternali ter coronetur. Non autem coronatur à deo dia demate salutis eternæ, nisi qui certauerit legitime. Et hoc debet nos ad uitilem conflictū contra diabolum uitiorumq; aciem inflammare, quod diabolus tam uehementissime odit nos, & de nostra ruina ac perditione tam maxime gloriat. Ideo orauit propheta illuminata dñe oīa Psal. 113; los meos, ne unquam obdormiam in mortem, i. in peccati cōsensum quiescam, cessando à mortu ac prælio contra diabolum, ne quando dicat inimicus meus: Præualui aduersus eum. Itaq; armenus nos humiliare contra spm & peccatum superbitæ, mansuetudine contra iram, castitatem cōtra incontinentiæ tentationem, liberalitatē & misericordia contra auaritiam & ferocitatem, charitate contra inuidiam, deuotionis feruore cōtra aciem, timore dei cōtra dissensionem. ¶ Secundo inter uirginē gloriose & diabolum dicuntur inimicitia positæ, propter contrarietatem effectus eorum. Nam uirgo pīssima nō cessat pro hominibus exorare, peccatoribus subuenire, multis salutem acquirere, ecclesiam defensare, dæmones confutare, cōfundi atq; dei cōscientie. Diabolus uero nō cessat hominibus aduersari, eos tentare, multos trahere ad condemnationem, molestare ecclesiam, & pro posse resistere uirginis benedictæ, sed ipsa undiq; præualeat ei, & cōterit caput ipsius, effigie terribilis cunctis dæmonibus, sicut in Canticis le. 6; gitor: Quæ est ista quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castroq; acies ordinata: Sic & quilibet Christianus debet pro uiribus suis reniti diabolo, & oīa opera ei contraria operari, sibi pīsi in primis proficiendo in gratia, deinde alii ad salutem cooperando, pro ipsis orando, eoshortando, & dum peccant corripiendo, sīq; in omnibus exemplare præbendo. ¶ Tertio inter uirginem Christiferam atq; diabolum inimicitia positæ asseruntur, q; Genes. 3; niam sicut à diabolo ccepit gñis humani perditio (iuxta illud Sapientis: Inuidia diaboli mors Sapi. 1. introvit in orbem terrarum) ita à uirgine gloriofa ccepit salutio. En nanci consentiente in Luke 14; carnatus est filius dei, & ipsa uerum & perfectum cōcepit ac peperit saluatorem. Hæc ergo est mulier illa fortissima, omni uirtute plenissima, de qua Salomon loquitur: Mulierem, forte q; inueniet. Acciūxit fortitudine lumbos suos, Manū suam misit ad fortia, fortitudo & decor indumentum eius. ¶ Præterea, quoniam deus altissimus & eternus, cuius sapientia non est finis, hæc foeminam ab eterno elegit, ut inter eā atq; diabolum inimicitias poneret, idcirco adueniente temporis plenitudine, in quo fuit implendum, quod fuit à deo in eterna sua sapientia præordinatum, misit angelum Gabrielem, ut salutaret & alloqueretur hanc uirginem, descendendo ad eam, qua in euangelio hodierno legitur. Ingrediens ergo ad eam angelus, dixit: Ave gratia plena, dominus tecum. Decentissimum etenim fuit, eam omni gratia esse repletā, q; fonte totius gratiæ deum gloriæ, filium dei fuerat conceptura. Imo, ut sanctus ait Anselmus, decuit eam rāta puritate nitere, qua sub deo maior nequit intelligi. Quid enim omnipotens ac liberalissimus dei unigenitus (qui dat omnibus afflueret, & non improperat; qui aperte manū suam, & implet omne animal benedictione) nō daret ei, quā sibi prælegit in matrem? ¶ Insuper, cum ipsa iam dei filium cōcepisset, & portaret eum in utero, q; cogitare que at aut eloqui, quantis supernarū charismatibus gratiarum implebatur quotidie, quā delicate & copiose, imo & deliciose nutriebatur spiritualiter in mente ab eo, quē corporaliter aliuit suo in utero. Vere (sicut beatus dicit Ambrosius) incomprehensibiliter operabatur in matre. Implebat anīmā eius sapientia salutaris splendoribus, charitatis diuinæ ardoribus, diuinarū cōtemplationum suauitatis. Habuit namq; optimum fundamētum uirtutū omnium in se, ut profundissimam & inconcussibilem humilitatē, per quam capax fuit gratiæ admiranda. Fuit quoq; casto pudore repleta, summe morigerata, valdeq; taciturna, imo in uerbis parcissima, cum tamen (ut S. Brigitta protestatur) fuerit ultra modum facunda. In præfatis ergo uirtutibus eam sequi conemur. Si enim illa incomparabilis atq; sanctissima tam pros.

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO III.

profundissime seipsum in omnibus humiliavit, quæ mater dei effecta est, domina mundi, res Digna cœli, angelorumq; imperatrix, quæ nunquam peccauit, quantum nos peccatores uilissimi innumerabilibus uitijis inquirati, qui & quotidie tam frequenter offendimus dominū deum nostrum, nosipso humiliare, deſcere, aspernari, & pro nihilo reputare debemus, immo omni bruto arbitrii derciores ac uiiores: quia certissime quicunq; in mortali est culpa, peior ac uilior omni est bestia. Quod si hoc ita est, quanta eorum est uilitas atq; impietas, qui innumerabila commiserunt peccata, & quotidie adjiciunt uitijis uitia: Vnus canis amat dominū suum, à quo quotidie accipit sustentaculum uitæ, frustum panis, atq; nutritori suo fideli, & domū eius custodit, contra aduersarios eius latrati: & miser homo, ingratus ac infidelis est creatori suo, à quo tot bona suscepit, à quo incessanter cōseruatur in esse & uiuere, & prouideatur de necessarijs uitijis: Itaq; hæc pensamus, & coram deo de nostris innumerabilibus uitijis, ingratitudinibus, peruersitatibus erubescamus, ingemiscamus, nec differamus nos emendare, ueniam posse uilemus, & compositi simus in moribus, moderati in uerbis, actimorati in omnibus. Sed & uirginem benignissimam iugiter deprecemur, ut omnem hanc gratiam nobis à suo filio deo uero impetrare dignetur. Legitur quod quidam paterfamilias diues & uxor eius, beatissima uirginem in magna ueneratione habentes, confueuerunt in omnibus eiusdem uirginis solennitatibus uicinos sacerdotes atq; plebanos conuocare, ut cum suo plebano in parochia sua ad laudem dei & matris eius deuote diuina officia ac Missarum solēnia celebrarent. Quibus expletis, ualde delicate illos refecerunt. Cumq; in quodā festo sacerdotes peragerent Missarum solēnia, contigit ex coquorum negligentia, quod caldarium feruens caderet, & prædiū lectum filium patris familias illius ita combureret, quod protinus expirauit, parentibus eius in ecclesia existentibus, & illud penitus ignorantibus. Propter quod dolente familia, ancilla intrauit ecclesiam, & rem sua dominæ dixit occulte. Mater uero modeste & reuerenter egrediens, quasi domi aliquid ordinatura, uidens filium suum defunctum, doluit ualde, atq; cum lachrymis super consuetuū eum posuisse, & p̄cipiens omni familie, ne ante recessum hospitium reuelaret cuiquam rem gestam, ne solennitas uerteretur in luctū. Deinde ad ecclesiam rediens, Missarum solēnia peraudiuit. Quibus peractis, maritus eius & ipsa sacerdotes hilari ter suscepunt, atq; lautissime tractauerunt. Cumq; in medijs epulis essent iucundi, maritus presentiam filii sui exegit, quia per suam bonam risibilitatem & affabilitatem eos ad risum atq; iactitiam prouocare solebat. Mater autem absentiam filij quātam poterat, excusauit. Sed postea int̄stiter exigente, ut filius adduceretur, mater quasi excitandis gratia uadens, prorupit in fletum. Veniensq; ad lectum, inuenit filium suum omnino in columen, eumq; cum gudio magno adduxit per omnia sanum, nec aliquod combustionis signum habentem, atq; euentum rei sub testimonio familie omnibus recitauit. Quo cognito, admirati sunt omnes, Ch̄ro eiusq; genitrici gratias deuore agentes.

¶AD RELIGIOSOS.

SERMO III. Quām plena fuerit gratia ac uirtutibus Maria, & quomodo illam fide, spe, ac charitate debeamus imitari.

Ascendit sicut uirgultum coram deo, & sicut radix de terra stienti. Isaiae 55. Verba ista ad literam de Christo prædicta sunt, de eius uidelicet conceptione uirginea, & natuitate mundissima. Quemadmodum enim uirgultum oritur & ascendit, seu crescit ex terra non seminata, neq; humano artificio aut labore parata, aut fecunda, & sicut radix ex seca pullulat terra, sic unigenitus dei à uirgine est conceptus, atq; ex ea natus, ea à nullo homine fecunda effecta, nec semine uiri tacta, quam supernaturem conceptionem decuit per angelum nunciarum, qui dixit ad uirginem sanctam: Ave gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Nempe si deus ab exordio mundi plures utriusq; sexus gratia adimplevit, quanto magis istam quā sibi elegit in matrem, in qua & cum qua habitare in terra decreuit: Fuit itaq; gratia plena, q; uirtutibus ac donis, fructibus & beatitudinibus fuit copiose referata: & sicut oīmerat altissima, ita & humilissima. Fuit ergo in primis plena fide, quoniam in seipso fuit experta qd fidei est, immo quod comprehendere ratione nequivit, in seipso factum persensit. Etenim se uirginem esse & nihilo minus dei filium concepisse certissimum scit, nec tamen ipsam dei incarnationem potuit penetrare. Ex revelatione quoq; superna cognovitse esse in gratia, & in gratia tam præclaras, quod sine fidei ueritate esse non posse cognovit. Cartera etiā filii sui sciuimus mysteriora, quæ omnia in suo corde conseruauit ac contulit. Insuper, in spe non potuit vacillare, quæ se sciuīt fontem totius beatitudinis peperisse. Vnde & à cunctis generationibus beatificādam se prophetauit. Nec ignorauit se super omnium supernorum spirituum ordines exaltandam, Nec dubium quin ardentissima fuit in charitate, cum scire se tam summe præelectam à deo,

À deo, & tam incomparabilia beneficia sibi esse collata ab eo, ipsamq; dei bonitatem tam sublimiter fuerit contemplata, atq; suauitatem ipsius tam summe experta. ¶ Insuper cum inter deum & nos nil separet, nec donorum eius infusionem à nobis quicq; impedit, nisi nostra peccata, quis ex cogitare sufficiat quanta fuerit gratia plena, q; altis uirtutum excellentijs decorata uirgo dignissima, in qua nulla penitus culpa, nulla unquam negligenter habuit locum? Hinc innotescit q; in æsti mabiliter quotidie crevit in omni dono sp̄ts sancti, in omni gratia & uirtute, in beatitudinibus & fructibus spiritus, estq; in ea summe impletum quod ait salvator: Habent dabitur, & abundabit. Matt. 25 Quo enim quis perfectior feruētq; extiterit, eo quotidie potest plus & facilius ualde proficer, & nisi negligens fuerit, magis atq; facilius proficit: fed quidam ex negligentia sua paulatim evanescunt. Imitemur ergo aliqualiter saltem gloriissimæ uirginis fidem, tamq; certissimè euangelio Christi credamus, ac si præsentiter omnia que in eo scripta sunt, corporaliter quantum fieri potuit, uidemus. Correspondat quoq; in nobis altitudini fidei altitudo cōuersationis deuotæ, ut opere ueraciter ostendamus fidem nos habere certissimam, & tam magna & ineffabilia bona praeflatori à deo. Si enim iuxta sanctorum doctrinam, uerē Christianus non est, ex cuius conuersatioē nō eluescit ueritas fidei Christianæ, ita q; quicunq; eius inspexerit uitam, fateri cogat sanctam esse le gem quæ talem instituit uitam, qui non implet quod Archi apostolus cohortat: Hæc est uoluntas t. Petri 2 dei, ut bñficiantes obmutescere faciat imprudentius hornim ignorantiam, qui inter iniquos tanquam lumine uitæ non fulget. Vnde & Paulus nos admonet: Verbum sanum, irreprehensibile, ut is qui ex aduerso est ueret, nihil malū habens locū de nobis: quanto magis talis indignus est, religiosus aut monachus nuncupari! Deniq; cum fides sine operibus mortua assera, fides unuscuiusq; tantum habet de uiuacitate, quantum de correspondentia & efficacia operum virtuosorum. Ut ergo fidem per omnia uiuam nos habere mōstremus, eam sanctis auctib; undiq; peroramus. Et nō miseranda est negligentia ista, quod cum indubitanter credamus, nullum bonū manere à deo irremuneratum, nullumq; uitium impunitum, & posse nos omni hora tantum præmium thesaurizare in cælo, & deum altissimum totam uitam nām indefinire conspiceret, atq; tam arduum esse nostræ salutis negotium, q; pro nobis unigenitus dei pateris incarnatus, in mōdo hoc conuersatus ac crucifixus est, ita q; oportet nos post uitam istam breuissimam in æternum saluari, aut perpetuo condemnari: huius quoq; fidei iam plura habeamus testimonia, pluresq; testes prorsus idoneos, q; ipsi qui credamus confitimus, q; omnibus istis non obstantibus, adiuu negligentes ac desiles sumus, præsertim cum uideamus ad oculum, eos qui iuxta Chri legem ac fidem deo seruierunt perfecte, tam glorificatos & exaltatos esse ab omnipotente, qui inuisibilē illorum beatitudinem nobis per tot & tanta demonstrauit uisibilia & infallibilia signa: Res ipsa cam ergo, & sanctis omni hora abundemus operibus, eaq; prompte ac feruēt inchoemus. Propter quod secūdo Paralipon, dicit, Confortamini, & nō disoluāt manus uestræ, quia erit merces operi uestro. 2. Par. 15 Præterea constantes & firmi simus in spe, quia ex parte dei non erit nostræ salutis defectus. Idcirco per opera bona, certam faciāmus nostram uocationem. Et cum non sint condignæ actiones & passiones temporis huius ad futuram gloriam ac mercedem, uirili agamus & confortem cor nostrum, ac patientissimè quicquid aduersitatis occurrerit, toleremus. Siquidem quod in præsenti est leue ac modicum tribulatiōis nostræ, æternum gloriae pondus operat in nobis, & honor, labores gloriūs usq; æternus est fructus. Siquidem pro modo isto obsequio quod impeditissimus deo, speramus nos felices futuros, felicis regnatores, summæ deitatis uisus clarè essentia, plenē fructuros eius dulcedine: nō quidem per centum aut mille annos, aut decem millia annorum duntaxat, sed uerē ac securissimi in æternum. Sed heu quāta est ingratitudo ac tarditas nra, quia & seculares ac pauperes huius mundi feruentius, fortius, patientiusq; laborant ac sustinent pro trāstorio lucro, quam pro deo ac præmio sempiterno. Ponite amus ergo & intueamur, q; feruētissimè & instante prædecessores nři sancti patres laborauerūt, eosq; quotidie cum recenti secesserūt feruore. Insuper ardentes ac robusti, crescentes & puri simus in charitate, summi & incomparabile illud bonum, à quo sumus creati, & conseruamur in esse, cuius beneficj inceſtabiliter utimur, quod incomparabilis amabilitatis est, tam ardenter sinceriterq; amemus, ut eius amore uiuheremur ac languageamus, atq; cum sponsa regis æterni dicere simus cōdigni: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amo, re langueo. Videamus & uercundemus, quia filii huius seculi, amatores immundi, plus amāt sua abiecta, uana & uilia, carnalia & impura, q; nos dñm deum nřm, bonum omnifariē ac perfectio-inaliter infinitum, cuius supersplendidissima essentia est superfluentia bona, pura & intermixta. Nonne plures in seculo ita inuicem sensuali afflictionē amore, ut uix queant quiescere aut dormire uel manducare, & nocturnis horis discurrant, ut saltē ad modicū colloquant, quicquid enī agant aut patiant, sui memores sint obiectū & quō nos in summi boni amore sumus tam imbeciles ac frigidū, ut & tempore diuinis, tempore oforum ac psalmodie & celebrationis, undiq; distrahamur, nec figamur in eo, atq; tam bestialiter repleamus nos cibo ac potu, ut somnolenti, pigrī, garrulī, reddamur, & plurimū cultu impediamur diuino: Ingemiscat ergo cor nřm, & sursum

B

¶

C

¶

Can. 2.

se erigit, in coparabilem dei bonitatem, amabilitatem, pulchritudinem, sanctitatem, sapientiam, pietatem, D^r suavitatem, beatitudinem contemplat, contemplando accendat, accendendo delectet, delectando colat ac totis uiribus semper honoret dominum deum excelsum ac adorandum, ita ut quicquid aggredias aut opereris, memori sit eius, & conquiscat in ipso suo ultimo fine, superoptimo bono. Postremo, qm̄ deus dei uirginus, qui dignatus est beatissime uirginis esse filius, ipsam glorioissimam uirginem matrem suam mundissimam fecit prae cunctis puris creaturis, indicibiliter honorabiliter atq; amabiliter idcirco post deum eā singularissime diligamus, cultuq; hyperdulice affectuissime ueneremur, laudem, inuocemus, seceremus, tum qm̄ in seipso tam preamabiliter, tam praedecora, perfecta, diuina et excellens consistit, & maximē qm̄ mater est ueris dei, tum quia per eā deus tot bona, tot bñficia, tantam misericordiam nobis exhibuit, tum quia & ipsa nobis tam bñfica, tam misericordissima ac fidelissima fuit & est, & qm̄ ipsa est m̄n̄a, aduocata, protectrix, acq; in universis adjutrix nra, & post deum singularis spes nra, utpote spei nostrae sectiarum precipuumq; obiectum post deum. Cuius inestimabili beatitudini totis cōgratulemur praecordijs. Eius quoq; modestiam, humilitatem, patientiam, & pudorem sequamur in omnibus.

S E R M O V. Quod confilia euangelica obseruarit Maria, & qd perfectissimum monasticae conuersationis sit exemplar.

Benedicta tu in mulieribus, Lucas primo. Beatissima ac praestantis, Maria, excudissima atq; beidera uirgo, summe heroica & perfecta, totius monasticae conuersationis, omnisq; religiosis exitit forma & praelaz exemplar, euangelicis quoq; confilia nondum datis, hæc ipsa confilia adimpleuit egregie. Manit nq; in puritate uirginis. Et si in magnis quibusdam sanctis singulariter adiutari & collaudamus, qd uirginitatē in statu matrimoniali & iuuenili ætate conseruauerunt, hoc

August. quoq; fecit & ipsa: sed & uirginitatem credit ac probat uouisse, qm̄ secundū August. sub conditione honestissima, utpote, nisi deus aliter de ea disponeret: & forsan ex instinctu intellexit diuino, deo placere ut ea absoluere promitteret, nec alter secum esse diuinitus disponendū. Nec tñ fecit incaute uirum accipiendo, quia ex inspiratione aut reuelatione diuina cognovit uiri illius propositum castum. Sic ergo consilii contineatq; adimplevit plenissime, imo & excellentissime: quippe quæ nra quam inordinatū passa est fornicis motū, interneq; castitatis eius uigor sic effluxit penetrauitq; alijs, qd nullus eā concupiscere potuit, intantum uis suæ castitatis extinxit in alijs circa eā suum contrarium, puta libidinē. Hæc plane excellentissimē atq; mundis castitas eam summe codicevit, quæ deum puritatis ac sanctitatis immensæ fuit electa concipere, parere, correctare & educere. In singulare consilii uoluntaria paupertatis tam plenē adimpleuit, qd cum ex parētibus satis diuinitus esset nata, & uincula suo patri, magna quoq; munera suo vnico filio obtulissent tres Magi in die epiphaniae, tñ in die p̄sentationis filii sui in templo, pauperi oblationē immolauit pro eo. Et si patrimoniu suu sibi seruasset, non uidebat qualiter filius eius rite dixisset. Filius hoīa non habet ubi caput suum recisi.

March. 8 Lucas. ii. Impleuit ergo qd filius eius postea p̄dicauit, dicendo: Quod supest, dare eleemosynā. Et, No^r Mart. 6. lice solliciti esse in crastinū. Et quod docuit sacratiss. Iohannes Bap. Qui habet, inquiens, duas tunicas, cas, det nō habent; & qui habet cas, simili faciat. Præterea si sancti eremita, fratres ac monachi, qui olim in Aegypte habitauerunt, ac alibi, nobis multum merito p̄serunt, quia sic paupes erant, qd de aliis eleemosynis non sustentabant, nec hæreditaria aliqua habebat in generali, imo de labioribus manuum suarū uiuentes, de eisdē quoq; laboribus subuenerunt pauperibus, capiuntis, infirmis. In his etiā beatissimam uirginis p̄fulgerat pauperras; quippe de suis uiuens ac filium alens labo^ribus, quod supererat, cōicauit egenis. Præterea cōsiliis propriis abrenuntiatiōis ac obedientiā p̄ oībus religiosis perfectius adimpleuit, qd propriā uoluntatē nuncē secura est, secundū quod propria uoluntas propriā dicit ea qua ita est uolentis, quod non est cōis & cōcōrs uoluntati diuīne ac superiorē. Tam obedientissima etiā fuit, qd nulli superiori unquā inobediens fuit. Discretissima deī, in taciturnitatis eius ex euāgelio cōprobat, quia rarissimē inuenit locuta, & sicut quibusdam sanctis legi reuelatum, cū eloquentissimā esset, parsimoniē loquebat. Fuit item sapientialis pudore repelcta, omne inhoneflum ac turpe corā deo intantum abhorrens, qd nunq; tale quid perpetravit. & cum esset in seculo corpore, & inter cōiugatos uerfare, ab omni tñ seculari affectu, ab omni cōiugali labore immunissima extitit. In somno uero & cibō ac potu atq; uestitu, in omni incessu & apparatu tā moderatissima fuit, tamq; supernaturaliē regebat in his a spū sancto, qd nunq; excessit in alijs horum. At uero in orōnibus ac laudib⁹ dei, in meditationib⁹ diuinis, in cōtemplatione & dilectione, gustu & amplexu summi & inuariabilis boni, tam p̄clarissima, stabillissima ac feruētissima fuit, ut oēs mīro & indicibili modo excesserit. Quid ergo religiosa atq; monastica uite defuit ei, qd circa nil temporale sollicitabat aut occupabat superflue, nec per occupationē externā, ab exercitatione impediabat interna, quæ etiā summe exemplaris atq; pacificā fuit in omni sua uita cum alijs. In his igit̄ sacratissimā uirginē seceri conemur: Primo in cōtentientia, parumq; arbitremur ab actu abstinere uenerio, sed ab omni quoq; illico motu, ab omni imaginatione immunda, à carnali orationi affectu, ab indecenti aspectu, ab incauto contactu, & quicquid ad stimulū carnis, ad sensualē affectum

Affectum soleat aut potest incitare, uitemus. Nec quisq; reiteret quod semel expertus est sibi esse periculose, sed oēm sibi amputere occasionē ruinæ, nec sub palliatione spūalis amoris admittat carnis affectio, contactus, osculū sive amplexus, ex quibus quis expertus est in seipso, incidisse se stimulū carnis, qui semper culpabilis extat, qm̄ ex prævia imaginatione, apprehensione seu cogitatione procedit, quæ apprehensione interdum ex corporali aspectu seu attractu p̄cedit. Talis etem causa potest aliquo modo uitari. Ex apprehensione equidē primo causat appetitio, & ex appetitione stimulatio. Dum ergo quis stimulari se sentit, aut carnalis affici, apprehensione talis obicitu statim abscondit, cogitationes suas uertendo ad salutares ac sp̄iales materias, ut sunt passio saluatoris, acerbitas mortis, rigor diuinū iudicij, amaritudo æterni supplicij, p̄fessio creatoris, beatitudo colestis. Erubescamus corā altissimo cogitare, aut imaginari, quod uercundare in corā hoībus fari, & thalamū cordis nra coram sancto & omnipotente deo semp̄ ornātū & pulchre depictum, hoc est, uirtuosis affectibus, mūndis, honestis atq; salubribus cogitationibus informatū habere nitamur, ut in ipso cōmorari delectet sp̄s sanctus, cuius p̄fessio ubiq; reuerentia impendamus. Et cum deli. Prou. 8. de dei fūt effū nobiscum, nō offendamus, nec expellamus tam supernobilissimū hospitem ab interioribus cordis nra, per indecentes cogitationes, prauos affectus, per negligencias aut apprehensiones phantasticas, sed iusta ac sapientialia meditemur. Siquidem beatus uir qui in sapientia cōmora, & qui in iustitia meditat, atq; in sensu circūspicitionem cogitat dei, illud Eccl. 15. fiasisti pensans: Oculi dñi multo lucidiores super solem, circūspicientes oēs uas hoīm. Idq; Psalmi 1. 1. ste implens in lege dñi uoluntas eius, & in lege eius meditabit die ac nocte. Hinc & Ap̄l nos hor Philip. 4. tāt: De cetero frēs, quæcunq; uera, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunq; iusta, hæc cogitate, & deus pacis erit uobis. qm̄ in super bñdictissimam uirginis spontanea paupertate lectemur, oēm euellentes ex cordibus nra cupiditate, quæ nra radicis extirpet, magis seruet in minimis, ita ut religiosus ita non agens, s̄epe immoderatius afficiat circa rem uilem, & seculares circa magna quæ possident. Vnde & quidam irreformati religiosi, propter paruissima quæ eis negant aut auferunt seu peiorant, crebro brutaliter passionant, in honeftissime corrixiunt, p̄fidenti etiam indignantur. Quibus nō prodeat parentes exteriorum omnia (qm̄ multa & magna fuerint) reliquise, quādo ad parua tam inordinatē afficiat, & ipsa distorta cupiditas (propter quam euellenda, oīa exteriōra & mundana consulunt relinquat, ac corporalit̄ deferunt) manet ac uiger in anima. Totum ergo cordis nra affectum cōuertamus ad deū, & figamus ac simplificemus in eo, uana & uilia aperantes atq; dicentes: Mihil adhædere deo bonū est. Itemq; Quid em mihi est in cælo, & atē quid uo. Psal. 72. Ibi super terram. Deus cordis mei & pars mea deus in æternum. Non appetamus superfluum aut Ibidem curiosum qd habere in cella, nēc in necessarijs corporis aliud qd necessitatē & utilitatē quæramus, voluptatem & uanitatem spernentes, neq; cor nra in talibus effundētes, quia hoc profectu ac synergitate diuini amoris, internēq; puritatis impedit uehementer. Postremo, praestantisissimam uirginis obedientiā amplexamur, statutis patrum, obseruantis regulæ uerbis p̄fidentis fideliē obtemperantes, nec in obediendo ad id quod propriā uelle est respicientes, qm̄ obedientia tanto est purior & deo placitor, quo minus habet de proprio. Taciturnitatē demū glorioissimam uirginis imitetur, silentium diligenter seruantes, ut nec uerbis nec signis simus leues sive superflui, oēm̄ orationem intelligibilem sensum habentes, sine necessitate & absq; licentia prolatā, sciamus esse fractiōnem silentij, & de ea proclamemus culpam nra, exprimētes quoties, qm̄ & cum quibus ita exēcessimus. Nonne qui custodit os suum & lingua suā, custodit ab angustijs animā suam? Simus etiā Prou. 21. uercundati, modesti, & sapientiali pudore replete, oēm̄ peccati foeditatem coram uultu altissimi abhorrentes, moderati quoq; in cibo, potu ac somno, & inter alios exemplares atq; pacifici, orationibus ac meditationibus sacris semper intenti.

S E R M O VI. De uitanda arrogantiā Monachorum, & de humilitate, fide, charitateq; Mariz.

Ecce ancilla dñi, fiat mihi secundū uerbū tuū. Lucas primo. Verē sicut ait saluator, Qui se hu. Lucas 4. Euiliat, exaltabit: Et humili spiritu suscipiet gloria. Hinc beatiss. & incōparabilis uirgo Maria, &c. 18. cum esset humiliata, facta est oīm sublimissima: cum esset in propriis oculis minima, in dei oculis Prou. 20. fuit maxima: fēq; uifissimā reputans, a deo est reputata dignissima. Quid ergo oī frater pusille, oī homo defectuose, oī religiose qui adhuc passionibus uarijs agitari, & quotidiani negligentijs instar Iob 15. alioq; imo p̄ multis alijs sordidaris, quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attornitos Ibidem. habes oculos? Quid tumet contra deum aut cōtra eius vicariū tuum platum, patrem ac iudicem, Ecc. 6. spū tuus? Cumq; innumeris defectuosis tribus, periculis & aerumnis plenus, extollis te in cogita Iacobi 4. ratione tua uelut taurus. Nonne deus superbis refutit, humilibus aut das grām? Nonne prædictit: Vi 1. Perit. 5. sitabo super oēm qui arroganter ingrediſ. Humiliare ergo sub oīpotente & sub eius vicario quem Eccl. 7. tibi p̄posuit, ut ei sicut sibi obedias. Hūilia ualde spū tuū, quia abominabilis est deo oīs supbus. Eccl. 10. Deprime sensum tuum, ceruicē tuam inclina, & humili mente incede. Depone magnitudinē tuā 2. Perit. 2. ab alijs tribulatiōe, nec aliqd arrogantie in uerbo, incessu, apparatu, aut opere tuo appareat. Non enim

D. DIONYSII CARTHUSIANI

Amplius, ad ſacram communicationem unusquisque diſponat ſe, & reuerenter ac devote accedat, poſt communicationem quoq; gratus deo & corde custoditus permanere nitatur, ne per in- gratitudinem & negligentiam ſuam, damnationem incurrat maiorem, prout de hoc in ſermone circa epistolam, dictum eſt plenius. Postremo, hos ſacratissimos dies, uidelicet diem coenæ, paſſionis, ſepulture, reuolutionisq; Christi, cum singulari & ſtabili expendamus deuotione, ut tantā in eis a deo gratiam acquirem, quod toto demum anno uirtuosius conuerſemur. Omnis ergo diſſolutio morum, omnis loquacitas, rifs & iocuſ, omnis curioſitas & vanitas in uestitu, omnis carnalis affectio prorsus abſiſcantur. Vnde & sanctus ait Bernardus: Hi ſunt dies quos obſeruare debemus, dies pleni pietate & gratia, quibus etiam ſceleratorum hominum mentes ad pœnitentiā prouocantur. Tanta ſiquidem uis eorum quæ his recoluntur diebus, ut poſſint ipſa quoque lapidea ſcindere corda, & pectus omne ſicut ferreum, emollire ſufficient. Iterum ait Bernardus: Vniuersi Christiani ſacra haec ſeptimana aut p̄ ſolito aut p̄ reter ſolitum pietatem colunt, pietatem exhibent, humiliatatem ſeuant, induunt grauitatem, ut Christo paſſo quodammodo cōpati uideantur. Quis enim tam irreligiosus, ut nō compungatur? Quis tam inſolens, ut non humilietur? Quis tam iracundus, ut non indulget? Quis tam lubricus, ut non abſtineat? Quis tam flagitosus, ut non contineat? Quis tam malitiosus, ut non poeniteat his diebus? Ex quibus sancti Bernardi uerbi probatur, quam longe ſint ab omni pietate & gratia Christi, ab omni uirtute Christianæ reli- gionis, ab omni re nominis Christiani, qui modo p̄racto non faciunt, ſed hi quoq; diebus ſeruant rancorem, cupiunt ultionem, leues, diſſoluti, & garruli eſſe non metuunt, nec ad ſacram ſe communicationem ſyncere diſponunt. Pro quibus cha- ritati & pie orare debemus, ut conuertantur, & oēs ſimil consequa- mur ſalutem, uirtute & merito omnium eorū quæ ſacratissimis his diebus filii dei pro noſtra ſaluatione facere & pati di- gnatus eſt. Cui cum patie aeterno & ſpiritu ſancto ſic honor & gloria in aeternum, Amen.

PASSIO

SOPASSIO DOMINI NOSTRI IESV

CHRISTI, IVXTA TEXTVM QVATVOR
Euangelistarum p̄iſſime enarrata, & in tri-
gintatres articulos apte diſtincta.

xxxiii.

¶ Quare dominus IESVS pati voluerit, & de inuidia persecutione p̄ Phariseorū.
Articulus Primus.



Econciliati sumus Deo patre per ſanguinem filii eius. Rom. v. In hiſ uerbis duo tangunt: Primum eſt pacificatio generis humani cum Deo patre aeterno, cum dicit: Reconciliati sumus Deo. Secundum eſt cauſa per quam facta eſt pacificatio iſta, cum ſubdit: Per mortem filii eius. Protoplastus etenim ho- mo primus parentes noſter Adam, in paradiſo terrestri transgrediendo preceptum Dei, amicti atq; demeruit ſibi ipſi & roti ſue posteritati originalem iuſtitiam, & infecit & corrupit humanam naturam in ſuā radice, hoc eſt, in ſcipo, in quo fuit tanquam in principiō totius humanae propaginis. Sicut ſe- ipium ac uniuersam ſuam posteritatem aeterna felicitate priuauit, & damnationi fecit obnoxios, ita quod propter originale illud peccatum a primo parente comiſſum, pena danni, hoc eſt, ca- rencia diuina ac heciftice uifionis, infligebat posteris eius, & nunc uſq; infligit paruulis non bapti- zatis ante uſum rationis morientibus, quibus meritum dñi noſtri Iesu Christi non communicaſt, nec applicat per ſacrum baptiſti. Itaq; per primum & originale illud primi parentis nři peccatum, torum genus humanū incurrerat quandam offendam & iram dei, & indiguit ei reconciliari. Quæ reconciliatio fieri nequiuit per primū parentē, nec per aliquem poſteroꝝ ipſius exiſtentem hojēm purum ſuā puram creaturem, qm nulla pura creature potuit eſſe idonea & condigna ſatisfacere, p culpa illa cōt̄ ſuū generis humani, nec potuit ei generalem grām reuolutionem recuperare aut p mereri, nec ad amißim ſuā felicitatem poruit reducere eam, prout ſuper tertii Sententiā declarant doctores, & Anſelmus in libro ſuo, qui dicit: Cur deus homo, Gulielmus quoq; Parrhisiensis, in ſuo eiusdem nominis libro docent. Ideo ipſem etiā unigenitus dei patris ueru deus, nō ſuū genus huma- rum in toto perire, dignatus eſt humanā naturam in unitate perfonæ affuſare, & in ea atq; p eam genus humanū redimere ac ſaluare. Et hoc eſt quod in praefuſto themate ait Aplus: Recon- Rom. 5. ciliati sumus Deo per mortem filii eius. Vnde rurus ad Corinth. protestat: Sicut in Adam omes Co. 15. moriunt, ita & in Chro ſuū uifocabuſ, id eſt, quemadmodū demerito originalis peccati Adæ uniuersi poſteri eius neceſſitatem moriendo in corpore, & reatum culpe priuationemq; glorie ſeu felicitatis perpetua incurrerunt, ita uirtute ac merito paſſionis & obedientie Chiī, liberant a ma- liis preſatis, & uitam gratiae in praefenti, ac uitam glorie aeternali in caeleſti patria conſequuntur, imo & corporis immortaliatem in futura generali reuolutione adiſiſcent. Hinc ad Rom. ſcribit Roma. 5. Aplus: Per unum hominem peccatum in hunc mundū intravit, & per peccatum mors. Sic utiq; per unum hominem, ſi per dñm Iesum Chrm liberatio a peccato, & uita gratiae collata ſunt mundo, Iohanne. 1. ſicut in Iohanne habet: Gratia & ueritas per Iesum Chrm facta eſt. Idcirco beatifiſ. Iohannes Bap. Christum intendo ac demoniſtrando, locutus eſt: Ecce agnus dei qui tollit peccata mundi. Hinc Ibidem, rurus dixit Aplus Paulus: Sicut per unius uidelicet Adæ inobedientiā iſi ſuā peccatores coſtituti ſunt multi, ita per unius hominis (ut pote Iesu Christi) obedientiā iſi ſuā conſtituitur multi. ¶ Præterea, Rom. 5. qm primus homo per malitiam ſuā diabolii inuidiam deceptu ſuā, placuit pietati diuina eidem & ſuā poſteritati miſericorditer ſubuenire, & humanū genus redimere per paſſionē & morte ge- neralis ſaluatoris uniuersorū. Et hoc ipſi incepit deus omnipotens a principio mundi patriarchis & quibusdam electis & ſanctis hominibus reuelare, uidelicet Adæ, Seth, Enoch, Noe, ac aliis, & per illos cocepit hoc etiam aliis multis hominibus p̄nunciare in lege naturæ uſq; ad Moysū tempus, Gene. 22 & manifeſt prænunciavit illud ſanctis patriarchis Abraham, Isaac & Iacob, quoq; unicuiq; repro- Gene. 15. miſit. In ſeimine tuo benedicent oēs gentes, ut patet in Genesi. Deinde in lege ſcripta, hoc eſt, in Le- Gene. 28. g. Mofaica, quam filii Iſrael dedit per Moysēn, iſtud euidentius & copioſius p̄nunciavit per uerba & ſigna, per ſacrificia & figuratas, per diuersa oracula atq; mysteria, ac per multos ſanctos, phe- ras de aduentu, nativitate, paſſione & morte Christi, & de cæteris eius mysteriis, operibus, signis & miraculis, multa abundanter & clare pre-dixit. Propter quod filio dei incarnato, atq; adhuc in ute- ro virginis, exiſtente, pater ſanctiss. Iohannis Bap. Zacharias cecinit, dicens: Benedictus dñs deus Iſrael, quia uiauit & fecit redemptiōne plebis ſuā. Et erexit cornu ſalutis nobis in domo David pueri ſuī. Sicut locutus eſt per os ſanctorū, qui a ſeculo ſunt, prophetæ eius. Hinc quoq; digniſſima ac mūdiſſima uirgo MARIA, dum Dei filium concepiſſet, locuta eſt: Suscepit Iſrael puerum ſuū, recordatus miſericordie ſuā. Sicut locutus eſt ad patres nřos, Abraham & ſemini eius in ſe- cula. Cumq; adueniſſet temporis plenitudo a Deo aeternalit p̄euifa ac p̄eordinata, hoc eſt, in ul- Galat. 4. tima

Gene. 3.

Rom. 5.

Co. 15.

Ioh. 1.

Ibidem.

Roma. 5.

Gen. 3.

Roma. 5.

Gen. 28.

Luc. 1.

Luc. 1.

Galat. 4.

D. DIONYSII CARTHUSIANI

timi mundi etate, coepit deus pater implere ea quae de unigenito filio suo promisit atq; prædi-
xit, & misit eum in mundum, coniungens ei naturam humanam in utero virginis gloriose. Ex qua
tunc natus est Christus dominus, deus & homo, rex gloriae, mundi saluator, quemadmodum Ilias
propheta prædictit: Puer natus est nobis, et filius datus est nobis, & vocabitur nomen eius, admirabilis,
confiliarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Deinde Christus nouam & euangelicam
legem daturus, cum iam factus esset trigesima annorum, coepit publice prædicare, atq; miracula
la innumerabilia ac soli diuinæ virtuti possibilis operari, ita quod fama eius undique diffundebat
tur, & uniuersi eius sapientiam ac virtutes & signa admirabantur, dicentes: Nunq; sic apparuit in
Israel, hoc est, nunquam aliquis in Israëlico populo tot & tanta fecit prodigia. Eius quoq; eloquens
iam sapientiam mirantes, dixerunt: Nunq; sic locutus est homo sicut hic loquitur. Et ut sanctus
Iohann. 7. Lucas euangelista testatur: Omnes admirabantur in uerbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius.
Lucas 4. Luke euangelista testatur: Erat enim docens, sicut potestatem habens, non sicut scribæ & pharisei eorum, hoc est, efficaciter & po-
tentiter prædicauit ac edocuit, & suam doctrinam per uitæ suæ sanctitatem, & per miracula roborauit
atq; authenticavit, quod scribæ & pharisei nequaquam fecerunt. Hinc scribæ (i. doctores seu legisperiti Iudeorū) & pharisei, i. religiosi eorum, qui erant auari, ambitiosi, ac cupidi laudis humanæ, cō-
cepérunt aduersus Christum displicentiam & ranorem, præfertim, qm omnium terrenorum cō-
temptum & humiliatum uerbis docuit & exemplis, & plebs tota, eis relictis, currebat post Christum. Cum autem publice increpauit peccata ac scelera pontificum & sacerdotum, seniorum & magistratum, scribarum & phariseorum, cōperunt concorditer dñu nostro Iesu Christo grauitate ad-
uerfari, inuidiose insidiari, ac blasphematorie obloqui, uniuersitatem facta eius peruertere, & quicq; d
egit ac dixit, interpretari in peius, dicentes: In Beelzebub principi dæmoniorum ejicit dæmonia, in
Matt. 11. sanis, dæmonum habet, homo uorax, potator uini, amicus peccatorum, & publicano, blasphemat,
Luke 11. Iohanna. 10. ac multa similia, prout beatiss. Euangelista describunt. Insuper, cum inuidia sit dolor & tristitia
Iohann. 11. de prosperitate & felicitate alterius, quanto Christus quotidie magis ac magis crevit fama, miraculis
Iohann. 11. & numerositate turbarum eum sequentium, & quanto maiori sapientia ac eloquentia fulsit, tan-
to miseri illi graviori contra eum accendebant inuidia, & implacabilius insaniebant in eum. Cūq; Lazarum militem nobilem & famulos resuscitasset a morte quarto die à sua defunctione, inui-
dissimi & obstinatissimi illi non ualuerunt se diutius refrenare, sed pro eo quod ex tanto miraculo
debuenter merito conuerti, cōpungit arcu, ac penitentia emolliri, deteriores & obstinatores esse
sunt. Nam collegerunt statim concilium, & dixerunt: Quid facimus, quia hic hō multa signa fa-
cit? si dimittimus eum sic, oēs credent in eum, & uenient Romani, & tollent nostrū locū & gētem. Et sicut euangelista Iohannes describit, ab illo de cogitauerunt & firmiter decreuerunt interficere
& de honore illi exhibito à turba cū palmis occurrente. Artic. II.

R Eſuscitatio Lazarī creditur facta à Christo per unam quindenam ante diem Paræscues, in qua cruci appensus est, & ut afferit Augustinus, quāuis multa & p̄clarā miracula fecerit Christus, nullum ramen miraculum fecit Iudeos ita insaniare, ac furere contra Christum, ut resuscitatio Lazarī, quia miraculum illud fuit celeberrimum ac apertissime factum in multiorū praesentiū Iudeorū, & ipse Lazarus fuit persona notabilis, non solum militaris, sed etiam ex regia stirpe natus; Vnde & propter tantum miraculum multi Iudeos crediderunt in Iesum. Ideoq; imp̄fissimi pri-
cipes sacerdotum proposuerunt & Lazarum interficere, ne plures ipsum aspicientes conuerteretur ad Christum. Tunc ergo, ut tactum est, collegerunt concilium, & dixerunt: Quid facimus, id est, quid agendum est nobis, quia hic homo multa signa facit? Nam & paulo ante Lazarī ſuscitatio-
nem illuminauerat Iesus cœcum à natiuitate, id est, cœcum natum. Si dimittimus eum sic, id est, si
permittimus hominem istum (uidelicet Iesum) diutius in populo libere conuersari, prædicare, atq;
miracula facere, sicut fecit hucusq; et sicut nunc usq; permisimus, omnes credent in eum est, mul-
ti de omnibus qui eum amauerunt et sequebantur, et specialiter uniuersi uulgares, et uenient Romani, qui tunc dominabantur toti mundo, et collent nostrum locum et gentem, id est, urbē no-
stram Metropolim, puta Ierusalem, destruent, et nos cum nostro populo captiuabunt ac tranferent ad aliam terram, aut interficiant nos tanquam rebellis Romano imperio, pro eo q; sine scitu
et consenuit imperatoris acceperimus alium regem, uidelicet Iesum. Iam namq; Romani præcep-
rant, ut nulla ges eis subiecta, suscipiat et quenq; pro rege absq; ipsorum cōsensu. Per hos tam impios
& peruersos Iudeorum superiores, intelliguntur ac designantur prauti prælati, & eorum iniqui u-
carij, qui sibi cōmillos non regunt nec instruunt salubriter & per virtuosa exempla, nec pati uolunt, ut
ab alijs

DE PASSIONE CHRISTI ART. II.

Fol. CXXXIII.

A ab alijs efficaciter informent ac gubernentur. Tales em iniqui magis querunt propria cōmoda & suum honorē, quam subditoz salutem aut diuinæ reverentia maiestatis. Ideo sicut prefati ludgoz & superiores inuidunt Christo & persecuti sunt eum, sic ipsi melioribus fe obloquim ac inuident, atq; molestias inferunt. Iesu ergo iam non in palā ambulabat apud Iudeos, sed abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatē quæ dicitur Essem, & ibi morabat cum discipulis suis. Non utique ex Iohā, 11. timore aut impotentia fugit persecutores suos Iudeos, sed qm tempus sua passio nō a deo præordina-
tum, nondum fuit impletū & etiā ad dandum nobis exemplum, qd debeamus interdum peruersi-
tati & persecutioni aduersariorū nostrorum cedere, & ab eis nos elongare, qm hoc fieri potest sine
detrimento boni cōmuni & absq; periculo subditoz, ac sine dispicio, documento ac scādalo pu-
llis. Hinc in euang. dixit Saluator: Cum persecuti uos fuerint in unam ciuitatē, fugite in aliam. Matt. 10.
Debemus quoq; cedere alioz improbitati, non litigando cum eis, sed potius nos subtrahendo ab Irou. 20.
ipsis. Propter quod in Prouerb. scriptum est: Honor eis hoī cum separat se à liete. Apostolus quoq;
Noli, inquit, uerbis contendere. Ad nihilum em utile est, nisi ad subuersione audientium. Cum autem
I Tim. 2. Iesu nouē diebus aut circiter moratus fuisset cū suis discipulis in præfata urbe noī Essem, &
festum Paschæ Iudeorū proximū esset, coepit cū discipulis suis reuerti uersus Ierusalē, qm scūtē
pus sue passionis īminere, & redeundo p. Samariā, ac Galilæa, sanauit simul decē leprosos, ut
apud Lucā legi. Cumq; progederef de oppido noī Hiericho, illuminauit duos cæcos, ut habet Luca 17.
in Matthæo, & in codē itinere passionem fū aperte prædictis discipulis suis: Ecce, inquiens, ascendi Matt. 20.
mūs Hierosolymā, & consummabunt oīa quæ scripta sunt per prophetas de filio hoīs. Deinde ut Marc. 10.
Iohannes scribit, ante sex dies paschæ, uidelicet sabato ante Ramos palmas, uenit & introuit Be Ioh. 12.
thaniā, ubi erat Lazarus quem suscitauit à mortuis. Fecerunt autē ei ac suis discipulis coenam ibi; que Iohā, 11.
coena non fuit in domo Marthæ, ut infra dicetur, sed in domo Simoni leprosi, quem Christus iam Luke 5.
ante curauit à lepra, quanuis adhuc uocaretur leprosus. Lazarus autem unus erat ex discubentibus
bus cum IESV. Atque ut Augustinus testatur, Lazarus tunc referabat de his, quæ uiderat in Iohā, 11. Part.
inferno & in limbo: & ex supplicij quæ conspexit, & forsitan expertus fuit, erat tam uehementer
perterritus, quod post suam resuscitationem nunq; (ut legitur) rist. In eadem quoque coena fuit (ut
creditur) sacramentū uirgo Maria, & alias deuotæ matronæ Christi à Galilæa secutæ, uidelicet Ma-
ria Iacobi & Salome, & Iohanna, atq; Susanna. Probabile etiam reor, quod ad commendationē
miraculose resuscitationis Lazarī à mortuis, ipse Lazarus in coena illa se ferit iuxta Iesum, & in ea
dem coena Martha ministravit. Quanuis enim coena illa non fuit in domo sua, & ipsa fuisset à Simo-
ne leproso inuitata ad coenam illam, tamē propter reuerentiam Christi uoluit ministrare, & de
agendis disponere, quoniam prudens foemina erat, & Simoni illius cognata, ut fertur. Sic quoque
honestæ & prudentes matronæ quandoq; ministrat in domibus cognatorum suorum à quibus sunt
inuitatae. Præterea, in eadem coena sancta María Magdalena unxit caput & pedes Christi p̄cioso
unguento, ut inferius exponetur. Die autem sequenti, uidelicet die ramis palmarum, processit do-
minus Iesus cum sua elechissima comititia à Bethania uersus Ierusalem. Cumq; uenisset in uillā noī
mine Bethphage, ad mōtem oliviarum, misit duos ex discipulis ad portam urbis Ierusalem, ut in Luce 19.
de sibi adducerent asinam & pullum ipsius, quibus adductis, sedīt primum super asinam, per quā
figurabat synagoga, id est, cōgregatio Iudeorum iugo legis Mosaicæ affluta, quemadmodum
asinā illa solita erat portare onera uaria ad eos quibus deseruebat. Deinde sedīt super pullū indo-
mitū, & oneribus deferendis nondū affuefactū. Per quē gentiles laſciū & diuinā legis iugo nō sub-
diti, designabant. Sedit itaq; dñs Iesus super utrūq; animal successiū, ad significandum qd multa
millia Iudeorū, & multo plures gentilium erant ei subiiciendi, ac euangelica legis iugo subdendi. Iohā, 12.
Quod autē sedīt super pullū, manifeste habet in Iohanne, ubi sic legit: Inuenit Iesu asellum, & se-
dit super eum. In Marco quoq; scriptum est: Duxerunt pullum ad Iesum, & sedīt super eum. Simi-
liter in Luca recitat: lactantes vestimenta sua supra pullum, impoſuerunt Iesum. Porro qd sedīt
super utrūq; animal, constat ex eo quod scriptum est in Zacharia: Exulta satī filia Sion, ecce rex
tuus ueniet tibi iustus & salvator, ipse pauper & ascendens super asinā & super pullū filiū asinæ.
Idem quoq; in Iohanne apud Marth. quo serit: Adduxerunt asinā & pullum, & impoſuerunt sup eos
uestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Verūtamen quidam dixerunt quod Iesu nō sedīt
nisi super pullū, & quod in tam breui itineris spatio non potuit super animal utrunque sedere.
Sed in hac re magis credendum est preallegatis scripturis Canonis. Cumq; uenisset Iesus ad de- Luce 19.
ſcenſum montis Oliueti, à quo loco ciuitas Ierusalem manifeste totaliter uidebatur, coepérunt om-
nes turbæ descendentes cum Iesu, turbæ quoque quæ præbant, & quæ sequebantur, & qui ex Ie-
rusalem uenerunt obuiā ei, deum alta & confona uoce laudare, cum gaudio grādi clamantes: Osan-
na, hoc est, salua nos fili David, Benedictus qui uenit in nomine dñi, pax in cælo & gloria in excel-
sis. Sicq; cū maxima solemnitate & copiosa processione introduxerunt Iesum in Ierusalē. Et ingre-
sus in templum, eicit uendetes & ementes de illo, & mēlas nummulariorū cathedrasq; uidentesq; co-
lubas euerit, dices: Nolite domī patris mei facere domū negociatiōis, qm scriptū est: Domus mea Iohā, 56.
ab alijs

C

lactantes vestimenta sua supra pullum, impoſuerunt Iesum. Porro qd sedīt
super utrūq; animal, constat ex eo quod scriptum est in Zacharia: Exulta satī filia Sion, ecce rex
tuus ueniet tibi iustus & salvator, ipse pauper & ascendens super asinā & super pullū filiū asinæ.
Idem quoq; in Iohanne apud Marth. quo serit: Adduxerunt asinā & pullum, & impoſuerunt sup eos
uestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt. Verūtamen quidam dixerunt quod Iesu nō sedīt
nisi super pullū, & quod in tam breui itineris spatio non potuit super animal utrunque sedere.
Sed in hac re magis credendum est preallegatis scripturis Canonis. Cumq; uenisset Iesus ad de- Luce 19.
ſcenſum montis Oliueti, à quo loco ciuitas Ierusalem manifeste totaliter uidebatur, coepérunt om-
nes turbæ descendentes cum Iesu, turbæ quoque quæ præbant, & quæ sequebantur, & qui ex Ie-
rusalem uenerunt obuiā ei, deum alta & confona uoce laudare, cum gaudio grādi clamantes: Osan-
na, hoc est, salua nos fili David, Benedictus qui uenit in nomine dñi, pax in cælo & gloria in excel-
sis. Sicq; cū maxima solemnitate & copiosa processione introduxerunt Iesum in Ierusalē. Et ingre-
sus in templum, eicit uendetes & ementes de illo, & mēlas nummulariorū cathedrasq; uidentesq; co-
lubas euerit, dices: Nolite domī patris mei facere domū negociatiōis, qm scriptū est: Domus mea Iohā, 56.
z ij domus

D. DIONYSII CARTHUSTANI

Dicitissima illa congregatio ac societate Chrii atqe apostoloy et alios sanctos ac sanctage, qui tunc erant in domo Marthae, iavit ad ecclesiam malignantium, ad cōuentum pessimorum, ad filios te-nebras. Sicqe recessit a Christo mente per maiorem auerisioem et culpam, ac corpore per localem distantiam. [et locutus est principibus sacerdotum et magistratibus] templi, i.e. ceteris sacerdotibus. scribis atqe rectoribus ministros templi ac populi. [quemadmodum illum tradiceret eis]. i.e. exhibuit se paratum tradere Iesum in manus ipsorum in aliquo loco et tempore ad hoc magis opportunis, videlicet in loco secreto, nocturnorum tempore, secundum quod postea fecit. [& ait illis:] Quid uultis mihi dare, et ego uobis eum tradam? ac si diceret: Scio cur estis cōgregati, et desiderio uestro cooperari paratus sum. Sicqe sceleratissimus Iudas non uocatus accessit, cum in cōmunis doctrina sit. Ad consilium ne accesseris antem uoceris, sine uercundia obtulit se paratum uendere ac trade re suum magistrum, a quo tanta beneficia fuit sortitus, nec de tanta infidelitate erubuit, quia immo plenius fuit in euillium Ieremie: Frons mulieris meretricis facta est tibi, nolueristi erubescere. Hac inuenit Iudeu*m* Ierem. 3. sequuntur hoies habituati in uitiis, qui prava consuetudine ita infecti, uidi & excep*t*ati sunt, quod de sua turpitudine, in munditia atqe malitia pudorem non habent, sed potius iactant seinde et gloriant, de quibus legit apud Isaiam: Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Et in Proverb. legi: Lætan*t* cum maleficerint, et exultat in rebus pessimis. [Qui audientes] principes sacerdotum cum suo consortio uerba hæc ludæ, [gaui] sunt sperantes se hoc modo posse desiderium suum aptius adimplere. Nam hic modus eis congruentior uidebat. Propter quod opportunitate ista eis oblata, mutauerunt propositum suum, quo pauloante dixerunt: Matt. 26. Non in die festo. [et pacti sunt], i.e. promiserunt, [pecunia illi dare]. Et constituerunt, i.e. exhibuerunt. Zacha. 11. Iei tringinta argenteos, [quemadmodum per Zachariam est prædictum]: Appenderunt mercede mea. Luke 21. Iei tringinta argenteos, dec*ū* precium, quo appre*c*ciatus sum ab eis. [Et spopodit]. i.e. Iudas promisit quod traduceret ipsius Iesum. [Et exiude] i.e. ab illa hora quererat opportunitatem, i.e. modum suo proposito conuenientem, [quod illum traduceret sine turbis], hoc est, in loco et tempore, ubi & quando Christus non haberet secum nisi paucos discipulos suos, utpote in nocte, quia in die populus fluxit ad Christum. Incitamentum huius uenditionis fuit, ut credit, quod Iudas doluit de effusione unguenti super Christum facta a beatiss. Maria Magdalena, quod (ut in Iohanne, scribit) uenundari potuit trecentis denariis, uolunter dampnum illud recuperare in Christi uenditione. Præterea quod innocens filii dei propter nos uenditionis est feria quarta, inoleuit apud Christianos laudabilis confusudo, qua multi quarti feriis abstinent a carnium usu. Ex eadem quoqe causa ordinavit ecclesia, ut quarta feria post feriam sextam, in qua oceus est Christus, habeatur præcipua inter di espo*c*tentia et abstinentia atqe ieiunij. Deniqe hanc Christi uenditionem a suo discipulo clare prodixit sanctus David in psalmo, in Christi persona loquendo: Etenim homo pacis meus in quo sperauis, qui edebat panes meos, magnificuit super me supplatationem. Insuper multiplex fuit facinus Iuda. Nam ut in Iohanne, legitur, fur erat, et ea quæ deuota personæ dederunt, & sustentatio*n*e Christi discipulorumque eius, furabat & exportauit. Secundo, quia magistro suo ingratissimus fuit. Christus enim promovit eum ad apostolatum, et fecit eum suum procuratorem, et misit eum ad predicandum, baptizandum, et ad faciendum miracula; et tamen de omnibus his ingratus, uendidit suum magistrum. Tertio, quia filium dei maxime uilipendit. Non enim solummodo uendidit eum, sed tanquam rem uilissimam exposuit eum uenalem ad libitum emporum, dicendo: Quid uultis Iudeu*m*? mihi dare &c. sicut hi qui habent rem quam parum appre*c*iantur, solent dicere de eadem expotiri: Quid uultis dare pro hac re? Quarto, quoniam mundi saluatorem uerum deum uenundedit. Quinto, quoniam uenditum tradidit suis crudelissimis inimicis. Sexto, quoniam impiissime promisit quod uictioffererit, quod scilicet traduceret Iesum in manus emporum hostiumque suorum. Septimo, quia tradidit Christum ad occidendum, et ita extitit homicida, imo & Christicida ac deicide. Octavo, quoniam Christum, qui summa veritas est, uendendo, pessimam simoniā commisit. Non, quoniam desperauit de uenia. Decimo, quia suspendit leipsum. Præterea ex ruina Iudeu*m* tam graui atque multiplici, instruimur ad cautelam, ad timoratam custodiā, ad humilitatem per pertuam, atque ad omnium temerariorum iudiciorum repressionem. Si enim discipulus Christi, apostolus Dei, canonicus collegij uinatatis, qui cum ceteris Christi apostolis predicauit Iudeu*m*, & plurimos baptizauit, ac signa fecit, tam grauissime ac multipliciter eccl^{esi}tit, et eternaliter periret, qui tot & tanta CHRISTI miracula uidit continuè, & efficacissimam eius doctrinam adiviu*it* assidue, quis nostrum poterit esse securus? Hinc ait Chrysostomus: Si ille qui cum Christo fuit, qui miracula fecit, & tantam audiuit doctrinam, a philargyria in tantum deductus est barathrum, multo magis nos timere oportet, ne capiamur hoc uitio. Postremo ex lapsu Iudeu*m* doceatur, quæ uehementissime maledicta auaritia induret atque obtenebret cor humanum, quæ ex Apostolice dignitatis fastigio ad tantam uitiorum uoraginem traxit infelissimum Iudam. Ideo in nocentius loquitur: Radix omnium uitiorum existit cupiditas. Hæc enim sacrilegia committit & furia, rapinas exercet & prædas, homicidia gerit & bella, simoniae uendit et emit, inique petet & rapit,

DE PASSIONE DOMINI. ART. III.

Fol. CXXXVI

A rapit, infeste negotiat & foenerat, instat dolis & imminet fraudibus, dissoluit pacem & uolat iura, mentum, corrupit testimonium & pervertit iudicium. Itaqe iuxta doctrinam Apostoli, qui stat, uideat ne casum, nec aliquis se extollat, nec temeriter judiceret alium, sed proprium ueretur piculū, & meruat casum. Hinc Climachus dicit: Latro era*m* in societate prædonum, & Iudas in choro aporum: & tñ subiecto est facta mutatio, id est nos oportet abstinere ab incauto iudicio. Amplius, quod dñs Iesus Christus in toto euangelio excelsis & uerbis maxime docuit nos oia terrena despicer, & bona celestia ac aeterna uero corde requirere & amare, propterea oia auaritia est cunctis Christianis porissimum fugienda, praesertim cum Apostol protestet, quod radix sit omnis malorum cupiditas. Et rursus: Auaritia, inquit, 1. Tim. 6. idololatria seruitus. Vnde in Ecclesi scriptum est: Avaro nihil est Iosephius, nihil est iniquius quod amare Colo. 3. pecuniam. Avarus enim animam suam habet uenale. Hinc quoqe Climachus loquitur: Avarus est Euani gelij subsannator. Ideo cogitemus quod oportet nos cito hunc mundum & oia quæ in eo sunt, oino relinquere, & in alio seculo in eternum manere; sicqe tanto seruentius queramus bona spallia ac diuinia, quod regalit & terrena, quanto aeternitas est longior tempore huius uite.

¶ De paschali typico seruato, de præmonitione proditoris a Christo facta, & de pedum lotione Art. III.

Expositus hoc quæ gesta sunt feria quarta, expona nunc sunt quæ Christus fecit ac docuit feria quinta. Est prima die azymorum quod pascha immolabant, i.e. quinta feria, s. die coenæ quando ad uesperam auferbant Iudeu*m* a domibus suis oem panem fermentatum, & azymis panibus uesci coepertur, paschalemque agnum edebant. Accesserunt ad Iesum discipuli eius, dicentes: Quo uis eam ut paremus tibi pascha? i.e. ad quæ locum tubes nos ire, ut in eo paremus tibi agnum paschale quæ nobiscum es comesturus? At Iesu dixit eis: Ite in ciuitatem Ierusalem. Voluit enim filius dei in isto seruare præceptum legis, quanius esset supra legem & dñs legis, ut daret nobis obediendi exemplum. Et ecce introiuntibus uobis in ciuitatem Ierusalem, quæ fuit metropolis regni, & Antonomatice uo Luke 12. cabatur ciuitas apud Iudeu*m*, quæ admodum Roma dicti urbs apud latinos. Occurrebat uobis homo amphora aquæ portans, seq*ū* mini e*n* domi*n* in quæ intrat, & dicte patrifamilias domus, quod magister dicit tibi: i.e. quod ego oem uestrum magister, ei per uos dico & mando: Vbi est diuerlorium meum? i.e. locus ad quæ nunc diuertere debeo, & deputandus nunc usui meo, subi pascha? i.e. agnum paschalem, cū discipulis meis mādecet. Quasi dicat, onde discipulis meis camera apta, in qua parere mihi agnum ad comedendum. Et ipse demonstrabit uobis coenaculum grande stratum? i.e. bene paratum? & ibi parate? nobis pascha. Christus prædicto ista que erant in se futura pure contingētia, ostendit se talia certitudinaliter præscire, immo uniuersa præterita, præsentia & futura sciunt etiā secundum naturam assumptā. Deniqe de isto patrifamilias quidam dixerunt, quod fuit usi pauper: sed magis uidetur quod fuit uir ualde diuus & potens, quia tam magnam habuit domum, quod in una eius camera sedere poterant centum uiginti hoies. In isto namcoenaculo, in quo dñs & salvator coemidit cum Apostolis agnum paschalem, postea latuerunt discipuli frequenter a die resurrectionis Christi usque ad diem pentecostes, in quo spiritum sanctum acceperunt: ut in Actibus legitur: erant ibi enim pariter fere centum uiginti hoies. Et etiā quod non obstante persecutione ac prohibitione pontificum & aliorum maiorum, qui iam prohibuerunt Iudeu*m* familiarem conuersationem cum Iesu, tam magnanimitate & audacia suscepit, & hospitauit Iesum cum discipulis suis in propria domo, & omnibus eis præbuit alimenta. Vnde uidetur fuisse unus ex occultis Christi discipulis, quemadmodum Joseph ab Arimathia, & Nicodemus. Voluit enim Salvator etiam alijs quos habere discipulos dūtus, potentes ac nobiles, ne uidetur tales homines penitus reprobare atque relinquere, & ne ipsi desperarent. Propterea in Iob ait scriptura: Deus potentes nō abhicit, Iob. 36. cum & ipse sit potens. Veruntamen paucos habuit tales discipulos, ad designandum, quod ualde pauci talium sunt electi. Propter quod sacratissima uirgo dixit: Depositus potentes de sede, & exaltauit humiles. Hinc & Apostolus hortabatur Corinthios: Videte uocacionem uestram fratres, quod non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles sunt inter uos. Ex 1. Cor. 1. horum consideratione prudentes seculi huius, diuites, nobiles ac potentes, merito debent se ualde humiliare & omnino timorati existere, & nequaquam extollant se, nec pauperes & abiectos contemnunt, sed potius uenerunt tanquam amicos & filios dei, neque in sua seculari prudentia, tempora li opulētia, carnali nobilitate uideant inaniter gloriarī. Nam & sanctus ait Greg. Hos elegit deus, quos despiciit mundus. Gloriosus quoqe Hieronymus protestatur, quod uix unus de cœtum aut de mille talibus aptus est regno caelesti. Itaqe uir iste fuit Christi discipulus, ideo note magistri cognovit Christum significari, quia sic consuevit a suis discipulis nuncupari, quibus & dixit: Nolite uocari magistri, unus est enim magister uester, Christus. Euntes autem discipuli, s. Petrus & Iohannes quierant inter apostolos præcipui, si uenerunt sicut dixit illis Iesus? i.e. sicut eis prædixit quod occurseret eis hoc lagenā baileans aquæ: & quod profatus profamilias demonstraret eis grande coenaculum, & parauerunt pascha in loco prodicto. Misit autem Christus duos ex discipulis suis ad agnum parandum: Primo, ad socialis uitæ commendationem in Salomon loquitur, Frater qui adiuuat à fratre, est qua- Mart. 23. z. iii. si ciuitas

D. DIONYSI CARTHUSIANI

si ciuitas munita. Et utique bona est illa societas, in qua unus edificat alium, ubi unus alterum in D
struit & accedit, consolatur & allicit ad uitæ virtutes. Fugienda ac detestanda est illa societas, in qua
unus trahit alium ad peccandum, in qua est cōcordia ad iniuste agendum, ubi socij sibi iniuste coope
rantur ad condemnationem æternam. Secundo misit duos discipulos, ad commendandum fra
ternam ac mutuam charitatem. Tertio, ad innuendum quod duo sunt charitatis præcepta ab iniuste
cē tam inseparabili, quod unum sine alio impleri non ualeat. Misit quoq; specialiter istos duos,
Petrum uidelicet & Iohannem, propter dignitatem ac reverentiam illius uxæ nouissimæ coenæ, &
eorum quæ facturus erat in ea. Item ad figurandum, quod ad manducandum condigne uerum pa
schæ in sacramento contentum, debeamus nos præparare per exercititia uitæ actiua, quæ signifi
cat per Petrum, hoc est, per opera misericordia, & per poenitentia actus; & etiam per exercititia uitæ
contemplativa, quæ per Iohannem exprimitur: hoc est, per orationes, meditationes & fer
uentem amorem. Item ad insinuandum, quod in cena illa nouissima erat finis imponendus sacri
ficijs ueteris testamenti, quod signabatur per Petrum, qui fuit specialiter apostolus circumcisionis
testamenti, quod per Iohannem notatur, qui euangelium conscripsit & predicauit in Asia. [Vespere
autem facto] scilicet quinta feria, die ad occasum tendente uenit Iesus à Bethania, à qua excepit ex
ire post meridiem aut circiter, & duodecim apostoli cū eo. Jam dictum est quod præmisit Petrus
& Iohannes, ut in Ierusalem pascha pararent, quomodo ergo uenit cū duodecim apostolis. Ad
quod respondendum uidetur, quod Petrus & Iohannes, facta dispositione de agni paschalisperpa
ratione, iuerunt obuiam Christo. Vel, uenit cum duodecim apostolis, i. cum maiore parte aposto
lorum, qui simili fuerunt duodecim. Frequenter etenim in scripturis ponitur pars pro toto, & eccl. E
uerso. Credit quoq; quod beatissima uirgo Maria & Maria Magdalena ac aliae deuotissimæ formi
nae Christi discipulae, secum exierunt Bethaniam, & cum ipso uenerunt usq; ad portam Ierusalem,
deinde recesserunt ab ipso, prout ipse disposuit, & non sine grandi dolore recesserunt ab iniuste, inno
duclissima & affectuofissima mater Iesu cum inestimabili dolore & anxietate ac planctu discensit
a filio suo supercharissimo, quem certissime sciuit statim passurum, & bene cogitauit quod eum
pliusion uideret, nisi constitutum in passione atq; in manibus aduersariorum suorum. Considera
mus ergo cum interna compassione & intima attentione, cū quali & quanta afflictione ac lachry
marina effusione, benignissima mater uirginea ab unico prædilectissimo filio suo separabatur
Luca 22. in hora illa, [Et cum facta esset hora, discubuit] i. hora uespertina agnum paschalem comedie
iuxta legis præceptum, [& duodecim apostoli cum eo.] qui in eadem mensa erant cum Iesu, atq;
ut legitur, iuxta morem terræ illius super terram seu pavimentum conaculi, non in sedibus cleua
tis a terra, sedebant. Insuper aliqui dicunt, quod ibi etiam erant septuaginta discipuli, uel qui
dam illorū in alia mensa. Hoc tamen nullus tangit euangelistarum, sed potius insinuare uidetur, q
ib; non erant cum Christo nisi apostoli, qui & secum exierunt post cenam, & fugerunt ab eo dum
capiebatur, inter quos tunc nullus septuaginta discipulorum fuisse uidetur. [Et ait illis] uidelicet
Christus apostolis: [Defidio desideravi] id est, ualde cordialiter concepiuisti hoc pascha] uidelicet
agnum istum paschalem, [manducare uobis sic antequæ patiar] morte. Huius autem tam uehe
mentis & sancti desiderij multe fuerunt rationes, & cause. Primo, quoniam ista fuit nouissima refe
ratio, quam cum suis in hoc mundo & in statu mortali fuerat habiturus. Amici autem ab iniuste
recesserunt, cum multo solent affectu ultimam refectionem simul accipere. Alia & principalior cau
sa fuit, quia in cena hac uoluit instaurare dignissimum euangelicæ legis sacrificium, ut pote sui cor
poris ac sanguinis sacramentum & sacrum Missæ officiū, inno & ordinis sacramentū seu sacerdotiū
nouæ legis. Dicendo enim apostolis, Hoc facite in meam commemorationem, fecit eos sacerdos
tes, & nouum testamentum instituit. Tertio, quia in cena hac uoluit ueteri testamento & sacrificijs
eius imponere item. Quarto, propter cætera documenta & uirtutum exempla, quæ tempore chris
tiani sequutum est hunc manducationem agni paschalis. Sicut quod ait, donec, excludit to
tum tempus sequens, ac si dicat: De cætero nunquam plus comedam agnum paschalem. Iuxta
quem sensum euangelista Matthæus ait, quod Joseph non cognovit Mariam donec peperit filium
suum primogenitum, id est, nunquam postquam genuit Iesum, sicut nec ante. [Et accepero calice,
gratias egit & dixit: Accipite & diuidite inter uos.] hoc est, post eum agni benedixit potum, quæ
dedit apostolis ad bibendum; ideo benedictio ista non fuit consecratio sanguinis sui, aut con
uerio uini in sanguinem CHRISTI. Nam ista benedictio consecrationem corporis sui san
guinis precessit, ut infra patebit. Propterea benedictio ista non fuit nisi benedictio potus, sed
cundum

Acto. 3
Acto. 5

Luca 22.

Cor. 11

Matt. 26.

DE PASSIONE CHRISTI ART. III.

Fol. CXXXVII.

A cundum qd cibus & potus benedicuntur ad mensam. Et pertinuit benedictio ista ad uetus pascha,
hoc est, ad agnum paschalem atq; legalem. Sequens uero benedictio, qua sanguinē suum consecra
uit & confecit ex uino, ad nouum pertinuit pascha, id est, ad sacramentum ac sacrificium nouæ ac
euangelicæ legis. Et ita uerifica quod assetit Glossa, & ex euangelij textu colligit, quod scilicet Christus
stus in cena calicē his accepit & bñdixit. Semel ante consecrationē corporis sui, & semel post eam.
Ex hoc quoque exemplo docentur fideles, ut ante refectionem benedicant escā & poculum. [Dī
co eni uobis, non bibā de generatiōe uitis], i. de uino quod ex uite producitur, [donec regnum dei
ueniat]. i. quoq; ecclesia instituatur, & per sacramenta formet, quia per Christi passionē & resur
rectionem est ecclesia instituta, qm̄ de latere Christi dormientis in cruce dicunt profluxisse sacramē
ta ecclesiæ, & per resurrectionē ipsius roborata est fides ecclesiæ primitiæ ac militantis: sicut Sal
uator post suam resurrectionē cum discipulis bibit de uino, quemadmodum in Actibus Princeps Actu. 10
apostolorū testaf, quod deus dedit Christum manifestum fieri nō omni populo, sed nobis qui man
ducauimus & bibimus cum illo postq; resurrexit à mortuis. Vel sensus est, quod post cenā ista nō
amplius bibit uinū in statu mortali & uita passibili, utpote eo mō quo nū poscauit. Porro ecclesia
militans, i. congregatio fidelium, dicit regnum dei, quia in cordibus fidelium regnat deus per fidē
& charitatē, per quas ipsi fideles obediunt deo. Deus quoq; per suos uicarios seu prælatos præst
fidelibus & regnat in eis, & spiritus sanctus est principialis rex ecclesiæ cā infallibiliter reges. [*Et Matt. 26,
edentibus illis], Lapofolis cum Christo manducantibus pascha, dixit: Amen, id est, uerel dicu uo
bis, quia unus uestrum me traditurus est, Nicus Saluator prædictus suā passionē, ita nunc prædicet
suā traditionē, ut sciamus quod nihil improbus accidit ei, & ne traditor putaret suum crimen esse
Christo incognitum, & etia quatenus ipse Christus ētū in se fuit, reuocaret ludā à suo iniquo p
posito, atq; ad poenitentiā eum induceret. Et contristat ualde. Primo, quia ex charitate doluerūt
de ranta impietate. Secundo, quia ad confusione & dedecū oīum eorum pertinuit, quod unus
eorum tantum facinus perpetraret. Tota cuius cōgregatio de honestatē ex magno excessu unius
membrī aut suppositū sui. Virtus quoq; & uirtutem unius de communitate, in totā communitate
aliquo modo redundat, cum tota congregatio aut communitas sit unum mysticum corpus. Ter
tio, qm̄ isto maxime condoluerūt suo cū illimo domino ac magistro, cuius passio ex hoc igno
miniosior reddebat, quod à proprio discipulo tradebatur. Quarto, quia ex fraterna charitate
doluerunt de lapsū & damnatiōe illius, qui scelus hoc fuerat commissurus. Excepunt singuli dice
re: Se excusando: [Nūquid ego sum dominus?] quasi dicant, Non. Primo unusquisque undeclam a
postolis inquisit, & examinavit de hoc conscientiam propriam, atq; tale aliiquid cogitasset. Secun
do inter se de hoc inquirebant, secundum qm̄ in Luca habetur: [Et ipsi cooperunt inter se quæ] Luke 22.
rere, quis esset ex eis qui hoc facturus esset. Apud Iohannem quoq; scriptum est: [Aspiciebant Joh. 13.
go ad inuicem discipuli, hæstantes] i. dubitantes [de quo diceret]. Tertio ipsum dominum interro
gando. Nam ut Marcus refert, Cooperunt ei dicere singulatim, id est, unus post alium, & unusquisq; Marci. 14
corū seorsum. Nunquid ego sum dñe? [At ipsi respondē] dominus, [ait: Vnus ex duodecim] Matt. 26.
postolis qui intingit mecum manum in paropside, id est, in scutella seu uasco, ex quo agnum
comedimus. Et forsitan quando Christus protulit uerbū hoc, solus traditor posuit manum suam cū
manu Christi in paropside, carteris prætristitia a manducazione ad tēpus cessantibus, & proditore
ex inuercunda audacia adhuc edente, quasi crimen illud non pertineret ad eum. Hoc tamen non
considerauerunt apostoli alii, sicut me tradet. Filius quidem hois uadit, i. per traditionē à suo disci
pulo occidetur, & de uita præsenti tolletur, atq; ad patrem exlefē redibit, sicut scriptum est de eo,]
in psalmo quo legitur: Etenim hō pacis meæ in quo sperauit, &c. [Væ aut homini illi] i. exterda da Psal. 40,
matio debetur & immunit ei, sicut peius quam prorsus nō esse. Vnde in Eccl. legisl: Me
sor est mors quam uita amara. Et rursus: Bonū est mori fine filii, quam relinquare filios neq;. De Eccl. 15:
nisi, quanvis per comparationem ad decorum uniterfi, inclusi si esse ipsos damnatos, & eos ma
nire in suis miseris, inquantum in eis reluet diuina iustitia, & gaudium beatorum ex eo uin cala
mitate aliquo mō augetur, iuxta quod scriptum est, Lætabitur iustus cum uiderit uindictam; ipsi Psal. 57.
mō damnatis, quo ad seiplos, minus malum esset, penitus non esse natu seu nūquam fuisse, quā esse
damnatorū. Præterea circa hoc quereri posset, si bonum fuisse Iudea proditor quod natu nō fu
isset, cur deus fecit eum? Respondendum quod deus facit id quod suam condecer bonitatem, nec
hoc dimittit propter creaturarum malitiam & abusum. Ideo quanvis ipse præsciat reprobos peri
turos, atcam condit eos, non ut pereant, sed ut saluentur. Ipse enim uult omnes homines fieri
saluos. Reprobū autē propria libertate se auertunt à deo. [Rñdens autē ludas qui tradidit eum, di
xit:

D. DIONYSII CARTHUSIANI

xit: Nunquid ego sum Rabbi? Ex quo alij apostoli interrogauerunt singulatim, Nunquid ego sum **D**omine? etiam Iudas interrogauit ne de crimine notaret. [Ait illi Iesus: Tu dixisti.] i. in tua interrogatione protulisti uerba tua crimen exprimita, Si enim ab interrogatione illa, Nunquid ego sum rabbi, remoueat hoc signum, nunquid, et accipiat quod remanet, i. ego sum rabbi. i. o magister, ego sum qui tradam te, uero exprimit quis traditurus fuerat Ch̄ris, huc Ch̄ris dicendo ad Iudam, Tu dixisti, dedit ei intelligere, se scire quod ab ipso esset tradendus. Alij tamen apostoli, Ch̄ris sic ordinante, ita non intellexerunt haec Ch̄ri uerba. Noluit enim Ch̄ris quod ip̄i scirent quis traditor esset, ne contra illum insurgerent, & ne in mensa pacis oriret litigium, & etiam quia saluator noluit suam impedit traditionē. Hinc quoque non expressit in scripto a quo esset tradendus, p̄sertim quia Iohā. 13. occultum crimen Iudei noluit aliis publicare. His uerbis addit Iohan. euāgelista. [Et erat ergo recūbens] i. quiescens [unus ex discipulis Iesu in sinu eius] s. ipse Iohannes [quē diligebat Iesu] nō solū illum, quia et alios diligebat, sed specialiter i. magis familiaris, quia maiora dilectionis indicia manifestavit Iohanni. [Innuīt ergo huic Simon Petrus, & dixit ei] Jn̄tu, non uerbis; [Quis est de quo dicit] Iesu, quod tradet ab uno n̄m? [R̄ndit Iesu] basse, ita quod solus Iohannes audiuīt; [Ille est cui intinctum panē ego porrexero. Et cū intinxisset panem] i. buccellam non consecrata in paropſidem uel in uinū, [dedit Iudei Simonis Icariothis] proditori; quo factō, Iohannes non indicauit Petro responsū, uel quia Ch̄ris prohibuit hoc Iohanni, uel menti eius inspirauit, ne indicaret; uel quia Iohannes prae tristitia uix potuit loqui, aut modice obdormiuit. Petrus aut̄ tam feruidus fuit in Christi amore, quod insurrexisset in proditorem, si sciuisset quis esset. [Et post buccellam] i. statim post predicti panis intincti sumptionē à Iuda, [introiuit in eum satanas] i. aliquid de nouo, & abſudāt̄ Ḡtius q̄lante, operabāt̄ in proditore, totaliē occupando eum, ita quod à propoſito pessimo non pote rat reuocari. [Et ecce facta] i. partim cōpleta, uidelicet agno paschali comestio, s. surgit & ponit i. partim exuit uestimenta sua, ut pote uestem superiorem, p̄parando se ad lauandum pedes dicit pulorū. [Et cum accepisset linteum, p̄cinxit se.] Hiū describit qualis filius dei ex profundissima humilitate lauare dignatus est pedes ap̄lorū. Et huic historiā nō op̄ortet hic immorari, quia in die coenæ pp̄lo predicat. [Deinde misit aquā in peluum, & uenit ad Simonē Petru] s. quia incepit à Petro, quem in multis honorauit prae aliis, quā uoluit eum facere sūtū generalē ac summū uicarium atque pralatum supra totā ecclesiam, & príncipem ap̄lorū. [& dicit ei Petrus] ex tanta Ch̄ri humilitate ac dignatione obstupefactus ac territus: [Dñe, tu mihi lauas pedes?] q. dicat, Hoc nullatenus decet, cum tu sis filius dei & rex, Messias in lege promissus, mundi saluator & innocens agnus dei, carens omni peccato, dñs & magister omn̄i n̄m; ego aut̄ sum homo peccator, pauper et uilis pīscator, seruus & discipulus tuus. [R̄ndit Iesu & dixit ei: Quod ego facio, tu nescis modo] i. nondum agnoscis ob quam causam uelim ueistros lauare pedes. [Scies aut̄ postea] i. postq̄ lauero pedes ueistros, exponā uobis sp̄ualem causam operis huius; quia non uolo pedes ueistros lauare propter corporalem pedum purgationē, sed ad dandum perfectę hūilitatis exemplū, & item ad designādum quod sp̄ialis lotio cordium, seu purificatio affectionū ab omni forde peccati, sit necessaria ad salutem, atq̄ ad corporis & sanguinis mei perceptionē, quā uobis post pedū ablutionē uolo cōferre, [dicit ei Petrus] Non lauabis mihi pedes in aeternū] i. nunq̄ hoc sustinebo, ut tu rex celorum, unigenitus dei, tantū humilis & inclines te corā me. Feruens amor interdum caret oculo discretionis, ideo sanctus Petrus uidet̄ in uerbis his se habuisse aliquālī indiscretē, non acquiescendo infallibili. **F**ili suo magistro, cuius iudicium debuit proprio p̄ſerre iudicio, & cito obtemperasse, quanuis ex quadā carnalitate, humilitate atq̄ ex magna reuerentia Ch̄ri ita habuerit se. [R̄ndit ei Iesu: Si nō lauero te, non habebis partē mecum] i. nisi obedieris mihi in isto, non eris particeps gloriae meae in regno cœlesti, nec de plenitudine mea accipies partem gratiae meae, nec eris membrū mystici corporis mei, nec uerus discipulus meus; qm̄ inobedientia illa fuisset mortalis culpa, in qua si Petrus māſſisset, perifisset. Poteſt & ita exponi: Si nō lauero te, i. n̄fatuus purgauero te per ḡiam à peccato, & n̄fatuus sanguinis mei redemero te à reatu originalis peccati & à ceteris tuis malis, non habebis partem meū. De hac lotione scriptum est in Apocal. Ch̄ris dilexit nos, & lauauit nos à peccatis n̄is in sanguine suo. [Dicit ei Simon Petrus] tanta cōminationis conitruo uehemēt perterritus: [Dñe, non tñ pedes meos, sed & manus et caput] i. non tñ tibi offero pedes meos ad lauandum a te, sed & rotum corpus, quia pro nullare mundi, neq̄ pro toto mundo uolo separari a te. Ecce tñ cito fui beatus Petrus salubriter territus, & ad salutarem penitentiā emollitus, atq̄ à proprio senſu ad extremū oppositum immutatus. Induratus aut̄ & reproubus Iudas, audita metuendissima illa Ch̄ri cōminatione, Vae homini per quem tradar &c. non est cōpunctus, territus aut conuersus. Studeamus igit̄ sancti apli Petri docilitatē, cōpunctionē penitentiālē sectari; & oēm proditoris incoerabilitatem, indurationē & inuercundī detefacti ac iugiter cūtare. Nam ut primo Regum Samuel ait propheta, Quasi peccatum arioladi est repugnare, et quasi scelus idolatriæ nō le acquiescere. [Dicit ei Iesu: Qui iotus es?] i. baptizatus, uel intus gratioso purgatus à uitijis, n̄o indiget nisi ut pedes lauet]. i. hoc solum ei necessarium est ad salutem, ut oēm immuniditiam suo

rum

DE PASSIONE DOMINI. ARTI. III.

Fol. CXXXVIII.

Arum affectū purget, de suis quotidianis peccatis efficaciter p̄cidentio ac satisfaciēdo quotidie. Dicunt autem affectiōes sp̄uſiter pedes, qm̄ sicut per pedes corporeos itur ac perueniunt ad locum optatum, ita per affectiones itur ac pertingit potissimum ad finem beatum aut miserum. Puræ etenim affectiones perducunt ad æternam salutem, affectiones vero peruersæ, iniuster, impuræ, ad perpetuam trahunt damnationem. Ratio quoq̄ uicti & virtutis & meriti ac demeriti, in vi affectiua et affectionibus p̄ſertim consistunt, secundum quod Augustinus testat, dicendo: Peccatum est adeo voluntarium, quod si non esset voluntarium, non esset peccatum. [sed est mūdus tortus]. i. ab omni mortalī culpa immunis ac purus est, qui puros habet affectus et voluntatem mundatā. Talis nanḡ est in charitate et grā, sine quibus affectiones animæ non sunt puræ; et qm̄ quædam peccata mortalia sint in intellectu, ut infidelitas, hæresis, imprudentia, insipientia, talibus tñ peccatis semp annexa est aliqua immuniditatis uoluntatis et affectionis. [Et uos] apostoli [mundi estis] nunc ab omni mortalī peccato, qui de culpis uestris præteritis p̄ baptisimū & penitentiā estis loti. [sed non oēs,] qm̄ unus uestrum, uidelicet traditor, est totus immūdus, auarus, sacrilegus, simoniacus, obstinatus. [Sciebat enim] Iesu [quisnam esset qui tradiceret eum; propterea dixit, non estis mundi oēs] & ita per uerba ista rursus admonuit Iudam, faciendo quod in se erat pro conuersione illius, sed ille incorrigibilis manuit. [Postq̄ ergo lauauit pedes eorū] uidelicet duodecim apostolorū, quia et proditoris sui pedes uisillimos ex inextimabili humilitate dignationē lauit, et ante genus sceleratissimi transfiguratioſis procumberet nō despectus, nec tam obdurate, ingratisimū ac inimicissimū hominis inquinatissimos pedes purgare ac tangere & tractare suis sanctissimis manibus abhorruit. Quanuis autem apostoli alij non sine granis humilitate, admiratione ac reverentia permetterent pedes suis lauari a Christo, tamen audita beati Petri increpatione, contradicere non audebant; nec infelissimus ille Iudas ex tanta Christi dignitate, dignatione, humilitate, beneficentia circa se fuit compunctus, aut à tradendi propoſito reuocatus. [Accipit] id est reinduitus uestimenta sua, expleto obsequio; [et cum recubuisse iter] id est, ad mensam reposuisset se ad instruendum discipulos, acq̄ ad instituendum sui corporis et sanguinis sacrificii, [dixit eis: Scitis quid fecerim uobis?] id est, quid corporis lotio ista significet, et cur lauauit pedes uestrōs. Scire nanḡ est rem per causam cognoscere, deinde exponit causam. [Vos uocatis me, magister et dñe, & bñ dicitis] in hoc. [Sum etenim] Christus quippe secundum utramq̄ suam naturā, est magister et dñs uorū fidelium, quia secundum naturam diuinam, est interior mentis instructor et sapientiae infinitæ magister, & dominus uniuersorum iure creationis, gubernationis et cōseruationis rerum in esse. Secundum naturā quoq̄ humanam, ut deitati unitam, fuit multiplici sapientia plenus, & discipulos proprio ore edocuit, dataq̄ fuit ei omnis potestas in cælo & in terra, & erat ac est legislator, rex ac pontifex plebis sue. Matt. 28. Et ita saluator non dixit haec uerba ex aliqua elatione, sed ueritatis amore, & pro nostra ædificatiōne. Nam subditur: [Si] pro quia[ergo ego lauui pedes uestrōs] existens [dominus et magister] ueſter, uobis incomparabiliter maior ac dignior, [et uos debetis alter alterius lauare pedes,] id est, uobis inuicem charitatib⁹ ac humilitatis deseruire, et obsequiosi esse etiam inferioribus, et si ratio postuleat, mutuo quoque uestrōs lauare pedes. [Exemplum enim dedi uobis] in ista lotione, per quam et alia pietatis obsequia designauit, ut quemadmodum ego feci, ita et uos faciatis. Seruus nanḡ et discipulus debet libetē se conformare suo domino ac magistro in actibus uirtuosis, et ciui sequi ueſtigia, [quoniam nō est seruus] in quantum seruus [maior] id est dignior [domino suo] post illūmum Christo, [neq̄ apostolus] maior est eo qui misit illum, imo omnes ineffabiliter inferiores & minores sumus Iesu Christo, nostro domino ac magistro. Si ergo tantæ excellentiæ dominus & magister, ita se humiliauit ac deseruivit; quanto magis nos defecuosi et modici, debemus in omnibus obsequiis esse ac humiles, nec aliquem aspernari; imo et aduersariis ac sceleratissimis peccatoribus libet erat atq̄ humili obsequi loco et tempore opportuno, nec desperare de aliquo? [Si haec] documenta & exempla mea [scitis, beati eritis si feceritis ea] id est, precepit haec et documenta ista impleveritis, obediendo mihi humilietur et ueſtigia mea sequendo; quia nō sufficit scire, imo (ut ait saluator) seruus sciens uoluntatem domini sui, et non faciens, plagi uapulabit multis. Hæc nanḡ scientia est practica, ideo ordinat ad opus, et augeat culpam in eis, qui non faciunt quæ sciunt esse agenda. Vnde et Iacobus ait apostolus: Scient bonum facere et non facienti, peccatum est illi. Et Psalm. Intellectus bonus omib⁹ facientibus eum. Hinc et princeps apostolorum: Melius, inquit, erat non cognoscere uiam iustitiae, quam post agnitionem retrosum reverti. Studeamus ergo imitari ueſtigia CHRISTI, ut digni simus ab ipso CHRISTIANI uocari. Nam ut in epistola Iohā. 2. sua ait Iohannes apostolus: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, et ipse ambulare. O quantum distant ab hac Christi doctrina, qui tam cito offendunt a proximis, ita ut eos uix possint aspicere aut affari, quando isti dignarentur inimicorum & persequitorum suorum pedes lauare. Ex consideratione ergo tantæ humilitatis & dignationis ac beneficentiae Christi, omnis clatio, amaritudo, indignatio & desiderium ultionis recedant in aeternum a nobis, et non uincamus R. 12. a malo, sed uincamus in bono malum.

¶ De insi

D. DIONYSII CARTHUSIANI

¶ De institutione sacramenti eucharistiae, de causa institutionis, de huius sumptione,
¶ & de ultimo suauissimo sermone domini. Articulus V.

Dominus noster Iesus Christus, in sacratissima illa cena nouissima, specialiter docuit nos duas uirtutes, uidelicet humilitatem & charitatem, exemplo seu opere & uerbis. Humilitatem enim docuit primo per exemplum, pedes discipulorum lauando; deinde per uerba, dicens: Si ego laui pedes uos fratres domini, et magister uester es tu, prout praecedenti articulo patuit. Deinde docuit perfectissimam charitatem. Primo per opera, dando discipulis suis corpus suum et sanguinem in cibum et potum; deinde per uerba, Mandatum iniquens, nouum do uobis, ut diligatis inuicem licet dilexi uos. Itaque sequitur in Mat. 26. ordine textus & historia dominice passionis. ¶ Coenantibus autem eis] puta apostoli cum Christo, accepit Iesus panem triticeum & azymum non fermentatum in manu sua. ¶ Et gratias egit. Secundum quod homo deo patitur, a quo omne bonum procedit. [Fregit ac benedixit], i.e. sua diuina, infinita et omnipotente uirtute, panem illud conuertit in proprium corpus, [deditque discipulis suis, & ait: Accipite et comedite: Hoc est corpus meum, quod pro uobis tradet.] Circa haec possent multae et maximae difficultates moueri, sed oibus illis reliquis, solum tangenda sunt hic ea que expedit sermocinari ad populum. [Hoc facite in meam commemorationem] i.e. faciem istud consecrate, celebrate ac sumite in assidue memoria charitatis meae ad uos, ac amarissime passiois, quam nunquam sustinebo pro uestra redemptio. [Similiter accepito calice postquam coenauit] i.e. post esum agni paschalis] gratias egit deo patri, [& dedit illis] non uinum, sed sanguinem suum, quem cosecuit & consecravit ex uno, ipsum uinum transubstantiando in sanguinem suum, sua omnipotente ac diuina uirtute, qua totum mundum produxit ex nihilo, [dicens: Bibite ex hoc calice] omnes: Hic est enim sanguis meus, qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.] Dicunt autem doctores coeteri, & diuinus Dionysius scribit hoc, quod dominus Iesus dedit etiam Iudee proditori suum corpus ac sanguinem, quoniam crimina ludar erant occulta, & illa Christus noluit publicare, si autem non dedisset ei sicut & coeteris apostolis corpus suum et sanguinem, prodidisset facinora eius. Dicunt quoque doctores coeteri, quod Christus personaliter sumpsit hoc sacrum, non propter indigentiam aut profectum sui ipsius, sed ad dandam aliis salutem exemplum, atque ut nullus fidelium, quoniam tunc pfectus auctus sanctus subtrahat se a sacra coione, nec tanti sacri paruipendat perceptionem. Attendantamus igit diligentissime et frequenter ardenter charitatem domini nostri Iesu Christi ad nos. Nam ipse ex sua aeterna et diuina dilectione ad genus humanum, allumpsum frumentum in remissionem peccatorum, auxiliu et salutem: quoniam in hac cena corpus suum dignissimum ac sanguinem preciosissimum contulit nobis in cibum salutificum et in saluberrimum potum: in cibum inquit et potum animas nostras. Deinde in crucis patibulo obtulit se ipsum pro nobis deo patri in oblationem et hostia sua uitatis. Nec charitati sue sufficit quod ita semel dedit discipulis, et quod semel se immolauit in cruce pro nobis, sed ex incomprehensibili charitate ac sapientia ordinauit & iussit, ut corpus suum et sanguis a sacerdotibus quotidie in ecclesia consecrentur, et deo patri in Missa officio immolentur pro communione ecclesie bono, pro fructu multiplici, pro diuersis causis propriae, pro copioso subsidio uiuorum ac mortuorum, & ut etiam cunctis fidelibus detur corpus dominum. Ecce quod preciosissima refectio. Ecce quantus honorauit et exaltauit nos dominus et salvator. Ideo ait Chrysostomus. Vide quali es honoratus honore, et quali mensa potiris, quod angelii sancti mirantur, nec sine paurore audent respicere propter inuisibilem coruscationem ac dignitatem sacri ictus, sed prohdolor, dici iam potest illud ex Psal. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, et simili factus est illis. Non enim attendimus beneficia dei & excellentię gratiae nobis collatae, neque ad uitiam multitudinem magnitudinem donorum Christi, sed per ingratitudinem & per peccata carnalia, et uilem ac impium uitam uilificamus nosipos, & facimus nos brutis uiliores ac deteriores. Itaque consideremus deuote, cur dominus & salvator sacrum istud instituit, et illud a sacerdotibus celebrari a cunctis fidelibus accipi iussit. Nam (ut tactum est) primo hoc fecit, ut ex sacra ictus celebratione, oblatione ac sumptu iugiter memores sumus profectae et ardenter charitatis Christi ad nos. Summa nang et ardenter charitatem liberalissima charitas est, dum idem est dator et donum, hoc est, dum aliquis donat alteri semetipsum, et maxime quum praestet se alteri in cibis & refectione, et quoniam totum hoc agit non propter proprium comodum, sed propter alterius profectum, indigentiam atque salutem. Ideo quotiescumque uideamus sacrum hoc celebrari et deo patribus in officio Missae offerri, et quotiescumque illud accipimus, recordemur tantae charitatis Christi ad nos, & quod ex nimia dilectione sua ad nos, rem frumentum naturam, & dignatus est fieri hoc. Sicque accendamur eius amore, et in pura dilectione ipsius crescimus, oem carnalem amorem et cupiditatem, oemque rancorem oino abuidentes ac detestantes. ¶ Secundo instituit & celebrari offerritque a sumi praecipit Christus hoc sacrum, quatenus ex celebratione, imolatione & sumptione huius primitissimi sacri, recordemur amarissimam passiois ipsius et omnium que ipse pro nostra salute assumpsit, fecit ac pertulit; et sic ex toto cordis affectu gratias ei agamus et mente et ore et opere ei gratias esse conemur, et propter eius amorem ac passionem libenter sustineamus approbria et aduersa, uigilias, ieiunia, abstinentias, disciplinas, & consumilia penitentialia opera, quae solent corpori esse molesta. In omni ergo officio Missae et

Ephes. 5. Psal. 48

DE PASSIONE CHRISTI ART. V.

Fol. CXXXIX.

A in sacra communione reminiscamur cum ingenti deuotione beneficio dei nostri Iesu Christi, et specie littera sua salutiferam passionis ac acerbissimam mortis, quas tam charitatius ac patientissime tulit pro nobis. Et certe uero illis, qui in celebratione Missae statim coram diuinae maiestatis presentia, et coram diuinissimo sacro corde ingrato, distracto & indeuoto, & sine reverentia ac timore, persim hinc hinc libidinosè alpicunt, curiosè & superbeli gerunt, nec curant agere ea propter quae institutum est sacrum hoc ac Missa officium. ¶ Tertio instituit dominus Iesus hoc sacram proprie multiplicitate utilitatem. Est enim hoc sacram cibus & potus animarum. Ideo ea que corporales cibi ac potus operantur in corpore, operantur hoc sacram in animabus celebrantium ac coicantium, nisi sit defectus ex parte ipsorum, hoc est, nisi per ingratitudinem, negligientiam, aliave peccata ponatur obicem gratiae dei atque sacram huius effectibus. Itaque sicut corpori cibi ac potus corpora roborant, uita coheruant, et ad conseruandam quantitatem perdurant, deperditum quoque restaurant, et comedentes ac bibentes efficiunt hilares et ad operandum idoneos, ita hoc sacram altissimum animas celebrantia ac coicantium spiritualiter roborant, et ad incrementa perdunt uirtutem, ut amorem gratiae coheruant in esse, et spiritualiter coherent lassitudinem, atque pteritis negligientias facit recuperare, iram, concupiscentiam, inuidiam, ac cetera uita facit uitare, et ad oem actum salubrem efficit aptum, charitatem inflamat, deuotionemque nutrit. Et tocius istud celebraz de his, qui corpus & sanguinem salvatoris digne celebrant, sive suscipiunt, qui si timorante se curat habere coram deo, & tempore solliciti sunt, ne ingrati aut rebellis sint Christi. Qui uero negligentes sunt et carnales, nec solliciti sunt ad uitandum ad minus omni peccatum mortale, propter suam perueritatem, ingratitudinem & abusum, incurruunt grauiorē damnationē indignē celebrando aut coicando, imo ut ait apostolus: Quicunque manducauerit panem hunc uel biberit calicem domini indignus, reus erit corporis & sanguinis domini. ¶ Co. 14.

B quis domini, et talis homo iudicium sibi manducat et bibit, non iudicantis corpus domini. ¶ Sacrum hoc non distinguitur a aliis cibis, sed irreuerens illud accipiens quasi aliud quelibet cibum. Et talis magis mereatur dicendi canis uilia et impudicus, quam Christianus. ¶ Quarto instituit Christus hoc sacram in remissione uictimae, quod in extrema infirmitate ab oibus ad hoc dispositis deuotissime est sumendum, et eos qui sumunt, specialiter munit contra insidias demonum, animasque confortat ad peragendum iter illud terribile ad iudicem summum, et eas perducit ad finem beatum. Propterea sacram hoc rationabiliter appellatur uictoriam. ¶ Quinto Christus hoc sacram instituit in magnum et copiosum substadium defunctionis, quoque animas in purgatorio existentes, utlare specialiter ac multipliciter adiuuant ac liberant tanti oblatione ac merito sacramenti. ¶ Sexto instituit illud, ut sit quotidianum, sumendum ac sufficientissimum sacrificium militantis ecclesie ac euangelicae legis, cuius sacrificij figura fuerunt oia sacrificia legis scripturae. Num. 12. ¶ Septimo et principalissime instituit filius dei sacram hoc in perpetuum honorum et gloriam patris aeterni, imo totius superbeatissima trinitatis, cui per sacrum huius consecrationem, oblationem ac sumptionem tota ecclesia incessanter offert et exhibet sumendum honorem, laudem et gloriam, eiusque maiestate, omnipotentiam, charitatem, pietatem ac beneficia in usu et oblatione sacri istius confiteat, uenerans atque extollit. ¶ Præterea nunc breuiter est tangendum, qualiter sacram istud sanctissimum sit sumendum: et quia (ut dictum est) unigenitus dei ad preparandum agnum paschalem, Matt. 21. misit gloriosos principes apostolorum Petrum, per quem designat uita actua, et Iohannem, per quem Iohannes, per quem figura uita contemplativa, idcirco ad perceptionem sacri istius nos preparare debemus per exercitia pietatis et uita contemplativa, idcirco ad perceptionem sacri istius nos preparare debemus per exercitia pietatis et uita contemplativa, idcirco per actus satisfactorios & penitentiales; & item per exercitia pietatis et uita contemplativa, per mentis expurgationem, per conscientiam examinationem, per sanctas meditationes, per uerae contritionem, per confessionem plenariam, per orationes, contemplationes & laudes altissimam, & succincte loquendo, qualiter debeamus manducare hoc sacram, docemur ex his quae in Exodus scripta sunt de modo comedendi agnum paschalem, de quo ibidem in cetera legit: Non come Exodus 12. deis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum igni. Per quod dat intelligi, quod ad sumptionem sacri debeamus nos preparare, non per sapientiam humanae ac secularium, quae significant per aqua, nec per superficiem attentionem aut conscientiam indiscussionem, quae oia significant per ignis assensionem. ¶ Insuper preceptum fuit, ut agnus paschalis manducaretur cum lactucis agrestibus, que sunt herbae ualde amarae, per quod dat intelligi, quod ad sacrum susceptionem disponere nos debeamus per cordialiter de nbris peccatis dolorem & amarum compunctionem. Ad hoc enim quod sit uera contrito, necesse est ut plus doleamus de nbris peccatis, de delictis, desumimus & incolumitabilis boni amissio. ¶ Deut. 6.

Matt. 22. Luce 10. Exod. 12.

Fuimus in quocunque temporali damno aut corporali incommode, secundum quod tenemur deum super oia incoparabiliter diligere, quemadmodum etiam malum culpae incoparabiliter peius est malo peccata. Fuit ut quoque preceptum, ut comedenter agnum paschalem accincti renes, ad innuendum quod celebrantes ac suscipientes hoc sacram, debeant uiuere continentem, imo castissimum, quoniam sacram istud spiritualissimum diuinissimumq; constituit, ideo uita carnis summe prohibita sunt uniuersis hoc incomprensibilis sacram celebrantibus et sumentibus. Iterum iustum fuit, ut stando et cum celeritate comedenter agnum paschalem, per quod insinuat quod accepturi hoc sacram, debent per iustitiam & rectam intentionem

A intentionem

D: DIONYSII CARTHUSIANI

tentionem esse ad deum erexit, & ea que placent deo, uelociter sine acedia adimplere. ¶ Postremo D praeceptum fuit, ut comedentes agnū paschalem, haberent in pedibus calceamenta, baculosque tenerent in manibus. Per quæ figurabat & accepturi hoc sacrum, debent se munire sanctiora patrum exemplis, atq; initii fidei sanctæ matris ecclesiæ, et esse dispositi ad profectum virtutum, q; de peregrinatione huius exilij ut peruenient ad patriam illam cælestem beatitudinem supernā. Quilibet ergo ante huius sacræ perceptionem, medite ac penitent in effabilem huius sacræ dignitatem ac sanctitatem, ac propriâ defectuositatem et culpam, sc; nō nisi cum grandi reverentia, timore et charitate accedat. ¶ Deniq; vniuersi qui sacramentum suscipiunt, uigilantissime studeant Chro grati cōfittere, nec ad pristina redeant uiria, ne sicut in felicis Iudas uenidit Chro, sic et ipsi recidiuando

Ioh. 13. loquitur. Cum aut̄ dñs Iesu Chro modo præfato plenissimè ac excellenterissimè do cuisset charitatem per facta, consequenter docuit ea simili modo per uerba, docendo: [*Mandatis nō uobis, ut diligatis inuicem,] Sancta et spūali dilectione, [sicut dilexi uos,] Id dicit̄ om̄is, non q; nr̄a dilectio ualeat esse æqualis dilectioni Chri, sed q; eius dilectionem debeamus sequi pro posse. Est aut̄ spūali dilectio, per quā unusquisq; desiderat suiplius ac proximorū suorum uerā salutem, & oīa quæ accōmoda aut necessaria sunt ad obtinendū beatitudinē æternā, atq; ad proficiendum in charitate & omni virtute. Qui aut̄ diligat seip̄m aut̄ alios carnali aut̄ mundano amore, uiuē delice et propter propriū uel alterius uoluptatem, diuinitas aut̄ temporales honores, non uerē amat, sed odit seip̄m ac proximū: quia hoc appetit sibi ac proximo, quod est contrariū suū ac proximorū saluti: & tñ proh dolor multi parentes hoc modo amāt se bolem suam, & multi mariti uxores suas, ac plurimi cognatos ac socios suos, idcirco ad Chri discipulatum er gregem nō pertinent. Propter quod Chro subiungit: [In hoc cognoscetis oīa q; discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem], i.e. hoc patebit cunctis cōsiderantibus uos, q; suis ueracis Christiani, si uiderint ac sentent per exteriora indicia, quod inf̄ uos habeatis mutuā charitatem, uidelicet spūali amorē, pacificē inter uos conuertando, atq; uos inuicem prouocando ad profectum virtutum, & charitatue iuuando ad sempiternā salutem per fraternalē correptionem, exhortationem, exemplare, uitam. Per haec nanc̄ & consimilia probabiliter sc̄i quod charitas sit in eis qui taliter cōuerfant, q;uis & de seipso, neq; de aliquo possit quis certitudinaliter agnoscere quod sit in charitate, absq; reuelatio ne diuinā. Chro ergo fuit & est magister charitatis, pacis & unitatis, & qui charitatem, pacē et unitatem concordiae amplectunt, cōseruant ac aliis monstrant, sunt uerē Chri discipuli, christianitatisq;

Iohan. 15 nomine digni. Ideo rursus dixit in sermone quem fecit post eccl. Hoc est præceptū meum, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos. Paulus quoq; apls: Estote, inquit, imitatores dei sicut filii charissimi, Ephes. 4 & ambulate in dilectione, sicut et Chro dixit nos. Et rursus: Solliciti sitis seruare unitatem spūi in uinculo pacis. Hinc aī & principes aplorū: Ante oīa mutuam in uobis metipli charitatem cōtinuā habentes, q;ācharitas operit multitudinem peccatorū. Nempe ut asserit Augustinus, duo amores, duas efficienti ciuitates. Nam amor sui crescent usq; ad contemptū dei, ciuitatē efficit Babylonis, i.e. regnum diaboli, ecclesiam malignantū, corporisq; Antichristi. Amor aut̄ dei crescent usq; ad contemptū suiplius, facit ciuitatem Dei, regnum Chri, ecclesiam electorū. Vnde iterū asserit Augustinus: Sola charitas distinguit inter filios Dei filiosq; diaboli. Idcirco qui charitatem nō habet, sc̄i se esse membrū ac seruum diaboli. Qui aut̄ uult sc̄i an habeat charitatem, perpendat quod ait Apls:

2. Cor. 13 Charitas non æmula, non agit perperā, non inflat, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt, & Luc. 22 non iritat, non cogitat malum, non gaudet super iniquitatem. [*Facta est aut̄ contentio inter eos] uidelicet inter apostolos, quis eoz uideret esse maior. Dicunt quidam quod cōtentio ista fuit humilitatis, ita quod ex humilitate cōtendebant & cerebant se inuicem, p̄uenire honore ac seruitute.

Chryso. Chrysoftomus uero & alii multi dicunt, quod fuit cōtentio cuiusdā elatiōis, ita quod humanū ali quid passi sunt, et inter se disquicrebant quis futurus esset eorū ap̄t̄, Chro eis sublato. Ex q; enim audierat à Chro quod passio sua instaret, solliciti erāt quis loco Chri eis p̄sset. & forsitan unus uoluit istum p̄esse, alias illum, sicut adhuc in electionibus fieri solet. Veritamen nō potu quod alios eorū fuit tam imperfectus, carnalis et ambitiosus, quod uoluit seip̄m ad p̄sidentū īgerere, aut contentiose asseruit se alīs aptiore esse ad p̄sidentū. Dixit aut̄ eis Iesu, reprimēdo tales eorū contentionem, et declarādo quis dignior esset ad p̄sidentem: Reges gentium dominant̄ cor, i.e. terreni reges ac principes cum fastu superbiæ et libidine dominandi p̄sidentis suis cōtēt. Nam potius queunt propriū cōmodum et honorē, q; subditosq; prosperitatē et bonum reipu. [& qui potestate habent super eos, benefici uocant̄,] i.e. q; potentiores sunt ceteris, magis laudant̄ à suis ministris, et talibus plurimi blandiunt̄. [Vos aut̄ non sic], i.e. tales esse nō debetis, sed qui major est in uobis]. i.e. aliquo dono dei eminentior, ut pote nobilior, sapientior aut̄ yuosior. [Fiat sicut junior] id est, seip̄m ualde humiliet & modicū reputet, cōsiderando se quoad ea, in quibus est defectuofus, & iunioribus similis aut̄ imperfector eis: dona quoq; quæ haberet, deo humiliū ascribendo, nō se inde inanire extollendo. [& qui præcessor est] id est, q; alios antecedit autoritate, prudētia aut̄ uirtute, fiat sicut ministrator, id est, per charitatem et humilitatem seruari inferioribus. Vnde in Eccle-

gastico

A fisticō scriptum est: Quanto maior es, humili te in omnibus. Huius aut̄ documenti præbuit Chro Eccl. 3: se exemplū, subdendo: [Nam q; maior est,] id est, dignior[qui re cumbit] id est, q; sedet ad mēsam aut̄ quiescit in cathedra, [an q; ministrat] taliter recumbēt: [Nonne q; recumbit?] q; dicat, vtq;. Nam inquantū recumbens & ministratio ab alio sumens, est maior. Similē q; ministrat, inquantū ministrā, extat inferior, loquēdo de ministro indigēt ac seruilitans propriū dicit, nō de ministerio p̄sidentis, quo pontifex sumimus ceteris ep̄i ac p̄sidenti dicunt̄ serui fideliū. [Ego aut̄ Ioh. 13, in medio uestrū sum sicut qui ministrat.] id est, quāuis reuera sim maior uobis, tñ intantum humili me, quod uobis deseruo. Nam et pedes uestrō nūc laui, et in isto debetis me imitari. Ecce ex his docimur oīm ambitionē odire ac deuitare, & malle subesse et obedire, q; p̄selle sue iubere. P̄sumenterofum nūc et stultum est, seipsum ad p̄sidentū īgerere, p̄sidentū in spūali regimine, & signum quod homo nō timeat iudicium dei, qui faciet iudicium durissimū in his qui p̄sapien, & sunt, atq; ut sanctus ait Grego. Numerarii culpæ non queunt, quæ ex ambitione nascunt̄: & quē Grego, nunc delectat esse iudicem hominū, postea non delectabit uidere iudicem deum. Hinc rursus dicit Grego. Quoties hominibus p̄selle affecto, toties deum meū p̄sere desidero; & unusquisq; p̄sidentis toties ad apostolū crimen delabif, quoties in seipso honorari conat̄, aut in honore sibi exhibito delectat̄. Consideret ergo unusquisq; quod non sufficiat ad regendum seip̄m, & quod nihil in mundo periculosus sit, q; curam habere animaq;. Hinc quoq; ait Chrysoftomus: Principes mundi Chryso. ideo sunt, ut dominen̄ subditis suis: Principes aut̄ eccl. sive ut seruant sibi cōmis̄is, & ut proprias utilitates postponant, quatenus subditosq; utilites proculent, ino nec mori reculent pro illo, sa-

B lute. Primatū secularem appetere, etli ratio nō est, tñ causa aliquā est. Pr̄sidentū aut̄ eccl. concupiscere, nec ratio est, neq; causa: quia nec iustum, nec utile est. Quis em̄ sapiens uelit se subiitare seruitū & tanto periculo, nūl forte qui non credit dei iudicium, uel qui deum non meruit impios puniūtur? Vnde denuo scribit Chrysoftomus: Quicunq; cupit primatū cælestem, primo sequatur humilitatē terrestrem: qui aut̄ desiderauerit primatum in terra, inueniet cōfusionem in cælo. Pr̄sidentū fugiente se desiderat, desiderante se horret. Ecce ex his constat, quod erit periculum sit seculare appetere dignitatem, officium aut̄ primatū: quia nec illo primatu aut̄ officio dignus est, nūl qui uerē prudens ac uirtuosus existit. Deinde Chro cōmendauit aplorū suorū fidelitatem, arḡ constantiā, quas habuerūt huic sibi. [Vos aut̄ apli & principales discipuli mei, estis, q; permanestis mecum in tentationib; meis] id est, in pericutionib; q; s; iudicis sustinui. Vnde & Thomas aī hæc Ioh. 11 condiscipulis dixit: Eamus & nos, & moriamur cum illo. Et q; Chro dixit hæc uerba in coena, Iudas proditor exierat, [& ego dispono uobis regnum] id est, pro mercede tangē fidelitatis & aliorū meritorū uestrorū, dare intendo uobis locum & gloriam in regno cælesti. Vnde ut apud Iohan. legit̄ in sermōe post coenam, dixit: Vado parare uobis locum, et iteg ueniam et assūtam uos ad me ipsum. Sitū dispositū mīhi p̄ id est, sicut p̄ aeternū p̄parauit mīhi secundū mean humanitatem esse in regno cælesti, non sine p̄cedētib; tribulationib; multis, quia oportuit pati Chro, Luc. 24. & ita intrare in gloriam suam. Sit edatis et bibatis super mensam meā in regno meo] id est, in cælesti paradise reficiāmini beatifica uisione diuinæ essentiæ, atq; aeternæ & increatæ suavitatis fruitione, secura quoq; & perpetua possessione hæreditatis supernæ, non corporeo cibo aut̄ potu, sed spūali, que per corporalia metaphoricē designant̄, quia a rudibus aliter capi non queunt. [& sedea cōsiderat super thronos] id est, in iudicariā potestate collocemini ac loco iudiciali, [Iudicat̄es duodecim tribus Israēl] id est, homines uniuersi, qui in finali iudicio iudicabunt, quorū iudices erunt apli et uiri perfecti aplicām cōsanctitatem secuti, non proferendo sententiā, quæ a solo Chro est proferēda, sed iudicabunt assessoria dignitate, tanq; amici et secretarij iudicis summi. ¶ Deniq; istum honorē et p̄mūliū istud accidentale promisit saluator etiā ante hanc coenā apli, q; Petrus dixit ad eū: Ecce nos reliquimus oīa, et secuti sumus te, quid ergo erit nobis? Sed ne sancti apli ex hac sua com. Matt. 19 mandatiōe extollerent, aut periculosa securitate resoluerent et fierent negligentes, Chro mox p̄nuntiat̄ eis p̄lūm tentatiōis, quod eis instabat. [Ait aut̄ dñs] Iesu [Simon] Juidelicet Petro, qui a tempore sua circūfisionis uocatus est Simon, sed a Chro uocatus est Cephas ac Petrus: [Simon, Iohā, r. ecce satan] id est, diabolus, qui omni aduersat̄ uirtutē, et cunctis dei ministris repugnat. Satan enim interpretat̄ aduersariū. [Expetiuit uos] id est, licentia petiūt impugnandi uos apli, q;ā sine p̄missione alicientia dei & angelorū sanctorū nō possunt homines impugnare. Vel, expertiuit uos, hoc est, exquisitē & audiē quæfuit uos ad subuentum ex sua iniuria atq; malitia, ut cribrarer sicut triticū] id est, tentatiōis suarū agitatione ac impetu q;scuteret, et extra statum gratias proīceret uos, quēadmodū frumenta cōcūtūnt̄ in cribro, ut pura grana seu farina egrediat̄ & cōseruet, et furfur seu palea maneat in cribro. Sic sanctis apli euidentibus ac superantib; tentamēta diaboli, proditor eius remansit in cribro tentationis. Hanc tentationem apli Chro p̄dixit specialiter Petru, tanq; futuro pastori eccl. q;ā ad pastores spectat̄ esse bñ prouisos et cautos aduersus tentatores infidias, & alios super hoc admonere, & item ad temperandum sancti Petri audaciam, ne p̄z cæteris de uiribus suis incaute p̄sumeret. Tertio, ut tam Petrus q; alij diligentius se armarent arma-

C tura

A ij tura

ura virtutum contra bella temptationum instantium. [Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua.] **D**
 Quare magister bonus & pastor fidelis non dixit, Ego rogaui pro uobis, ut non deficiat fides uestra.
 Aut nunquid pro solo Petro rogauit? Et in dendum quod utriusque specialis rogauit tam pro persona
 Petri, qd pro eius ecclesia, puta Romana. Primo, qm Chs sciuit beatum Petrum ceteris aplis, de
 quibus loquebat, grauius esse causam per triuia veritatis negationem, ideo magis necessarii fuit Pe-
 tro otonis Chs auxilium. Secundo, quia Petrus futurus mox erat praeful cotius ecclesie, et gene-
 ralis ac plenus Chs vicarius super uniuersos fidèles, ideo dñs Iesus specialis fuit pro Petro sollicitus,
 & maior fortitudine in fide, ac gratia copiosior fuerunt necessariae Petro. Tertio, qm Chs decreuit ec-
 clesiastis Petri specialis conseruare in fidei sinceritate, deficientibus aliis aplois ecclesie. Rogauit
 ergo Chs pro Petro, ut fides eius nec in toto, nec diu deficeret, nec ipsa Ro. ecclesia a fide corru-
 ret, quis ipse Petrus ad modicum tempus dubitatus fuit in fide. [Et tu aliquando cōuersus, confir-
 ma frēs tuos] id est, quod suscepit sp̄sancto fuerit plenē cōuersus ad deum ac cōfirmatus in grā.
 cōrborabat p̄ximis tuos regimini cōmittendos, in fide & omni iurite, p̄terba & exēpla atq̄
 miracula, quasi dicat saluator: Tunc memor sis pietatis et gratias desuper tibi concessas, & sicut de
 us fecit misericordia recum, ita fac cum proximis tuis, atq̄ ex propriæ infirmitatis ac ruinae expre-
 sientia, disce alii misereri et subuenire. [¶] Porro qd fideliter electissimus iste Petrus hoc fecerit, in
 Actibus apostolorum describitur, & ipse Petrus in prima sua canonica hortat cunctos ad istud agendum.
A. Et. 1, 2. Petri 4, dicendo: Vnusq; sic ut accepit ḡam, in alterutru illā administrantes, sicut boni disp̄latores mul-
 tiformis ḡa dei. Permitist autem deus suis fidèles tentari: Primo, qtenus tentatiōibus uiriliter resistē-
 do, mereant̄ eternali coronari a deo: quia uit ait aplo Paulus, Non coronat nisi qui legitimè certa-
 uerit. Secundo, ut per laborem temptationis mereant̄ etiam in præsentis degustatione internæ quie-
 tis ac diuinae consolatiōis, iuxta illud ad Corint. Scitote qm sicut focū passionum estis, si eritis &
 Psal. 93, consolationis. Ideo propheta ḡas agit deo, inquiens: Secundum multitudinem doloris meorum
 in corde meo, consolationes tue laxificauerunt animā meam. Tertio, quatenus ex temptationi &
 aduersitatu angustia, & pressura excitant & affluecant ad deum confugere, eiusq; opem require-
 re, atq; in eo dunitaxat sperare. Vnde in Matthæo ait saluator: Venite ad me omnes qui laboratis &
 onerari estis, & ego reficiam uos. Quarto, ut ex temptationis impulsu experiant̄ propriam fragilitatem, & humilient seipso. Quinto, ut ex temptationis conflitu cautoles reddant et magis experi-
 ati, peritus ad confundendum suis proximis dum tentantur. Vnde in Ecclesiastico habet: Qui non est
 tentatus, quid scit? Vir in multis expertus, cogitat multa. Qui autem non est expertus, pauca re-
 cognoscit. Sexto, ne uana securitate et torpore ac negligentiā resoluantur. Sunt & alias multæ cause,
 uidelicet ut aliis compati discant, et resistendo in grā crescant, ac præualendo ponant proximis in
 exemplū, quemadmodū Iob et Tobias. [Qui] uidelicet Petrus dixit ei: Domine, tecum paratus
 Mat. 11, sum et in carcere & in mortem ire. Iq. dicat: Non est in me periculum propter temptationem qua im-
 minet, nec propter hanc timeo, quia paratus sum tecum quācunq; persecutionem, in modo et mortem
 pati. Hoc Petrus dixit incaute, non pensando fragilitatem humanae, et tamen quādo hæc dixit, sic
 sensit, et putauit se non posse ab hac uoluntate deficere. Ideo dicit Glossa: Conscius Petrus presen-
 tis affectus, et nescius futuri casus, non creditit se a suo proposito et affectu posse corrui. [At ille]
 uidelicet Iesus dixit: Dico tibi Petre, non cantabis] id est, cantum suum non complebit [hodie] id est, in hac nocte, quæ est pars diei naturalis, qd cōtinet spartum uigintiquatuor horarum. Dies au-
 tem artificia[li] est latio solis super nostrum orizontem. [gallus, donec ab aeneis nosse me.] id est, F
 ter me negabis saltem ore, et si non corde. Petrus etenim semel negauit Chs, et hoc in domo An-
 ne ante primū gallo[rum] cantum deinde negauit eum bis ante cantum galli secundum, ut in Marco
 Marci 14 apertius legitur: In hac nocte prius qd gallus bis uocem dederit, ter me es negaturus. Aduertendum
 Lucae 22 praeterea, iuxta ea quæ scripta sunt in Luca & Iohanne, sequendo ordinem narrationis, uideri quod
 Iohan. 13 Chs prædictis Petro hanc triuia negationem ante egressum de loco cœnæ sed iuxta ordinem nar-
 rationis Matthæi et Marci, apparet quod post egressum de illo cœnaculo istud prædixerit Petro. Id
 cīrcō uide dicendum, quod uel bis prædictis hoc Petro, uel in descriptione huius historiæ non ser-
 uaū ordo rei gestæ, quemadmodū nec alibi s̄p̄ius in scripturis. [Et dixit: Qm misi uos sine sacculo
 et pera et calcementis, nunquid aliquid defuit uobis? At illi dixerunt: Nihil.] Dominus et salua-
 tor ante suam passionem et publicam persecutionem, misit apostolos ad prædicandum Iudeis, et
 Luca 10, iussit ut non portarent secūrū sacculū, hoc est, bursam cum pecunia, neq; peram, id est, repositoriu[m] ci-
 borum in uia, qm sciuit quod hi quibus prædicaturi erant, darent eis sufficientiā uictualium, sicut
 nil de necessariis uitæ tunc defuit eis: sed post suam passionem, durante Iudeorum persecutione in
 eos, permisit eis portare bursam cum pecunia pro necessariis emendis, et peram cum alimētis. Vnde
 de subiungit: [Et dixit eis: Sed nunc qui habet sacculum, tollat] id est, secum porteret, [simili & pe-
 ram: et qui non habet] pecuniam, [uendar tunicam suam,] hoc est, uestimentum seu aliud quod
 cunq; sibi sati neccellarium, [& erat gladium.] Hoc ad Iam intelligendum uide de gladio corpo-
 rali, quia subiungit: [At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic.] At ille dixit eis: Satis est.] Sed
 quæstio

A quæstio oritur, cur dominus uoluit discipulos suos habere tunc gladium materialem, cum reprehen-
 derit Petru[m] de extractione ususq; gladij? Respondet, quod uoluit eos habere gladios duos, ad ostendendū propriam patientiā et illorum fidelitatem, quorum utruncq; patuit per hoc, quod dum Iudei corruerunt retrosum in terram, et apostoli uellent eos percucere gladio, non permisit. In Iohann. 18 super propter mysticam rōnem uoluit gladios duos adesse, ad p̄figurandum uidelicet, quod eccl̄ia duplice gladio esset regenda, ut p̄spūli, qui est eccl̄ia autora, et gladio corporali per reges & principes seculares. Vel, duplice gladio spirituali, hoc est, iure canonico & iure ciuili. De hoc duplice gladio plenius scribunt Hugo in libro de Sacris, & Alexander de Haies super tertium Sentent. [Dico enim uobis: quoniam adhuc hoc quod scriptum est] de me apud Isaiae, loportet impletū in me. Et cum iniquis deputatus est. Sic enim Isaiae prophetauit de Chs Isaiae 53, sto: Tradidit in mortem animā suam, & cum sceleratus reputatus est. Nam Chs inter latrones suspenitus est, & de eo dixerunt Iudei corā Pilato: Si non esset hic malefactor, non tibi tradidiscimus Iohā, 18, eum. [Etenim ea quæ sunt de me, finem habent.] id est, cito iam implebunt, & finem accipient ea quæ de mea passione sunt propherata, et tertio die immortalis, impassibilis et glorificatus resurgat. [At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladij hic sunt, & secundum Chrysostomum, erat duo magni cultelli, qd bus urchani apli in p̄paratiōe agni paschalis aut piscium mactatione. [At ille dixit eis: Satis est.] id est, gladij duo sufficiunt ad agendum & designandum ea, propter quæ uolo gladios uos habere, ¶ De egressu domini ad montem Oliveti, de tristitia ac paurore eius,

de oratione quoq; & eius agone. Art. VI.

B E *T hymno dicto] id est, gratias per solutis post cōsummationem conuiciū, per qd docemur, qd Matt. 16 uniuersi fideles, facta refectione, debent gratias agere Deo, sicut & benedicere cibo ante comeditiōem exordiū. Deniq; Chs legi ter gratias egisse tempore coenæ. Primo, post elsum agni pascha/lis, ut patuit supra. Secundo, in institutione sacri Eucharistie, hoc est, in consecratione corporis & sanguinis sui. Tertio, in fine conuiciū. Lixerunt in montem Oliveti secundum consuetudinem suam, quia per locum illum solebat Iesus in Bethaniam ire, & in ipso monte uel horto, monti uncino, cōsuevit nocturnis temporibus ōnori uacare. Iuerunt autem Iesus & apostoli secum gregatum, ut legi, sicut pergit gallina inter pullos. Christus nanci magister totius uirtutis, medium semper elegit. Non ergo iuerunt directe processionaleiter. Et excedo de cœnaculo, cōtinuauit dominus Iesus per viam sermonem illum pulcherrimū, quem inchoauit in coena, quem sermonem de scribit Iohannes. [Tunc dicit illis Iesus: Omnes uos scandalum patiemini in me in nocte ista] id est, peccabitis, extimore humano a me fugiendo. [Scriptum est enim] in Zacharia: [Percutiam pasto Zacha. 12 rem, id est, Christum, qui est pastor bonus, capi & male tractari pmittam, & disperserem oues gre- Ioh. 10 gis, id est, apostoli, qui sunt oues gregis & ouis dominici, diffugient. In Zacharia autem sic legitur: Percute pastorem, sed sensus reddit in idem. Illa tamē proprieť non fuit causa ruine apostolorum, sed potius signum & argumentum. Sed quia ex hac Chs prænuntiatione erant apostoli maxime contristati, mox subdit consolatoria uerba: [Postquam autem surrexero, præcedam uos in Galileam, id est, statim post mortem meā resurgam, & cum resurrexero, cito uobis apparebo in Galilæa, in monte ibidem sito, de qua prouincia ego & uos pro maxima parte estis oriundi, & inde me estis secuti; ideo deceat specialiter ibi uobis appareat, atcamen in Ierusalem in cœnaculo ap- paruit eis prius, quam in Galilæa, sed de apparitione in Galilæa, facit specialiter mentionem propter causam præfamat. R̄ndens autem Petrus, ait illi: Et si omnes] scilicet apostoli præter me [scanda- lizaverint in te, te reliquendo & in te peccando, Lego nuncq; scandalizabor,] Non ex adulatio- nione aut fictione dixit hoc Petrus, in modo pro tunc sic intendebat, idcirco non mentiebat formaliter, sed materialiter tantum, qm postea fecit contrarium. Locutus est autem Petrus tam audacter ex qua- dam inconsideratione propriæ fragilitatis, seu quadam uiurium suarum præsumptione, & ex uehe- mentia sua affectionis ad Chs. Et qm tantum præsumpsit de constatia sua præ alius apostolis, iusto dei iudicio permisus est grauius scandalizarí ac cadere, quam illi, ut ex proprio casu fieret cau- tor atq; humilior, & ad compatiendum confundendum alius peritior, & item, p̄clivior. ¶ Sed quæ- rit, qualiter Petrus ausus fuit tam absolute cōtradicere uerbis Chs, quem credidit esse filium dei, nec posse mentiri. Respondet, qd forsan putauit Chs loqui comminatoriæ, non affirmatoriæ. Nec ipse Petrus neq; apostoli alii debuerunt ita accipere uerba Chs, quasi nequaq; possent scandaliza- tionem illam uicare, alioqui putassent se necessitatos ad peccandum: sed debuerunt ea intelligere quasi sub conditione prolatæ, utpote qd scandalizandi essent, nisi se debite obseruarent, prout An- tistiodorensis plenius scribit in Summa sua. ¶ Et at illi Iesus: Amen dico tibi, quia tu hoc in no- Marci 14 te hac antequā gallus bis uocem dederit, ter me es negaturus. Istud in articulo p̄cedenti expositiū est, [At ille amplius loquebat: Et si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & oēs di scipuli] id est, reliqui decem apostoli ibi præsentes dixerunt, [qui adhuc erant imperfecti, et si uerba h̄mōi protulissent ex humili confidentia diuini auxiliij, forsan præseruati fuissent a culpa fugax. ¶ Et egressus Iesus] de Ierusalem trans torrentem Cedron] id est, cedroꝝ, Nam inter Ierusalem Iohann. 18

& montem Oliveti, in quo crescebant & stabant Olivæ, sita fuit vallis Iosaphat, in qua Iosaphat rex Iuda fuit sepultus: propter quod vallis Iosaphat vocabatur, & per vallem illam currebat torrentis, qui dicebatur torrens Cedron seu cedron, quoniam cedri quæ sunt arbores pulchræ & altæ, stabant in ripa torrentis, atque per viam illius torrentis Iesus perrexit. Et uenit cum discipulis in villam, qua dicitur Gethsemani, & iacuit proprie montem Oliveti, ubi erat horus modicu[m] extra villam, in quæ intravit ipse & discipuli eius, quoniam hortus ille fuit locus orationis & contemplacionis aptus. Et assumptus Petrum Mat. 16. & Iacobum & Iohannem secum, qui erant ei specialiter familiares, & secum fuerunt in camera, in qua super Lukæ 8. citauit filii laici archisynagogi; & in monte Thabor, qui fuit transfiguratus. Petrum namque uoluit ordinare pastorem totius vniuersalis ecclesiæ, & Iacobum Zebedæi sicuti primo esse passum martyrium inter apostolos, Iohanneum autem uoluit facere summum euangelistam, & suam dignissimam matrem cur Marci 14. studem. & coepit contristari & mestus esse, & pauiere & tædere. Non tanter dicunt euangelistarum, quod coepit contristari & mestus esse & quoniam passiones istæ fuerunt in eo ex præuio rationis iudicio, ita quod potestatiæ ac liberè propter rationabiles causas assumptis eas. Primo, ad ostendendum in se ueritatem humanae naturæ, ad destruendum errores hereticorum, quos sciuimus futuros, videlicet Manichæorum et Marcionitarum, qui dixerunt cum assumpsiisse corpus phantasticum, et non uero. Secundo, ut hanc tristitiam et formidinem propter nos sustinendo, merentur nobis grām copiofam ac uirtutem resistendi inordinatis tristitias, doloribus atque timoribus ac rædis, et refrænandi huiuscmodi passiones. Tertio, ut nos finaliter ab omnibus talibus passionibus liberaretur, quod electi in futura beatitudine consequentur, et perficerint in die nouissimo, quoniam in corpore et anima glorificabuntur. Quarto, pro consolatione iustorum, ne in desperatione frangantur aut tædio opprimantur, interdum se senserint praefatis tristitias et doloris, terroris ac tædis passionibus affici, eo quod Christus caput eorum dignatus est passiones istas sponte assumere ac perfervere, quæ tam in secundum Hieron. fuerunt in Christo magis propriae passiones, quia hec quæ impediabant usum rationis aut actuū uirtutis in Christo. Quinto, pro nostra instructione, ut discamus compatri proximis, et de eorum malis tristari, secundum quod dominus et salvator tristitia illam assumpit ac pertulit, non solum propter acerbissimas afflictiones et amarissimam mortem sibi mox imminentes, sed propter casum discipulorum suorum et infelicissimi Iudeæ æternam damnationem, et propter finalem Iudeorum obdurationem ac derelictionem, et quia peruidit quod maior pars generis humani deberet suam dolorofissimam passionem esse ingratam, nec consecutus qui fructum eius, immo quod plurimi occasione sua passio[n]is, deberent ex sua ingratiitudine grauius condemnari. Itaque sicut Thomas scribit super tertium Sentent. et in secunda parte summae sue xv. questus. Alter fuerunt passiones istæ in Christo, quæ in nobis. Primo, quantum ad easq[ue] obiectum, quia in nobis ad illicita sepe mouentur, in Christo nunquam mouebantur nisi ad licita. Secundo, quia in nobis frequenter præuenient rationis iudicium, sed nunquam in Christo. Tertio, quia in nobis multoties impeditur, perturbant atque obtenebant rationem, et sibi alieant eam, nunc autem in Christo sed in eo fuerunt tantum et taliter et tardi, quantum erat qualiter et quandiu uoluit ipse et ratio sua præcepit, quoniam tota pars sensitiva fuit in Christo ratione plena ac summe subiecta. Præterea de ista materia scribit Bonaventura super tertium Sentent. Triplices est tristitia, una quæ est præter rationis imperium, ut est primus motus tristitiae, et passio tristitiae puræ naturalis, quæ non fuit in Christo, quoniam nulla mortis passionis prævenit in eo rationis iudicium sive imperium. Alia est tristitia, quæ est contra rectæ rationis iudicium, quæ Propterea. est uictiosa et immoderata tristitia, quæ nequaquam fuit in salvatore. Vnde et Salomon loquitur: Non conseruabit iustum quod ei acciderit. De hac duplice tristitia predixit Isaia de filio dei: Non erit tristitia neque turbulenta. Tertia est tristitia ordinata, ratione subiecta, dum quod tristitia, ratione suadente atque dictante, immo debetur tantum ac talis cōtristari, et talis fuit in Christo tristitia, pœnitentia de malo culpe alicuius.

Marcii 5. vnde et in Marco legitur: Cōtristatus est Iesus super cœcitate cordis eorum. Hæc quippe tristitia ex charitate procedit. Quædammodum enim debemus de bonis actibus, proximorum gaudere, ita debemus de eorum peccatis tristari. Poteat enim tristitia esse de malo poena. De timore quod secundum Alex. de Hales & Bonavent. est distinguendum. Nam quidam est timor gratuitus, quod est triplex: Vnus est timor filialis ac reue renialis, qui fuit in Christo, sicut Isaia predictus. Replebit eti[us] spissus timoris dñi, non tamen fuit in Christo timor iste, secundum quod respicit malum culpæ, quoniam Christus certus fuit se non posse peccare: sed put respicit bonum a dimiratio[n]is ac reuerentia, quædammodum angelii sancti dicuntur deo assistere cum timore. Alius est timor initialis, tertius seruialis. Secundus est timor libidinosus, uidelicet humanus atque mundanus, quem Matt. 10. cōstat non fuisse in Christo, de quo ipse predicit: Nolite timere eos q[uod] corpus occidunt. Et Salomon: Iustus, inquit, si leo cōfidens absque terrore erit. Tertius est timor naturalis, quod triplex est: Primus est sensitivus appetitus ratione pœnitentis, qui non fuit in Christo eadem ratione, quæ nec tristitia quæ est propter rationem. Secundus est sensitivus appetitus ratione subiectus, qui in Christo nullatenus fuit. Tertius est timor ex ratione assumptus, qui fuit in Christo. Fuit quod in Christo dolor corporalis exterior, et ita dolor animalis interior, et etiam dolor partis intellectiua, et unusquisque dolor istorum maximus fuit in dñi, qui in oib[us] membris corporis ac singulis uiribus animæ patiebat, prout declarabit infra. Iterum fuit in Christo dolor passionis et dolor compassionis, sed quis horum dolorum maior in eo existet, inferius ostendetur.

Prou. 10. Prou. 28. Dicitur

A in uia tua, & ingrediar in yitate tua. Et, Dirige me in yitate tua & doce me. ¶ Quarto indiges psal. 24. mus sic deprecati, prop̄ pronitatas & proclivitatis peccati, qbus infecti & pleni funis i cor pore & in aia. Deformatæ sunt etenim aia uires, & ad peccatum pronissimæ, proclivis est intellectus ad ignorantias, falsitates, errores, deceptions, obtusus & tardus ad capiendū salubritā, prop̄tus ad curiosa, stulta, inania, in quibus faciliter delectatur, cōplacentiamq; habet, memoria quoq; uaga in stabiliſq; cōſtitit, tenax inutilium & malorum, obliuioſa ſalutarium & bonorum, ſic & uoluntas ad malitias, negrias, dolos, auerſiones, inuidias inuenit proclivis. Inſu per appetitus ſenſitiuſ, tanq; cōcupiſibilis q; iraſcibilis, ad diuersasq; paſtum immoderantias & excessus, totus proniſimus eſt, miserabilis infectus & deformatus. Difficilimū quoque eſt, interiores & exteriōres ſenſus ſic refrenare & regere, ut circa ſua non excedant obiecta, ita ut nec uidēdo, nec audiēdo, nec tāgendo, nec odorando, neq; uiftando peccemus, nec uanis imaginationib; neq; phantasticis aestimationib; aut uifpicionib; occupeamur, aut immo remur. Amplius, caro ipſa uehemēter infecta eſt, grauis, libidinosa, & ratione rebellis: imo ut etiā Plato in Phædone testatur, mille impedimenta uirtutum cōtemplationem exhibens. Propter quod dixit Apoſtolus ad Rom. & unusquisq; noſtrum dicere habet: Scio quia nō haſbitat in me (id eſt, in carne mea) bonum. &, Video aliam legē in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, itemq; Infelix ego homo, q; me liberabit de corpore mortis huius. Cum ergo tam uehemēter ac multipliciter, tam indeſinēter ac lamētabiliter ſimus proni & celeres ad peccatum, imo ad carnalia ac ſpūlia uitia, ad omisiones, negligentias & torpores, ad innumerabiles culpas ex parte corporis & aia, uehemētissime ac indeſinēter indigemus diuinā implorare clementiā, ut ab omnibus his uitijs nos præſeruerit, uirtutibus nos cōforter, & incessanter gubernet, tueat ac dirigat, ut cū Psalmista mēte grata ei dicere ualeamus: Tenuisti manum dexterā meam, & in uoluntate tua deduxisti me. Et rurus ait: Protexisti me a cōueniū malis, gnantium, à multitudine operātū iniquitatem. ¶ Quinto indigemus ſic domini exorare, ne alliciamur & decipiāmūr à mundo, à mūdanis & prauis hoībus, à pericolosis confortijs, à delectabilitate, decore & desiderabilitate creaturez, qua facte ſunt in odium & in tentationē Sapi. 14. animæ hominum, atq; in muſcipulam pedibus inſipientium. Ideo Deum feruentissime depre cemur, q̄tēris tanta gratia, uirtute & illuminatione nos impletat, ne ad res creatas afficiāmūr inordinate, neq; in eis culpabiliter delectemur, ſed eis tantū utamur in Deo, hoc eſt, ſecundum Dei p̄ceptum atq; cōſilium, in quantum deſeruunt ad creatoris notitiam, cultum, amore, timorem ac ſeruitutem. Nempe ut Salomon testatur in Ecclesiaste, Cūcta fecit Deus ut timea tur. Atq; ut ſcriptum eſt in libro Sapientiæ, A magnitudine ſpeciei creaturez potest creator cognosci, cuius excellentia, ſapientia & potestas in cunctis creaturez reliquit: ſicq; quicquid amabilitatis, pulchritudinis, delectabilitatis atq; dulcedinis in entibus reperimus creatis, ad ſup̄ excellētissimi creatoris honorem & gloriam, timorem, amore & cultum referamus ac ordinem, certi q; ipse univerſis & ſingulis in infinitum melior, amabilior, speciosior, delectabilior, dulcior, terribilior, honorabiliorq; cōſtitit. Non ergo in amore aut delectatione creature ſiſtat, quiescat, aut cōtentetur cor noſtri, ſed intra ſe dicat: Si tam amabilis, tam decora, amica, ſuavis eſt res creata, caduca, terrena, ſenſibilis seu carnalis, quām amabilis & ſuperamabilis, ſpeciosus, deliciosus, ſuavis eſt creator immensus, cuius respectu totus mundus eſt tanquā puluis exiguis: Sicq; ex intuitu & uſu creaturez, amore, timore, cultu & admiratione in eo parabilis ac ſuper honorabilissimi creatoris accendamur, ſtimulemur, & illuſtremur. ¶ Sexto oportet nos Deum in fatigabiliter inuocare, eo q; tot inuifibilibus hostiis atrocissimis, callidiſsimis, in uidoſiſsimis circumuallemur & impugnemur, qui in fatigabiliter nil aliud ſciunt, querunt aut moliuntur, quām ut æterna felicitate nos priuent, omni uirtute, gratia & amicitia Dei nos ſpolient, ſpiritualiter perimant, ac ſecū damnationi inuoluant eternæ. Cum ergo tot & talibus inimicis propriis uiribus nullatenus præualere ualeamus, necesse eſt nos diuinum ſubſidiū incessanter efflagitare. Si quis iret per campum latronibus plenum, à quibus ſciret ſe impugnandū, ſpoliandum, & occidendū, niſi aliunde adiuuaretur, haberetq; aliquem ſecū eum, cuius auxilio poſſet ſuari, defendi, euadere, quām non offendere illum: & ſi aliquando eum offendisset, quām instanter poſtularet ſibi ſignoſci: quām item humiliter & obnixe rogarer eundem, ut ſibi affiſſere dignaretur, & hoc totum, ne temporalia damna & corporalē mortem breuem incurreret: Cum ergo in ſeculo iſto p̄elegri ni ſimus & uiatores, habeamusq; Deum ubique & ſemper preſentem, quantum uitare debemus eius offensam, & implorare ipius psal. 38. indugentiam atque ſubſidiū, ut nos à p̄efatis hostiis dignetur protegere, ne ab eis ſpiriſ i. Pat. 19. occidatur, ne ſpiritualia damna patiamur, ne æterna beatissima uita priuemur, & ne perpetuū intrudamus ſupplicijs: ¶ Septimo Deum iugiter inuocemus, propter mala pœna

D. DIONYSII CARTH. ENARR. IN EVANG.

lia quibus circundamur, ne persecutionibus, ægritudinibus, damnis, iniurijs, increpationis. **D**ibus & castigationibus superemur. Sed in his omnibus patientiam habeamus immobilem, & cuncta aduersa æquanimiter toleremus, imo per ea purgari in hac uita optemus. ¶ Octauo, quatenus spiritualiter locupletemur, quia orandi officium maxime est lucrosum, per qd possumus omni hora in uirtutibus crescere, merita uitæ æternæ augere, copio storemq; beatitudinem promereri. Si uiderimus mercator em ocio, comedationi, & substantia sua dissipatio uacare, qui qualibet hora possit centum aureos nummos lucrari, insipientem ac miserum reputarem hominem. Nonne ergo nos ipsi incomparabiliter insipientius ac infelicius nos habemus, qui cum omni hora possimus caelestibus charismatibus, meritoris actibus, aeternis beatissimisq; præmiis tam uehementer orando proficere & ditari, non solum à sancto orâdi ex exercito tepeſcimus & ceſſamus, sed etiam loquacitatibus uarijsq; peccatis uacamus? Reſipſcamus ergo à tanta infanția. ¶ Non, ut iugiter orando deum incessabiliter honoremus, & eius affidue accendamus amore, atq; celerius ad regnum pertingamus caeleſte. ¶ Decimo, quates nus indeſinenter orando pro nostris ſatisfaciamus peccatis. Oratione nanq; eleemosyna atq; ieuiuio præcipue ſatisfit pro omni peccato. ¶ Undecimo, ut a futuris purgatoriis ac inferni eruanur ſupplicij. ¶ Duodecimo, ut proximos ædificemus, & eorum necessitati ac indigentia ſuccurramus. ¶ Tertiodecimo, quia ad exorandum affidue ſacra ſcriptura & omnis ſanctorum patrum doctrina exēplo & uita nos huberrime admonent & informant. ¶ Quartodecimo, ut aduersarios noſtra ſalutis inuifibiles hostes affligamus, fugemus, & proſternamus, quemadmodum ſcriptum eſt in psalmo: Perſequar inimicos meos & cōprehendam illos &c. Orationem nanq; instantia ac feruore potissimum affliguntur ac uincuntur. ¶ Quintodecimo, quo niam Chfs cuius omnis actio noſtra eſt inſtructio, in euangelio legitur ſapiens orat, cum tamen non poſſet peccare nec decipi, & non ſolum in quantum deus omnia poſſet, ſed etiam ſecundum aſſumptam humanitatem, data ei eſtet omnis potestas in caelo & in terra. Idcirco ad noſtram inſtructionem hoc egit. ¶ Sextodecimo, quia incerti ſumus, an ſumus in charitate, idcirco affidue nos oportet orare, ut charitas uera nobis, ſi infuſa nō eſt, infundatur, aut iam infuſa augeretur atq; perficiatur. Itaq; cum tot & tanta habeamus incitationa, tot cauſas & neceſſitates inceſanter orâdi, nequaq; ab orationibus deſtitamus, imo cum tot & tantis ſuimus uallati laqueis, periculis & peccatis, iugiter exclamemus ad dei, præſertim cum tam ſruſtuſiſſimum ac faluberrimum ſit, orare.

¶ Enarratio Euangeli: Duo ex diſcipulis Iefu ibant ipſa die in caſtellū, quod erae in ſpatio ſtadioꝝ ſexaginta ab Ieruſalem, noſte Emauſ. Lucae xxiiij.

POST manifestationem dominicae reſurrectionis, mulieribus primum, deinde & Perro factam, tertio Lucas eam recenſet, quæ in eadem duobus diſcipulis in Emauſ facta eſt, quæ modo deſcribēs, ait: [Duo ex diſcipulis IESV,] non ex numero apolloſorum, ſed ſeptuaginta duorum diſcipulorum, ut dicitur. [Iabant ipſa die] dominicae reſurrectionis [in caſtellū, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Ieruſalem, nomine Emauſ.] Sexdecim ſtadia faciunt leucam, & ita LX ſtadia faciunt quatuor leucas, quatuor ſtadijs deficitibus. Porro ſtadium conteinet paſſus centum uigintiquinq;. Paſſus uero eſt ſpatium quinq; pedum. [& ipſi loquebantur ad inuicem de hiſ omniſbus quæ acciderant] circa Christum, & circa mulieres uifitantes ſe. Fuiſchrum, Itaq; de utilibus conſeruant, in quo itinerant ſequi debent eſdem, & uana uitare colloq; atq; ſæpe orationibus meditationibusq; uacare in ambulādo. [Et factū eſt dum fabularentur,] hoc eſt, cōferrent, ſumendo uerbi hoc fabulari, prout deriuatur à ybo For Faſis, non à Fabula. [& ſecum quererent,] hoc eſt, inuicem interrogarent, qualiter geſta & narata ſe poſſent habere. [& ipſe Iefus appropinquans,] id eſt, per modū itinerantis & peregrinan-

tiſ eis ſe applicans, [ibat cum illis,] ipſe etenim dixit: Vbi fuerint duo uel tres cōgregari in noſmine meo, ibi ſum in medio eorum. Et quia de Christi paſſione contulerunt, & eipie compaſtiebantur, apti fuerunt uifitari & conſolari ab eo. Specialiter etenim complacet Saluator &

compassio, & collatio de ſua paſſione. [Oculi autem illorum tenebātur, ne eum agnoveret.] Quia, ut Marcus habet, in alia effigie apparuit eis, & hoc propter dubitationem et incredulitatem eorum, non tam enī putādum, quod facie Christi diſpolio ſi mutata, quia uere fuit glorificatus, nec alia illa effigies fuit ſubiecta in facie Christi, ut probabilior tenet opinio, quia

Mat. 17. aliqui dicant, ꝑ Christus ad horam mutauit uultus ſui effigiem, ſicut in transfiguratione. Veriſimilius ergo fertur, ꝑ altera illa effigies fuit ſubiecta ſolum in oculis diſcipulorū uel, ut aliqui opinantur, in aere. Potuit egdeſ Christus uifum diſcipuloꝝ diuerſimode immutare ꝑ ſolam impressionē talium aut talium uifualium ſpecieꝝ ſeu radioꝝ. Hinc aliqui dicunt, quod erant pccuſi ſpecie cæcitatibus quæ upocatur aurifia, quæadmodum Syri uidentes Elifeum, nec tam

4. Re. 6. men

FERIA II. PASCHÆ.

Fol. CLXXI.

A men eum recognoſcentes: & Sodomita quærentes domum Lot, nec inuenientes. Eſt quippe Gene. 19 aurifia quædam cæcato, qua aliq; confufe & imperfeſte uideatur, nec tamen ſub propria ſpecie apprehenditur. Vnde ſecundum Gregorium, Christus diſcipulis iſtis iſum amantibus, et Gregorius de ipſo loquentibus, exhibuit ſe præſentem, & tamen de ipſo dubitantibus ſuæ cognitionis abſtrahit ſpeciem. [Et ait ad illos: Qui ſunt hi ſermones quos confertis ad inuicem, ambulantes, & eftis tristes?] Non ex ignorantia hoc queſuit, ſed ut ad eorum reſpoſionem eos congreuerter inſtruueret. [Et reſpondent unuſ cui nomen Cleophas,] qui fuſit de ſeptuaginta duobus diſcipulis, alter, ſecundum Ambroſium, fuit Amorus. Gregorius uero in prologo ſuper Ambroſium, Moralia lob, dicit quod creditur fuſite Lucas iſte euangelista, ita quod ex humilitate ſuū ſubſtituit nomen. [dixit Tu ſolus peregrinus es in Ieruſalem, & non cognouisti quæ facta ſunt in illa hiſ diebus?] Hoc totum non aſſertive, ſed interrogatiue protulit Cleophas, quaſi diceret: Veniſti tu ſolus in Ieruſalem in hoc paſcha, ut ignoreſ quæ in ea contigerunt uno horum dieſum, hoc eſt, in die paſchæ, & etiam ante, quando in die Palmarum & poſtea multa prodigia fecit in Ieruſalem Christus: nam ita te habes nos interrogando, quia ſolus peregrinus hic fueris, & idcirco ab alijs peregrinis nihil audieris, cum tamen certum ſit, quod hiſ diebus innumerabiles fuerint in Ieruſalem peregrini, à quibus merito percepiles quæ in ea facta ſunt, quoniam peregrini libenter inquirunt atq; percipliunt noua. [Quibus ille dixit: Quæ?] id eſt, Quænam ſunt illa, quæ in Ieruſalem hiſ diebus ſunt facta: [Et dixerunt: De Iefu Nazareno,] id eſt, Iefum Nazarenum facta iſta cōcernunt, & de eo ac in eo facta ſunt. [qui fuſit uir] ſexu & omni perfectione uirtutū, [propheta] ſummuſ, omnium preſciuſ futurorum, ita quod gratia prophetiæ fuſit in eo per modum habitus fixe, imo ſemper in actu & æquæ perfecte. [potens in opere] id eſt, in omni actu uirtuoso perfecto, & in signis, prodigijs atque miraculis. Vnde & dicit: Opera quæ dedit mihi pater, teſtimoniū perhibent de me. Item: Si opera non feciſsem Ioh. 5.15 in eis, quæ nemo alijs fecit, peccatum non haberent. [& ſermone] quia in uerbis ſapientiſſimus ac eloquētissimus fuit, iuxta illud: Diffusa eſt gratia in labijs tuis. Et Lucas ait: Mirabantur omnes in uerbis gratiae quæ procedebant de ore eius. Aduersarij quoque eius coacti ſunt diceret: Nunquam ſic loquutus eſt homo, ſicut hic loquitur. Et recte nūc dicitur, quođ fuit po Iohā. 8. tens in opere & ſermone, præmittendo, IN opere. Coepit enim facere, & doceret ita quod priꝝ Aetio. 1. mo egit, quod poſtmodo prædicauit. Sed iam multi ſunt quaſi potentes in ſermone, debiles uero in operet. Qui de humilitate, patientia, mansuetudine, temperantia, iustitia, charitate copioſe ſermocinantur, & tamen faciliter à proprijs paſſionibus ſuperantur, iniquitatem carnis & animæ uiliter iſafelicitateq; ſuccumbunt. Itaque IESVS fuit potens in opere & ſermone [coram Deo,] id eſt, uere & infaſibiliter, uirtuose & meritorie ſibi pſi, quantum ad præmium accidentale, & alijs absolute, [& omni populo,] id eſt, ſecundum omnium, praſertim uulgarium reputationem, qui dixerunt: Nunquam apparet in Israel. &, Propheta magnus ſur Matt. 9. rexit in nobis. Porro quidam ſunt potentes in opere & ſermone coram hominibus, ſed nō co Luci 7. ram Deo, ſicut hypocrite, [& quomodo] id eſt, quām in iuſteſ tradiderunt eum ſummi ſacerdotes & principes noſtri, uidelicet pontifices & ſeniores, [in damnationem mortis,] id eſt, mor te dignum eum iudicauerunt, dicens: Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Importune quoque impetraverunt à prieſteſ ſententiam condennationis ad mortem aduersus Christum. [& crucifixi eum,] quia eius crucifixionem procul rauerunt. [Nos autem ſperabamus] ante paſſionem ipſius, [qui ipſe redemptus eſt Iſrael,] hoc eſt, liberatus Iſraeliticum populum, tanquam uerus Mefias in lege & prophetis pmiſſus, ab originali & omni peccato, & captiuitate diaboli, & feruitate peccati, quaſi diceret: Hoc ſperabamus, ſed modo non ſperamus. [Et nunc ſuper hæc omnia] id eſt, ultra ea quæ dixi, [tertia dies eft hodie, quo] id eſt, à die paſchæ, in quo facta ſunt iſta, id eſt, Iefus morti adiudicatus & crucifixus eſt. [Sed & mulieres quædam ex noſtris] id eſt, ad ſocietatem noſtrā ſpectantes, quia nobiscum dominum Iefum ſequabantur deuote. [terruerunt nos, quæ ante lucem] id eſt, ualde dilucido[fuerunt ad monumentum, et non inuenio corpore eius,] quia iam reuixit, [uenerunt] ad apolloſos, [dicentes ſe etiam uiſionem] id eſt, uifibilem formam angelorum uideſe, ita quod angelos in aſſumptis corporibus corporaliter conſpexerunt, [qui] angeli dicunt eum uiuere. id eſt, Christum reuixiſſe, Itaque diſcipuli uerbis mulierum iſtarum auditis terrebantur, quia forſitan metuebant quod ludāi in creduli imponerent eis, quod corpus ſui abſtuliffent magiſtri, et propterea eos perſequerentur. [Et abiērunt qui daſtum ex noſtris ad monumentum,] utpote Petrus et Iohannes, ut dictum eft, [et ita inuenierunt ſicut mulieres dixerunt,] uidelicet lapidem reuolutum, et linteamina poſita, [iſum uero,] id eſt, corpus IESV] non inuenierunt. Et ipſe dixit eis: Oſtulti! id eſt, ſcripturarum notitiani noſt F. iii has

B

ferent: Non ex ignorantia hoc queſuit, ſed ut ad eorum reſpoſionem eos congreuerter inſtruueret. [Et reſpondent unuſ cui nomen Cleophas,] qui fuſit de ſeptuaginta duobus diſcipulis, alter, ſecundum Ambroſium, fuit Amorus. Gregorius uero in prologo ſuper Ambroſium, Moralia lob, dicit quod creditur fuſite Lucas iſte euangelista, ita quod ex humilitate ſuū ſubſtituit nomen. [qui fuſit uir] ſexu & omni perfectione uirtutū, [propheta] ſummuſ, omnium preſciuſ futurorum, ita quod gratia prophetiæ fuſit in eo per modum habitus fixe, imo ſemper in actu & æquæ perfecte. [potens in opere] id eſt, in omni actu uirtuoso perfecto, & in signis, prodigijs atque miraculis. Vnde & dicit: Opera quæ dedit mihi pater, teſtimoniū perhibent de me. Item: Si opera non feciſsem Ioh. 5.15 in eis, quæ nemo alijs fecit, peccatum non haberent. [& ſermone] quia in uerbis ſapientiſſimus ac eloquētissimus fuit, iuxta illud: Diffusa eſt gratia in labijs tuis. Et Lucas ait: Mirabantur omnes in uerbis gratiae quæ procedebant de ore eius. Aduersarij quoque eius coacti ſunt diceret: Nunquam ſic loquutus eſt homo, ſicut hic loquitur. Et recte nūc dicitur, quođ fuit po Iohā. 8. tens in opere & ſermone, præmittendo, IN opere. Coepit enim facere, & doceret ita quod priꝝ Aetio. 1. mo egit, quod poſtmodo prædicauit. Sed iam multi ſunt quaſi potentes in ſermone, debiles uero in operet. Qui de humilitate, patientia, mansuetudine, temperantia, iustitia, charitate copioſe ſermocinantur, & tamen faciliter à proprijs paſſionibus ſuperantur, iniquitatem carnis & animæ uiliter iſafelicitateq; ſuccumbunt. Itaque IESVS fuit potens in opere & ſermone [coram Deo,] id eſt, uere & infaſibiliter, uirtuose & meritorie ſibi pſi, quantum ad præmium accidentale, & alijs absolute, [& omni populo,] id eſt, ſecundum omnium, praſertim uulgarium reputationem, qui dixerunt: Nunquam apparet in Israel. &, Propheta magnus ſur Matt. 9. rexit in nobis. Porro quidam ſunt potentes in opere & ſermone coram hominibus, ſed nō co Luci 7. ram Deo, ſicut hypocrite, [& quomodo] id eſt, quām in iuſteſ tradiderunt eum ſummi ſacerdotes & principes noſtri, uidelicet pontifices & ſeniores, [in damnationem mortis,] id eſt, mor te dignum eum iudicauerunt, dicens: Nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Importune quoque impetraverunt à prieſteſ ſententiam condennationis ad mortem aduersus Christum. [& crucifixi eum,] quia eius crucifixionem procul rauerunt. [Nos autem ſperabamus] ante paſſionem ipſius, [qui ipſe redemptus eſt Iſrael,] hoc eſt, liberatus Iſraeliticum populum, tanquam uerus Mefias in lege & prophetis pmiſſus, ab originali & omni peccato, & captiuitate diaboli, & feruitate peccati, quaſi diceret: Hoc ſperabamus, ſed modo non ſperamus. [Et nunc ſuper hæc omnia] id eſt, ultra ea quæ dixi, [tertia dies eft hodie, quo] id eſt, à die paſchæ, in quo facta ſunt iſta, id eſt, Iefus morti adiudicatus & crucifixus eſt. [Sed & mulieres quædam ex noſtris] id eſt, ad ſocietatem noſtrā ſpectantes, quia nobiscum dominum Iefum ſequabantur deuote. [terruerunt nos, quæ ante lucem] id eſt, ualde dilucido[fuerunt ad monumentum, et non inuenio corpore eius,] quia iam reuixit, [uenerunt] ad apolloſos, [dicentes ſe etiam uiſionem] id eſt, uifibilem formam angelorum uideſe, ita quod angelos in aſſumptis corporibus corporaliter conſpexerunt, [qui] angeli dicunt eum uiuere. id eſt, Christum reuixiſſe, Itaque diſcipuli uerbis mulierum iſtarum auditis terrebantur, quia forſitan metuebant quod ludāi in creduli imponerent eis, quod corpus ſui abſtuliffent magiſtri, et propterea eos perſequerentur. [Et abiērunt qui daſtum ex noſtris ad monumentum,] utpote Petrus et Iohannes, ut dictum eft, [et ita inuenierunt ſicut mulieres dixerunt,] uidelicet lapidem reuolutum, et linteamina poſita, [iſum uero,] id eſt, corpus IESV] non inuenierunt. Et ipſe dixit eis: Oſtulti! id eſt, ſcripturarum notitiani noſt

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EVANG.

habentes, & ueræ fidei luce carentes. [& tardi corde ad credendum in omnibus] uerbis & qua^m dicitur, que loquuntur prophetæ de mea passione ac resurrectione, quum tamen habeatis sufficientia inducitu ad credendum quod ego sum ille, de quo illa prædixerunt prophetæ, nam uerbis & sufficientibus miraculis Christum me esse probauit. Queritur, cur Christus discipulos istos uocauerit stultos, cum alibi dicat: Qui dixerit fratri suo Fatue, reus erit gehennæ ignis. Et respondendum, quod peccata uerborum pensantur penes intentionem affectionemq; cordium; quoniam ea quæ sunt in uoce, sunt earum quæ sunt in anima, passionum, affectionum, intentionumq; note. Christus ergo prohibuit dicere proximo Fatue ex contemptu, deriso me, aut simili uito fa radice, non autem ex charitate & zelo iustitia, rationabili causa id exigere. [Nonne haec oportuit pati Christum,] propter æterni patris præordinationem, & propertarum uerificationem, atq; humani generis saluationem, sanctorum de limbo eductionem, & celestis patris aperiōnem, celestis Ierusalem reedificationem. [& ita] puta, per passionem [intrare in gloriam suam] id est, in cælum ascendere, & corpore glorificari, gloriamq; celestem plenarie possidere. Christus quippe sua humiliatione, passione & morte promeruit sibi ipsi p̄mum accidentale, atq; dominium omnis creaturæ, dicente Apostolo: Humiliavit se, factus obediens usq; ad mortem, mortem autē crucis, propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Et tamē hæc gloria debebatur Christo etiā aliunde, uidelicet ratione hypostaticæ unionis eu^m uerbo, & propter plenitudinem beatissimæ uisionis seu essentialis felicitatis animæ eius, quæ redundasset inde sinens in corpus ipsius, & impossibile illud fecisset, nisi Deo dispensante, redendantia illa fuisset usque ad resurrectionem dilata, ut in epistola ad Diöscorum loquitur Augustinus. & ita gloria illa fuit proprie gloria Christi, sed & uniuersa gloria curiæ celestis, fuit & est gloria Christi, secundum quod Deus est, tanquam dominus datoris. Si itaque Christum per passionem & multiplicem tribulationem oportebat propriam gloriam ingredi, nos qui sumus, qui absque tribulationibus & aduersitatibus, penitentibusq; operibus gloriam uolumus ingredi alienam: Nūquid seruus maior est domino suo, aut membrum suo capite praestantium, aut redemptus redemptore sublimior, aut fragilis creatura creatore suo DEI unico filio? Merito ergo dixit Apostolus, Qui per multas tribulationes oportet nos intrare regnum celorum. Et item: Omnes qui uolunt p̄ie uiuere in CHRISTO, persequitionem patientur. [Et incipiens à Moysi & omnibus prophetis,] id est, ex uerbis Moysi sumpsit exordium, quia primus & principalis fuit inter eos, qui libros ad uetus testamentum pertinentes scriperunt, deinde aliorum prophetarum allegauit oracula, [interpretabatur illis] id est, expositionem fecit istis duobus discipulis, [in omnibus scripturis quæ de ipso erant] loquentes, id est, prophetias de ipso predictis, eis declarauit & allegauit, uel, in generali & multis in speciali, uel, omnes ad propositum pertinentes & sufficientes. [Et appropinquauerunt castello] Emaus [quo ibat, Gregor. Et ipse se finxit longius ire.] Secundum Gregorium, fingere pro componere sumitur in hoc loco, ut si sensus, quod dominus Iesus cōposuit seu dispositus se ad procedendum remotius. Post etiam dici quod finxit, id est, simulauit se longius ire, quia simulatio factilicita est & comendabilis, quando fit exrationabilis causa & bono fine. Vnde & Iosue cum filiis Israel simulauit fugam, Christus autē sic simulauit multiplici ratione: Primo, mystice, ad iuuentum q; adhuc longe fuit ab illorum nondum credentiū mente. Secundo, ut per hoc eis daret occasio nem operis misericordia, uidelicet in uitriū & cogēdi se ad hospitium. Tertio, ut per hoc ipsum doceret nos, ut & nos taliter faciamus. [Et coegerunt] hoc est, multū instanter & quodāmodo importune inuitauerunt illum, dicentes: Mane nobiscū, [et] cenā & hospitiū nobiscū sumendo, [quoniā aduerserascit, &] pro, id est, [inclinata est iam dies,] sole ad occasum tendente. Sic & nos quotidie Christum rogemus ac inuitemus, ut in cordis nostri cubiculo manere dignetur. Ipse etem apud Iohannem loquitur: Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multū. Atq; ut in libro Sapietiae legitur, Neminem diligit Deus, nisi qui cum sapientia inhabitat. Despicit spūaliter aduerserascit, quoniā uita nostra ad occasum q̄tidie tendit, & inclinata est dies, quādo tēpus promerēdi deficere incipit. Specialis quoq; aduerserascit in aīa, dum propinquat ad culpā, & inclinatur dies, quādo elōgatur a ḡa, hoc est, quādo disponitur ad peccata. Preterea, sicut p̄factum est, ex hoc loco atq; exēplo elicuit, q̄ charitatue, instāter, imo & importune peregrini ac pauperes ad mēsam & hospitium sint uocandi. Hoc nāq; est opus misericordiæ, opa aut̄ misericordiæ ad Christianos potissimum pertinet, cum lex Christi sit lex totius charitatis & pietatis. Magna quoq; est uirtus hospitalitatis, de qua & in veteri testamento Abrahā & Lot specialiter commēdantur. Vnde & S. Iob: Foris, inquit, nō māsit peregrinus, ostiū meum uiatori patuit. Et Christus in euangelio perhibet se in die iudicii esse dicturum ad electos: Hos speciū, & collegisti me, Ad reprobos uero: Hospes fui, & non collegisti me. Hinc princeps

FERIA II. PASCHAE.

Fol. CLXXII.

A apostologo hortatur: Hospitalites inuicem sine murmuratione. Et Paulus: Hospitalitatē nolite obliuisci, per hāc enim placuerūt gd̄ deo, angelis hospitio receptis. [Et intravit cum illis] in quo dedit exemplum obtemperandi rationabili petitioni, ne quis in proprio sensu sit ptinax. [Et factū est dum recumberet], i. quiesceret & manducaret, [cum illis, accepit panem & bene dixit] non th̄ in suum conuertit corpus, sicut in cena, sed ut moris est benedicere cibū. In quo instruxit nos, ut ante refectionē benedicatur cibus & potus. [ac fregit & porrigebat illis] pacem iam fractū ad manducandum. [Et aperti sunt oculi eorum.] Nō c̄ corporales eorum oculi hucusq; fuerunt clausi, sed quia nunc aliter uiderunt Christum q̄ ante. Nunc enim ceperunt eum in propria, & cognoscibili & determinata effigie cernere, quem ante uiderunt cōfūse. Sic oculi primorum parentum dicuntur aperti post perpetrationem peccati, quantum ad aliū modum uidere, & in libris Regum legitur Eliseus dixisset: Domine, aperi oculos istoꝝ, puta Syrorum, id circa subiungitur: [& cognoverūt eum in fractiōe panis.] ut paulo post subditur. Habuit enim Saluator consuetudinem sic accipendi, benedicendi, frangendi, distribuendi, p̄ panem, ut ex Euangelio cōprobatur, sicut dum turbas refecit ex quinq; panibus horū deaceis, & postmodum ex panibus septem. Aliquid uero dicit, q̄ Christus manibus fregit p̄ panem, ac si custello fuisset diuisus, & per hoc eum nouerunt. Potest quoq; intelligi de interioribus oculis, qui aperti sunt, i. illuminati Christum cognoscēdo. [Et] ipse euanuit ex oculis eorum, hoc est, repente, & quasi imperceptibiliter ac uelocissime per dote m agilitatis ab eorum aspectu disparuit, per qđ mōstrauit corpus se glorificatum habere. Non autem euanuit tanq; phantasia. [Et dixerunt ad inuicem] duo isti discipuli: [Nonne cor nostrum] p̄sætūt uos B luntas[ardens erat in nobis,] id est, inflammatum desiderio ueritatis ac Christi, dum loquens retur in uia, id est, quando Christus increpauit ac informauit nos, ambulādo nobiscum, [& aperiret,] id est, exponeret nobis scripturas. [Posset hic queri, an discipuli isti in uia fuerūt ueræ charitatis uero accēsi? Et uidetur quod imo, nam glossa ait, quod cor eorum fuit igne spiritus sancti accensum & charitatis ardore. Sed uideretur contrarium, quia non erant in fide, ergo nec in charitate. Ad hoc quidam respondent, quod non erant in charitate, nec ueræ charitatis uero habebant, & quod ardor iste erat à spiritu sancto, sed non cum spiritu sancto, quemadmodum timor seruili. Et si obijciatur, quia de istis duobus discipulis dicit Gregorius: us, quod esse extraneā charitate non poterat hi, cum quibus ueritas gradiebatur. Respondeat, quod hoc propterea dixit Gregorius, quia habebant aliquid simile charitati & eius effectui. Porro si istud quis teneat, cogetur concedere, quod & feminæ pergentes ungere corpus lesu, erant extra charitatem atq; in statu damnationis. [Et] surgentes eadem hora jā mensa, [res] gressi sunt in Ierusalem,] quia p̄z charitatis ardore quem nunc cum fide uere habebant, quis escere & differre tam saluberrimū nuncium nō ualebant, nec senserunt uia laborem, dilectio nisq; ardor extinxit in eis seruirem ludorum timorem. [& inuenierunt cōgregatos undecim] apostolos in cōclauis] & eos qui cum ip̄s erant uidelicet alios quosdā Christi discipulos ex septuaginta duobus, aut feminas aliquas Christi discipulas. Itaq; Thomas tunc aderat, sed paulo post exiit, nō credens auditis, sicq; defuit apparitioni quæ consequēter describitur, pro C ut in Iohanne legitur: Dicentes quod surrexit dominus uere, & apparuit Simoni. [Participiū istud, dicentes, quidam referunt ad uerbum inuenierunt, ut sit nominatiū casus, eritq; sensus, q̄ duo isti discipuli inuenientes undecim congregatos, dixerunt eis q̄ dñs uere surrexit, & Petruo apparuit. Aptius tamen uidetur, ut dicitio ista, dicentes, referatur ad undecim cōgregatos, sitq; accusatiū casus, ut sit sensus, quod duo discipuli inuenierunt cōgregatos undecim inter se recitantes, & etiam istis duobus dicentes, quod dñs uere surrexit. & istud ex duobus probatur: Primo, quoniā isti duo discipuli nondum sciuisse uidentur, quod Christus apparuerit Petro, sed Petrus hoc apostolis retulit. Secundo, ex modo loquendi ip̄s Euangeliū in Iosco p̄sætūt, quia post uera prædicta mox subditur: [Et] ipsi narrabāt quæ gesta erant in uia. Ex quo appetat, quod participiū illud, dicentes, & pronomen hoc, ipsi, referenda sint ad diuersos, ita q̄ isti duo cum diuersis uerba apostolorum Christi resurrectionem & apparitionem Petro factam eis narrantiū, tunc & ipsi narrauerunt narrantibus sibi, quæ gesta erant in uia, s. qualiter Christus se in uia associauit, eosq; interrogauit, increpauit, edocuit, & quos modo cognoverunt eum in fractione panis.

S E R M O II. circa Euangeliū: Quomodo ad gustū spiritualis cōsolationis perueniat utrum deuotione casta ac pfecta, & quid illam impedit.

NONNE cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas: Lucae uigesimoquarto. Magnam tristitiam cōceperant apostoli & discipuli domini ex morte p̄iissimi, dilectissimi atq; bñdicti sui magistri, adeo ut hæc tristitia eos nō aliudebat

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO II.

sinebat cogitare aut loqui, nisi id quod amauerant & amisisse putabant. Accedens igitur dominus spirituali eos gaudio refecit ita enim loquebatur, ita inspirabat, ut eorum corda recaserent, atque diuinoigne feruerent. Vnde eius colloquio non satiat, coegerunt etiam, quem peregrinum suspicabantur, ad conuersandum. Considerandum est hic, cum actus actiorum (secundum philosophum) sint in paciente prædisposito, quomodo præparari debeat homo, ut gustum spiritus & gaudij interni pcpiat. Dicit enim Apostolus: Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei. Erit eterum: Non potui uobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Et denuo: Quæ, ait, societas luci ad tenebras: Cum ergo consolatio illa diuina, interna atque cælestis, seu gaudium spirituale, delectatio syncera in deo, sit anglica quædam pfectio, supernaturalis refectio, ac futura beatitudinis prælibatio dulcis, non facile ad eam pertingitur a quoconqz, nec quilibet eam experiri inuenitur idoneus, secundum quod docet sanctus Bernardus, dicendo: Errat omnino, si quis illam cælestem dulcedinem huic cineri, illud balsamum diuinum huic gaudio uenenoso carnali, charisma hoc spiritus sancti, illecebris huius seculi arbitretur misceri. Porro triplici instrumento medio sue itinere, ad consolacionem istam, qua gustatur quædam dulcis est dominus, peruenitur: videlicet, per depurationem animæ a passionibus & peccatis, seu uitjhs & concupiscentijs, quod fit per poenitentia actus, per compunctionem internam & lachrymas, per refectionem delectationum carnalium gustus & tactus, per sensum exteriorum custodiam & linguae coercionem, per inaniū inordiñatarumqz affectionum uigilantissimam depulsionem, per secularium consolationum aspernationem, omniscijs uitiosæ affectionis circa creatuæ caduca & uana, omnimodā eradicationem. Hoc autem certum est pertinere ad uiam purgatiuam, & statum incipientium. Primo nanque oportet declinare a malo & a pristinis fordinibus, uitorumqz maculis emundari quo facto, restat iter secundum ad gustum suauitatis præfatae, quod est per spiritualem & efficacem in sanctis uirtutibus exercitationem ac diuinorum illuminatum considerationem, orationi, meditationi ac laudibus dei insistendo, sacræ scripturæ mysteria sp̄culando, uerba & opera Christi sapienter perpendendo, noui ac ueteris testamenti consonantiam admirando, quod utiqz pertinet ad uiam illuminatiuam ac statum proficiëtum. Tertium uero iter est, per amorosam mentis in deum elevationem, quæ transcedens seipsum & cuncta crea, in creatorem suscepitur, in diuitias gloriae rapitur, in diuinæ maiestatis admiratio inestimabiliter exhilaratur. Sicuti iuxta Pauli sententiam, reuelata facie gloriæ domini speculans, transformatur, decoratur, atque progeditur a claritate in claritatem, in uniuersis spiritus sancti charismatibus inclite proficiendo, quod totum ad uiam perfectiuam seu unitiuam ac statum perfectorum noscitur pertinere. Veruntamen in unoquoqz gradu ac statu præmemorato, solet anima religiosa alias quid consolationis diuinæ spiritualisqz gaudij diuinitus imparti, atque a spiritu sancto qui naturaliter, totaliter, atque interminabiliter clemens, bonus, misericordissimusqz consistit, insundit, sed ordine quoddam. Nempe in primo gradu præfata suauitas odoratur, in secundo gustatur, in tertio usqz ad ebrietatem hauritur atque potatur ubi intromittitur anima diuini amoris iaculo transfixa ac languida, in cellam uinariam, ut bibat de uino condito superessentialis ac superbenedictissima trinitatis. O felix ebrietas, quam concomitantur anima & corporis tam casta & sancta sobrietas, ubi efficitur anima instar ebrii plena, eructans, latet bunda & gaudes, per quod redditur in aduersis robusta, in periculis tuta, in prosperis quoqz discreta, in remissione iniuriarum promptissima, sicqz tandem quieta, quiescens in deo atque obdormiens, ac resumbens in diuinis amplexibus. Deniqz consolatio ista præclarissimum deuotionis donum est, procedens ex contemplatione ignita bonitatis, charitatis, opulentia beatitudinisqz diuinæ, uel de spe uenit ac felicitatis furura, & gustus boni bonificus, quanvis uentura dulcedinis comparatione exiguis. Suauissima utiqz delectatio, qua clementissimus deus mactam patitur se recreat animam, per quam ad querendum dominum gloriae inuitatur, atque ad amandum deum feruentius uehementer accenditur. Odilectissimi, utinam sœpe ista gustemus, experimentaliterqz noscamus. Quidnam utiqz est tam dulce, tamqz suave, quod in recordatione dei super omnia in comparabiliter prædilecti, animas amoroſas, deuotas ac mundas solerter gere, & tam suauiter eas afficeret, ut iam a seipſis omnino alienari incipiant, conscientia exhibetur, omnis dolor obliuioni tradatur, animus ipse exultet, intellectus resplendeat, cor illuminet, affectus latetur, lani nesciunt ubi esse conspiquant, amplexibusqz sanctæ dilectionis aliquid intra se tenent, & pene ignorant quid sit, nihilominus totis uisceribus tenere id concupiscunt. Luctatur quodammodo delectabiliter animus, ne quod gustat, ab eo recedat, quali in eo desideriorum suorum finem inuenierit. Hinc ait Bernardus: Non unquam domine quæ oculis clausis ad te inhi. Nam mittis mihi in os cordis, quod nō licet mihi scire quid sit. Saporem

FERIA II. PASCHÆ.

Fol. CLXXIII.

A rem quidem dulcedinis sentio adeo cōfortantem, q̄ si perficeretur in me, ultra nil quererem. Hoc inestimabile donu humano nō potest studio obtineri, humano uix merito poterit p̄metiri, sed à deo largissimo humilimis precibus, à digne dispositis ex diuinæ pietatis condecens etia potest utiqz impetrari. Omne enī auge in copartatione illius est uelut arena exigua, & argentum illi cōparatum, p̄ nihil reputatur. Utinā mihi oīm minimo deuotoz congruat dicere illud Augusti, cuiusdā deuotū in foliō suo: Nō accessit oculus meus, neqz appropinquauit cor meum ufigit ad multitudinē dulcedinis, quā intrinsecus abscondisti filii tuis. Solo eius odore utuncqz suscitator, spiramentū suauitatis tuæ de lōg in quo uenit ad me, q̄ est mihi sup̄ odorem balsami ac frangrantia thuris & myrræ, omniscijs gñis suauia odoramenta. Cōcupiscentias mundas parit in me, q̄rum est adiutor dulcis, uir tñ portabilis. O dñe, si tam suavis ac nobilis est tuæ bonitatis atque dulcedinis odor, q̄ p̄clarus ac suauissimus eius est sapor, si tantæ uirtutis est modica degustatio uiae, quā inestimabilis iucunditas erit plena inebriatio patriæ Postremo, sicut doctor de uotis dñs Bonaventura, uir uere illustrissimus atque diuinus fatetur, uincit ista deliciosa q̄ amarissimis dei p̄statut à spiritu sancto in uia, est uelut q̄dam roseus liq̄r, qui p̄ totam aiam se diffundens eā cōfortat, disponēs eam suauiter ad ueritatis luculentias suscipiendas ac pariter cōtemplandas. Si ad hanc cælicam unctionē ac cæli formem in deo delectationē concupiscit cor nō in pertingere, oportet ab inferiori a fundamento humiliter inchoare. Nō enī prius qd spiritus, sed quod animalē, secundū Apost. Quantū enī ad primū, qd ad præstatam cōfolationem attinet, oportet nos qd docet Saluator impleret: Vide, inqz, ne grauenetur corda nostra crapula uel ebrietate aut curis huius seculi. Nā iterū ait: Vx uobis qui saturati estis, quia esurietis. Ideo ait Apost. Curam carnis ne feceritis in desiderijs. Oportet quoqz nos ponere custodiā oris nosistro, & ostium circumstantiæ labijs nostris. Ab omni autē uanitate risuum, iocorum, ludogz, cōfabulationum, quālā facie colubri oportet nos fugere: sed & cor omni uigilantia à cogitationibz, onibus uanis, ab affectionibz inordinatis, ab omni occupatione prava atque inerti temporis negligientia oportet p̄cipue præseruare. Agamus ergo uiriliter, plenam contra desidiam nostri torporis instanter. Vincamus nosipsoſ, cogitemus quæ supuentura sunt nobis, & p̄seueremus in ihs usqz in finem, scientes q̄ honorum laborum gloriosus est fructus, q̄ item nō sunt condigne passiones huius temporis ad gloriam fortibus dei militibus præparatam. Quibus deus sublimis & benedictus nō aliud præparauit q̄ seipsum, ut sit ipse dator ac donum, præmiator ac præmium, qm̄ hoc ad liberalissimum pertinet amatorem, ut dando munera sua simul præstet seipsum. Tanta ergo diuinæ dilectionis liberalitas circa nos, mētem nostram inflammet, uigilantem, gratam, atque in omni diuinitatris amoroſo obsequantem, proficentem, feliciterqz cōsummant̄ efficiat. Cum enī pfectio, nobilitas, beatitudo, summaqz dignitas creaturæ, præfertim intellecuialis, sit suo (ut fas est) creatori assimilari, suamqz voluntatem eius beneplacito conformare, atque mādatis sue consilijs eius se in omnibus subiugare, quid uilius, miserabilius, turpius, atque declivius esse ualeat, quā delectari in his quæ displicant sancto atque mundissimo deo, ea amplecti & approbare q̄ horret ac reprobat ille, ea eligere & amare quæ prohibet: Deniqz, quid uituperabilius damnableiusqz potest quis mente concipere, q̄ rationalem creaturam ad superflantz diuinitatis similitudinem conditam, super beatissimæ trinitatis imagine insignitam, summe felicitatis capacem, cælestium spirituū in natura conformem, reliquo summo, immenso, superessentiali & incommutabili bono, neglecto uero, uulno adorando deo, contempto creatore, saluatorē & beatificatore suo, in his terrenis & sensibiliibus fordidari, carnalibus oblectari, transitorijs implicari, corporalibus uoluptatibus superari & obsequi, ac per hoc deo inimicari, dæmonibus complacere & subiungi, bestijs deciesmillies deteriorem constitutis. Insuper nonne proflus infinita calamitas est, negligenter stultitiaqz immensa, amore harum breuissimaz mūdi carnisqz deliciarum ac uitiosissimarum delectationū atque inaniū gloriationum, nō iam dūtaxat in uita p̄fenti, sc̄tis, internis & spiritualibus gaudijs, deificis consolationibus, purissimis, cælestibus, dignissimisqz delectationibus spoliari, sed semper terrena quoqz beatitudine patriæ, superdignissima diuinitatis fruitione, & eius beatifica uisione in æternum priuari, & ultra hæc omnia sempiternā infernaliū suppliciorum inexplicabile acerbitatem mercari, innumerabilia beatorum gaudijs perdere, atque innumera damnatorum tormenta incidere? O infelissimi huius seculi amatores, uoluptatum turpissimi sectatores, densissimis interioris cætitatis tenebris obuoluti, palpabilibus uitioz erroribus obtenebrati, cur uobis metipſ crudelissimi estis? Cur non miseremini proprijs animabus? Cur inceſanter augetis & theſaurizatis uobis amarissimas infernalis fouæ penas? Redite p̄uariatores ad cor, attendite quod in seculo isto peregrini & exules estis, nec aliter quā per uitam penitentia uiliſſia, per uitam arctam seu conuersationem uirtuosam saluari potestis. Ecce quantum seipsum Matt. 7,

D. DIONYSII CARTH. SERMO III.

uiliificat homo peccando, reddens se deo deformem, ingratum, contrarium atq; odibilem, d^e D
monibus similem, corde turpissimum, brutis deteriore. Præterea, quantum iniquus seipsum
turpiter delectando uiliificat, tantum se iustus in solo creatore lætando nobilitat. Nonne præ-
clarum & optimum est, sic proprium affectum diuinæ conformare ac subdere voluntati, ut in
his tantum modo delectetur, in quibus delectatur & deus, ea uitare quæ ille censet uitanda, in
diuinis & spiritualibus potius q̄ in uilissimis huius seculi materijs deliciari, propter spiritualia
gaudia tam uita q̄ patræ, inanissima mundi solatio detestari? Erubesc ergo o anima consola-
ri in cœlo, quæ eit de caloerubescere in minimis delectari, quæ non potes nisi summis satiar. Plat. 76.
Natura cœlestis es, cœlestemq; cōsolationem (si carnalis insania permitteret) quereres. O quæ
dulee ac delectabiles es, secundum naturam gratia decoratam & bene institutam uiuere, in
terris cœlesti utiam ducere, ab exterioribus ad interiora redire, ab interioribus ad superioria
ascendere, cunctaq; facere secundum nobilissimum quod præexcellit in homine, hoc est,
secundum intellectum. O anima, si te ipsam perfecte cognosceres, ex tua cognitione mūdum
& ea quæ mundi sunt, sperneres. Si te cœlestis esse natura, deiformis ac immortalis essentia sa-
pienter perpenderes, terrenam consolationem & uilem in iocis ac risibus dissolutionem con-
temneres. Ecce mundana delectatio quam inimici creatoris requirunt, amplectuntur & dilis-
gunt, primo uilitatem habet in obiecto, cum sit circa immundam & infimam. Secundo habet im-
munditiam in subiecto, quoniam habentem se maculat. Tertio habet breuitatem in seipso,
momentaneum siquidem hoc delectat. Quarto habet micorem in termino, dum imp̄ in
puncto in infernum descendunt. Quinto habet magnam miseriam in effectu, quoniam spiri-
tuali gaudio priuat hominem in præsenti seculo ac futuro. Contrario autem modo per omnia E
est de consolatione ac delectatione spirituali & uirtuosa. Vere ergo, sicut Hieronymus loqui-
tur, gaudere atq; ridere in seculo isto non est hominis sensati, sed phreneticus: quoniam mun-
dana gaudia excludunt homines à uita beata. Hinc decimoquinto Moralium dicit Gregori
us: Gaudia uitæ huius quæ iniusti magna bona existimant, iusti uelut stercora depurant, & æter-
nitas intuitu tanq; nihil ac somnium paruipendunt. Vnde in Iob scriptum est: Laus impioꝝ
breuis est, & gaudium hypocrite ad instar puncti. Et primo Machabœorum: Gloria imp̄ ster-
cus & uermis hodie extollitur, & cras non inuenietur.

SERMO III. De multiplico & iucundissima amicorum dei exultatione ac gaudio uita præsentis & futuræ.

VOX exultationis & salutis in tabernaculis iustorum. Psal. 117. Sicut doctores concordia-
ter astruunt, & sanctus Thomas in secunda secundæ quæstione 28. declarat, ex eadem
uirtute possunt procedere plures actus ad inuicem coordinati, & eiusdem rationis, quorū unus
oritur à uirtute illa per alium. Vnde & ipsa uirtus ab illo actu denominatur ac diffinatur, qui
primo & principaliter ab ipsa progrederit. Porro amot est prima affectio appetituæ poten-
tia, & ex amore desiderium gaudiumq; nascuntur. Hincidem est habitus uirtuosus, puta chari-
tas, appetitus seu uoluntatem inclinans ad diligendum bonum, & ad desiderandum illud,
itemq; gaudendum in illo. Et quoniam actuum horum prior est dilectio, idcirco à dilectio p-
one, non à delectatione uel gaudio, charitas nomē ac rationem sortitur. Vnde gaudium non
est habitus aut uirtus à charitate distincta, sed eius effectus: potestq; dici actus charitatis, si per
actus intelligatur quicunq; effectus habitus uirtuosi. Non autem, si actus proprie accipiatur
pro actu proprio, immidoato, directe illico. Sic enim gaudium non est actus immediate à uit-
tute elicitus, sed actum uirtuosum consequitur, & ei annexum est tanq; complementum & q-
uæ etatio potentia operantis, quæ in obiecto sibi convenienter gaudente quodammodo cōte-
natur, quieratur & cōquiescit. Quāuis autem gaudiū asseratur principaliter charitatis effectus,
nihilo minus uirtus habet proprium gaudiū. Sed quemadmodum charitas omnes
uirtutes imperialiter mouet ad operandum, tanq; regina & forma ac finis uiteturum, sic eius est
de omnium uiteturū actu gaudere, dicente de ea sc̄to Apostolo: Nō gaudet super iniquitate, cō-
gaudet autē ueritati, haud dubiū quin & æquitati, omniq; uituti. Deniq; gaudium & tristitia
ex charitate opposito modo procedunt, qm̄ sicut ex boni amati sentia uel ipsi pro eo quā am-
amus successu, aut quā perfeccio sua sibiā inest, gaudemus, ita ex absentia uel aduersitate bo-
ni amati tristitia oritur. Insuper queri potest: Quomodo gaudiū nostrum de deo, esse possit
uel dicat plenū, præsertim cū deo nulla mēs creatūræ queat gaudere, quantum deo dis-
gnū est gaudere. Nam sicut p suam puram atq; immensam bonitatē est infinita amabilitas
uis & desiderabilitatis, ita est utiq; per eandem infinita gaudiositas seu delectabilitatis. Quod autem

FERIA III. PASCHÆ.

Fol. CLXXXIII.

A autem gaudium nostrum de deo, ualeat esse plenum, innotescit per id quod apud Iohannem
aīt Saluatoris: Petite & accipietis, ut gaudium uestrum sit plenum. Et respondēdū, quod gau-
dium istud dicitur plenum dupliciter: Primo, ex parte obiecti, uidelicet eius, de cuius bonitas
quis gaudet, sicq; solius dei gaudium est plenum, tanq; uere ac intensius immensum. Secun-
do, ex parte subiecti, puta gaudientis, quando uidelicet desiderium eius perfecte satiat, cor-
tentatur & quietatur, ita quod potentialitas eius ad suum actum complectum & ultimum per-
fecte deducitur. Sicq; gaudium nostrum plenum erit in patria, in qua quilibet beatorū attin-
git terminum, sibi à diuina prædestinatione præstitutum atq; præfixum. Idcirco nil ultra ex-
pectat aut ppetit, necq; appetere potest. Interim uero in uia huius exilij quotidie crescere & profi-
cere possumus & debemus. Præterea contemplandum, quod gaudiū spirituale ex diuina pro-
cedens contemplatione ac dilectione, secundum quod bonitas dei in seipso consideratur, &
propter seipsum pure diligitur, non habet admixtam tristitiam sibi contrariam, sicut & bonis
eis dei non habet malum sibi admixtum. Gaudiū uero ex contemplatione aut dilectione
dei descendens, secundum quod bonitas dei seu deus consideratur siue diligitur per respectū
ad nos, secundum quod participatur aut participari potest à nobis, habere potest tristitiam
contrariam sibi annexam, propter ea quæ participationē aut fruitionem, seu cætera dona dei
à nobis uel à proximis charisq; nostris excludunt. Quemadmodum enim de participatiōe &
præsentia boni quis gaudet, ita de eius absentia aut impedimentis tristitatur. Ideo sponsa aīt in
Canticis: Indica mihi quem diligat anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie. Et Psalmista:
Fuerunt mihi lachrymae meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est deus tu-
us: Itemq; Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Apostolus quoq; de se loquens: In
felix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sic enim & lacrima ex charitate p-
redit. Et hoc sciendum, quod tristitia quæ gaudiū opponit & uitium est, oritur ex suispliis
inordinato amore, qui dicitur amor priuatū ac improbus, nec est uitium speciale, sed radix
omnium uitiorū generalis. Veruntamen nō obstantibus praeductis, Guilhelmus Parrhisi
ensis in tractatu suo de uitutibus, ponit quandam specialem gaudiū & doloris acceptiōem:
Sunt, inquietus, dolor & gaudium, quæ nomen habitus fortuntur. Ponit itaq; quoddam gau-
dium habituale, quod secundum eum est pene continua serenitas cordis, ex præsentia inhabi-
tantis dei, quani non obnubilat nec obscurat aduersitas. Est quoq; ut ait, gaudium spei, gau-
dium charitatis, gaudium patientiae. Non enim est uitius, quæ gaudiū proprium nō habet
annexum. Vnde dicitur in Proverbiis, Gaudiū est iūsto facere iudicium, ita & casto facere qd Pro. 21
caſitatis est: gaudiū spei est de bonis futuris: gaudiū charitatis, de honore dei & proximo
rum salutē: gaudiū patientiæ, de ipsa tribulatione. Simili modo dicit ipse: Datur dolor qui
& donum & lacrima & gratia lachrymarum uisitare uocatur, qui quāracunq; uehementia cres-
cat, quantacunq; amaritudine mentem affligeret uideatur, non sine dulcedine & gaudiū un-
quam est. Hinc generaliter uitrorum sanctorum uultus nunquā gratioſori serenitate resplen-
dent, quamcum uerum corda compunctionis gratia amaricauit, lachrymisq; eorum ora per-
fudit. Et hic dolor non opponitur gaudiū uero, imo secum compatitur, sed gaudiū uano, car-
nali, mundano. De hoc autem dolore intelligitur illud Matthæi: Beati qui flugent, quoniam Matt. 5.
ipsi consolabuntur. Et illud Ecclesiastæ: Qui addit scientiam, addit & dolorem. De qua scien-
tia & dolore loquitur Augustinus in primo de doctrina Christiana: Scientia hec facit homi
nem non foris se iactantem, sed interius se lamentantem. Insuper secundum Guilhelmu[m] Vir
sanctus gaudiū ex præsentia dei ipsum inhabitantis, non quia sentit, præscit, uel presumit præ-
sentiam dei in seipso, hoc nāq; esset iam aliud gaudiū, utputa fidei aut spei, sed sic de dei in-
habitantis præsentia gaudiū, quemadmodum prædicto dolore saluertimo ac iucundo de
eius absentia dolet. Deus quippe donat huiusmodi gaudiū, sicut & gratiam compunctionis.
eriora uitia mea foris monstrando, & alijs uarijs modis peccauit per uisum. Peccauit etiā per au
ditum, uerba uana, scurrilia, mendosa, detractoria, contentiosa, pungitiva, cantus lascivios, in
anes, amatorios, symphonias & similia, liberet cum delectatione audiendo, ac uerba salubria
& sermones, correptiones et informatiōes bonas inuite audiui. Peccauit quoque per gustum,
cibos & potus delicatos auide cum carnali delectatione sumendo. Et per odoratum, in sua
uitatibus odorum carnaliter delectando. Item per tactum, propria membra aut membra &
corpora aliarum personarum impudice et libidinose tangendo, et per hoc meipsum aliasq; per
sonas ad peccata uaria et grauia prouocando. Amplius peccauit per sensus interiores, uarijs
phantasiis, turpibus imaginationibus, illicitis cogitationibus immorando, uitiosis affectioni
bus non resistendo, passiones animæ meæ, uidelicet mortis sensuales, non frangendo. Peccau
it quoq; multipliciter et innumerabiliter nimis per linguam, mentiendo, obloquedo, iuran
do & periurando, alijs conuiciando, maledicendo, uerba uana, lasciuia, friuola proferendo. Item
cum uana delectatione cantando, & cantus seculares, inanes, amatorios canendo aut p̄cen
do. ¶ Præterea grauiter nimis peccauit cōtra decem præcepta. Primo, quod dominum Deum
creatorem meum toto corde non dilexi nec timui pro posse, non honorauit nec colui, sed con
tempsi, eius præcepta non aduentendo nec implēdo, sed multa uana atque uilissima, carnalia
ac caduca ei inuictissime et insipientissime preferendo, sic creaturis & rebus carnalibus magis
quām

FERIA III. PASCHÆ.

Fol. CLXXXIII.

quām deo adhæsi, & propter harum amorem deum reliqui, contempsi & oblitus sum. Item
inaniter s̄pē iurauit, & absq; reuerentia nomen dei assumpsi, ac periurauit scienter ac sponte,
propter aliquod commodum temporale. Dies quoq; festiūs non debite celebraui, nec diui
num officium pro posse audiui, imo tunc magis peccauit quām cæteris diebus, ludendo, cho
rizando, potando, gyro uagando, inania intuendo, ac alia diuersa uitia committendo. ¶ Insuper,
parentes & superiores meos debite non honorauit, eis frequenter inobedientia fuit: quando
fecerunt aut dixerunt quod mihi non placuit, faciliter & frequenter indignationem & iram
contra eos concepi, dure & irreuerenter eos alpexi & afflatus sum: & si feci quod mihi iniunxe
runt, non tamen cum debita promptitudine ac reuerentia mentis, sed cum murmuratio, im
patientia aut tædio id feci. Bona, labores & sudores eorum, gulosæ, uane, turpiterq; consum
psi. Senioribus, sapientioribus, uiruostoribus, religiosis, & sacerdotibus reuerentiam decen
tem non impendi. ¶ Præterea alios lœsi in corpore, uel in fama, aut quoconq; modo percussi
eos, consilio uel auxilio, aut laetionis eorum pro posse meo non restitu, uel aliquorum mortem
seu laetionem optauit, uel inde gauisus sum. Item aliorum bona furatus sum aut retinui, & des
bita male persolui, ita quod alij inde damnum incurrerunt, & parentibus meis aliqua occulite
subtraxi. Peccauit quoq; per uitia carnis, & per testimonium falsum, atq; per hoc damnum alijs
inculi. Desiderauit etiam aliquorum uxores aut opes, & uitiosæ concupiscentiae non restitu de
bito modo. Sed & præceptis ecclesiæ non obediuī, seiuando certis temporibus ut præceptū
est. ¶ Præterea peccauit in septem peccatis mortalibus. Primo, per superbiam, magnum me re
putando, laudem & gloriam temporalem optando, de donis & beneficijs dei inaniter glori
ando, quasi illa à meipso, non à deo, haberem. Vanam complacentiam habui in meipso, alios
spreu ac temere in dicauit. Et quando me laudari audiui aut noui, inaniter delectabar, quāuis
false laudabar. Item superbiorū, & alijs me prætuli, ac iactauit me de nobilitate, de opulentia, pul
chritudine, ingenio, prudentia, eloquentia, multitudine amicorum ac propinquorum, atq; po
tentia seculari, aut fortitudine corporali seu dignitate officij. Fui quoq; superbus in uerbis, me
ipsum laudando præsumptuose & iactanter, propria uitia excusando, alios inordinate, inuidi
ose aut mendaciter accusando, de alijs despctorie loquendo. Fui item superbus in factis &
operibus meis, superbè eundo, & curiose me uestiendo, increpantibus & informantibus me
fui ingratius, molestus & durus, atq; alijs modis diversis magis quām possum exprimere, per
superbiam deum offendì. ¶ Præterea per inuidiam deum offendi, alijs mala optando, de eos
rum prosperitate tristando, & de eorum aduersis gaudendo, ipsiq; detrahendo, & alios ad eo
rum odium inducendo, seu ipsos cum auersione & nausea inspiciendo, atq; de ipsa cum pra
ua affectione cogitando. ¶ Insuper peccauit per iram, irrationabiliter irascendo, pro parua in
iuria magnam undicantem inferendo, aut inferre optando siue procurando, & nimis excessiue
fui s̄pē commotus, ita quod ratio mea totaliter excætabatur, & uelut brutum ac stultum me
exhibui, perturbationisq; signa foris ostendi, & alios per hoc scandalizauit & perturbauit. Sed
& contra irrationalia & inanimata ac contra superiores meos, per iram commotus, furore &
impatientia s̄pissime plenus fui. Ex ira quoq; in diuersa uitia lapsus sum, scilicet in laetionem
& contumeliam, in diffamationem ac detractionem, maledictionemq; galiorum, in reuelatio
nem secrutorū, imo in manifestacionē eorū quæ in fide suscepī calida, (quod est mortale pec
catum) nisi propter bonum commune talia oporteret manifestare. Item in murmuratio, in
iuramenta atq; periuria. ¶ Amplius peccauit per auaritiam, bona terrena superflue appetendo, co
gregando, uidelicet plus quam mihi aut meis necesse aut utile est, quod ad deum & ueram salu
tem. Filii quoq; ac filiabus meis temporalia concupisi, collegi, ac reseruauit plus quā eorum
conditioni ac statui congruit. Ex auaritia quoq; in diuersa lapsus sum uitia, scilicet in dolos,
furta, mendacia, periuria, uiolentias, & rapinas. Et in emendo ac uendendo alios defraudauit,
male & tarde persolui indigentibus, mutuum dare nolui aut sub usura concessi, aliorum ho
na optauit, ludos illicitos & lucrosos exercui, & ad idem alios induxi ex affectu lucrandi, alijs
ablati, ludos illicitos & lucrosos exercui, & ad idem alios induxi ex affectu lucrandi, alijs
ablati & male acquista non restituti, nec in pios usus conuerti. ¶ Præterea peccauit p̄ acediam,
quia ad dei obsequium fui piger & negligens, opusq; dei cum tædio & irreuerentia feci. Pensi
tentias mihi iniunctas omisi, aut imperfecte & absq; cōtritione solui. Missas, sermones & alia
diuina officia, cum satiis uacarem, non audiui, præfertim in festis iuxta p̄ceptū ecclesiæ imo tūc
intentus fui ludis, potationib; trufis, alijsq; diuersis p̄ctis, uale de diu māli in lecto, sc̄q; diuina
neglexi, & tēpus mihi cōcessum infructuose & uitiose consumpsi. ¶ Insuper, peccauit grauiter ac
s̄pissime, imo quotidie pene p̄ gulā, cibum & potū supflue capiendo, horā comedēdi ac po
tandipuendo, nimis diu in mensa sedēdo, p̄ciosa & delicate cibaria sumendo, delectationē
in cibis & potibus, & non solam naturæ necessitatem, querendo. Post prandium & cenam

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EVANG.

Dimmoderate potau, uana, illicita, & detractoria uerba tempore cometionis & portationis los catus sum. Per inanem lætitiam animum relaxau. Per crapulam ad opera bona ineptum me feci. Somnolentiā incidi in diuinis, & tempus diuinis officij obdormiū, ad uitia carnis me pro uocau, tēpus damnabiliter expendi, & ante refectionem cibo & potui nō benedixi, nec post refectionem gratias egi. ¶ Amplius peccau per luxuriam, cogitatiōibus immundis, affectis onibus lasciuis, uerbis scurrilibus, prouocatorijs, libidinosis, fallacibus, osculis, tactibus, amplexibus ac alijs blandimentis carnalibus, ac meretricijs gestibus. Operē quoq; in hoc peccato excessi per simplicem fornicationem, per meretricium, per adulterium, per stuprum, (quod est uiolatio virginitatis) per sacrilegium, (quod est cōcubitus personae religiosae, aut in sacris or dinibus constituta, uel cum personis huiusmodi) per incestum, (qui est concubitus cum persona consanguinea, aut affini, aut legali cognitione propinquā) aut cum propria coniuge, modo prohibito me miscendo, ut dictum est. Vel per peccatum contra naturam, quod fit piuribus modis. Item nō solum in ipsam uitiosam carnis copulam, sed in ipsam quoq; ueneream delestationem cōsensi, quorum utrung est peccatum mortale. Insuper, cogitādo, aspiciendo, tangendo, loquendo, osculādo, & amplectēdo in meis, & in alijs personis stimulationem, inflammationemq; carnis, cōcupiscentiam sensualitatis aut pollutionem uitiose & lamentabiliter prouocavi. Et dum aliquid tale in corpore meo sensi, non statim à talium causis, uidelicet osculis, tactibus, amplexibus, imaginationibus, aspectibus, cōfabulationibus mere retraxi, sed morose, periculose, insipiente ac turpiter immoratus sum talibus. Alias quoq; personas ad p̄tacta peccata induxi, imo inducere plures ac plures optau quā potui. Nec solū peccau ex uer hementia passionis atq; humanæ fragilitatis, uerum etiam ex proposito & usu ac habitu uitio so. Et substatiam meam taliter deuorau, sicq; leuis fui ac procax in uerbis, petulās & lascivus in oculis, inquietus in membris, inconstans in mēte. Præfata etiam uitia commissi temporibus sacris & festis, ut in quadragesima, in aduentu, feria sexta, die dominica, quādo specialiter à talibus est cauendū, & cito postquam communicau, & antequā penitentiam multī iniunctam compleui. Item de perpetratis peccatis nō statim penitui, sed me de ipsis iactau, atq; sub Mis sa ac diuinio officio in ecclesia feciminas libidinoſe aspexi, & concipiū etiam maritatas ac uir gines, & carū aspectibus me obieci, ut ab eis appetere & complacerem. Ibi eis arrisi, & si attendi me ab eis aspici, gloriab, sicq; animam meam aliorumq; animas interfici, & infinitis fec ditatibus ac p̄tis ego uillissimus sum pollutus. ¶ Hæc in speciali modo cōsiderit tacta sufficiant, de q̄bus quilibet quantum sua eum conscientia redarguit, se reddere debet culpabile. Cum uero qs dudit, an in hoc uel illo peccato culpabilis sit, quāuis non debeat affirmare se esse culpabile, sed sub dubio confiteri, de hoc tamen ita se debet ad emendationem & satisfactionem offerre, quasi certissime sit reus. Et hoc securius est.

ENARRATIO euangelij: Manifestauit se Iesu ad mare Tiberiadis. Iohann. 21.

Describit Euangelista in hoc euangeliō apparitionem factam in Galilæa certis apostolis, dicens: [Manifestauit se iterum Iesu ad mare Tiberiadis.] hoc est, prope littus marii situati iuxta urbem, cui nōmē Tiberias, quā in honorē Tiberij Cæsaris sic vocata est, qđ mare alio nomine appellatur stagnum Genezareth, & mare Galilæa, qđ in prouincia Galilæa habet. F tutur. Pater ergo quod ista apparitione facta sit in Galilæa. Vt enim in Matthæo legitur, Iesu in die resurrectionis dixit mulieribus: Nunciate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me uidebūt. Discipuli igitur ex præcedētibus apparitionibus confortati in fide & animati, exierunt in pulsū, & Galilæam ingressi sunt. Vbi cum paucis diebus demorarentur, contigit quod nūc attestatur Iohannes: Primo autem referrem gestam summam, deinde refert ordinem quo siebat. Dicit ergo: [Manifestauit autem sic]. i. modo qui sequitur. Chfs nempe dum uolebat, repete disparuit, & dum uolebat, subito rursus apparuit, nec erat continuo cum discipulis, sed certis locis atq; temporibus secundum præordinationem diuinam, prout utile uel necesse fu it ad informationem & consolationem primitiū eccliesi. [Erat autem simul Simon Petrus] qui à natuitate uel circuclione dicitur est Simon, & à Christo nominatus est Petrus, [& Thoma] qui cognomēto dicitur Didymus], i. dubius [& Nathanael], legisdoctor frater Philip pi apostoli, [qui] Nathanael erat joridus [à Chana] uilla [Galilæa] ubi Christus conuertit aquam in uinum. Huic Nathanaeli perhibuerat Christus testimonium hoc: Ecce uere Israēlita, in quo dolus non est. [& filii Zebedæi] Iohannes & Jacobus, [& alijs ex discipulis eius duo] quorum nomina reticetur. Omnes ergo simul septem fuerunt. [Dicit eis Simon Petrus,] qui in omnibus operosior atq; seruentior comprobatur. [Vado p̄scari. Dicit ei: Venimus & nos tecum.] Licit autem discipulis ad tale officium reverti, propter uictus necessitatem, quia in felicitum erat. Matthæus uero ad teloncum non rediit, quia huiusmodi opus raro uel num quam

FERIA IIII. PASCHÆ.

Fol. CLXXXV.

A quam exercetur sine peccato, secundum Gregorij. Hi ergo discipuli quoniam pauperes erāt, & Iesu prouisor eorum recesserat ab eis, ad p̄scandum profecti sunt. In quo patet Nathanaelis magna humilitas, quia uir tantus ad humile opus accessit. [Et ascenderunt in nauim] forsan accommodatam, locatam, communem sive uacantem. Proprias enim naves & cæterare Mar. 1. liquerunt, & illa nocte nihil prenderunt.] hoc est, nullum p̄scem ceperunt. Quid licet ex Luce 5. naturali causa accidisse potuerit, tamen diuina factū est dispensatio, ut mox futura captio mīraculosior appareret, atq; ad Christum declarādum efficacior. [Mane autem factō, stetit Iesus in littore.] Tota igitur nocte permisit discipulos instructuose laborare & fatigari, ut postea uisus Iesu & p̄scibus copiose comprehensis, sincerus exultarent. ¶ Permitit autem dominus electos suis in nocte seculi huius, id est, in tempore praesentis uitæ, quæ tribulationibus, culpis, atq; miserijs plena est, multipliciter laborare, affligi, sudare, ut tandem quietem sortiti, pleni uisus iudicentur, iuxta illud: Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis, quibus uidimis mala. Porro mane factō apparet Iesus taliter laborantibus, id est, consummato cura su temporis huius tenebrosi, tradūcit eos de hoc mari magno turbulentōq; seculo, ad portū securitatis æternæ, seu patriam electorum, ubi sol intelligentiae incessanter oritur, nec dies tendit unquam ad occasum. Potest quoq; per manē istud intelligi finis tentationis & perseguitionis cuiuscunq; in quo splendor gratia mēti infundit, spiritualis cōsolatio datur, & oīa interiora animæ renouantur. Tunc Iesus apparet his quibus tale mane conceditur, statq; in littore, hoc est, in loco trāquillo, ubi flagellum non appropinquat tabernaculo suo, uidelicet extra & supra hunc mundum inquietudinibus plenum, inuitans suos ministros ut festinent uenire ad ipsum, aspirando indesinenter ad patriam. Deniq; ad literā stetit Christus in littore maris, non supra aqua fluenta, quia uolebat discipulos suos paulatim ad suam cognitionem perducere. Si autem stetisset super aquam, obstupesfacti fuissent & territi, arbitrantes phanta Psal. 9. sima esse uel spiritum, quemadmodum ante passionem quando ambulauit super mare. Tunc Matt. 14. enim p̄ timoris magnitudinem clamauerunt. ¶ Mystice uero stetit in littore, ad insinuādum quod amplius cum eis non erat in aquis tribulationum & fluctibus uite mortalis, sed ad impossibilem, tranquillissimamq; uitam resuscitatus consisteret. Vnde ad innuēdum, quod hoc modo cum illis non esset, quibus tamen præsens loquebatur, ait apud Lucam: Hæc sunt uera ba quæ loquutus sum uobis cum adhuc essem uobiscum. [Nō tamen cognoverunt discipuli quia Iesus est.] In alia nancij effigie apparet eis, quemadmodum etiam Magdalena. Apparuit autē discipulis suis, secundum Chrysostomum, in specie uiri uolentis emere p̄scēs. Quod Mat. 27. conuincit ex eo, quod subditur: [Dixit ergo Iesu: Pueri.] Pueros uocat discipulos, non aēta Ioh. 2. te uel indiscretione, sed simplicitate, puritate & innocentia, per quem modum Chrysostomus dicitur Psal. 68. ipso. Ne auertas faciem tuam à puerō tuo. Et de ipso dicit primiū ecclesiast. Conuenerunt ad Acto. 4. uersus sanctum puerum tuum Iesum, Pōtius Pilatus & Herodes. Ue prædictis pueris suis atq; discipulis, ait Christus per Iesaiam: Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi dominus. [Nūquid Isaiae 8. pulmentarium] id est, aliquid cibi quod decoctum apponatur ac manducetur cū pane ut sa ppidus sit, [habebitis?] quasi dicat, Habebitis aliquos p̄scēs: Quærerit ut ex illorum responsonē cōsuenienter consulat atq; subfinerat. [Respoñderunt ei: Non. Dixit eis: Mittite in dexteram] pars tem[navigij] rete, id est, rete uestrum proīcite in aquam, ut dexteram partem nauiculae, & in uenientis quod queritis, scilicet p̄scēs in copia. Prædictis effectum futurum in se penitus contingent, ut cum factum uiderent quod prædixit, scirent eum esse Christum. [Miserunt erso rete in aquam, & iam nō ualebant illud trahere p̄ multititudine p̄scium.] Ex quo elici posse, quod diuino nutu p̄scēs subito illuc adducti atq; collecti sunt, uel fortassis diuina uirtute producti. Non enim paulo ante ibi fuerunt, quia discipuli tota nocte circa locum illum erant p̄scati. [Dicit ergo discipulus ille quem diligebat Iesu, Petro:] Dominus est.] Quemadmodū discipuli ante passionem uocabant Iesum nunc magistrum, nunc dominum, iuxta illud: Vos uocatis me magister & domine, ita & post passionem. ¶ Deniq; Iesus est ille dominus, de quo ait Psalmista: Tu dominaris potestati maris, qui in exordio mundi quinto die fecit p̄scēs maris. Loquitur autem Iohannes specialiter Petro tanquam familiariori & principaliori. Iohannes uero cognovit Iesum per miraculosam p̄scium captionem, & quia uidit uerbum eius tam copiose impletum. Vell Iesus primo ostendit ei speciem sui cognoscibilem, [Simon Petrus ut audiuit quia dominus est, tunica succinxit se.] Erat enim nudus.] Quod Petrus dicitur tunica se succinxisse, quia nudus erat, intelligi potest dupliciter. Primo, quod super simplicem uestē erat indutus, succinxit se, qđ discinctus fuit. Erat enim nudus, hoc est, pars uestitus, ita qđ comparatione solitæ uestitionis dicitur nudus, quæadmodum ei qđ pars uestitus est, dicimus: Cur uadis nudus? Secundo, quia erat simpliciter nudus, saltem usq; ad lineas uestes, & ergo tunica fe

D. DIONYSII CARTHV. SERMO II.

se succinxit, illam induendo atq; cingendo, eratq; nudus secundum consuetudinem pescatorum, ut expeditior esset ad opus. Porro succinxit se propter reverentiam Christi, ut ad eum hunc ueniret. Dicitq; Beda, quod uenit non ambulando super undas maris, ut ante Christi passione, sed natando uel peditando, quod improbat Lyra, quia si uoluisset naturae, non succinxisset se tunica, nec poterat propter profunditatem aquarum. Distabat nancq; à littore, q̄ si ducentis cubitis, & potuit ibi currere nauis. Videtur autem q̄ Lyra sufficienter probet, quod Petrus non accessit natando, nihilominus puto cum Beda dicendum, quod nō ambulauit super aquas, sed peditauit. Primo, quia hoc uidetur euangelicæ veritati amplius concordare, sequitur enim in textu [& misericordia in mare.] Ex hoc apparet, q̄ aquam intravit usq; ad magnam corporis partem. Secundo, quia non est uerisimile quod euangelista tantum miraculum tacuisse. Pro eo enim quod ait, Misit se in mare, poterat dicens: Ambulauit super mare. Quod uero arguitur de aqua profunditate, non cogit. Quanuis enim euangelista appellat hanc aquam mare, non tam proprie fuit mare, sed stagnum. Loquitur quippe secundum consuetudinem sermonis hebrei, qui quanlibet congregationem aquarum notabiliter magnam, nominat Genes. 14. mare, iuxta illud: Congregationes aquarum deus appellauit maria. Non ergo oporteret asserere aquam tam profundam fuisse. Misit se ergo Petrus in mare ex feruore & gaudio, cupiens certime uenire ad supercharissimum suum magistrum ac dominum, quem nunc toties uidit, nec dubium quin multa ab eo audiuit quæ non sunt cōscripta. [Alij autem discipuli nauigio uenerunt,] quia non adeo feruiderant Petrus, nec indigebant se in aquam mittere. [Non enim longe erant à terra,] id est, littore in quo stetit Iesus, uel de prope, ideo poterat quasi tam cito uenire ad Iesum, ut Petrus, trahentes rete piscium] per aquam, ut moris est pescatoribus. E. [Ut ergo descenderunt in terram,] de aqua uel naui, uiderunt prunas positas,] sic illicet ignem carbonum, [& pescem superpositum] prunis, qui assabatur ut esset eius aptus, [& panem] iuxta prunas. Viderunt ergo necessaria uictui. Chrysothomus ait, quod Christus hęc tria creauit ibi de nouo, uidelicet pescem, panem, & prunas. Alij, quod de nouo formati sunt ex praieati materia. Voluit autem Christus sua resurrectionis ueritatem rursus ostendere per manducationem. Ideo hæc tria preparauit, sciens etiam discipulos fame confectos, ut poterit qui tota nocte laborauerunt. [Dicit eis Iesus: Afferte de pescibus quos prendidistis nunc.] Quanvis enim Christus potuit omnes satiare de pisco superposito prunis, uoluit tamen ut de pescibus capti afferrent, quia dum aliunde habemus, non debemus ad miracula perpetranda cōfugere, nec supernaturalia efflagitare præsidia, dum naturaliter habemus quod opus est. Hoc enim esset deum tentare. [Ascendit Simon Petrus,] præ alijs semper promptior atq; ardenter, [& traxit rete in terram, plenus magnis pescibus centum quinquaginta tribus.] Magnitudinem & multitudinem pescium exprimit euangelista, ad ostendendum excellentiam tanti miraculi, propter quod subditur: [Et cum tanti essent, non est scissum rete,] quod naturaliter uix triginta pescis poterat sustinere, ut putatur. Multa mirabilia in ista apparitione peracta sunt. Primo, quod Iesus ostendit se in alia forma qua cognosci non poterat. Secundo, q̄ tot pescis repente collecti & capti sunt. Tertio, quod prunæ ac pescis & panis de nouo formata sunt. Quarto, q̄ rete tot pescibus repletum, manserit integrum. [Dicit eis Iesus: Venite, prandete. Comedit autem Christus cū eis de pisco adeo nunc, quæ ad modum ante in cōclavi, quāvis Iohannes nō exprimat. Et nemo audebat interrogare eum discentiū: Tu q̄s es? scientes q̄a dīs es.] Quoniam ergo id nouerat, non audebat inaniter interrogare. Frustra cōspicuerunt q̄d certo cognoscēbat. [Et uenit Iesus,] non à longinquo, sed iuit ad panem: [& accepit panem, & dabat eis, & pescem similiiter.] id est, cibos illos distribuit eis, uel anteposuit, & forte diuisiit, quemadmodum duobus discipulis qui cognoverunt eum in fractione panis. [Hoc] tempore, iam tertio, id est, tercia uice, manifestatus est Iesus discipulis suis cū resurrexisset a mortuis, loquēdo de apparitionib; in hoc libro descriptis & uere exhibitis. Sæpius tñ apparuit discipulis suis ante hoc tempore, iher. l. iohannes quoq; alibi descripsit tres manifestationes Christi post resurrectionē p̄ter istam, sed prima illarum exhibita est nō ipsis discipulis, sed Mariæ Magdalena.

SERMO II. Quomodo tria præcepta primæ tabulæ ad deum obseruanda sint.

Suis ad uitam ingredi, serua mandata. Matthæi decimonono. Quicunque ad annos discretoſionis peruenierit, in Christi incarnatione, passione, & resurrectione cupit saluari, necesse est ut mandata eius solicite studeat implere, iuxta illud: Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Quomodo ergo illa obseruanda sint, auribus & mentibus nostris Deut. 5. sæpius iterū atq; iterum inculcare debemus. Itaq; primum mandatum est, Credere unum deum, hoc est, ut fide charitate ornata ac bonis opibus decorata, credamus, amemus, colamus, adoremus, timeamus ac ueneremur unum solum, uerum, aeternum, omnipotentem deum, unum

ac

FERIA III. PASCHÆ.

Fol. CLXXXVI.

A actrinū, q̄ solus nos potest saluare, cui propter suam infinitā maiestate & excellentiā summus honor debet, q̄ est infinita reverentia, cui à nulla creatura potest tanta reverentia exhiberi, quin dignus sit reverentia in infinitū maiori. Idcirco tam incomparabilis eminentia dei regē ac principē uniuersorū in honorare, non timere, eiq; nob̄ obedire, iniustissimum est, p̄sertim q̄ peccatum tanto sit grauius, quanto maior est dignitas eius in quem peccatur. Quām enorme ergo est, deum immensæ dignitatis offendere, & tam uiliter contemnere. Contra hoc præceptum agunt mō solum increduli, idololatriæ, infideles & hæretici, sed etiam omnes iniqui & intmorati Christiani, mortali peccato factati, q̄niam rebus creatis magis in hærente q̄ deo, & ista carnalia atq; caduca plus amant, colunt, querunt, cogitant ac uenerantur, quām summum & incommutable bonum, creatorem dignissimum. Tales sunt omnes impii Christiani, qui nō attendunt se in præsencia summi ac metuendissimi iudicis omnia intuentis, agere uniuersa quæ agunt, atq; de cunctis suis cogitationibus, affectionibus, uerbis, operibus, & omissionibus, & de omnibus bonis à deo acceptis se rationem datus, imo tam turpiter & intmorate agunt & uiuant, & tam innumerabiliter peccant, quasi nō esset deus nec prouidentia, nec futurum iudicium. De quibus Solomon ait: Quia nō cito profert cor̄ta malos iudicium, abq; uillo timore filij hominum perpetrant mala. Hi sunt qui letantur cum malefecerint, & exultant in rebus pestiferis. Prove. 2: B ut in scriptis aut schedulis collo suspensi, aut characteribus seu alij credulitatibus uanis, q̄ si nō esset deus sat is bonus, potens ac sapiens ad subuenientiū eis quantū expedit salutem eorum. Aduersitas enim, infirmitates, damnatio & cæteræ afflictiones frequenter per maxime expediunt homini, suntq; signa amoris dei a homines, quemadmodum ipse ait: Ego q̄s amo, arguo & castigo. Ideo nihil illicitum facere debet homo, ut liberetur aut præseruetur ab illis, imo patienter cū gratiarū actione sustineat castigationes p̄iissimi patris. Nā præcipuum signū q̄ homo à deo sit electus, est, si habeat multa aduersa, & patiēter sustineat ea. Hinc ait scriptura: Multæ tribulationes iusterunt. Et rursus: Omnes qui placuerunt deo, p multas tribulationes & tentationes transferunt fideles. Et: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum celorum. Postrem contra hoc præceptum agunt, qui opus dei negligenter perfoliunt, q̄ cū tedium & torpore seruiunt deo, q̄ temporalibus dominis magis student placere, diligentiusq; obsequuntur quā deo, & qui illis propter temporalia cōmoda blandiuntur. Item qui filios aut filias aut uxores, aut amicos uolunt ditare & exaltare, & qui illos aut aliquā creaturam plus amant q̄ deū, int̄ q̄ propertera agunt contra deificepta. Ecce penitemus quā gratiū & delectabile sit esse, uiuere, sentire, intelligere, sanū existere, satis habere. Quām inuite hæc perderemus, quā dolenter uno sensu uel membro priuaremur. Cur ergo nō diligimus illum, à quo omnia hæc habemus, sine cuius conseruatione nec ad monumentum ea tenere ualeamus? Cur tam omnipotenti atq; p̄iissimo creatori, conseruatori, ac prouisori sumus ingratit, eumq; quotidie toties in hono ramus, ac membris & uiribus nostris, quæ ipse nobis largitus est, ut ei fideliter seruiremus abutētes, omnia accepta dona in obsequium uertimus aduersariorū eius, uidelicet diaboli & peccatorum, in cōtumeliam omnipotentis dei creatoris nostri, uelut infideles milites ab optimo dño nostro in partem hostis sui turpiter deficienteſ. Quid igitur restat, nisi ut uere nos emendemus, resipiscētes à diaboli laqueis à q̄ tenemur captiū, & dei obsequio & honori nos & cōfia quæ ab eo accepimus, repēdamus? Secundū p̄ceptum est. Non uane iurare per deū, i.e. q̄a falsa sunt, cum iuramento non affirmare, nec etiam absq; uera & rationabili causa iurare. Hoc Deuteronomio præcepto prohibetur iuratio falsa & irrationabilis, per euangelium, per sanctos, per sanctorum reliquias, & alias creatureſ, per quas interdum licet iurare, non inquantum sunt creatureſ, sed inquantum in eis relucet ac repræsentatur uirtus & ueritas dei. Vnde qui falso scienter iurant, peccant mortaliter, quia assumunt deum in testem suā falsitatis. Quanvis autem ex iuris lingue aut inaduertentia iurare interdum quod uerum est sine rationabili causa, sit ueniale peccatum, consuetudo tamen ita iurandi mortaliter est culpa. Est nancq; contrariū reverentia deo altissimo debitæ, ipsum frustra in testem assumere. Item qui iurat contra conscientiam, quāvis sit uerum q̄d iurat, transgreditur hoc præceptū. Insuper qui iurant per intestina dei, per membra, uulna, aut sanguinem Christi, enormiter peccat: & contra tales iuratores sunt positiæ leges punitiuæ p̄ prælatos & principes, & ualde dolendū est q̄ non obseruantur. Istud q̄q; præceptum damnabiliter frangunt, qui causa lucri faciliter iurant & s̄pē periuant, ut aliqui mercatores, uenditores, atq; lusores, & qui promissa non implent, & qui fidem coniugalem non

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO II.

non seruant, qui promittunt aut iurant illicita, aut spiritualis profectus impeditius, quoniam D
eo ipso quo talia iurant sive promittunt, crimes per iurum aut fractio[n]is uoti[us] incurruunt; quia quā docūtū uotum aut iuramentum cōtrariatur ueritati aut iustitiae vel discretioni, uitiosum est & non obseruandum. Amplius, quā periculosa sit inanis vel falso iuratio, patet ex uerbis Chri
stii qui ait: Ego dico uobis non iurare omnino, neq[ue] per cælum neq[ue] per terram. Sit sermo tristis, est est, non non: quod his abundantius est, à malo est. Iacobus quoq[ue] apostolus ait: Ante omnia fratres nolite iurare. Hinc rursus scriptum est: iurationi non assuescat os tuum, multi enim casus sunt in ea. Nam uir multum iurans, replebitur iniquitate, & non recederet de domo illius plaga. Præterea Augustinus affirmat: Qui prouocat homicidem ad iurationem, & scit eū falso iuratum, peior est homicida: quoniam homicida corpus occidit, ille animam, imo duas animas, scilicet suam & eius quā iurare cōpellit. Ideo magis tenetur homo rem suā amittere, & da mūnū sustinere, quā aliquem ad falso iurandum cōpellere, quia tenetur plus diligere aīam proximi quā temporalia cuncta. Iterum dicit August. Qui exigit iuramentum, ualeat de interest, si nescit illum falso iuratum aut scit. Si enī nescit, & ideo dicit Iura mihi, ut ei fides fiat, non audeo dicere nō esse peccatum, tamen humana tentatio est. Si autem scit, & cōpellit eum, homicida est. Dicunt etiam sancti doctores: Quacunq[ue] arte uerborum quis iuret, deus qui conscientia testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit. Postremo qd Christus dicit, Non iurare omnino, intelligendum est de iuramento uano & falso. Et ideo sic logitur dominus, ut ostendat quām periculosum sit iurare sine sufficienti & cogenti causa, quoniam consuetudo uerum iurandi, dicit in consuetudinem periurandi. Prauissimam ergo consuetudinem iurandi abiiciant Christiani. Et quoniam longe est à peccato uani aut falsi iuramenti, qui omnino non iurat nisi coactus, studeat unusquisque penitus non iurare, & hoc maxime necessarium est his qui consuetudine iurandi polluti sunt. Porro si quis ex rationabili causa cum debita reverentia, congruo loco & tempore iurat, hoc licitum est & actus uirtutis. Ideo scriptum est: Dominum deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. ¶ Tertium præceptum est, ut dies festivos celebremus. Nam & ratio dictat, ut aliquo die hebdomadę homo specialiter uacer deo, & aliorum dierum negligentias & peccata reparet, defleat & emendet. Sunt igit[ur] dies dominici & festivi celebriter obseruandi, quoniam & si quotidie, tunc tamen specialiter à ultro est cessandum, & grauius est tūc peccare. Oportet ergo illis diebus ab operibus mechanicis & seruilibus, s. agricultura, mercatura, placitis, & ceteris uacationem ad deum impudentibus desistere, deo uacare, propriam conscientiam examinare, mentem purgare, uerbū dei libenter audire, diuinum officium frequentare, beneficia dei recolere, & de eis deo gratias age, orationibus deuote insistere, propria peccata ad memoriam reuocare, deflere, confessionē & emendationem proponere. Et præsertim tenentur fideles tunc Missam audire, nisi impedimento excusat legítimo. Tunc præcipue sunt uitanda scurrilitates ac superfluitates uerborum, saltationes & cantus lascivii & uani, comedantes, potationes, iudi indecentes, immoderatae consolationes, uoluptates carnales, & cordis dissolutions. Hinc sanctus Apollonius ait: Die dominica nihil aliud est agendum, quām deo uacandum. Nulla operatio in illa sancta die agatur, nisi tantum psalmis & hymnis & canticis spiritualibus dies illa transigatur. Sanctus quoq[ue] Gregorius loquitur: Die dominico à labore terreno cessandum est & orationibus insistendum, ut si qd negligentiae per dies sex agitur, die dominico precibus expiatum. Hinc Origenes dicit: Si delinas ab oībus secularibus opibus, si spiritualibus operibus uaces, si ad ecclesiā am conuenias, diuinis sermonibus aurem præbeas, de cælestibus cogites, de futura sp̄e sollicitudinem geras, futurum iudicium præ oculis habeas, ne respicias ad uisibilā atq[ue] fūsientia, hēc est Christiano uera obseruatio diei dominice & festorum. Et quia dei uacationi nihil plus contrariatur quā peccatum, ideo assertus sanctus Augustinus: Melius faceret colonus aliquid utile in agro suo die dominico, quā in theatro * seditionis existeret. Et melius fēminā lanam nescirent, quām in festis saltarent. Sed heu omnia nunc subuersa sunt. Nam diebus dominicis ac festiū Christiani uanitatibus, carnalitatibus, confabulationibus uitiosis, uarijsq[ue] peccatis uasant plus quām ceteris diebus, non attendentes quod toties peccent mortaliter, quoties præceptū dei aut ecclesiā transgrediunt. Hinc uitiosum est, qd quidam diebus festiū barbā radūt, aut equos subuerrant, nisi necessitas magna excufaret. Nec talia facientes, impudenter se excusent. Non enim iustus est, aut deum ueraciter diligat, qui amore luci aut timore damni uel humana offendat, dei aut ecclesiā præceptum transgreditur. Interdum etiam mercatores, sartores, & alij mechanici in hoc sunt multū rei & negligentes. Iudicet quisque seipsum, & post ponat proprium commodum diuino honoris, ut mereatur inter fideles seruos cōprobari in die domini nostrī Iesu Christi.

SERMO

FERIA IIII. PASCHAE.

Fol. CLXXXVII.

A ¶ SERMO III. De septem secunda tabula mandatis erga proximum seruādis.
Si diligitis me, mandata mea seruate. Ioh. xiiij. In tribus p̄ceptis supradictis docetur, quā Sliter se habere debet quilibet erga Deum. In alijs septem p̄ceptis sequentibus docetur, qd modo se habere debet erga proximum. Quoꝝ primum est, Honorare parentes. Hoc primo Deute. §: intelligitur de carnalibus parentibus, deinde de prælatiſ & sp̄uālibus patribus, ac omnib[us] su[er]iorib[us], atq[ue] de his qui ētate, sapientia aut uirtute patres uocati merentur. Carnales ergo parentes filiū honorare tenētur, quia ab illis habent esse, & educationem, ac informationem. Varios quoq[ue] dolores, labores ac curas parentes sustinent propter sobolem suam. Ideo suffici enter & digne a filiis & filiabus suis honorari uix possunt. Propterea Aristoteles ait, qd Deo et parentibus non potest reddi aequivalens. Itaq[ue] filiū & filiae obligantur parentes suos cordialiter ualde diligere, uerbis & factis honorare, eisq[ue] necessaria uita ministrare si indigent, & obedire eisdem, sicut ait Apostolus: Filii, obedite parentibus uestris per omnia, hoc est, in omnibus Eph. 6. ad quā se extendit authoritas parentū super sobolem suam, videlicet in bonis morib[us], & in his quā ad dispensationem rei familiaris, gubernationemq[ue] domus spectant. Vnde cōtra p̄ceptum hoc grauit̄ & mortaliter peccant, qui parentib[us] aut prælatiſ & superiorib[us] suis factiē indignantur, irascuntur, obloquuntur, aut maledicunt, & qui p̄cepta sanctar[um] matris eccl[esi]ae paciūpendunt, aut excommunicationem non curant, & qui oblationes & decimās debitas ministris eccl[esi]e, renuent aut tardant persoluere. Præterea hoc p̄ceptio iubentur subditi suis secularib[us] principib[us] obediēre in his quā ad illos spectant officium, quorum ordinationes & iussa non debent insipienter arguere, neq[ue] contemnere, nisi euidenter essent contraria iustitiam, contra Deum, contra fraternali charitatem, aut eccl[esi]e libertatem. Honorandi quoq[ue] sunt aui & auiae, & ceteri seniorēs cognati. Quemadmodum autem parentes uiuos filiū ac filiæ honorare tenentur, ita pro eisdem defunctis orare & alij aptis modis illorum animabus succurrere obligantur. Hinc ait scriptura: Qui timerit dominum, honorat parentes, & quasi dominis seruieret eis in opere & sermone cum omni patientia. Gloria hominis ex honore patris sui, & dedecus filiū pater sine honore. Filiū, suscipe senectam patris tui, & ne contristes eū in uita illius, & si defecerit seniū, ueniani da, & ne spērias eum. Quām mala fama est qui relinquit patrem, & est maledictus à Deo qui exasperat matrem. Hinc sanctus Thobias p̄cepit si Ioh. suo: Honorem semper habebis matrē tue. Memor enim esse debes, quā & quantā periculū Ecc. 7. la passa sit propter te in utero suo. Hinc rursus ait scriptura: Gemius matrē tue ne obliuiscaris. Exo. li. Insuper Deus per Moysen iussit: Qui maledixerit patri aut matri, occidatur. Et iterum, si Deut. ii. illum contumacem, comissionibus ebrietatisq[ue] uacantem lapidari p̄cepit. Idcirco contra hoc p̄ceptum enormiter peccant filiū ad studiū missi, qui nō curant proficere, sed bona parentum guiloſe turpiterq[ue] cōfūmunt. Postremo, ut p̄ceptum hoc meritorie impletatur, oportet ut parentes honorētur, nō solum aut principaliter quia parentes sunt, aut ex naturali amore, sed principaliter quoniam Deus hoc iussit, ex diuino aut spirituali amore ad gloriā Dei, nō propter laudē humanam aut commodum proprium, aut ad placendū hominibus. ¶ Quiārum p̄ceptum est. Non occides. Hic primo & maxime prohibetur corporalis occisio hoīs, nō secundum ordinem iuris facta. Et quia peccata in proximū tanto sunt grauiora, quanto proximum amplius lēdunt, ideo inter peccata in proximū, homicidium est maximum. Præterea hoc p̄cepto prohibetur implicitē omnis ira, iniuria, inordinata percussio, iæsi, depilatio, cōtumelia, persecutio, uolentia, oppressio atq[ue] detractio. Agunt ifaq[ue] contra p̄ceptum istud, qui cōsilio, auxilio, cōfūsu aut simili modo ad homicidium cooperātur, & quilibet nō impeditiū si congrue possint, & qui necessaria uita non dant constitutis in extrema necessitate, & qui alios scandalizant, ad mortale peccatum illos trahendo aut inducendo. Item qui peccatorem à peccatis suis non retrahunt per correptionē fraternali aut correctionem paternā, seu per exhortatiōem aut instructionem, cum possint & debeant, tēpore & loco opportunis. Insuper, ut S. Clemens testatur, beatissimus Petrus apostolus dixit triplex homicidium esse. Vnum corporale, quo uita naturalis aufert: alius spirituale, quo quis ad mortē anima, hoc est, ad mortale peccatum, inducitur, uel quo corporalis aut spiritualis mors alicuius operatur, sicut & Iohannes apostolus loquitur: Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Deus nān i. Ioh. §. que affectū computat pro effectū. Tertium homicidiū est, quo quis in corde aliorum uilescit, & esse bonā famā amittit, sicutq[ue] detractio homicidium appellatur. ideo & Salomon ait: Si mordeat serpens in silentio, nihil uinus eo habet qui occulte detrahit. Detractio nānq[ue] mortale peccatum est, et grauius furto, ut dicunt doctores, quoniam maius bonum auferet detractor quām fur. Fur enim aufert substantiam, detractor bonam famam, que p̄ponenda est opibus, sicut ait scriptura: Curam habe de bono nomine: hoc enim plus proderit tibi, quām mil. Ecc. 4i. I. le

D. DIONYSII CARTHV. SERMO II.

- Ecces. 7. le thesauri. Et Salomon ait: Melius est nomen bonum, quam preciosa unguenta. Porro Christus homo appetere debet famam bonam, non in quantum fama bona est pro suo honore, sed in quantum est ad gloriam Dei, ædificationem proximi. Amplius contra præceptum hoc agit, qui inter fratres discordiam seminat, quod est mortale & ualde enorme peccatum, quia charitatem corruptit, & multa peccata inducit. Ideo Salomon dixit: Detestatur anima mea eum qui seminat inter fratres discordiam. Et iterum ait scriptura: Susurro & bilinguis maledicunt, multos enim turbauit pacem habentes. Detractoribus autem & discordiæ seminatoribus non solum cōsentire non debemus, sed faciem quoque ab eis auertere, & tristem uultum eis ostendere, ne communicemus peccatis illorum quia ut Salomon ait, Per tristitiam uultus corrigitur animus delinqüens. Et Sapiens ait: Sepi aures tuas spinis, & noli audire lingua nequam. Postremo homicidae grauissime peccant, non solum quoniam corpus interimunt, sed etiam quia anima æternæ damnationis periculo exponunt. Frequentier namq[ue] qui occiduntur, ad mortem sunt imparati, quod homicida attendere debuit. Faciunt etiam contra istud præceptum, qui propter iniuriam sibi aut proximis illatam, aliquæ querunt propria auctoritate occidere, damnificare aut lædere, cum non sint iudices illius, nec publica auctoritate fungantur. Imo si iudex reum occidat non amore iustitiae, sed appetitu uindictæ, aut ex liuore, etiam peccat contra hoc præceptum. ¶ Sextum præceptum est, Non furari. Vbi non solum prohibetur reale furtum, sed etiam furandi affectus, imo omnis illicta appetitio, contrectatio, resistentia ac defraudatio rei alienæ, uidelicet rapina, latrocinium, iniusta mercatio, mala mensuratio, infidelis labor, simonia, usura, patrocinatio falsa. Itaque contra hoc præceptum agunt, quorum peccato seu adulterio accidit, quod non uerus haeres in hereditatem succedit. Similiter eccl[esiastici] uiri, qui bona ecclesiæ superflue carnaliter cōsumunt, ideo ad restitutionem tenentur. Item quiscienter & ex carnali affectu indignos ad ecclesiastica promouent bona, quæ non nisi dignis, uidelicet Deum timentibus ac deuotis, debentur. Hi quoq[ue] qui parentibus suis aliqua fortuna auferunt, & qui debita non persoluunt pro posse dum repetuntur, quod est periculum: quia si hi quibus tenentur, ex dilatione persolutionis damnum patiuntur, debitores tenentur eis recompensare hoc damnum, iuxta doctrinam uiri discreti ac sapientis. ¶ Septimum præceptum est, Non mechari seu fornicari. Quo præcepto (ut loquitur Augustinus) prohibetur omnis illictus cōcubitus, atq[ue] membrorum generationi deferuētium illegitimus uisu, omnis quoq[ue] libidinosus contactus etiam in coniugatis, quo non seruatur naturalis ordo inditus a natura, imo omnis copula sue cōmixtio uiri & feminæ extra limites legis ac vinculi matrimonialis. Nec solum prohibetur isto præcepto omnis illegitimus coitus, sed etiam eius appetitus quoniam omnis cōfensus liberatus in illicitem coitum aut in delectationem venerea, est mortale peccatum. In libidinosis quoq[ue] osculis & amplexibus mortalis est culpa. Oportet ergo uitare occasionses concupiscentiae uitiosæ & cōmixtionis illicitæ, sicut autem sceminarū aspectū, colloquia secreta, immoderata & impudica, cōtactus, amplexus & oscula, cōiuia, arisus, munuscula, & se corā Deo timorare habere. Q[uod] si tentatio uenerit, statim immundū cogitationem oportet abhincere, passionē Chrii aspirare, de stricio ac metuendissimo Dei iudicio cogitare, penas inferni pensare, Dei auxilium inuocare, sc̄p ab aspectu, cogitatu & consideratione eorum quæ concupiscentiam causant, auertere, conuertendo se ad cogitationes & occupationes bonas. ¶ Octavum præceptum est, Non falsum testimonium dices. Hoc namq[ue] est ualde graue peccatum, & qui falso testimonio est alicui causa damni, ad restitutionem tenetur. Si autem famam eius corrumpit, eam pro posse restituere obligatur. Si uero per falsum testimoniū est causa mortis alicuius, homicida est coram Deo. Ideo Salomon ait: Testis falsus non erit impunitus. Hoc etiam præcepto prohibetur mendacium perniciosum, quod scilicet alicui nocet, de quo ait scriptura: Os quod mentitur, occidit animam. Et de quo Propheta loquitur Deo: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Porro omne mendacium sine sit officiosum, quod alicui prodest, siue iocosum quod delectat, ad minus est ueniale peccatum, & potest esse mortale per assiduitatem & nimiam delectationem in eo. Quemadmodum autem præceptū est, falsum testimonium non proferre, ita mandato isto præcipitur, ueritatem non silere tempore necessitatis, nisi causa digna excusat. ¶ Nonum præceptum est, Non cōcupisces uxorem proximi tui. Vbi specialiter prohibetur appetitus adulterii, ille s. appetitus cui ratio non resistit, sed consentit. Et sicut uiro præcipitur, non cōcupiscere alicuius uxorem, ita mulieribus ac pueris præcipitur non concupiscere alicuius maritum. Insuper hoc præcepto prohibetur oīs motus ac gestus exterior inordinatus, ad luxuriam prouocās, siue per internuncium, siue per literas, uel p[er] minas aut munera, per aspectum, incessum, uerba, siue per uestimentorum ornatum, prouocatiuum ac indecentem. Hinc diligentissime p[ro]sandum est, quod sanctissimus ait Hinc

FERIA III. PASCHÆ.

Fol. CLXXXVIII.

Hieronymus: Si uir aut mulier se ornauerit, & uultus homini ad se prouocauerit, etiam si nullus set qui biberet. Tales ergo mortaliter peccant. Hinc etiam constat, quod uictoria sit illa uestis fructus latio, deridēda ac fatua. Grauissime q[uod] peccat feminæ, se ornates & linientes ut uiris cōplacere. Similis uiri & iuuenies, si tale q[uod] faciant. Hic posset declarari, quod enorme peccatum sit adulterium. ¶ Decimum præceptum est, Non concupisces rem proximi tui. Vbi prohibetur desiderium ex delibera ratione procedens, ita quod illicitum est desiderare quamcumq[ue] rem alienam. Est enim contra iustitiam, & innumerabilia mala ex tali desiderio oriuntur, uidelicet avaritia, furtum, rapina, latrocinium, homicidium, uiolentia, falsum testimonium, dolus, mendacium, proditio, impunitia & murmuratio contra deum, qui tam dissimiliter bona terrena distribuit. Ta le quoq[ue] desiderium mentem quiescere non permittit. Propter quod ait sanctus Gregorius: Nil laboriosius in hac uita, quod terrenis desiderijs extuare: & nihil quietius, quam nihil huius mundi appetere. Certum est autem, quod qui rem suam carius uendunt, aut uendere optant quam ualent, contra præceptum hoc agit, quia aliorum bona desiderant. Et quidam sunt ualde intmorati ac omnino leues, qui quicquid uident, mox appetunt. Extirpanda est ergo cōcupiscentia haec maligna, & ueræ diuitiae mentis semper sunt appetenda, uidelicet gratia dei, charitas, ceteræq[ue] uirtutes ac dona spiritus sancti, & opera uirtuosa, quae sunt immortalium nostrarum animarum uestimenta, decor, robur, refectio, nobilitas, armatura & salus. Hæc ergo decē præcepta Christiani semper gerant in mente, & satagant adimplere, atq[ue] in eis uelut in speculo considerent semetiplos, & uitam suam discutant ac perpendant, quomodo obedient deo, & iam obedient deo, sc̄p in cunctis emendent, & præcepta hæc in ueritate obseruantur, & de hoc quod ea non seruauerunt, maxime contristentur.

¶ AD RELIGIOSOS.

SERMO III. De multiplici tentationum utilitate.

Fili accedens ad seruitutem dei, sita in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Cum apostolus Iacobus moneat omnes gaudium nos existimare debere, cum in Iaco. 1. tentationes uarias inciderimus, & omnibus ad deum accedentibus sapiens hortetur ad tentationis occursum, non est formidandum: quandoquidem probatio fidei nostræ patientia operatur, patientia autem opus perfectum habet. Est itaq[ue] saluberrima admonitio strenuissimi pugnatoris, ut ex incidentia tentationum, quātumlibet multarum atq[ue] magnarum, non solum non contristemur, nec pusillanimes aut diffidentes efficiamur, sed gloriemur in domino, qui nos paternaliter uisitat, & in presenti exercet, castigat, humiliat, purgat & informat, ne eternaliter pereamus. Oportet namq[ue] in aduersis gaudere, in quantum necessaria sunt aut utilia ad salutem. Præterea, quanvis tentatio que est à carne & ex præiuia imaginatione, sit ad minus ueniale peccatum, nec quo ad hoc, sit de ea gaudendum, sed contrastandum, atq[ue] pro eius plenaria extirpatione assidue laborandum, tamen & ipsa est electis occasio boni multiplicitis, cum & omnia cooperetur prædestinatis in bonum, qui ex suorum consideratione excessuum & culparū profundus seipso humiliat, cautoles reduntur, & Deo frequenter cordialius regnatiūtur, atq[ue] in eius amore ualidius inardescunt, ubi abundauit iniquitas, supabundat & gratia, ut ait Apostolus. Tentatio autem quæ directe à Deo infligitur, ordinatur semper ad profectum tentati, sicut aduersitas. Tentatio uero quæ à diabolo & à mundo infertur, quāuis in eo qui tentatur, rationem non habeat culpæ, quādiu tentatus non cooperatur ei per dilectionem, neq[ue] per consensum aut exequitionem, est tamen tendens & inclinans ad malum culpæ, nec utilis in se, sed adiutorio gratia Dei & prudentia eius qui bene utitur tali tentatione, est materia & occasio utilitatis multiplicitis, & copiosæ fructuostatis. Verum reprobis & peruersis omnia cooperatur in malum, qui de sua correctione & tribulatiōe fiunt peiores, de quibus Ieremias dicit Deo: Per cussisti eos, & non doluerunt triuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: indurauerunt fastes suas supra petram, & noluerunt reuerti. Itaq[ue] loquendo de tentatione in generali, dicendum quod tentatio primo utilis est ad instruendum. Inducit enim tentatum ad suū ipsius recognitiōem, & docet eum qualiter debeat alij qui tentantur, consulere, sicq[ue] efficit hominem in spirituali militia (id est, in pugna contra uitiorum aciem & dæmonum) eruditum, expertum, & promptum. Hinc communiter dicitur, quod tentatio tentatum illuminat, sicut & tribulatio. Vnde & in Ieremias, ubi nostra habet translatio, Eruditu[er] Ierusalē, Septuaginta interpretes translati tulerunt: Per omnem dolorem & flagellum erudit[er] is Ierusalem. Quocirca scribit Hieronymus: Dum crebris angustijs subiacemus, huius uersiculi recordemur, quatenus p[ro] aduersa recessamus ad cor, iuxta quod loquitur Ieremias: Sola uexatio dabit intellectum auditui. Et rursus Ieremias ad dominum: In tribulatione, inquit, murmuris, doctrina tua eis. Hinc de Antiocho legi[er] Ieremias 26. I ii tur,

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO IIII.

D. tur, q̄ grauissimis afflictus doloribus, ccepit ad agnitionem sui uenire. In Ecclesiastico quoq; scribitur: Qui nō est tentatus, quid scit? Qui nō est expertus, pauca cognoscit. Vir in multis ex pertus, cogitat multa. Et Salomon ait: Virga & correccio tribuit sapientiā. Nēpe ut testatur Gregorius. Oculos quos claudit culpa, aperit poena. Secundo tētatio hominem examinat, an creatori suo fidelis sit atq; obediens, quemadmodū exter pugna militis cōtra aduersarios suis regis demonstrat, an sit regis fidelis. Nisi enī hostis regis sit reluctetur, infidelis suo dño reputatur. In cuius rei figura scriptum est in iudicij libro: Dimisit dominus Chananaeos, ut in eis experiret Israēlem, utrū audirent mādatā domini an nō, & ut disserent posteri eorū certa re cum hostibus, haberentq; consuetudinem prāliandi. Sic ergo oportet nos discere dimicare contra tentationes & tētatores iniquos, & sic deuenire ad cōsuetudinem sacrorum conflictus um, per quam in omni tentatione, Deo auxiliante, faciliter prāualeamus, imo & delectabiliter contra hostes diuini honoris ac nostrā salutis certemus, quemadmodum de strenuissimo Iudea & fratribus eius narratur, quod prālibantur prālia Israēl cum lātitia. Nam & teste philo sopho, signum uitritus est delectatio fiens in opere. Itaq; in tentationibus & aduersis ostendamus fidelitatem nostram ad dominum Deum nostrum, qui modo iam tacto nō cessat examinare suos electos, iuxta illud, Tanquam aurum in fornace probauit electos, & quasi holocauſti hostiam accepit eos. Amicitia quippe & fidelitas in aduersis monstrantur. Propterea scriptum est: Si possides amicum, in tentatione poside eum. Est enim amicus secundū tempus suum, & nō permanebit in tempore tribulationis. De tali homine ait salvator: Hic est qui uerū Dei audit, & cum gaudio suscipit illud, sed non habet in se radicem facta enim tribulatiō & persecutiō, cōtinuo scandalizat. Sic multi in prosperitate gratias agunt Deo, sed in aduersis deficiunt. Vnde dicitur in psalmo: Cōfitebitur tibi cum beneficeris ei. ¶ Tertio tētatio tentatum humiliat, quia ex hoc q̄ ipsum illuminat ad cognoscēdum seipsum & propriam infirmitatē suis uitritum, facit eum apernari ac uilipēdere semetipsum, eo q̄ ad resistendum im pedimentis fuē salutis, atq; ad abh̄cēda uana, foeda ac uilia, tam tardus debilisq; sit, & quia tam citio ac facile mouetur ad passiōes & uitia, neq; in paruis ac minimis uictor extiterit, cum amicū Dei in grauibus ac maximis tentationibus fuerint tam constatēs. Si autem prāualuerint, ad Psal. 93. monet eum tētatio & eius uictoria, ut Deo regnatiō humiliter, dicas: Nisi quia dominus ad iuuit me, paulominus habitatset in inferno anima mea. Hinc afferit Prosper: Ad magnam utilitatem hominum reseruata est & exurgit materia certaminū, ut nō superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas. Vnde & beatissimum uas electionis de seipso fatetur: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ. Gregorius quoq; disserruit: Pia dispētatione nobiscum agitur, ut tentationibus impugnemur, ne uitritibus quibus proficimus, extollamur. Itemq; Dum uita nos impugnat, uitritus in nobis proficiēt humilitātē. Hinc in Threnis faslus est le remiast: Ego uir uidens paupertatē meam in uirga iudicationis tuæ. Hac ratione solent discreti spiritualesq; uiri subditos seu charissimos suos forter & frequēter increpare, atq; aduersitatibus exercere, ne ex spirituali intumescat profectu, sed iugiter humiliet semetippos. Vnde recitat Cassianus de quodam Paulo abbate, qui in praesentia quasi innumerabilium patrum ac fratru in suo refectorio comedentium, unum e fratribus suis secum ministratē edētibus, tam dire abscq; illius culpa percussit ad genam, quod sonus per totum refectorium audiebatur, & ictui pallor seu liuor succedit, nec tam enī ulla turbatio orta fuit in fratribus mente, nec signum impatiētiae alicuius in facie. ¶ Quarto tētatio p̄metat hominem à uitij multis: fugat enim stultitiam, extirpat pr̄fumptionem, iactantiam arrogantiā, repellit, eo q̄ faciat hominem intueri ac noscere semetipsum. Vnde ait Gregorius: Tentationis inquietudo interrogat, an homo in quiete positus, ueraciter Deū diligat. Etenim tentationis podere pressus, à uana fuarum uirium pr̄fumptione compescitur, à lactantia cohibetur, ab elatione frenatur, dum propriam imbecillitatem, insufficiētiam, ac diuinis subdī indigētiam experitur, sicq; cum sancto Iob protestatur: Ecce nō est auxilium mihi in me. Hinc ait Gregorius: Nemo sibi innotescit nisi tētatus, nec uires suas quis in pace recognoscit. Hinc refert Cassianus de qđam eremita inexperto ac indiscreto, qui fratrem quēdam tentatū sua imperita respōsione pene ad desperationem induxit. Quo cognito, sanctus quidā anachoreta fratrem illum sapienter cōsolans, orauit Deum ut tentationem fratris illius in senem illum conuerteret. Quo facto, ccepit senex ille initar insipientis discurrere. Quem sanctus ille accessens, interrogabat cur taliter agitaretur. Quod dum ille dicere uere cōdaretur, instruxit eum sanctus ille & increpauit, sicq; senex ille ccepit se uere cognoscere, & omnem pr̄fumptionem abh̄cere. ¶ Quinto tētatio facit hominem ad Deum cōfugere, exclamare, atq; subſidium imploare, sicut scriptum est: Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur, & de necessitatibus

FERIA IIII. PASCHAE.

Fol. CLXXXIX,

A bus eorum liberauit eos. Dum enim tentatus, ex pondere atq; molestia suā tentationis propriam fragilitatem ac infirmitatem agnoscit, cernit se uitribus suis resistere ac prāualere nō posse. Idcirco de uitribus suis diffidens, confugit ad deum: & sperat in misericordia & ope ipsius, inuocat eis subſidium qui ait: In uoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Psal. 40. Ideo scriptum est in Isaia: Domine, in angustia requisierunt te. Imo tentatio, pena, afflictio, & quæcumq; aduersitas facit hominem festinare ad deum, & cito conuerti, sicut dominus ait in Osee: In tribulatione sua mane consurgent ad me. Et Psalmista: Multiplicata sunt, inquit, in Ossee 6. firmitates eorum, postea accelerauerunt. Itemq; Conuersus sum in extūa mea dū configurit spina. ¶ Sexto, tentatio facit hominem coram deo sollicitum, sicq; negligētiam & torporem, dissolūtionem & periculō fam securitatem expellit. Timor nanq; periculi quod sentitur, efficit diligentem & custoditum: & qui impugnatur, expugnari ueretur: ideo qualiter resistat, sollicitatur & quaerit consilium. Hinc super illud, Proba me domine & tenta me, afferit glossa: Ni. Psal. 15. fit tentarem, negligētes essemus. Huic tentationi ascribitur, quod hominem cōseruat in gratia, & uitritus eius custodit. ¶ Septimo, spiritualē profectum producit. Qui enim impugnari sentit ad repugnandum accendit, sicut & naturalia fortius agunt, dum à suis cōtrariis eis resistit. Nam ignis flatu repressus, latius se diffundit, & aqua occurrente sui cursus obſtaculo magis impellit. Sic homines boni sentientes obſtacula uortū profectum, ac repugnacula suorum desideriorum feruent, ualidius inardescunt ad bona, quē ad modum gloriōsus martyr Laurentius, pr̄sentatis sibi omnium tormentorum generibus, dixit: Has ego epulas semper desiderauit. Sic & strenuissimus pr̄lator Magnus Antonius à dæmonibus crudelissime flagellatus, & uelut mortuus à loco q̄ fuerat percutitus sublatus, fecit se illuc reportari, & dixit dæmonibus: Ecce hic sum. Non fugio uia certamina. Hinc loquuntur Aug. Vita nra in hac perez grinatione esse non ualeat fine tentatione, quia profectus noster per tentationem efficitur, nec sibi quisquam innotescit, nisi tentatus, nec potest nisi qui uicerit coronari, nec uincere potest nisi certauerit, nec certare nisi tentetur. ¶ Octavo, tentatio confert spem placendi deo. Vnusq; enim quo amplius displacet uita sua diabolo, tanto acrius solet impugnari ab illo. Idcirco quo grauius quis tentatur, tanto plus fidutia eius in domino augeatur. Vnde ait Gregorius: Aduerſarius n̄ quanto plus rebellare sibi nos conspicit, tanto plus debellare nos contendit. Trillo autē impetrare minus curat, q̄s quasi hereditario iure possidere se cernit. Et rursus: Ple rung; contingit, q̄ qui plus in cōtemplatione rapitur, tentationibus amplius impugnetur, quē ad modum quibusdam digne proficentibus frequenter accidere solet, quos dum compūctio afficit, aut contemplatio supra se rapit, statim tētatio sequitur, ne de suo profectu aut contemplationis altitudine extollantur. Recte ergo dixit Apostolus: Virtus in infirmitate perficitur. Et Augustino testante, grauissima tentatio est, nulla tentatione pulsari. ¶ Nono, tentatio tentationem expellit, dum una aliam ej̄cit, sicut tētatus de uana gloria, tentationem superat gloria. Et quidam de stimulus carnis grauiter impugnatus, à fratribus suis de industria multipliciter iniuriantur, stimulus carnis oblitus fuit. ¶ Decimo, per tentationem Christo assimilatur, qui propter nos à mundo atq; diabolo multipliciter fuit tentatus. ¶ Undecimo, per tentationem fit homo proximis exemplaris, qui eius exemplo ad patientiam & resistantiam contra tentationē animantur, ut patet de S. Iob. Vnde de Tobia habetur: Hanc tentationem permisit dominus eueniē illi, ut posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & S. Iob. ¶ Duodecimo, per tentationem cōsolationem & trāquillitatem meremur, prout in Tobia dicitur Deo: Post tempestatem tranquillum facias, & post fluctum exultationem infundis. Merito igitur dicit apostolus Iacobus: Beatus uir qui suffert tentationem. Deus namq; pugnatibus pro se glorias Iacobi 1. Iob. 1. Tobig 2. Certo assit. ¶ Tertiodécimo, tentatio facit hominem etiam in hoc mundo famosum & gloriōsum, ita q̄ alij innituntur ei ut sustentamēto. Hinc in Apocalypsi dominus loquitur: Qui uicerit, faciam illum columnam in templo meo. Et sancto Antonio dixit Salvator: Quia uitriter dimicasti, in toto orbe te faciam nominari. ¶ Quartodecimo, tentatio facit hominem cunctis dæmonibus triumphantem. Hinc beatissimi anachoretae Macarius, Moyses, Pastor, & eis consimiles, non plus timuerunt dæmones q̄ muscas. Cum enim magnus ille Macarius nocte quadam in templo dormiens idolorum, caluariam quādam suo capitū supponuisse, diabolus cernens eius fidūtiā, ex caluaria illa ccepit alteri dæmoni respōdere. Porro Macarius nil pernitus metuens, caluariam capite suo tundebat, dicens diabolo: Fac, si aliquid potes. ¶ Quintodecimo, tentatio coronationem acquirit. Cum enim dixisset apostolus Iacobus, Beatus uir qui suffert tentationem, adiecit: Quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitissimo totes coronari meremur, quoties tentationē pr̄ualemus, sicut in Vitas patrū scribitur de sancto quodam eremita, qui in uisione noctis uidit septem coronas super discipulis sui caput descendentes.

dere, quoniam septem uicibus discipulus ille nocte illa restiterat cogitationibus suis, & patientiam habuit. Sunt autem & alii multi salubres effectus, ex temptationibus prouenientes. Quod cum ita sit, non recusemus tentari, sed uitemus temptationibus superari, id est, in temptatione induci. Hæc enim dicta sunt, ut ad perferendum atque uincendum temptationes animemur & accendamur. Nullus tamen debet temptationes appetere, in quantum à tentante ordinantur aut tēdunt in malum culpæ & nocumentum tentati, sed in quantum ille qui tentatur, potest temptatione uti in bonum per gratiam Dei, atque ex illa cōsequi fructum multiplicem, sic appeti potest, præsens secundum quod necessaria est ad salutem, eo modo quo ait Apostolus: Non coronabitur nisi qui legitime certauerit, sicut & aduersa appeti possunt, nō in quantum aduersa atque pena, sed in quantum purgamus per ea, & ex eis proficiimus, ac multa bona consequimur. Nullus etiā debet temptationes appetere, præsumendo de proprijs uiribus, sed cōsiderata fragilitate sua, cōfidat in Deo, & innatur eius gratio auxilio, oretque pro Deus temptationem sic moderetur, ta literis assistat ei, quæ non uincatur. Vnde in Vita patrum quidam in temptationibus cōstituit, nō petierunt liberari ab eis, sed pro gratia resistendi efficaciter oraerunt.

SERMO V. De temptatione multiplici, & an omnis tentatio sit peccatum.

OMNES qui Deo placuerunt, per multas temptationes traxerunt, fideles. Qui autem tentati ones non suscepérunt in timore Dei & in patientia, exterminati sunt. Iudith VIII. De temptatione nobis dicturis, uidendum est quotuplex sit tentatio. Richardus de S. Victore, ponit sex prem species seu modos temptationis. Quorum prima est importuna, qua homo tam assidue ac improbe impugnatur, ut eam à se amouere uix queat. Nam frequenter abiecta, non cessat res uerti, & omni pene hora hominem inquietat, quatenus quem nec ui nec fraude subvertit, impunitate atque frequentia incessabiliter allicit ad consensum, quemadmodum gutta cauat lapidem non ui, sed s̄epe cadendo, & tellus ab unda paulatim cōsumitur, iuxta illud beati Iob:

Iob. 14. Lapidès excavant aquæ, & alluvione terra paulatim consumitur. Contra temptationem huiusmodi necesse est indefinenter infatigabiliterque pugnare. Secunda species temptationis vocatur dubia, quoniam ambiguitatis obscuritate animum sic inuoluit, ut nequeat clare discerne re, quid certi debet deinde tentari, sentire, sicque facit mētem diuersimode fluctuare, & de eadem re nunc istud, nunc illud opinari, ita ut illud Eliae mētibus sic tentatis obiecti possit: Vt quoque claudicat in duas partes? Et homo sic fluctuans, illud Iob dicere ualeat: Idcirco cogitations meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. Quocirca scriptum est: Nō uentiles te in omne mentum, esto firmus in via domini, & in ueritate sensus tui. Hinc Apostolus ad Ephesios hortatur: Non iam simus paruuli fluctuantes, nec circumferamur omni uento dorina.

Tertia tentatio dicitur subita, qua iudicium præuenit rationis, intantum ut cor tentati præuentum impetu huiusmodi bellū, eius insidias per considerationem non queat anticipare, imo frequenter sentiat se iacula prædelectationis transfigi, antequam circunspectio nis suæ scuto posuit se p̄tmunire, ita ut illud Threnorum possit proferre: Velociores fuerūt persecutores nostri aquilis cœli. Sic ex intuito Bersabeæ subito transfixus est David huiusmodi telo. Quarta uocatur occulta, quia per eam mens quadam caligine ita fuscatur, ut negligenter se habeat ubi sollicita esse debuerat, nec ea qua sibi propomuntur, debita diligentia perscrutetur, imo pernicioſa & noxia multa acceptet tanquam salubria, & heu multo ſepius per negligentiam tales committimus mala, atque omittimus bona, que forsitan toto tempore uitæ huius nunquam rite dijudicamus, sicque male securi sumus. Hoc sanctus David considerans, dixit: Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me. Vas quoque electionis: Nihil, inquit, mihi conscient sum, sed non in hoc iustificatus sum. Imo & magnus ille Iob, qui fudituiter dixit, Nunquam reprehendit me cor meum in omni uita mea: profundius pensans quanta homo habeat peccata occulta, qua ipsum ueritatem latent, deprecatus est dominū: Responde mihi, quantas habeo iniquitates & peccata, sceleræ meæ & delicta ostende mihi. Quinta tentatio nūcupata est uiolenta, quæ fortis est, tamq; acriter & acute impugnat, ut uideatur supra uix posse ait sustineri, intantum ut Apostolus fateatur: Supra modū grauati sumus, si pra uirtute, ut tederet nos uiuere. Vnde & S. Iob dixit: Quasi irrupto muro irruerūt in me. Et rufus: Quæ est fortitudo mea ut sustineat? & quis finis meus ut patienter aga? In tali ergo cōflictu oportet ad dñm in fortitudine cum insupibili cōfidentia exclamare & dicere: Etiā si occiderit me, in ipso sperabo. Sexta uocata est fraudulenta, quæ animum uehemittere obscurat ac fallere nititur, & quædoq; in errore pertinaciter figit, dum mala ac pessima sub specie bonorum & optimorum proponuntur & acceptantur, sicque noxia defenduntur, & de damnabilibus malis tanquam uere salubribus, mens latatur. Hinc Salomon loquitur: Sunt uiae quæ uidentur honesti bona, & nouissima easq; ducunt ad mortem. Nam & satanas transfigurat se in angelū lu-

Psal. 18. Iob. 30. Iob. 6. Iob. 13. Prou. 4.

inquit, mihi conscient sum, sed non in hoc iustificatus sum. Imo & magnus ille Iob, qui fudituiter dixit, Nunquam reprehendit me cor meum in omni uita mea: profundius pensans quanta homo habeat peccata occulta, qua ipsum ueritatem latent, deprecatus est dominū: Responde mihi, quantas habeo iniquitates & peccata, sceleræ meæ & delicta ostende mihi. Quinta tentatio nūcupata est uiolenta, quæ fortis est, tamq; acriter & acute impugnat, ut uideatur supra uix posse ait sustineri, intantum ut Apostolus fateatur: Supra modū grauati sumus, si pra uirtute, ut tederet nos uiuere. Vnde & S. Iob dixit: Quasi irrupto muro irruerūt in me. Et rufus: Quæ est fortitudo mea ut sustineat? & quis finis meus ut patienter aga? In tali ergo cōflictu oportet ad dñm in fortitudine cum insupibili cōfidentia exclamare & dicere: Etiā si occiderit me, in ipso sperabo. Sexta uocata est fraudulenta, quæ animum uehemittere obscurat ac fallere nititur, & quædoq; in errore pertinaciter figit, dum mala ac pessima sub specie bonorum & optimorum proponuntur & acceptantur, sicque noxia defenduntur, & de damnabilibus malis tanquam uere salubribus, mens latatur. Hinc Salomon loquitur: Sunt uiae quæ uidentur honesti bona, & nouissima easq; ducunt ad mortem. Nam & satanas transfigurat se in angelū lu-

A cis. Quid horribilis dici potest, q; quod inde damnatio prouenit, unde salus sperabatur æternæ! Septima appellatur perplexa, dum simul & tempore uno impugnatur homo uictis multis, ut si uicerit unum, uincatur alijs, & s̄epe artifex tentator tam callide cōtra hoīem p̄liaetur, ut unde robustius uni peccato. Misponit resistere, inde grauius in aliud labatur, ut si quis si mul de uictis gulæ & uanæ gloria impugnetur, q; fortius uicerit gulâ, tanto acrius impeteretur p̄ uanæ gloriæ. Deniq; p̄tacte temptationes interduū impugnāt hoīem singulatim, interduū pmis x̄tū, & quedam earum simul, & iuxta hoc neceſſe est uel simul uel successiue diuersa uirtutū arma cōtra ipsas assumere. Possunt quoq; his septem temptationibus coaptari, quæ leguntur in psalmo q; dicitur: Scuto circūdabit te ueritas eius. Nō timebis à timore nocturno &c. Ad priam namq; temptationē quæ dicitur importuna, p̄tinet tanq; remediu scuto circūdari, ueritate dei, illuminatiō sp̄is sancti, ut importunæ, improbæ atq; assidue temptationis p̄ medela obijiciatur ueritas scripturar, dicentiū q; per multas tribulationes oporteat nos intrare in regnum cœlorū, & q; omnes q; uolunt pie in Chfo uiuere, p̄secutiones temptationesq; patiētur. Itemq; Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi corona uita. Porro secunda tentatio quæ ambigua seu dubia appellatur, designatur cū dicitur: Nō timebis à timore nocturno. In caligine cū nosctis hoīes frequenter uerentur, putantes se uidere exercitū hoīm, cū uideant summitates monticulorum aut arborum. sic qui dubia temptatione uexatur, ex defectu claritatis ueræ cognitio nis frequenter t̄met ubi non est timendum, & negligior fit ad bene agendum, dum pro certo non nouit, an illud quod facit, sit omnipotenti acceptum. Per sagittam uolantem in die, intellegitur temptationis tertia quæ dicitur subita, & instar sagittæ emissæ ferit ante quam præuideatur, B Quarta temptationis quæ dicitur occulta, in sinuatur cum subditur: A negotio perambulante in te nebris. Quemadmodum enim tale negotium uersatur in tenebris noctis, sic occulta temptationis in tenebris falsitatis. At quarta temptationis uolentia, exprimitur cum dicitur in psalmo prædicto, Ab incursu. Quo nomine impetus uolentia designatur. Sexta temptationis frā dulenta nominatur, tangit ibitā dæmonio meridianū: quia ut patuit, in hac temptatione frequenter mala ac pessima sub specie bonorum ac optimorum persuadētur, & angelus tenebra rum in angulum lucis transfiguratur. Et quoniam septima temptationis species, quæ nominatur perplexa, plures in temptationes complectitur, & circa diversa uita occupatur, recte ipsa intelligi datur, cum subditur: Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Præterea quædam temptationes de carnalibus uitijs, quædam uero de peccatis spiritualibus, & quædam de uitijs manifestis, quædam de uitijs palliatis, speciem quædam uirtutum habentibus, nos impugnant. Sanctus autem Bernardus super Cantica ponit quatuor genera temptationū. Bernardi: Quorū primum est de inordinato timore, quo homines trepidat aggredi uitam arctā, sicut religionis ingressum ac corporis castigationem, & contra peccata conflictū, non attendentes auxiliū gratiarum, magnitudinē primiorū, consolationē sp̄is sancti, assūlentiam angelī sancti, & quæ dulce fiat cordi proficiēt Christo seruire, qui ait uerissime: Venite ad me omnes qui la boratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Iugū em meum suave est, & onus meum leue. Hoc genus temptationis uocatur timor nocturnus. Secundum appellatur sagitta uolans in die, i.e. tentatio laudis humanæ & gloriæ uanæ, quæ leuiter uolat, sed non leue vulnus infligit. Tertii est negotio perambulans in tenebris, puta hypocrisis quæ fingit & simulat quod non est. Idcirco in tenebris uersatur erroris, & ex desiderio laudis humanæ uel proprii commodi solet procedere. Hæc maledicta hypocrisis, nō solū uirtutes beatae remuneratiōe euacuat, sed & in terribus infernalis hypocritam insensatum & uilem præcipitat. Postremo ei qui hæc tria temptationis genera uicerit, imminet quartum, ne sub specie boni fallatur, nec indiscreto debilitate feruore, nec immoderato zelo iudicet, aspernetur, aut arguat proximum, nec uera cōpassione discretionisq; radio decoretur in omnibus, atq; rationabilis obsequium perfeueranter in Rom. 12. finem suo offerat creatori. Cæterū posset queri, quando temptationis sit peccatum, & an omnis tentatio sit peccatum. Ad hæc respondendum (ut Beda scribit) q; tentatio tribus modis agitur, Beda: utpote suggestione hostis, delectatione humanæ fragilitatis, & consensu cordis. Primo etenim concupiscentia oritur, per quæ incipit homo abstrahit uero bono, imo à prima ueritate incōmutabili summaq; bonitate. Deinde concupiscentia cōiungitur delectatio quædam, p̄ quam homo in malum illicitur, manens adhuc infra terminos uenialis peccati. Cumq; delectationi consensus deliberatur accesserit, est culpa mortalis. Porro si hoste seu mundo suggestente atq; tentante, nō delectamur in re de qua tentant, nec consentimus eisdem, non peccamus in temptatione, imo talis tentatio est nobis materia exercitū uirtutis atq; occasio meriti aetriumphi, non culpa, prout Magister sententiarū lib. secundo ex uerbis Aug. declarat. Itaq; iuxta doctores concorditer, tentatio ab extra nobis p̄ueniens, utputa à diabolo uel à mūdo, non est pecca-

catum in se, nec imputatur nobis ad culpam, quā diu nosip̄ si non cooperamus taliter nos tenet. **D**icit per delectationē uel consensum, sed resistendo ei meremur atq; p̄scimus, sicut ait Apost. Deus faciet cum tentatione prouentum. Tentatio autem est ab intra, i.e. carne & somite seu sensualitate, est semper peccati quando procedit ex aliqua praeuiā apprehensione, imaginatione seu cogitatione. Quocirca pensanda sunt uerba Bonaventuræ, qui ait: De ortu actualis peccati tenendū est, qd actuale peccatum originem trahit à libera uoluntate p̄ suggestionē, delectationē & consensum. Si autē suggestio & delectatio sistant circa consensum, est ueniale peccatum. Si uero sequatur cōsensus aut opus in his quā lege prohibentur diuina, mortale peccatum est. Quod si consensus est sine opere, hoc contingit duplicitate. Primo, qd uult in opus procedere, sed nō ualeat, & tunc uoluntas reputatur pro facto. Secundo, quod non uult in opus procedere, sed uoluptuaria in delectatione seu cogitatione, & tunc quis peccatum non sit plene consummatū, est tñ inter mortalia cōputandū. Cum enim peccatum dicat recessum uoluntatis à deo, inquantū nata est moueri ac regi ab ipso, & secundū ipsum & propter ipsum, omne peccatum est inordinatio mentis aut uoluntatis, in qua esse possunt uirtus & uitii. Deinceps inordinatio ista aut tanta est, quod ordinem iustitiae exterminat, & sic ē mortale peccatum, qm̄ aufert uitā gratia separando animam à deo, à quo uiuiscatur per gratiam anima iusta; aut est tam modica, qd ordinem iustitiae non perimit, sed in aliquo turbat seu lædit, & sic ē ueniale peccatum, qd de ipso possumus ueniam cito & faciliter adipisci, quia per ipsum homo gratiam non amittit, nec iniicitiam dei incurrit. Est autem ordo iustitiae, ut bonū summū & incommutabile præferatur bono cōmutabili, bonū honestū utili, uoluntas dei uolūtati humanae: sicut iudicium recte rationis præferatur sensualitatī, & quoniam lex dei præcipit ordinem istum, & uetus oppositū, idcirco dum bonum cōmutabile præfetur diuino, & bonū utile honesto, & uoluntas nostra præfetur uolūtati diuinæ, aut sensitiū appetitus rationis, cōmittitur peccatum mortale. Dumi uero bonum cōmutabile & creatum plus debito diligitur, non tamen bono in creato præferatur, nec utilitas præponitur honestati, nec uolūtas nostra diuinæ, nec sensualitas rationi, tūc est ueniale peccatum, qm̄ quāvis hoc sit præter legem, non tamen directe est contra legē. Sensualis autem appetitus recte rationi non præfertur, nisi dū ei à ratione cōsentitur, idcirco mortale peccatum circa rationis consensum nequaq; incurrit. Si tamen sensualitas moueatur inordinate, cum inordinatio illa ad malum inclinet, quāvis non consentiat ratio, peccatum est aliquod, qm̄ aliquid sit iustitia ordinem. Veruntamen ut Thomas scribit, motus cōcupisibilis potest duplicitate surgere. Primo, ex organi qualitate, sicut organo calefacto insurgit motus libidinis absq; imaginatione, & iste motus est pure naturalis, nec rationem culpæ fortitur; & hoc facere potest diabolus potestate sua naturæ, qua potest corporalia transmutare, nisi diuina cohabeatur uirtute. Secundo, motus cōcupisibilis surgit ex apprehensione alicuius rei delectabilis, & ex hac parte appetitus concupisibilis participat in homine aliquid libertatis, secundum quod obedire potest imperio rationis, sicut in concupisibili uero potest esse peccatum, sed motus hunc extorquere non potest diabolus.

In festo S. Georgii glorioissimi militis & martyris Christi.

ENARRATIO Epistolæ: Nemo militans deo, implicat se negotijs secu-

laribus, secundæ Timothei secundo.

Post quā bona sunt militis, apostolus Paulus mādauerat Timotheo, dicens: Labora sicut bonus miles Chrī Iesu, spinas uidelicet uitiorum & tribulos passionū & cordibus subditos, euellendo, uita & labijs p̄dicando, & officiū tuū cōtinuādo, subiungitq; in epistola hodierni, sequit, [Nemo militans deo] i.e. ad dei honorē & gloriā luctas, aduersarij ueritatis repugnās, cōtra propria uitia & diuinis exercitijs se immerges [implicat]. i. inuoluit [se negotijs secularibus], i.e. causis & rebus, diuiniq; mūdanis. Per hoc enim distractheret mens eius ab illo uno qd solū neceſſariū est, ideo solicitude de crastino prohibet Chrī. Nā & si in terī oporteat seruū & militē Chrī secularia tractare negotia, no tñ se implicat illis, sed mode rate & interdum se applicat talibus, cupiens expediri, & deo uniti. [ut] uidelicet deo [placeat cui se pbauit]. i. pbabilē exhibuit seu deuouit, dicens cum Psal. Mihil adhārere deo bonū ē. Et, Vnā petiā dñs, hāc regrā, idcirco aut labora ut miles Chrī. [Nā q certat in agone]. i. cum alio cōredit in huiuscmodi bellico exercitio, qd & agonizātes qm̄ nudi exercuerūt, [nō coronabit] qm̄ uictor [nisi legitime]. i. efficacit, & sicut lex agonis regit [certauerit] joia impedimenta pugnādi abiiciēdo, quēadmodū dictū ē alio loco: Ois qui in agone cōtendit, ab oībus se abstinet. [Laboransē agricolā portet primū de fructibus p̄cipere]. i. quēadmodū agricola diligēs primo fruges terra degustat, & de eis necessaria sumit & edit, sic p̄dicator & pastor qui corda audien-

Audientium uomere prædicationis aperit, uertit, & excusat, semeñq; uerbi cœlestis infundit, Mat. 10: debet de sumptibus aliorū & gregis pp̄i sustentari. Dignus est enim operarius mercede sua, Luke 10: Hoc dicit Apostolus, quia superius dixit, quod militans deo non implicat se secularibus nego cijs. Ut ergo ostendat, unde p̄dicator & p̄laetus uiuere debeat, adiecit similitudinē de agricola. [Intellige], i. disceperpende quā dico, [ne] tibi uideatur contrarietas in uerbis & actibus meis, eo qd ego nō accipiam sumptū ab alijs, cuius oppositū te doceo. Ego enī nō accipio interdum propter rationabiles causas, ut amputem occasionē pueris. Te uero accipere uolo propter rationabiles causas, cū sis infirmus, & ut deo liberius uaces. [Dabit enī tibi dñs in omnibus] quā scribo aut facio [intellectum], i. ueram & circumspectā notitiam. Porro quates nus legitime certes consideratione futurā coronationis, [Memor esto] per actualem cōsiderationem [dominū nostrū Iesum Ch̄m resurrexisse à mortuis] natum [ex semine David secundū euangeliū meū]. i. secundū euāgelicam annunciationē à me administratam, [in quo] i. in cuius euangelij prædicatione, [laboro usq; ad uincula] inclusiue, qbus iam uinctus in carcere iaceo, [quasi male operans]. i. tanquam false p̄dicans, & homines fallens. [sed uerbi dei non est aligatū]. i. p̄dicatione mea seu doctrina nō est impedita, nam uerbo p̄fentes in carcere re doceo. Scriptis uero & itenti per discipulos meos abentes informo. [Ideo oīa] aduersa [susti neo] patienter [propter electos, ut & ipsi salutem cōsequantur,] non à me, sed p̄ ministerium meum, uidelicet ut cooperer eorum salutem, [quā est in Christo Iesu] sicut in obiecto, datore & causa moritoria. In eius enim uisione cōsistit, ab ipso donatur, ipse quoq; pro nobis meruit eā, [cum gloria cœlesti] salutem consequuntur, id est, cum omni beatitudine p̄mij accidentia lis adiuncta p̄mij essentiali, quā per salutem exprimitur. Vel per salutem felicitas intelligitur uia, per gloriam cœlestem felicitas patriæ.

SERMO I. circa epistolam Quā miles debeat regi, & quomodo sanctus Geor-

gius eadem Christo exhibit.

Dominus tecum uirorum fortissime, Iudicium sexto. Hec uerba dixit angelus dei ad Geronem iudicem filiorum Israēl. Quā de uictoriosissimo atq; præ inclito martyre ac militē Chrīi sancto Georgio cōgruentissime exponunt. Qui omnia ista exhibuit & exoluīt Christo regi cœlesti, quā miles terrenus exhibere atq; exoluere debet regi suo terrestri. Miles nāq; terrenus, regi suo in primis tenet fidelitatem, ut ei sincere adhæreat, nec aduersarijs eius cōcorderet in contumeliam regis. Secundo tenetur obedienciam regi. Tertio tenetur pro regis honore & conservacione ac boni communis defensione uitam propriam exponere, aduersarijs regis ac boni communis strenue reluctando, & pugnatoribus regis opem pro posse ferendo. Omnia ista beatissimus Chrīi miles Georgius regi cœlorū omnipotenti sublimiter soluit. Primo ergo fidelitatem integrerrimam exhibuit Chrīo, immobiliter ei adhærens, nec aduersarijs eius consentiens. Secundo obediuit Chrīi præceptis in omnibus. Tertio pro defensione fidei Christianæ, pro Chrīi honore, pro Christianorum in poenis martyrij deficientium confortati one uitam suam exposuit, crudelissima & inumanissima tormenta sustinuit, atq; martyrium promptissimo passus est animo. Insuper aduersarijs Chrīi & regni ipsius, puta ecclesiæ, impetratus miles Georgius fortissime restitit, hoc est, dæmonibus & peccatis atq; tyrānis. De hoc glorioso Georgio magna & mira leguntur. Primum est, quod filiam regis cuiusdam à draconis deuoratione eripuit, & draconem qui à turbis infidelium superari nequibat, in Christi fidē occidit. Quo facto, regem ac populum eius conuertit ad fidem. Secundum est, quod sub Daciano tyranno saeuissimo uidens multos Christianorum in tormentis deficit ac idolis sacrificare, profiliuit in medium, dicens: Omnes dij gentium dæmonia, dominus autem calos fecit. Cumq; in fide constantissimus permaneret, fecit eum in equuileum Dacianus suspendi, corpusq; eius ungulis lanari, facibus in flammari, & patenbus martyris sancti uiceribus, plaga eis sale fricari, deinde in carcere claudi. In quo Christus ei apparuit, atq; dulcissime eum consolabatur ac roborauit. Tertium est, quod uenenum pessimum bis abfq; læsione potauit. Quo uiso, Magus qui ei propinavit uenenum, conuersus est, & pro fide mox decollatus. Quartum, quod ab alijs horrendis tormentis diuina uirtute est liberatus, uidelicet à rota gladiis bis acutis circumsepta, atq; à plumbo liquefacto feruēti, in quo dū fuit projectus. Alia quoque mirabilia de ipso leguntur, & quod in eius passione conuersa sit uxor Daciani, & mox occisa pro Christo. Quinto, quod tandem sanctus Georgius per totam civitatem atrociter traet, capite sit truncatus. Dacianus uero igne de celo cadente, consumptus. Itaque tam gloriosi militis exemplo atmemur uirtutibus, patientiam induamus, dæmonibus & peccatis iugiter reludet, atq; pro nostris peccatis castigemus nosip̄os, & aduersa occurrentia libenter sustineamus, neq; uincamur à propria animositate, à concupiscentijs carnis, ab ira, impa-

Plal. eg.

ticis

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EVANG.

Galat. 6. illud Apostoli; Alter alterius onera portare. Et rursus: Confolanimi pusilanimis, suscipite in firmos, patientes estote ad omnes. Itaq; infernale draconem, puta diabolum, quilibet Christianus superare conetur, atq; ut posset hoc, sancti Georgii patrocinia deprecetur.

TENARRATIO Euangelij: Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est Iohannis decimoquinto.

HOC euangelium in sermone illo suauissimo, quem dominus ad passionem iturus, discis pulis suis post cenenam prædicauit, asumptum est, & ostendere uult omnes electos sibi incorporandos, quemadmodum uiti corporantur palmites, qui si abscissi fuerint, carebunt uita & uirali nutrimento uitis, cuius facti sunt per abfcissionem exortes. Dicit ergo: [Ego sum uitis uera, & pater meus agricola est.] Christus se dicit uitem per similitudinem propter multa. Primo, quoniam sicut uitis habetramos seu palmites multos, sic Christus cum sit caput ecclesie, habet membra quamplurima, puta fideles, quorum collectio est mysticu corpus Christi. Secundo, quoniam sicut uitis est arbor optimos fructus producens, sic Christus merito sue conuersationis & passionis copiosissimum protulit fructum, innumerabiles saluans & couer-

Hebr. 4. tens ad deum, quemadmodum ad Hebreos dicit Apostolus, quod multos filios adduxit in gloriā. Et Psalmista. Benedicentur, inquit, in ipso omnes tribus terra. Vnde ad insinuandū innumerabilitatē eorum qui in Christum salviātur, cui sunt quasi horī & germina eius, dene-

Isaiæ 49 pater uel trinitas ait ad eum: Isaiam: Parum est ut sis mihi seruus ad fuscitatem tribus Iacobis & fecies Israel conuertendas. Dedito in lucem gentium, ut sis salus mea usq; ad ultimum tera

ræ. Tertio, quoniam sicut lignum uitis est despectum & tame perutile, sic Chr̄s despectus fuit cum esset oī salus. Et non solum Christus, sed & ipsa ecclesia dicitur uinea, cum sit fecunda in bonis & multis continens filios, est hōni odoris ac saporis laudabilem famâ habet.

Isaia 5. Osee 9. Mat. 21. do, & diuina gustādo, ac filios suos spiritualibus poculis reficiendo. Vnde Isaia dicit de synagoga: Vineā dñi sabaoth domus Israēl est, & uir luda gerimen delectabile eius. Et in Osee: Vitis frondosa domus Israēl. Vnde apud Matthæum dicit Salvator: Homo erat pater familiæ, q. plantauit vineam &c. Sed cum Christus non sit uitis, nisi per similitudinem, quomodo loquitur. Ego sum uitis uera: Dicendum, q. dicitur uitis uera propter ueram similitudinem, nō propter ueram naturæ communitionem cum uite, sicut in Isaia inducitur: Vere scenum est populus. Et item, ut se distinguat à prava ac sterili vinea cui annū Jeremias dominus protessatur.

Ego te plantau in vineam electam: quomodo ergo conuersa es in prauum vinea aliena? Nō enim es uitis uera, quæ talis est, de qua per Isaiam ait dominus: Expectau ut faceret uas, & fecit la-

Illi. s. brucias. Si ergo Christus dicitur uitis, quomodo appellatur agnus, leo, petra. ¶ Porro cum uitis & palmites sint eiusdem naturae, ipsa uitis sit sub agricola, indigens eius cultura uel influa. **Ioh. 1.** Apoc. s. entia, constat quod Christus dicit se uitem secundum naturam. **¶** **Immat.** Secundum qui sic

Iohā.14. Pater maior me est, secundum diuisitatem uero & ipse agricola est, quemadmodū pater, immo tota trinitas superbenedicta & superdignissima est unus agricola. Subdit ergo, & pater meus

agricola est, agricola similis. Primo, quoniam sicut agricola mittit semen in terram & plantat arbusta, sic deus infudit animae Christi gratiam, quae est quasi semen virtutum, plantat qd ea in omnem scientiam ac virtutem. Secundo, quoniam solis corde fiduciam, et a sensib. rebus

Cor 1. *Secundum secundum quod est corda in eum, et a tenetibus tiorum purgando, per gratiam fecundando, semen verbi cælestis in eis spargendo, & tandem in horreum patris introducendo. Hinc Corinthijs scribit Apostolus: Dei agricultura estis, dei*

[edificatio eius. Omnem palmitem in me non ferentem fructum], i. omnem infructuosum fidelem, qui fide informi, non charitate & bonis operibus, coniungitur mihi, unde non fert frus-

Mat. 3. & in futuro eum gloria priuando. Hunc uim elit qd iohann. Bap. alterrit: Omnis arbor quæ no-
Fulgēti. facit fructū bonū, excidetur, & in ignem mittetur. Quod si sola sterilitas cōdemnatur, ipsa ini-
quitatis exequio q̄tum torquebitur: Itud intelligendum est de his, qui in negligētia fina

Gala. 5. liter perseverant. [& omnē q̄ fert fructum], i. omnem fidem qui haberet fidem quā per dilectiōnēm operatur, & deo obedit ac profert fructus, de quibus ad Galatas dicit Apostolus: Fru-

clusi spiritus in charitas, hoc enim actus charitatis, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, mansuetudo &c. [purgabit eum] pater, saltem à uenialibus, & à reatu præteriorum in mortaliū, si habuit ea. In multis enim offendimus omnes. Et: luctus sepius cadit in die. Omnes quoque iusticia nostra sunt quasi pannus menstruata. Purgat etiam deus iustos. In uia ab habi-

DE SANCTO GEORGIO.

Fol. CXCII.

A tu dissimilitudinis & minoratione perfectionis, quemadmodum iuxta Dionysium angelii in
feriores dicuntur purgari per hoc, & lumen intellectuale in eis augetur seu confortatur. Pur-
gat autem deus diversis modis fidèles, uidelicet per pénitentiam, per lacrymarum effusio-
nem, per aduersa, uidelicet per tentationes, persecutions, infirmitates: nec dubium quin per
charitatis seruorem, qui operit multitudinem peccatorum, continuamque in diuinis diligenter Iaco. s. 1
am maxime deleatur peccata, quantum ad maculam & reatum. [ur fructum plus affaret, id est,
in operibus bonis magis abundet. Nam in via dei non perficere, est deficere. Vnde oportet inces- Bernardi
santer agere bona, & de uitute in uitutem procedere. Sed si ita est, quid est quod multi cum
cooperint agere bona, mox decidunt, & non solum non purgantur, sed pristinam gratiam per-
dunt? Dicendum quod Christus loquitur de proficiensibus & electis, uel distributio praéin-
ducta intelligentia est pro generibus singulorum, non pro singulis generum, sicut & illa quæ
est in Daniele: Omnes populi, tribus & lingue seruient ei. [Iam uos mundi estis] à labore mor- Danti. 7.
taliū uitorium, & ab incredulitatis errore [propter sermonem,] id est, audiendo & obserua-
do doctrinam euangelicam. [Quem locutus sum uobis.] Beati enim qui audierunt uerbum dei, Luca. ii.
& custodiunt illud. Et uerba Christi animam purgant, illustrant, perficiunt. Propter quod scri-
tum est: Beati sumus nos, quæ placita sunt deo, manifesta sunt nobis. [Manete in me] per
fidem & charitatem, perseuerando usq[ue] in finem. Quod si feceritis, & ego [manebo] [in uobis]
per gratiosam inhabitacionem, benigna custodiā, & singularē emprudentiam. Nunquā
enim deus recedit à nobis, nisi primo recesserimus ab ipso. Et cum auersi fuerimus, inuitat ut
redeamus, semperq[ue] paratus est pénitentes suscipere. Idecirco impenitentium prauitas nullū

B habet excusationis colorem. [Sicut palmes non potest ferre fructū] t[ecum]licet uas, alementiplo; nisi manserit in uite.] Non praeſiſus, ſed humorem atq[ue] pinguedinem a ſtipite uitis trahēs. [sic nec uos] ap[osto]li, nec alijs alius potestis in bonis & meritorijs actibus fructificare, niſi in me manferint] per fidem & gratiam, non innitentes proprijs uitribus, ſed pietati & gratia meæ. p[ro]fertim cum ſit uerba mea. Quemadmodum ergo ſi palmes uel mebrum abſinduntur, ſtar- tim arescit, putreficit & priftina uirtute, fecunditate & operatio[n]e priuat[ur], ſic fideles niſi Chri- ſto per charitatem inhaſerint, nil poſtulant meritorie operari, ſed peccati uetusitate corrumpun- tur, uitijſ implicantur, tentationibus ſuperantur. Cum enim beatitudine hominis sit omnino ſupernaturalis, uidelicet uifio dei per ſpeciem, non potest intellectus creatura ex suis na- turalibus aliquid agere quod ſit meritorium beatitudinis eius, ſed indiget ſupernaturalibus medijs, quibus ad finem hunc perducatur. In quo damnatur hæresis Pelagi, aſſerentis homi- nem proprijs uitribus poſſe iuſtificari ac promereri. Quo contra dicit Ap[osto]lus: Fidutiam ta- lem habemus ad deum, non quod ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis quaſi ex no- bis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Et iterum: Deus eſt qui operatur in uobis & uelle & perfi- cere pro bona uoluntate, hoc eſt, ex ſua uoluntate benigna. Hinc apud Oſee perh[ab]it domi- nus: Perditio tua o Israel ex te, in me tātummodo auxilium tuum. Nemo ergo preſumat, nuſ- illus ſe iactet uel alteri preferat, aliumve contemnat. Vnde monet Ap[osto]lus: Itaq[ue] qui ſtat, ui- deat ne cadat. [Ego ſum uitis, uos palmites.] Non per eſſentiam, ſed per ſimiilitudinem, ſicut oſtentum eſt. Deniq[ue] ſicut fidelis dicitur palmes & arbor, ſic appellatur oīua, iuxta illud lere-

Cmit: Oliuam huberem, pulchram, fructiferam, speciolam uocauit dominus nomen tuum. Et
in psalmo: Ego quasi oliua fructifera in domo dei. Hoc quoq; sciendū, quod sicut palmes quā
diu manet in uite, preciosas, speciosas ac nobilis est: si uero præcidatur, uillissimus est, ad nullū
uolum cōueniens, nisi ut comburatur, prout dñs ait Ezechiel: Fili hois, qd fiet ligno uitis: &c.
sic Christianus quā diu manet in Chro per charitatem & gratiam, cunctis rite gentibus præ-
fertur dignitate & merito. Quid enim Christiano tali felicius, cui regna parata sunt cælorum,
q Chro incorporatus est & deificatus in eo: Si uero se auerat à Chro, & euangelicæ legis obe-
dientiam deferat, fit prorsus contéptibilis atq; uillissimus. Hinc Christianorū dignitatē insinuās
Petrus primæ Petri secundo: Vos, inquit, genus electum, regale sacerdotium, gens electa, po-
pulus acquisitionis. De auersis autem & recidivantibus ait, uilitatem eorum declarans: Con-
tagit illis illud ueri prouerbij: Canis reuersus ad uomitum, & sus lota in uolubrato luti. [Qui
manet in me,] modo iam dicto, cuius uidelicet intellectus: mihi unitur per fidem, uolun-
tas per dilectionem, memoria per stabilitatem, [& ego in eo] permaneo, conseruando dona
gratiae meæ in anima eius, [hic fert fructum multum]. i. in operibus bonis abundat, & crescit
in gratia. Quemadmodum enim caput influit membris uitam & motum, & sicut uitis suis pal-
mitibus influit pinguedinem & humorem, sic Chrs fidelibus influit uitam gratiæ, & motum
actionum sanctorum, humorem recepta dona alentem, itemq; charismati diniorum pingue-
dinem. Vnde orate Psalmita: Sicut adine & pinguedine repletur anima mea, [quia sine me]

id est, sine gratia mea gratum faciente, [nihil] meritiorum [potestis facere.] Propter quod dicit Apostolus: Gratia dei sum id quod sum. Et: Omnia possum in eo qui me confortat. Hinc apud Ieremiam legitur: Scio domine quia non est hominis uia eius, nec uiri est ut ambulet & dirigatur gressus suos. Ne nemo ergo sibi p[ro]p[ter]e bl[oc] diatur, uel in seipso glorietur, cum nihil habeat bona se, & hoc ipsum quod haberet, nec ad momentum potest seruare, nisi conseruetur a Christo. Denique ipsa prima mentis ad deum cōuersto, dei donum est, & a deo. Propter quod Ieremias Thren. 5. precatur: Conuerte nos domine ad te, & conuertere nos. [Si quis in me]. i. in fide & charitate & Mat. 5. obedientia mea, [nō manerit, mittetur foras]. i. ab electorum grege separabitur, nunc uero. Mat. 13. & merito & in futuro loco & p[ro]m[is]io, atq[ue] in tenebris exteriores mitetur, quemadmodum scriptum est: Tollatur impius ne uideat gloriam dei, [sicut palmes] iniutilis & arescit. Per fte illaq[ue] 26. rilitatem ab opere bono, i. humore gratiae ror[er]e gloriae destituetur, nec erit tanquam lignum quod plantatum est iuxta decus aquarum, sed sicut arbor quae aruit, quoniam non habebat Psal. 1. humorem. [Et colligent]. i. reprobis adunabut eum angelis sancti executores diuini iudicij, Mat. 13. de quibus scriptum est: In consummatione seculi exhibunt angeli, & separabunt malos de meo inferno, & mittent eos in caminum ignis, ideo subditur: [& in ignem mittent]. i. in igne Matt. 25. infernalem projiciunt eum, cum dixerit iudeo: maledicti in ignem aeternum. Itud quoq[ue] Lucae 3. particulariter adimpletur in morte singulorum, de quo igne ait praecursor apud Lucam: Pale Itaiae 66 as comburet igni inextinguibili. I[saia] quoq[ue] ait: Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur [& ardet.] Cur non ait, & ardebit? Quod si dixisset, uerum dixisset, sed uerbo presentis temporis ulus est, quoniam id quod fieri, deo presentialiter constat, & in eius praescientia fit quod in executione futurum est. Ardebit ergo & non consumetur, optabit mortem, & aeternaliter punietur, quemadmodum in Apocalypsi dicitur: Crucib[us] iniquis igne & fulmine in conspectu angelorum sanctorum & agni, & fumus tormentorum eius ascenderet in secula seculorum. Et Psalmista: Cadet super eos carbones, in ignem deiescet eos, & in miseriis non subsistet. [Si manseritis in me] conformando uoluntatem uestram uoluntati meae per charitatem & obedientiam ueram, & uerba mea in uobis manserint, per ingem memoriam & stabilem uerborum adimpletionem, [quodcumque uolueritis petatis], id est, quicquid placuerit anima uestra, postulabitis a patre uel a me. [& fieri], id est, da bitur uobis, dummodo oratio do maneat in me, orando uere salubria, prout mihi est placitum, orando quoq[ue] infirmitate. Sed quoniam iusti non exaudiuntur semper pro alijs, quanvis perant salubriter & instanter pro illo, ideo ait: Fiet uobis, quia non semper fit alijs, eo quod ponat gratiae obicem. [In hoc clarificatus est pater meus]. i. in hoc patris celestis honor consistit & gloria, non ob suam indigentiam, sed ad uestram utilitatem, ut fructum plurimum afferatis, id est, multa opera meritoria perpetretis, aliosq[ue] conuertatis ad deum, ut sint filii uestris in Christo renati. In fructificatione ergo & optima conuersatione fidelium glorificatur deus, quoniam honoratur eis, eiusq[ue] maiestas & sanctitas in tali conuersatione relucet, & tales deus ad gloriam suam creavit, secundum quod ait apud I[saia]m: Omnes qui inuocat nomen meum, in gloriam meam creauerunt eum. [& efficiamini mei discipuli], credendo & obediendo, nec solum seruando praecepta, sed etiam ad implendo consilia, & in hoc consistit glorificatio patris. Qui enim honorificat filium, honorificat patrem. [Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos.] Pater diligit filium secundum utramque eius naturam, quia secundum naturam diuinam diligit eum tam perfecte & seruide, sicut se ipsum, uidelicet amore immenso secundum naturam uero assumptam, diligit eum amore proprio, magis uidelicet quam cum & simul creat. A mare quippe est alius bonum uelle. Maius autem bonum dedit & uoluit deus Christo homini, quam toti uniuerso, ut pote personalis unionem cum uerbo, Christus quoq[ue] diligit nos secundum utramque suam naturam, quia ut deus, diligit nos amore aeterno, non tamen immenso, sed ampliori quam aliqua pura creatura diligit aliam. Porro ut homo, diligit nos amore creatio, in fusio, ualde ardenti atq[ue] praecepsu, quoniam animam suam posuit pro nobis, & tantum nostram concipiuit salutem, quod ad ea retulit quicquid fecit aut pertulit. Quemadmodum itaque pater diligit filium, sic filius diligit nos: quoniam sicut amor patris ad filium est gratitudinis, sic amor filij ad nos gratitudo est. Rursus, quemadmodum pater diligit filium ut hominem, sic filius diligit nos. Sic enim pater diligit filium aeternando illi felicitatem aeternam, filius quoq[ue] nos amat ad idem. Iterum, sicut pater diligit filium, non tamen pepercit ei, sed manibus impiorum tradidit eum, sic filius diligit suos fideles, non tamen parcit eis, sed quanto sunt chariores, tanto pluribus tribulationibus illos exercet, prout Sapiens ait: Tanquam aurum in fornace probauit electos. Et Iudei: Omnes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Propterea non debemus in aduersitatibus contumaci, sed iuxta Iacobi documentum, omne gaudium aestimare cum in diuersas tentationes

A ones incidimus. Hinc nempe in Proverbij Salomon logitur: Disciplina domini filii in ne ab h[ab]icas, & ne deficias cum ab eo corriperis, quem em diligit dominus, corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. [Manete in dilectione mea.] Quae est anima uita, in qua perseverandum est iugiter, quoniam sola perseverantia coronatur, nec aliquid preferendum aut comparandum est diuino amori, sed Deus propter creaturis amandus est in infinitum. Idcirco secundum doctores potius deberet homo mortem corporalem subire, q[ui] unum ueniale committere. Q[ui] autem beatum & sanctum sit, in diuina dilectione manere, pater ex verbo Iohannis in sua canonica: Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. [Si praecpta mea seruas ueritis, manebitis in dilectione mea.] Et tam diu in dilectione manemus, quia diu obedimus, quemadmodum etiam obseruatio praecitorum procedit ex charitate, sic conseruat eandem, quoniam operatio perficit habitum, gratiamq[ue] mereatur maiorem, qua habitus charitatis confortatur. [sicut & ego praecpta patria mei seruauit,] secundum quod homo sum. Nam quae placentia sunt illi, facio semper. & quicquid iussit milie per inspirationem facere pro hominum salua Iohann. 8 tione, feci hucusq[ue], eroq[ue] ei obediens usque ad mortem. [& maneo in eius dilectione] plenissima, quia plus diligo eum quam omnes electi. [Hec] moralia documenta locutus sum uobis, ut gaudium meum in uobis sit. id est, spiritualiter gaudieatis in Deo, quemadmodum ego, uel, ut gaudium meum in uobis sit, id est, beatitudo & gloria mea uobis comunicetur in patria, pro ut Apostolus dicit: Si compatimur, & conregnabimus, vel, Ut gaudium meum in uobis sit, id est, ut ego de uobis quasi de bonis filiis gloriatur, quia beneficium est domino in populo suo, et, Phili. 4. gaudium domini est fortitudo uestra. Quod non est sic intelligendum, quasi gaudium Dei aut Christi ex nobis augatur, sed q[ui] Deus uel Christus in se delectatur, proprie scipsum approbans bonum nostrum, & gaudentio in nobis, gaudium suum infundens, ac tribuens nobis. [& gaudium uestrum] id est, spiritualis consolatio, quam haberis in via, [implieatur] in patria, iuxta illud Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et, Adimplebis me iustitia cum uultu tuo. Nec enim aliud, psal. 16 implet nostri intellectus capacitate & sciendi uiditatem, nisi ueritas prima in mensa, p[ro]p[ter]e & 15. ciem cognita; aliud quoq[ue] non implet nostra uoluntatis desiderium, nisi bonitas summa & infinita per fruitionem possesta. Patet ergo q[uod] finis nostrae creationis est gaudium plenum, tamq[ue] exuberans & perfectum, ut eo adepto, maius non cupiatur.

S E R M O II. circa euangelium. De ludorum innumeris malis, & quilibet licet

ti sint honesti, quicq[ue] illiciti & prohibiti.

E GO sum uitis uera, & pater meus agricola est. Ioh. XV. Nulli dubium esse debet, eū hic Euocari agricultam, quia libi pater familiā dicitur, qui conductus operarios in uineam suā. Porro quāuis hi qui in hac uita laborāt uerbo Dei, iuxta Apostolum, magno sint honore habendi, nihilominus tamen sunt uenerandi, etiam qui opere & passione gloriofa constantes testimonium fidei & ueritati etiam moriendo perhibuerūt. Hi fuerunt sancti martyres, inter quos gloriofissimus & uictoriosissimus miles sanctus Georgius, nobilis secundum seculum, non parum in uinea domini laborauit. Tanto enim uineam domini plus excoluit, quanto plures cutes uineæ domini adiunxit. Fuit autem piissimus miles sanctus Georgius, non ut huius æta[ri] sunt nobiles, ludis, spectaculis, torneamentis, alijsq[ue] huiusmodi uanitatibus dedicatus, nec militia eius fuit ignaua, sed nimis lucrativa, ut ex eius Legenda manifestum est. Denique, quomodo aut quando peccatum sit ludis uacare, sciendum est quod nunquam ludere liceat ex cupiditate lucrati, imo hoc diebus festis præcipue est illicitum, & ita lucratia, sunt iniuste adesta ac restituenda, seu in pios usus uertenda. Deniq[ue] in ludis potest esse excessus dupliciter. Primo, si quis in ludendo utitur turpibus uerbis, aut factis nocivis, gestibusq[ue] lascivis aut scanda losis, sicq[ue] excessus ludi est mortale peccatum ex genere. Secundo, quando in ludo debite circa constantia non seruantur, ut quando non conuenit loco, tempori, negotio aut personæ. Et hoc interdum mortale peccatum est, aut propter prohibitionem, aut propter uellemētia affectionis ad ludum, quando uidelicet illa affectio tanta est, quod propter eā ageret, aut agit contra Dei charitatem aut iustitionem, alias esset ueniale peccatum. Proinde de hac materia plenisime describit frater Durandus in Summa sua, sed breuitati studens, nō nisi pauca & huic proposito conuenientiora inde accipiam. Itaque inter cetera scribit: Quidam est ludus probatio uis & experientia, sicut tyrones uires suas exercent ac probant luctando, saltando, currendo, egando, lapides faciendo, atque in torneamentis ac hastiludib[us] se uiriliter exercendo. Sed quia in torneamentis ac hastiludib[us] fiunt frequenter fraudes, iniuriae, uiolentiae, ostentationes, pompa, & expensæ notabiliter excessuæ, multaq[ue] alia quæ ludum de se licitum in honestant, idcirco sunt modo prohibita. De tali ludo dixit Ioab ad Abner: Surgant pueri, & ludant coram nobis. Est item ludus insolentia, sicut sunt ludi chorearum, & monstra larvarum. Vnde Re. 24. K in

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO II.

Exo. 32, in Exodo legitur: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerūt ludere. Sub hoc ludo cōtinentur derisiones & illusiones, quae interrogatur uiris deuotis ac sanctis, quemadmodum Phis Iudic. 16 listae illuerunt Samsoni, quem eductum de carcere, fecerunt ad duci ut luderet coram eis, ut in libro ludicum narratur. Alius est ludus uanitatis & euagationis, ut in uenationibus atq; au cupijs, de quibus Baruch ait: Vbi sunt principes gentium, & qui dominātur super bestiis, qui in uibus ludant? De quibus subditur ibi: Exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. Insuper alius est ludus confusionis, sicut est ludus taxillorum & alez, qui merito dicitur ludus confusione, quia in ipso bona omnia confunduntur, uidelicet bona natura, gratia ac fortuna, reditū hominem dignum confusionem. De hoc ludo nunc specialiter est tractatissimum. De q̄ quæ ritur primo, quid sit ludus alez. Respondetur: Ludus alez appellatur omnis ludus, qui uiribus fortuna innititur. Ludus autem qui innititur uiribus natura, fieri potest in pecunia, dummodo fiat sine periculo. Nam ludus noxius est in culpa. Quis enim eos ludos appelleret, ex quibus crimina oriuntur? Item si fiat sine dolo. Ludus autem qui innititur uiribus fortuna, non potest fieri in pecunia, nisi sex concurrant: Primum est congruitas personæ. Clericis namq; in alea luderenon licet. Secundum est congruitas materiae, ut scilicet fiat pro esculento aut poculento. Tertium est finis, ut scilicet fiat non propter avaritiam seu lucrum, sed propter recreationem. Quartum est mensura, quia non licet sic ludere ultra solidum unum, quāvis lusor sit multum diuīs. Quintum est congruitas temporis, ut non fiat tempore penitentie, aut luctus, uel communionis. Sextum est congruitas modi, ita ut modus sit sine dolo, ita quod nec contra legem faciat ludi, nec ludentem provocet. Quia vero ludus iste alter illicitus est, ideo lex punit cooperantes & insipientes, quia clericus inspiciens, arceret à ministerio p̄ tres annos. Punit quoque ludentes, quoniam quod lucrantur, retinere non possunt. Punit item ad ludum cogentes, quia multantur pecunia, uel incarcerauntur, uel in uincula publica dantur. Insper ait: Qui ludūt ad aleas uel taxillos, & qui ludo interfunt, participes quoque & inspectores peccant, & maxime si clerici sint. & quām grauitate peccant tales, patet ex nouem quæ in ludis huiusmodi committuntur. Primum est desiderium lucranditece cupiditas, quæ est radix omnium malorum. Secundum uoluntas spoliandi proximum: ecce rapina. Tertium est usura maxima, scilicet un decim pro duodecim, non solum in anno uel mense, sed in eodem die. Quartum est multitudine mendaciorum atque ociosorum inaniūt uerborum. Quintum est blasphemia. Sextum est multiplex corruptio proximorum, qui ad uidendum ludum conueniunt. Septimum est scandalum etiam bonorum. Octauum est contemptus prohibitionis sanctæ matris ecclesiæ, quæ ludos hos specialiter ueruit. Nonum est amissio temporis, scilicet negligientia honorum operum quæ tunc ferent. Hæc nouem mala ponunt Ostiensis & Raymundus. Ostiensis uero addit septem alia uitia. Primum est furtum, quia lusores cogente inopia sape difidunt furari. Secundum est uiolentia, quia quis quasi uolenter tenetur ad ludum. Tertium est crimen falsi, quod committitur in faciliis falsis taxillis, & ex certa causa commodandis aut locandis. Quartum est homicidium, quia de ludo ueniunt ad uerbera, deinde ad vulnera, & tandem ad homicidium. Quintum est fraus, quia qui melius scit decipere, credit se melius ludere. Sextū est adulatio, nam dicitur. Ecce quām bonus & pulcher lusor est iste. Septimum est uita turpis & inhonesta. Hæc Durandus. Quæ etiam in Summa confessorum habentur pro maxima parte, & partim habentur in summa virtutum, ubi his addituri. Lusor uult spoliare proximum suum rebus ipsius, & etiam proditionem committit, quia illum uult spoliare, cum quo pauloante comedit & bibit. Est quoque in ludo immisericordia, quia unus uult alium spoliare camisia & braccis, quod non faceret latro, spolians peregrinos in nemore. Insper lusor affigit p̄ trem suum cælestem, blasphemando eundem dum perdit pecuniam. Saepē quoque iurat, & interdum periurat lusor uterq;. Irascitur item & cōminatur, & uiolat festa. Postremo, in hoc horum luforum & taxillorum apparat insipientia & mens prorsus intmorata, quod uolūt ita ludendo acquiretere temporalia, ad quæ restituenda aut in usus pios conuertenda tenentur, ita quod ea quæ perdunt, perdita manent, quæ autem lucratur, tenere non possunt, si uuquam uelint saluari. Qui uero alium allicit ad ludendum, aut ludēdo dolum committit, aut ante ludum simulat se ludum nescire, tenetur quod lucratur, reddere ei, quæ sic allicit aut defraudat. Et præsertim restituendum est eis, qui rem suam alienare non possunt, quales sunt furiosi, prodigi, iuniores uigintiquinq; annis, præsertim pupilli, item mente capti, surdi, muti, cæci, & quæ perpetuo morbo laborant. Hæc & alia materiam istam concernētia, in præallegatis Summis plenius continentur.

SERMO III. De obseruatione sabbati, id est, diei dominice ac festorum noue legis, & quid in eis potissimum agendum sit Christifidelibus.

DE S. GEORGIO.

Fol. CXCLIII.

A Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea. Ioh. XV. Si probatio dilectionis exhibitiō est operis, nec amor Dei oculos est, & iuxta senectiam salvatoris. Si quis diligit Ioh. 14; Deum, mandata eius seruat, magna est uigilantia intendendum, ut præcepta Dei ex amore, id Ego. 34. est, ut honor Deo exhibeat, impleamus. Sunt autem decem mādata Dei, quæ sunt de natura Mat. 5 ratiōis dictamine rationis, & per Moysem retinuata dicuntur, ac approbata per Christū, de quo rum explanatione & obseruatiā nūc aliiquid scriberem, nisi in opusculis alijs, praesertim in libro de régimine Curatorij, in libello quoq; de laudabilis uita coniugatorum, inde scriptissim. Verūtamen de obseruatione sabbati, id est, quæ opera sunt diebus festiūs illicita, & quæ licita, nūc aliqua sunt addenda. Itaq; in Decreto, de consecratione distincta, tertia, dicitur ex concilio Lugdūn. Om̄em diem dominicam à uespera usq; ad uesperam, om̄es sciant esse feriādā, id est, celebrādā. Porro quod ex isto cōtinetur concilio, A uespera usq; ad uesperam, intelligēdū est, ut infra tangatur) quātū ad diuinū officiū. Nam sabbato licitum est operari post uesperam, non tamē post medianu noctem, quia ab illa incipit dies sequens, qui rotus est cea Iebris. Deinde dicitur in Decreto ex concilio Toletan. Irreligiosa cōsuetudo est, quam uulgas per sanctos & solennitatis agere consuevit, quia dum diuinā officia deberent attendere, turpis saltationibus inuigilat, non solū cātica mala canentes, sed & religiosorū (id est, deuotog; seu clericorum) officiis perstrepenates. Ait quoq; S. Gregorius, & in præallegata Decretri distin Gregor. ctione habetur: Peruenit ad me, quosdam peruersi spiritus homines inter uos seminasse præua aliqua & fideli sanctæ contraria, ita ut in die sabbati aliquid operari illicitum perhiberent. Quos quid aliud nisi Antichristi prædictores dixerim: qui ueniens, diem sabbati atque dominicū faciet ab omni opere custodiri, id est, celebrari. Nam quia simulabit se mori ac resurregere, diem dominicum celebrari iubebit, & quia populum iudaizare compellet, ut exteriorē Legis ritum reuocet, & perfidos sibi ludos subdat, sabbatum coli præcipiet. Aliud quoque ad me perlatum est, uidelicet à peruersis hominibus uobis esse prædicatum, ut dominico die nullus debeat lauari. Et quid si pro luxuria & pro uoluptate appetit quis lauari? hoc fieri reliquo quolibet die concedimus. Si autē pro necessitate est, hoc nec die dominico fieri prohibemus. Insper Origenes: Hæc est, inquit, obseruatio sabbati Christiano, si definias ab omnibus secularibus operibus, & nihil huiusmodi geras, sed spiritualibus operibus uaces, ad ecclesiam conuenias, lectionibus diuinis aurem præbeas, de cælestib; cogites, de futura spe sollicitudinem geras, uenturum iudicium p̄ oculis habeas, nec respicias ad uisibilia & præsentia. Ecce, hæc agere, est diem dominicum & festuum ueraciter celebrare. His concordat quod ait sanctus Gregorius: Dominico die à labore terreno cessandum est, ut quicquid negligentia per sex dies incurrit, die dominico precibus expierit. At uero contra eos qui in festivitatibus sanctorum uiuent gulosus, ait sanctus Hieronymus: Valde absurdū est, nimis saturitate uelle mar. Hieron. tyrem honorare, quem scimus Deo per ieunia placuisse. Ideo Augustinus testatur: Toties dī es sanctorum nataliciorum celebramus, quoties uirtutes eorum recolimus, quibus claruerūt in terris, ita ut totum ad illius gloriam referamus, à quo sancti habuerūt, quicquid uirtuose egerrunt. Qui ergo sanctorum uirtutes in eorum festis non recolunt nec sequuntur, eorum festa non celebrare monstrantur. Præterea de ista materia scribit Thomas in Secunda secundæ quæstione CXXII. In obseruantia sabbati, id est, diei festiū, duo considerantur quorum unū est finale & principale, uidelicet Deo uacare, quod in sinuatur cū dominus ait per Moysem in Exod. Memento ut diem sabbati sanctifices, id est, in sanctis & uirtutibus operibus expendas. Illa nanq; sanctificari dicuntur, quæ diuinū cultus applicant aut depurant. Aliud est cessa Leui. 23 tio operi non quoruūcung, sed seruiliū. Nam in Leuitico præceptū istud quasi exponit q̄ ha betur: Om̄e opus seruile non facietis in eo. Opera autē seruilia sunt triplicia, secundū quod trip̄ est seruitus. Prima quippe est seruitus culpæ, quæ seruitus opponit libertati uirtutis & gratiae. Vnde hac seruitus non est aliud, quām conuersatio prava seu actio uirtiosa, qua homo male agendo, aut negligētē se habendo, seruit peccato aut subditur culpæ. Hinc ait Saluator: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Sicq; om̄ia opera prava sunt opera seruilia: & ista post Ioh. 8. tūfime sunt illicita diebus festiūs, quia directe impedit actus quibus Deo uacatur. Secunda est seruitus, quia homo homini seruit, quæ seruitus est quantum ad corpus, non quantum ad mentem: quia ut Seneca loquitur, corpora seruituti obnoxia sunt, mens libera manet. Sicq; opera corporalia dicuntur seruilia, quorum quedam diebus festiūs non licent. Operum nanq; hoc modo seruiliū, quedam conueniunt solis seruis, sicut arare & texere, & communiter opera mechanica, & ista secundum legem communem prohibentur in festis. Alia uero sunt communia seruis a liberis, utpote sibi de necessarijs prouidere, damna & mortis pericula desuare, uitam corporalem protegere. Hinc quoque in veteri testamento licuit sabbatis manu

D. DIONYSII CARTHV. SERMO III.

ducere & bibere, pecora à p̄spio soluere & ad aquari, contra impugnantes pugnare, sicut Māchabaei fecisse leguntur. Similiter Elias non peccauit fugiendo à facie Iezabel, in qua fuga amulauit etiam sabbato plus quā lex admisit, sed præfata necessitas eum excusat. Hinc & Christus excusat suos discipulos de hoc quod spicas sabbato colligebant, quia ex famis necessitate hoc faciebant. Conformiter opus corporale necessarium pro corporis sanatione aut cōseruanda sanitatem, licet festis diebus, ut infirmis mederi. Tertia ē virtutis ac latria servitus quā deo seruitur, & seruitus ista non est in festis prohibita, sed iusta & frequentanda. Hinc & in veteri testamento licuit in sabbato circuncidere hominem, & ministeria dei in templo dei explere, ac circunducere arcam per circumatum Iericho. In novo quoq̄ testamento actus docendi uerbo aut scripto, est licitus. Hæc sententia literis Thomas, qui iterum ait in loco præallegato: Dies dominica in euangelica lege succedit sabbato Iudeorum, non ex dei præcepto, sed ex institutione ecclesiæ & consuetudine populi Christiani: idcirco operatio corporalis in sabbato seu in festis, non est tam stricte prohibita in noua lege sicut in veteri, sed quædam nunc licent, quæ tunc erant prohibita, ut p̄paratio cibi, ambulatio & consimilia. Facilius demū nunc disp̄latur cū obseruatiā sabbati, q̄ tūc, qm̄ obseruatiā sabati non est iam tam figuralis, sicut tūc fuit. Ex p̄inductis cōcluditur, q̄ detestabilis uiolant dies festivos, q̄ in eis intenti sunt confectionibus, potatōibus, scurrilitatibus, ludis ac iocis, p̄hibitis, loquacitatibus criminosis, choreis & cōsimilibus uanitatibus aūspectaculis uertitatis, aut consimilibus uitij, quā si opera mechanica exercent: Propter quod asserit Augustinus: Melius (id est, minus malū) esset die sabbati aut festivo agrum colere, quā saltare & nere, quā chorizare, aut seditionē insistere. Ideo grauiter peccant, qui in festis oījs & uerboti statibus & immoderatis potationibus vacant, q̄ festini quicunq̄ rixantur, iurant aut pugnant, item qui tunc desiderio lucrili dunt, aut ludendo fraudem committunt, aut instrumenta ludorum tunc uendunt, illi quoq̄ qui tunc immoderate se occupant circa delicata & crapulosa conuiua, circa pomposum aut curiosum uestimentum, circa exteriorem ornatum superfluum, & qui pergunt ad loca dedicationum non ex desuotione, sed uanitate, ad intuendum aut exercendum ibi inania, noua, aut curiosa: & quitū emunt aut uendunt monilia. Hinc sanctus Bernardus in Christi loquens persona, inq̄: Quid tanta ambitione ciborum delicias paras in mea nativitate? damno ego carnis delectantia, non approbo. Cur tam immoderata uelut gloriā quæritis? damno ego superbiam, nō amplexor. Quæritur ergo, à quibus opibus sit cessandum diebus dominicis atq̄ solemnibus. Deinde inter cetera dicuntur mandato sabbati erat duo considerare, uidelicet cessationem ab opere seruili, ut homo libere Deo intenderet & uacaret. Aliud erat ibi considerare, uidelicet determinationem diei & operum exteriorum, à quibus erat cessandum. Quantum ad primū, mandatum de sabbato, erat morale. Hoc nanq̄ Deus semper exigit ab homine, ut homo sibi cor dis habitaculum præpararet, atq̄ interdum uacaret, & per dilectionem ad hæretorū eidem. Et quo ad hoc, præceptū illud fuit non solum morale, sed & quodammodo contulit ad omnium aliorum moralium præceptorum integrum obseruationem, quia dum homo uacat Deo, mens cognoscit quid sit agendum, quid non. Idcirco huic præcepto præmittitur, Memento, quia in eius cōmemoratione alia quodammodo memorantur. Sed quantum ad aliud, scilicet certā designationem ac operis determinationem, fuit cæremoniale ac figurale, designans à quo esset cessandum, utpote ab opere seruili, & quid credendum ac expectandum, quia signabat quietem Christi in monumēto, & beatōrum quietem in patria. Idcirco istud mādatum ceteris frequenti us in lege reperitur. Vnde aliquādo nominatur inter moralia, interdum inter ceremonialia & inquitū fuit cæremoniale, est euacuum: inquantum uero morale, manet in noua lege. Porro obseruātia diei dominicæ & aliarum solemnitatū, alia de causa est introducta in euangelica lege, utpote in memoriā beneficij redēptionis humanae, & in præfigurationem resurrecti futuræ, atq̄ in remedium erroris gentilium, qui diem illum in reuerētiā Solis uenerabantur. Propter quod ordinavit ecclesia, ut in Dei honorem sit celebris, quatenus populus Christianus tunc specialiter uacet cultui Dei, & illa prætermittat negotia, quæ anima distractiūne Deo intendant. Ideo opera talia tunc specialiter ab ecclesia prohibentur, & talia distractiūnē opera seruilia, maxime illa, in quibus homo inhabitat lucris terrenis, & quæ sunt p̄ter necessaria, per quæ homo p̄cipue occupatur circa hęc inferiora: nec tātum huiusmodi opera prohibentur, imo magis ac diligentius opera carnalia, ut ebrietates, lites, iurgia. Et hoc est quod dicit Augustinus in libro de decem chordis: Dicitur tibi ut specialiter obserues sabbatum, nō sicut obseruant Iudei, carnali ocio. Vacare etenim uolunt ad nugas & luxurias suas. Melius usque faceret Iudeus in agro suo aliquid utile, quām in theatris seditioni insisteret: & melius feminæ eorum in die sabbati lanam filarent, tractarent, quām tota die impudice satia

DE S. GEORGIO.

Fol. CXCV.

A tarent. Hoc autem dicit Augustinus, non q̄ diebus festiū cessandum non sit à negotijs actuū exteriorum, sed quoniā sacerdotes & prelati, quorum est huiusmodi festa indicere, & determinare qualiter ab exteriori opere sit cessandum, magis debent populum reuocare ab ijs, quæ maiorem præbent peccandi occasionem, aut magis culpabilitia sunt. Vnde propter uitanum oīum & ineptum solatium, asserit Augustinus q̄ potius exercere se debeat in operibus pietatis & misericordiæ, q̄ negotijs inordinatis ac lasciviis intendere.

SER MO III. Q̄ detestabile sit peccatum ac enorme avaritia, & cur idololatria & uitorum maximum appelleret.

Nhoc clarificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Iohā. XV. Christus ac Saluator noster, magister ac legifer, cuius nos sumus discipuli, in mundum ueniens, uerbo & exemplo mundi docuit contemptum. ideo quotquot illum imitati sunt, mundo abrenunciantes, maluerunt paupertatem & improperiū Christi imitari, q̄ Aegyptiorum prosperitatibus atq̄ seculi diuitijs locupletari, siquidē attendentes beatos pauperes esse spiritu, quorum est regnum cælorum, iuxta consilium Christi omnia uidentes, derunt pauperibus, Christum nudum nudi sequentes. In hoc nanq̄ clarificatur Deus, ut fructum plurimum afferamus, qui fructus utiq̄ non est, ut diuitias aut mūdi honores, sed ut paupertatem, mundi contemptum, laborem atque aduersitates Dei amore humiliiter toleremus. Et hæc est paupertas spiritus, qua Christi efficiimur discipuli. Huiusmodi pauper Christi fu

B it inclitus miles & martyr sanctus Georgius, qui ætatis florem, qui stemmata & nobilitatem sobolis, diuitias ac omnia quæcumque mundus amat, contempnit, ut Christum lucifaceret. Itaque huius exemplo, si bona temporalia sunt cōtemnenda, quanto magis avaritia atq̄ ipsa cupiditas de corde est eradicanda: Ad quod cum multa, præcipue tamen mouere nos debet, cum homo ex corpore constet & anima, & corpus ad animam tanquam ad dominam ordinetur, ipsaq̄ anima ad beatificam Dei fruitionem sit condita, hinc perfectus atque perfectio hominis consistunt in hoc, ut ab amore & occupatione terrenorum ac sensibilium se (quātum sibi possibile est) abstrahat & elonget, spiritualibus quoque artibus uacet, ac creatori suo per syncerum amorem, purasq̄ meditationes propinquet assidue ac uniatur quotidie magis perfecte. Cā ergo terrena diuitiae sint infima hominis bona, & fortunæ subiecta, ac maxime corporalia, uilissimum est & prorsus detestabile uitium, atque præcipue ignobilans hominem, quod eis tam inordinate inhæret, & per affectum se subiicit ipsis. Denique istud primo dissuadet ac uituperat nobis naturalis entium ordo. Terra nanque est insumum elementum ac infinita creatura, quæ & omnium pedibus conculcatut per quod edocentur, quod author naturæ, institutor ordinis uniuersi, uult ista terrena pedibus animæ nostræ, puta affectibus eius, calcari ac subdi, & eis nullatenet dominari. Nonne ergo peruersum omnino, uile ac fatuum est, in summa ista terrena non solum spiritualibus ac nobilissimis animarum diuitijs, sed & omnii creætori super dignissimo ac immenso præponere per amorem cogitationum ac occupationum, quod agit omnis avarus. Præterea cum anima rationalis sumim Trinitatis imago sit, cunctis corporalibus creaturis, etiam celis ac stellis præstantior, magis indignum est, innaturaliusq̄ uideatur, quod ipsa tam uitiose se unit, inhæret & subdit istis terrenis, quām si cælu hæret terra. Ius super superiorum Ecclesiastici, Auaro nihil est scelerius, dicit Glossa: Nullum scelus est maius avaritia, & si dicatur scelus ludus qui tradidit Christum, esse maius, quia pro tringinta de natibus uendidit Deum ac hominem. Respondetur quod avarus frequenter dat ac deserit Deum pro uno denario, & interdum pro nihilo, dum non abhorret peccare, metiri, decipere, p̄ uno denario, quem tamen aliquando non lucratur per talia. Et certe peccatum ludus fuit avaritia, uel ex ea. Amplius, statera reputationis siue iudicij hominis avari est nequissima, quia in ea plus ponderat obulus, quām Deus & anima propria, seu regnum cælestis. Caret quoque avarus communicatiua proprietate tam creatoris quām creaturemarum. Creator nanque bonitatem suam, diuitias gloriæ suæ incessanter liberaliter, communicat, sic & creature bona eis collata communicant alijs, sicut sol splendorem suum, & ignis suum calorem, terra & arbores suis fructus. Avarus autem sua communicare non uult, sed recludit sic et creature una defectū alterius cupit supplere, unde natura non patitur uacuum. Avarus uero defectus proximi sui non cupit supplere, etiam si rogetur, nec uacuitatem indigentium replet. Amplius, avarus est iniquus in Deum, quoniam bona sibi à Deo commendata ad dispensandum, proditorie facit sua. Diuites nanque, dispensatores sunt seu esse debent diuitiarum suarum, non domini. Avarus autem eas non erogat iuxta Dei imperium, sed reseruat contra iustitiam: & inde inimicus Dei efficitur, propter q̄ eum magis diligere obligatur, uidelicet propter temporalia sibi à Deo collata, que Deo præponit. Propter quod ait Apostolus, quod avaritia est idolorum seruitus, Col. 3.

Matt. 5.
Luca 6.

Ecc. 10.
Matt. 26

C

Et uult ista terrena non solum spiritualibus ac nobilissimis animarum diuitijs, sed & omnii creætori super dignissimo ac immenso præponere per amorem cogitationum ac occupationum, quod agit omnis avarus. Præterea cum anima rationalis sumim Trinitatis imago sit, cunctis corporalibus creaturis, etiam celis ac stellis præstantior, magis indignum est, innaturaliusq̄ uideatur, quod ipsa tam uitiose se unit, inhæret & subdit istis terrenis, quām si cælu hæret terra. Ius super superiorum Ecclesiastici, Auaro nihil est scelerius, dicit Glossa: Nullum scelus est maius avaritia, & si dicatur scelus ludus qui tradidit Christum, esse maius, quia pro tringinta de natibus uendidit Deum ac hominem. Respondetur quod avarus frequenter dat ac deserit Deum pro uno denario, & interdum pro nihilo, dum non abhorret peccare, metiri, decipere, p̄ uno denario, quem tamen aliquando non lucratur per talia. Et certe peccatum ludus fuit avaritia, uel ex ea. Amplius, statera reputationis siue iudicij hominis avari est nequissima, quia in ea plus ponderat obulus, quām Deus & anima propria, seu regnum cælestis. Caret quoque avarus communicatiua proprietate tam creatoris quām creaturemarum. Creator nanque bonitatem suam, diuitias gloriæ suæ incessanter liberaliter, communicat, sic & creature bona eis collata communicant alijs, sicut sol splendorem suum, & ignis suum calorem, terra & arbores suis fructus. Avarus autem sua communicare non uult, sed recludit sic et creature una defectū alterius cupit supplere, unde natura non patitur uacuum. Avarus uero defectus proximi sui non cupit supplere, etiam si rogetur, nec uacuitatem indigentium replet. Amplius, avarus est iniquus in Deum, quoniam bona sibi à Deo commendata ad dispensandum, proditorie facit sua. Diuites nanque, dispensatores sunt seu esse debent diuitiarum suarum, non domini. Avarus autem eas non erogat iuxta Dei imperium, sed reseruat contra iustitiam: & inde inimicus Dei efficitur, propter q̄ eum magis diligere obligatur, uidelicet propter temporalia sibi à Deo collata, que Deo præponit. Propter quod ait Apostolus, quod avaritia est idolorum seruitus, Col. 3.

K iii cir

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO III.

Matt. 6. circa quod asserit Glossa, quod nūmūs est deus auari. Vnde super illud Matthi, Non potestis Deo seruire & mammonē, Glossa affirmat: Diuitijs seruire, est Deum negare. Duobus etenim modis potest quis negare dominium principis: Primo, dicendo: Ego non recognosco te esse dominum meum, libenter tibi seruire censem, q̄ soluere, si mihi cōstaret te dominum meum esse. Secundo, dicendo: Scio quod sis dominus meus, & censem teneor tibi, attamen tibi nihil soluam. Primo modo infideles negant Christi dominium, quia ei libenter seruirent, si scirent quod ipse eorum & uniuersorum sit dominus. Secundo modo mali Christiani negat dominium Christi, nam quanuis agnoscat quod ipse eorum sit dominus, nolunt rāmen ei soluere censem sui obsequij: idem maiorem faciunt cōtumeliam Christo quām infideles. De nīc Deus iubet auaro, ne peieret, ne mentitur, ne fallat. Nummus uero quem cupit lucrari, instigat eum ad oppositum, & infelix auarus magis acquiescit & obedit numero q̄ Deo: per quod ostendit, se esse seruum nummī magis quām Dei. Rursus, auaritia recte idolatria numeratur, quia auarus creaturam adorat. Nam aliquid adorare, est ei summam reverentiam exhibere, aut diuinam maiestatem ei ascribere, quorum utrumque facit auarus: quia si ei duo occurrit, unus diues quem scit esse pecuniosum, alijs pauper quām credit esse deuotum, magis exhibebit diuitijs honorem in diuite, quām Deo in paupere. Maiestatem quoq; diuinam creature asserbit. Diuina quippe maiestas significatur per istud complexū, Summe bonus, Summe potens. Idcirco auarus eo ipso quo diuitias summe & magis desiderat, ipso facto ostendit, quod diuitias arbitratur maximum bonum, & super Deum eas extollitissimo si trāsit ante fersilem agrum, aut huberem uineam, aut pulchram domum, magis inclinat se atque afficitur cī cailla, quām si perget ante ecclesiam. Adhuc autem secūdum Augustinum in libro de doctrina Christiana, Deus potissimum colitur fide, spe & charitate. Auarus autem magis credit pecuniae sua quām Deo, & magis confidit in ea, quām in Dei prouidentia: magis quoque diligit eam quām deitatem video amplius colit eam, quām Deum. Hinc ad Rusticum monachum scribit Hieronymus: Aestimat aliquis malo pōdere uictiorum pressus, & leuius ei uidetur peccare auarus, quām idololatra, sed nō mediocriter errat, nō enim grauius peccat, qui duo grana proiec̄it super aram Mercurij, quām qui pecuniam auare cupit, & inutiliter congregat. Ridiculūm̄ apparer, ut aliquis iudicetur idololatra, qui duo grana offert creature quā debuit Deo offerre, & ille non iudicetur idololatra, qui tam diuīturnum totius uita sua obsequium, quod debuit Deo offerre, offert diuitijs. Postremo, inter spirituales infirmitates auaritia ponitur pessima, de qua in Ecclesiaste habetur: Est infirmitas pessima quam uidi sub sole, uidelicet diuitiae congregata in malum domini sui: pereunt enim in afflictione pessima. Quidam assignant has auaritiae species, quarum prima sit furtum. Ad quod tria concurrunt ac pertinent. Primum, quod ibi sit ultrapatio rei alienae, quod contrariatur iustitia: idcirco furtum ex suo genere est mortale: interdum tamen est ueniale propter paruitatem rei quā auffert, presertim quando usurpans probabiliter putat, quod talis ablacio parum aut nil sit contra uoluntatem domini paruae rei. Porro si parua in re sit furandi intentio, & probabilitate astmetur, quod eius ablacio sit contra posseforis uoluntatem, mortale peccatum est. Secundo ad rationem furti concurrexit, quod committatur circa possessionem, praeserim circa mobilia bona & corporalia, quae potuerūt contrectari, & per hoc differt furtum ab adulterio & homicidio. Tertium, quod fiat occulte, per quod differt à rapina. Hęc omnia in Secunda secundā Quæstiōne sexagesimā sextā, atque in Summis Durandi, Raymundi, Iohannis & Bartholomei, multo diffusius continentur. Secunda auaritiae species seruit esse rapina, quae est manifesta & uiolenta ablacio rei alienae, siue mobilis, siue immobilis: & est rapina grauius peccatum q̄ furtum, quia in eo irrrogatur maior iniuria & contemptus ei cui sua tolluntur. Vt enim que non solum iustitia, sed fraterna charitati contrariatur. Si uero auferatur per furtum aurapinam res diuino cultui consecrata, non solum est simplex furtum aut rapina, sed sacrilegium quoque, id est, abusus rei sacrae. Tertia species auaritiae, est usura, quae secundū Raymundū est lucrum ex mutuo pacto debitum uel exactum, scilicet ultra sortem, seu ut alii clariū dicunt, usura est mutuare aut tradere alicui pecuniam aut aliquid, cuius usus est sua consumptio, ut aliquid ei detur ultra sortem. De qua usura primo Politico, ait Philosophus, quod sit maxime cōtra naturam. Deniq; usura est duplex: Una manifesta, alia palliata, & hęc palliata usura habet species quinque. Prima sit circa pignora & obſides, quod etiam quinque modis contingit. Verum hęc prosequi est nimis prolixum, & breuitati int̄erā cōtrarium: idcirco in Summa Virtutum & Vitorū hęc requirantur. Quarta auaritiae species est simonia, quae est studiosa uoluntas emēdi a uendēdi aliquid spiritualē, aut spirituali annexum, q̄ specie habet sub se plurimos modos, secundū qđ in diuersis rebus, puta beneficijs, dignitatibus,

DE S. GEORGIO.

Fol. CXCVI.

A. sacramentis &c. accidere potest, quae omnia in Decreto & Summa p̄fata aliorumq; Summis, & in scriptis doctorum super quarum Sententiarum, in Secunda quoque secunda quæſtione centesima, plenissime continentur. Quinta auaritiae species, est iniusta exactio seu tasatio, quae ualde iniqua est, & qui uitetur ea, ad restitutionem tenetur. Sunt autem & alia auaritiae differentiae, modi, seu species auaritiae, scilicet negotiatorum & aduocatorum, & etiam Ecclesiasticorum in pluralitate beneficiorum, & religiosorum qui proprietarij esse non metunt, item eorum qui munera libenter accipiunt ac mercenariorum. Insuper pr̄ter p̄tactas auaritiae species, ponuntur in Proſectu religiosorum tres species eius. Prima est anxia cupiditas habendi aut acquirendi temporalia, siue sequatur acquisitione siue nō, sicq; pauper qui parum, aut nihil habet, potest esse auarus. Secunda species est tenacitas conseruandi iam habita, non permittens ea in causas pias aut necessarios seu utiles usus expendi, nisi forte cum cordis dolore. Tertia est insatiabiliter augere diuitias, siue hoc fiat quāstio iusto ex suo genere, siue iniusto. Quidam infecti sunt prima specierum istarum, quidam secunda, alia tercia, nōnulli prima atq; secunda, ceteri omnibus tribus. Postremo Cassianus libro de Institutis patrum, ponit tres modos seu species auaritiae, quae religiosos quoq; dampnū concernunt. Prima species est, ea in clauſtro post professionem appetere atque colligere, qua nec in seculo habuit ipsi religiosus. Tales religiosi proprietarij, designantur per Gihezi ministrum Elisei, qui ab Naaman principe militiae regis Syrorum, accepit pecuniam pro sanitate supernaturaliter ipsi Naaman concessa, propter quod percussus est lepra grauiſſima. Secunda species est, ea denuo affectare & obtineſſe, quae semel in principio ab renunciatione propter deum dimissa sunt: & religiosi hac auaritia corrupti, designantur per Iudam, qui post apostolatum assumptionem rursus optauit & congregauit, quae in apostolatus assumptione reliquerat propter Christum, atque ex auaritia illa ad tantum impietatis corruit barathrum, quod non solum uēdit Christum, sed demum suscepit seipsum. Tertia species est, ipsam monasticam seu religiosam uitam male incipiendo, aliqua propria sibi seruare ab exordio religiosae uitae assumpta. Et religiosi auaritia ista obteſſe nebrati, designati sunt per Ananiam & Saphiram, qui aliquid sibi reseruauerunt secrete de p̄cio agri uenditi. Propter quod beatissimo principe apostolorum eos dijudicante, subitanea percussi sunt morte, ut legitur in Actis apostolorum.

AD RELIGIOSOS.

SERMO V. De innumerabilibus tentationibus, fallacijs, occultissimisq; insidijs dæmonum, & quo pacto militi spiritualis palæstra sit eisdem resistendum.

Militia est uita hominis super terram. Iob septimo. Vbi Hieronymus transtulit, Tentatio Hieron. Militia est uita hominis &c. antiqua trālatio habet, Militia est. Dicitur autē uita hominis militia super terram, quoniam homo bonus deo placere desiderans, uirtutibusq; insistent, alijs duas habet & sustinet impugnationes ab aduersarijs sue salutis, per quas nisi uiriliter tāquam fidelis miles altissimi reluctetur, à deo creatore ac rege suo abstrahitur, peccat & perire mereatur. Sunt autem hi hostes maligni spiritus & acies uictiorum, carnalia desideria, uanitatesq; sc̄culi, & propriæ uoluntatis ac mentis pronitas ad peccandum, seu dæmones, mundus, caro & fomes peccati, ex quo quatuor uulnera inficta sunt animet: quae sunt ignorantia in intellectu, malitia in uoluntate, concupiscentia in uia appetitiva, sensitua, concupiscentib; infirmitas in irascibili, ex quibus multipliciter impugnamur ac labimur. Itaq; tentatio dici potest oīmos, tūc seu actus uel affectus, hominem ad peccandum inclinans, ut sunt stimuli carnis, diabolice suggestiones, aduersitates, persecutions, tribulations, adulaciones, prosperitatis & omnes instigationes seu impulsiones ad illicita seu peccata. Deniq; quanto quis studiosius in uirtutibus crescere & deo placere conatur, tanto solet ab his impugnari. Propter quod teste scriptura, multæ tribulationes iustorum: Et omnes pie uiuere cupientes, persecutionibus infestantur. Itaq; prædicator uerbi celestis diligissime instruat super hoc homines, ausando eosde de huiusmodi pugnis & temptationibus, & qualiter resistere præualeretq; debeatim hortetur & animet eos, ut tanto uirtuosis insident operibus, quanto se sentiunt acris impugnari. Præterea multi sunt modi resistendi temptationibus illis, & diuersa cōtra eas remedia sunt, ac multiple armatura. Generalia autem remedia, arma & modi resistendi quibuscumq; temptationibus & peccatis, sunt hęc. Primum est diligens & attenta cōsideratio dominicæ passionis, quam qui frequenter cordialiterq; perpendit, nec prosperis, nec blādis & delectamentis, nec asperis & afflictivis dehicietur, sed in omnibus illis constans manebit. Secundum, ē fiducialis inuocatio diuini auxiliū assida atq; indefinē, sej; in omnibus humiliare, atq; in sola diuina pietate ac ope cōfidere, cum dicat scriptura: Quis sperauit in domino, & cōfusus est: aut quis inuocauit eū, & despexit illum. Vnde & ipse dominus testatur: Inuoca me in die Psal. 49. Eccl. 2. K iiiij tribus.

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO V.

Ecclesiasticus 7. tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Tertium est, fidutiale refugium ad gloriosam uitę Diginem Mariam & ceteros sanctos, ad quod quis habet maiorem devotionem, fidutiam & amorem, ad proprium quoq; angelum, & horum subsidium feruide inuocare. Quartum, prudens consideratio quatuor nouissimorum, quemadmodum scriptum est: Memorare nouissima tua, & in eternum non peccabis. Vnde remedium istud diuidi potest in quatuor, quorum unumquodq; ualde existit idoneum ad resistendum omni tentationi; uidelicet frequenter agtendere propriam mortem in desinenter appropinquantem, diuinum rigorem iudicij, tormenta inferni, beatitudinem regni aeterni. Quintum, est diligenter attendere, quā gloriosum & fructuosum sit tentationes uictoriouse sufferre. Sextum, quod impossibile est uitam hanc sine aduersitate transfigere, quia si una desit aduersitas, cito aderit alia. Idcirco quæcunq; euenerit, patienter est sustinenda. Septimum est, perpendere quā uile, nocuum atq; damnabile sit, tentationibus superari, secp; per hoc dæmonibus subdere, & eorum irruptioni exponere, quia (ut ait Psalms misericordia) qui tribulant nos, exultabunt si motu fuerimus. Octauum est, sanctorum exempla, patientiam, fortitudinem, triumphum & præmia contemplari, ex quibus eruditur & inflammatur ad imitationem eorum. Nonum est consideratio sanctorum scripturarum, quæ docent nos, qualiter resistere debeamus ac præualere. Decimum est, occasiones & causas tentationum prudenter uitare. Itaq; dum quis quacunq; tentatione pulsari se sentit, mox se ad ista conuertat remedia, dei auxilium implorando, CHRISTI passionem cordialiter ponderando, & cæterarum nunc præacta sapienter stabiliterq; pensando, exteriores quoq; interioresq; oculos auerterendo ab his obiectis, de quibus tentatur, & alias occupatiōes assumendo salubres, sicut labores & prælia ter tanquam fidelis minister ac miles dei, qd non coronatur nisi qui legitime certas uerit. Sunt autem innumerabiles fallaciae, occultissimæ quoq; insidiae dæmonum. Prima est, hominem diuina & assida tentatione fatigare, ac tedium quodam obruere, quatenus paulatim ducatur nō solū in temptationem, sed etiā in desperationem aut dissidentiam, ita ut putet se nō pertinere ad deum, nec curari ab eo, quem toties inuocat, ut se à tali temptatione dignetur eripere, nec tamen exauditur ad uotum: sicq; suspicatur deum de suo nō curare periculo, uel de adiutorio omnipotentis disfudit, quorum utruncq; pernicioſissimum est. Iste non pensant fidem, ac prouidentiam dei ad homines, nec utilitates quæ eis ex diuina tentatione proue niunt, qua indigent, ut eorum superbia penitus eradicerit. Secunda uerutia diaboli, est ipsa extraneitas temptationis, dum quosdam electos inconsuetis, feedis & abominabilibus tentationis impugnat, ut tanto plus arbitrentur se à deo relictos, quanto plus opinantur alios ita non fuisse tentatos, ut sunt temptationes blasphemiae & contra fidem, & de infectione manus uiolentiae in seipsum, ac de uitijis ignominie contra naturam. Iste non aduertunt quod uisibiles hostes ex sua malignitate frequenter proiiciunt in castra obfessa quafidam materias fecundissimas, impurissimas, ac penitus uenenatas; sic inuisibilis inimici ex inuidentia sua immittit corribus aliquorū cogitationes prorsus abominabiles, insolitas & nefandas, & omnibus quibus possunt ac permitiuntur modis ipsoſ impugnant. Illi tamē inde nō maculatur, quā diu talia de testantur nec delectantur in eis; imo tāto gloriōsus coronari merentur, quā moleſtiora ac abominabiliora sunt illa ad tolerandum. Tertia dæmonii astutia est, qua hoc solū intēdunt, ut hoīem trahant ad mutandū statū, seu locum suū in quo se bene habet, ut intret locum assūmatq; statū in quo capi possit ab ipſis, quēadmodum pisces arq; cuniculi strepitū quodā terrētur, ut egreditur receptacula sua in gbus à captione securiſunt, & sic cadāt in retia. Hinc in Ecclesiaste scriptū est: Si spūs habentis potestateſ ascenderit super te, tu locū tuū non deserbas. Hebrei 10. Et Paulus: Non deseramus, inquit, collectionē nōstrā sicut consuetudinis est quibusdam: uerū I. Cor. 11. tamen bonū est charismata meliora ſectari, & periculosa uitare consortia. Quarta astutia eius est, qua conatur quosdam per sanctorum exempla incitare ad inchoādum aliqua magna bona, in quibus coniūctis eos non perfeueraturos, aut inquiete & scandalose uicturos, ut dum inconstantes, inquietos, indisciplinabiles inducit ad religionis ingressum, ut inde apostolando plurimos scandalizent & grauius peccāt, aut perfeuerādo in religione multos inquietēt ac turbēt. Per talem calliditatem simile capiūtur, dum uenatores in earum præſentia se calceat calceis magnis & ponderosis, eosq; fortiter pedibus suis astringit, quo factō, exuunt eos ac ibi relinquunt, & abeſtitūtunc uenientes simile ſimiliter induant & astringunt pedibus suis calceos illos; quo uiso, uenatores irruunt super eas, fugere, imo nec progredi ualetes, & capiunte eas. Quinta uerutia est, dum sub specie bonis uident periculum, quemadmodum quosdam inducit ad immoderatam diuitiarum adaptionem, ut opera misericordia magis exerceat, interim uero inficit eos cupiditatis affectu, uarijsq; peccatis, quæ diuitijs & earum acquisitioni annexa sunt. Sexta, dum sub colore & prætextu uirtutum uitia perſuadent, ut crudelitatem sub specie

DE S. GEORGIO.

Fol. CXCVII.

A ciē æquitatis, ſolicitudinemq; ſuperfluam ſub colore prudentiae, ac miniam remiſſionem ſub pietatis p̄textu. Septima & periculoflīma uerutia est, ceſſatio ab omni tentatione, quā ceſſatio nem aliqui cupiunt imperiti, à quorū impugnatione deſtitit, ut eos ad periculoflā inducat ſecuritatem, per quā timor dei amittitur, deinde ex tali ſecuritate naſcuntur negligētia atq; acedia, elatio quoq; ſiſe putant ſanctos quoniam nō tentantur deinde contemptus & dijudicatio fratrū, præfertim eorum qui impugnantur, & de immifericordia circa eos.

¶ SERMO VI. De adiutorijs misericordissimi dei, quibus nunquam deerit militibus ſuis ſpiritualibus, legitimate certantibus.

Si putas in robore exercitus bella coſtistere, ſuperari te facit dominus ab hostibus. Dei quippe est adiuuare & in fugam uertere, primi Paralip, uigesimali, Certum est, quod ad meritorie agendum non ſolum indigeamus ſupernaturalibus & infuſis habitibus gratiæ gratum facientis & uirtutum atq; donorū, ſed etiam actuali motione ſeu excitatione ſpiritus sancti. Et queri posſet, an ultra hæc indigeamus adhuc alijs auxilijs creatoris contra tentationes: 1. Cor. 11. & uidetur quod non, quia ad Paulum dixit, Suffici tibi gratia mea: Virtutes quoq; fortiores ſunt uitij. Sed penſandum, quod ultra predicta contulit nobis benigniſimus ac prouidiflīmus conditor alia multa ſubſidia contra temptationum certamina. ¶ Primum est torius militantis ecclesie communicatio atque ſubuentio mutua, iuxta illud Psalmi: Particeps ego sumi Psal. 118; omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Vniuersi namq; fideles per charitatem connexi, ſunt unum myſticum corpus, & ſibi in uicem communicating merita ſua ac suffragantur. Vnde ſuper Lucā dicit Ambroſius: Oret pro te mager ecclesia, que pro ſuis filijs quaſi unicā mater interpellat. ¶ Secundum est adiutoriūm prælatorum, qui ſubditis ſuis orando, inſtruendo, corrīpiendo ſuccurrunt, cum ſint mediatores inter Christum & gregem ipſius. Hinc Deuter. 32: Moyses filijs Israel loquens: Ego, inquit, ſequeſter & medius eram inter deum & uos. Ad Eze. 44: chielem quoq; dominus ait: Speculatorum te dedi domui Israel. Hinc paſtorum est ſubditos contra temptationes præauifare ac præmuñire, modumq; & practicam reſiſtendi docere. ¶ Tertiū est charitatina ſubuentio, confuſtio, confuſatio ſeu conformatio proximi uniuersiſuſq; Eccl. 7: quemadmodum in Ecclesiastico ſcriptum eſt: Vnicuiq; mandauit deus de proximo ſuo. Vnde Galat. 6: de Paulus horratur: Alter alterius onera portate. Et deuoti: Si p̄z occupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui ſpirituaſes eſtis, huifumodi inſtruite in ſpiritu lenitatis. Ad quod beatiſſimus princeps apostoli chori hortat, dicendos: Vnuſquisq; ſicut accepit gratiā, in alterutru 1. Petri 4: illā adminiſtrantes. ¶ Quartum eſt angelorum ſanctorum cuſtodia, de quibus Elieſeſ locuſ 4. R. 6. eſt: Plures nobis ſumunt &c. Hinc cum abbas Moyses post ſuſe conuerſionis exordium, ſtimulo carnis acerrime tentaretur, & pro conſolatione uenifſet ad abbatem ſanctum Iſidos, ille fecit abbatem Moylen ad orientem aſpiceret, uidebat innumerabilem multitudinem angelorum ad ſubueniendum paratam. ¶ Quintum & p̄cipuum auxilium eſt meritū Chriſti mediatoris, & interpellatio eius pro nobis, iuxta quod in prima ſua canonica Iohannes ait: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem leſum Christum iuſtum, & ipſe eſt pro 1. Iohā. 2: piciatio pro peccatis noſtriſ, qui ut ad Hebræos ſcribit Apostolus: introit in ipsum cælum, ut Heb. 9: appareat nunc uultu dei pro nobis. Ipſe etenim, ut electus ait Bernardus, Ostendit patrilatus Rom. 8: & uulnera: atq; ut ad Romanos ſcribitur, interpellat pro nobis. ¶ Sextum eſt aduocatio & cora- tio, meritū & ſubuentio glorioſiſimæ uirginis, deo patri comparentalis, quæ eſt aduocata Ecclesiæ, miseratrix, adiutrix, & mater omnium ad ſe conuigientium, concuſtatrix capitis dæmonum, atq; in omni neceſſitate ſubuentrix. ¶ Septimum eſt ſubſidium totius triumphantis Ecclesiæ matris noſtræ, & ſpecialiter ſanctorum illorum, ad quos quicq; maiorem habet deuotionem, confidentiam & recursum. Michael quoq; princeps magnus, commissa ſibi Ecclesiæ ſpecialis ac fideliflīmus eſt patronus. ¶ Octauum eſt refrenatio inuifibilium huiuſum, ne nos tentent quantum uellent ac poſſent, quæ refrenatio ministerio fieri ſollet ſpecialis chorū Apoc. 24: angelici. Vnde in Apocalypſi legitur satanas religatus, & in Tobia legit Raphael angelus re- legasse dæmonium in defertum superioris Aegypti. Christus demum potestate dæmonum Tob. 8: p̄cipue refrenauit ac minut, ſicut in euangelio protestatur: Cum fortis armatus cuſtodit a Luce 11: trium fuū, in pace ſunt ea quæ poſſideſt: ſi autem fortior illo ſuperueniens, uicerit eum, uasa eius diripiet &c. ¶ Nonum eſt effugatio huiuſum, qui diuina ope frequenter ſaltem ad tem- pus fugantur à ſeruis dei, nec impugnare eos ſinuntur. Vnde & in Luca afferit: Consumma Luke 4: ta omni tentatione, diabolus receſſit à CHRISTO usque ad tempus. In cuius refigura dixerunt Aegypti: Fugiamus Israelem, dominus enim pugnat pro eis contra nos. ¶ Decimum eſt profectus ſpiritualis & gratiæ incrementum, quod tentatori reſiſtendo diuina ope conſequitur, iuxta illud Apostoli: Deus faciet cum tentatione prouentum. 1. Cor. 10: ¶ Vnde

D. DIONYSII CARTHV. SERMO VI.

Vndeclimum est actualis illuminatio, seu gratia discretionis spirituum, qua qui tentatur, in D
telligit in suo confictu uersutiam inimici, & qualiter sit resistendum, per quam beatissimi viri
Gen. 18. Antonius & Martinus diabolum in specie Christi apparentem adorare nolebant. Abraham
Ioseph. 5. uero & Iosue ac alij quidam angelos eis apparentes, mox cultu dulce adorauerunt, quoniam
ex dono discretionis spirituum cognoverunt quod uere erant angelis sancti. ¶ Duodecimum
est timor diuina inspiratione conceptus ex ipsa temptationis impugnatione, quo tentatus timeat
succumbere, & ex hoc cauet atque sollicitatur ad reluctandum, quemadmodum in certaminibus
caesi, prouocantur ad reperiendum. ¶ Tertium decimum est forma in qua tentatus cogitur
apparere, ut ex ea fraus callidissimi deprehendatur facilis, scilicet secundum Magistrum senten-
tiarum, & alios multos aggresus est Euam in forma serpenti, & gloriose patri Antonio ap-
paruit spiritus fornicationis in specie pueri turpis nigerrimi. ¶ Quartum decimum est releua-
men quoddam, consolatio, seu refrigerium defuper datum in ipso temptationis ardore, iuxta
illud in psalmo: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo cōsolations tuæ
laetificauerunt animam meam. Vnde & Paulus fateretur: Benedictus deus qui cōsolatur nos in
omni tribulatione nostra. ¶ Quintum decimum est reparatio, qua interdum concedit suos à
temptationum labore ad tempus quiescere, ut interim vires resumant, & ad futurum præparentur
Tobi. 3. se confictum, sicut in exteriori uideremus luctam. Vnde in Tobia dicitur deo: Non delectas
me in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis, & post fletum exultas
Matth. 8. onem infundis. In Mattheo quoque iuxta mysticum fertur sensum: Imperauit mari & uentis,
id est, inquietudini impugnationum atque dæmonibus, & facta est tranquillitas magna, id est,
pax cordis. ¶ Sextum decimum est confortatio sive erexitio cordis in deum, aut corroboratio
Luc. 22. spe uisibiliter aut inuisibiliter facta, in cuius rei signum angelus apparuit Christo prolixius orati-
onem infundis. In Matthæo quoque iuxta mysticum fertur sensum: Imperauit mari & uentis,
id est, inquietudini impugnationum atque dæmonibus, & facta est tranquillitas magna, id est,
pax cordis. ¶ Sextum decimum est confortatio sive erexitio cordis in deum, aut corroboratio
Psal. 117. minus suscepit me. Item post iustus cum ecclerit, non collidetur, quia dominus supponit mas-
num suum. Permitit quippe deus electos suos interdum impelli, & pene usque ad ruinam des-
uenire peccati, ut suas recognoscant infirmitates: non permitit autem eos in foueam corru-
re culpe, aut lapsos pessime erigit. ¶ Octauum decimum est suscepitio cōfugientium ad se, ius-
Psal. 89. tra quod psallimus Domine, refugium factus es nobis. In Proverbiis quoque legitur: Turris
Prou. 18. fortissima nomen dominum ad ipsum currit iustus, & saluabitur. ¶ Non undecimum est corpo-
ralis labor, paupertas, infirmitas sive aduersitas, per quas temptationes uinci solent, aut minui.
Osee. 1. Vnde in Osee dominus loquitur: Ecce sepiam uiam tuam spinis. Hinc recitat Cassianus, quod
dum in congregatione quadam quidam adolescentis stimulo carnis acerime tentaretur, ordi-
nauit monasterij pater, ut unus seniorum uir seriosus, iuuenient illum quotidie exerceret ad-
uersis & proclamaret, ac coram abbatे multipliciter accusaret, atque ut fratres in testimonium
adduci testarentur pro sene. Quia exercitatione per annum exhibita, dixit ad iuuenem abbatem:
Quid est filii? Adhuc te stimulat caro? Respondit: Papæ, uiuere non licet, fornicari liberet! Ecce
quot, quanta & qualia prouidit & contulit nobis clementissimus pater celestis auxilia aduer-
sus mudi & carnis ac dæmonum tentamenta. Idecirco non diffidamus, sed confortati in dño,
Psal. 26. agamus uiriliter ac bonum fidei agamus certamen, & carnem ac sensualitatem rebellem scira-
tionabiliter disciplinis, uigilijs, seiuinijs, abstinentijs, asperitate uestitus ac laboribus castigem-
mus, ut in spiritu seruitutem salubriter redigatur. Sunt denique uitia quædam in seipsis amara
& afflictiva, aut afflictiones & difficultates ac resistentias graues annexas habentia. In uanitate, in
uidia, indigatio, râcor, odio, timor, tristitia, impatiëtia, amaritudo, cōtentio, in seipsis sunt af-
flictiva superbia uero, ambitio, avaritia & cōsimilia quædam, habent annexas difficultates, labo-
res, resistentias, afflictiones. Nempe qui in monte dominationis, honoris aut præsidentiae cu-
pit & conatur ascendere, multos patitur resistentes ex aduerso ascēdere cupientes, contra quos
mordetur suspicione, inuidia & odio. Itaque temptationibus istis efficacius resistitur, cōsiderando
eas ac uitia de quibus impugnat: q̄ enim diligenter cōsideratur, eo plus abhorretur propter
penalitates adiunctas. Porro alia sunt peccata in seipsis delectabilia, ut p̄fertim uitia carnis, q̄
quanto plus cōsideratur, quis sint in se ipsis bestialia, fœda, uilia atque enormia, tamē tanto plus
titillat & mouet appetitū, propter annexam & innatam delectationē ideo talibus uitis me-
lius resistitur, cogitationem & aspectum mox ab eis totaliter auertendo, cū aspernatione salu-
bri, & interiectione istius, tñi. Nam hac prolatio, tñi, superatur diabolus, & stimulatio carnis.
¶ Quaritur autem qualiter possit se homo inde auertere. Respondendum, quod omnis affec-
tio ex præuia quadam apprehensione, seu cognitione procedit, quia obiectum appetitus est
bonum cognitum; idcirco qui cupit inordinatam affectionem uitare, studeat à se protinus
rea

DE S. AMBROSIO EPISC.

Fol. CXCVIII.

A remouere apprehensionem obiecti carnalis delectabilis uerei, ad quā inordinate ac sensualis
ter afficitur. Et qualiter se à tali inspectione possit auertere? Dicendum, quod conuertendo se
ad considerationem rerum salubrium, scilicet dominice passionis, propriæ mortis, diuini q̄q̄
iudicij & infernalium supplicij, præteritarum culparum, aduersitatum, tribulationum proximo-
rum fideliū, & quod quotidie tot tantæ hunc in mūdo flagitia, quod innumerabiles pere-
unt ac damnantur homines. Cupiens itaq̄ temptationum euadere laqueos, faciat sibi consue-
tuinum cōsiderandi assidue passionem domini, ac nouissimam sua, & peccata præterita, pericu-
la quoq̄ quibus undiq̄ circumuallatur, sicq̄ quotiescumq̄ se senserit carnali temptatione pulsas-
ti, mox ad dominice passionis, ad suorum nouissimorum &c. considerationē recurrat. Secundiū re-
medium est, immoderata uitare portationem, & refectionem superfluam, & calida alimēta,
uinumq̄, ex quibus uitiorum generantur incitamenta. Vnde Paulus: Nolite inebriari uino, Eph. 5:6
in quo est luxuria. Et Hieronymus: Venter mero & astuās, cito spumat libidinem. Tertiū, uita
re lubricorum cōsortia. Vnde in Ecclesiastico dicitur: Qui se iungit fornicarij, erit nequam. Eccl. 18.
Et Salomon: Amicus stultorum, id est, carnalium & prauorum, efficietur similis eis. Quartū Pro. 13:6
est, diligenter attendere & celeriter sine immoratione enormitatem & uilitatem huius pecca-
ti & brutalitatem, in honestatē ipsius, mala ei annexa: & quoniā multa & grauia mala ex ipso
sequuntur, & per uitium istud fit homo bestialis, acediosus, leuis, depresso, intmoratus: ma-
xima quoq̄ turpitudine in eo appareat, derogat dignitati, nobilitati naturæ humanae, fecerit præ-
ceteris uitis coram deo & angelis eius. Quintum est, bene p̄sare qualis erit caro post mortē,
quā feeda & putrida. ¶ Hinc fertur in Vitæ patrum, quod dum quidam frater in eremo uehes-
mentissime tetaretur de quadam muliere formosa, & audierat eam esse defunctam, nocte apes-
ruit eius sepulchrum: & sumens partem de purpure eius, posuit in cellam suam: cumq̄ illius
intuitu ac fæto affligeretur, dixit cogitationi suæ: Ecce habes carnem quā appetebas, satia-
re eius amplexu, sicq̄ cessauit tentatio. Sextum est, incautos & morosos mulierū aspectus, am-
plexus, oscula, familiaria colloquia, loca secreta, uisitationes, laterales cōfessus, attractus, mus-
nuscula deuitare. Ecce David incaute respexit, & concupiscentia superatus est, Samson p̄ mu-
lieris blandimenta. Ideo Iob ait: Pepigit fedus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidē de uit. Iob. 31:1
gine. Septimum est ocia fugere, sed iugiter se honeste occupare, quia ut dicit scriptura: Multa
malæ docuit ociositas, atque in cōcupiscentijs est ociosus & pigrit. Vnde prophetat in labore ho-
minū nō sunt, & cum hominibus nō flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia &c. Octauum est,
omnē uitare superbiā, quoniā proprie eam multi sinunt in uitia ruere carnis. Nonū est, cor-
pus proprium egregie disciplinare, uigilijs, ieiunijs, asperitateq; strati, ac uestibus discrete dos-
mare, & in seruitutem redigere rationis. Decimum est, studio facræ scripturarum insister, sc̄ spi-
ritualibus exercitijs strenue occupare, ideo ait Hieronymus: Ama studia scripturarum, & car-
nis uitia nō amabis. Si his specialibus temptationum carnalium remedij addatur generalia tē-
tationum remedia, poterit deo auxiliante homo in omni temptatione huiusmodi præualeare,
ad quod etiam confert potissime adimpleti euangelici consilij Christi perpetuam continens
Ciam consulentis, ad habendam aureolam cum premio æternō.

¶ De sancto Ambroso episcopo.

AD RELIGIOSOS.

SERMO unus de uitribus S. Ambroſij, contra ambitionem, de fraterna compassio-
ne, de patientia, compunctione, & eiusmodi uitribus.

Tende lectio, exhortatio, doctrina, primæ ad Timo. 4. Sanctus pater Am-
broſius plenus fuit uitribus, cuius exēplo docemur in primis cōsideratione
rigoris diuini iudicij, p̄præ q̄q̄ fragilitatis & insufficiētia, ducatū fratris uere-
ri, p̄lationē metuere, ambitionē omnē uitare. Nostis enī fratres, q̄ oppor-
tune & importune nitebas, p̄motionē sui ad p̄sumatū euadere, nō obstante q̄
multū miraculoſe designatus fuisset esse debere episcopus, ut pote uoce infan-
tuli, ac alijs modis. Quid ergo insipientia atque insanit in cordibus regnat religiosorū q̄rundā,
q̄ pfessiōis sua ac diuini timoris obliti, humiliatate priuati, uanitate seducti, nec uocati à deo ut
Aaron, optat p̄esse, atque ut periculoſe obtineat, qđ inanis optat, humiliat negat semetipſos, q̄si
manū dei se putet posse effugere, aut q̄si humanorū nō sit inspectio cordiū deus: Nō q̄ramus li-
beratē cui ppter deū abrenūcia uitius in hac uita, refumere, nec mūdo quereliquimus, cōplacie-
re, cōmunicare, miseri. Quid tritico & paleis? Quæ conuictio luci ad thibras? Quid religioso &
seculo qđ p̄petræ mortificationi & ambitioni: qđ monasticæ subiectioni & propriæ libertati:
Ecce ut adhuc catechumenus, adhuc secularis & iudex terrenus, tātē fuit humiliatis, tam ti-
mogatus & sapiens & nos postquā tam diu fuiimus religiosi, adhuc uani inuenimur, intmorati
Heb. 5: Heb. 7:1
Iere. 25: 2. Cor. 5:

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO VNVS

& ambitiosi. Confundatur qui talis est in semetipso, confundat & increpet, reprobet & castiget se coram deo, discat mortificare seipsum, & penitentia id Psal. Quoniam deus dissipavit ossa eorum qui hominibus placenter consenserunt, quoniam deus spremit eos. Qui seipsum non sufficit regere & propriam uanitatem, ambitionem, suarumque impetus passionum extingue, qd miser & miserabilis, pauper, caecus & nudus, cogitat alijs praesidere, non formidans quod ait scriptura: Iudicium durissimum in his qui praeuenti, fieri! Perpendat ergo & dicat quod fetur in Isaiae: Non sum medicus, & non est in domo mea panis: Nolite me constitutere principem populi. Cui itaque ignoremus diem & horam exitus nostri, simus semper solliciti, nec pristini seruoris oblitus uisceremus, imo quotidie feruentiores, atque in omnium mundanorum & exteriorum contemplatione perfectiores efficiamur. Nullus simplicium fratrum officialibus sit molestus, nec de exterioribus & impertinentibus sibi se insipientialiter intromittat, quia hoc malum est & speciem habet mali. Sæpeque accidit quod qui talia agunt, ad exteriora mente obtenebrata aspirant. Verum nostra conuersatio sit in celis, & desiderio beatificè visionis gloriae dei, crucifixus sit nobis hic mundus, nec proprium quispiam querat honorem, cum oporteat nos abiectione & subiectione gaudere, nec quicquam consolationis aut prosperitatis in seculo isto requirere. Secundo sanctus pater Ambrosius nobis in abstinentia ac sobrietatis exemplum pponitur, quoniam ieunauit quotidie, deemptis sabbato & die dominico, atque praecipuis festis, cum tamen in medio hominum uersaretur, ac tantos assidue haberet labores. Nō eum delectabat inuitari & in uitare, aut uenitus repletio seu gustus uoluptati uacare. Insuper, quantum in dei ac proximorum seruuebat dilectione, quā compassiuus fuerat lapsus, hinc elucescit, quod dum aliquis suū lapsus sibi cōfitebatur, tam amarissime fleuit, qd illum similiter ad planctum induxit. In hoc itaque pponitur nobis tertio in exemplum. Idcirco dum aliquis uideamus peccantem, aut lapsum, aut nobis iniuriatum, condoleamus eidem ex intimo cordis, & non dedignemur, aut irrideamus, seu exprobremus, cum scriptum sit: Qui stat, uideat ne cadat. Et item: Fratres, si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, uos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, cōsiderans teipsum, ne tu teneris. Qui imperfectos, infirmos, & malos patienter nō sustinet, ipse sibi per impatientiam suam testis est, quod nec perfectus, nec solidus, nec uirtuosus cōsiderat. Nōne Abel esse renuit, quia à malitia Cain exerceri refutat. Et quo modo volumus in nostris defectuositatibus & peccatis à summo iudice tolerari, qd nolumus nos mutuo tolerare? Nonne unusquisque est incomparabiliter defectuosior coram deo, qd pxiimus eius quicunque coram ipso? Nōne eadem mensura qua mēsi fuerimus, remetietur nobis? Quarto pponitur nobis sanctus pater Ambrosius in exemplum patientis atque cōstantie in adversis. Innumerous nang & grauiissimas persecutiōes tulit à lustina imperatrice, ac alijs Arrianis, in quibus omnis potens gratioso ac miraculo eum protexit. Quinto proponitur nobis in exemplum iustitiae ac fortitudinis, quia implevit quod scriptum est: Vsq; ad mortem certa pro iustitia. Et, No lite timere eos qui corpus occidunt. Hinc imperatoris ac principum strenuissime reprehendit excessus, & imperatorem Theodosium de choro egredi fecit, nec mortis timore reliquit iustitiam. Cumq; tot occuparetur laboribus, tot persecutionibus impugnaretur, & tam ualide in predicando, dicensiando, ac alijs exterioribus laboraret, nihilominus compunctione & lachrymis marum effusione, deuotioni, & cōtemplationi abundanter ac prōpte quasi ad libitum insistebat, & dixit: Arma me a fūt orationes & lachrymæ. Quid ad istud facturi sumus, qui cum ab omnibus simus abstracti, solique deo habeamus uacare, atque ad hoc media possedeamus apertissima, nihilominus dissoluti sumus & corde duri, distracti, & indeuoti, ita ut cum labore uix accendamur, aut ad pietatis lachrymas resoluamur: sicque abutimur medijs nobis prouisis & beneficijs nobis collatis, totumque malum hoc ex negligentiā pravaque cōsuetudine nostra accedit nobis, quia nō exerceamus nos omni die certis horis in cōpunctione interna, in examinatōne & expurgatione conscientiā nostrā, in memoria passiōis dominice, in meditatione pertinentium ad salutem, in cōtemplationē p̄sentia & excellentia dei, in negligentiā nosipso, occupamus nos uane ac stolidi, alios obseruando, iudicando, spernendo & accusando. Sed res ipsam ab istis amentijs, & deo (ut monastica requirit p̄fessio) ac p̄prijs cōscientiā sinceritate uacemus, omnique hora occupemus nos fructuose, interna quoque exercitationi insistere aſſuescamus, atque cum deo in latitudine cordis nostri deambulemus. Sexto pponitur nobis beatus pater Ambrosius in exemplum præcipue deuotiois in celebrando, quia in celebratio ne deuotissimus fuit. Eius ergo exemplo ad celebrationem nos præparemus qdīcum cum diligētia grandi, & in ipsa celebratiōe sumus ad deum cum ingenti reuerentia, seruore ac stabilitate erecti. Ea quoque quā in omni sacrificio sunt pensanda, ante celebrationem uiuaciter ponemus, uidelicet quid, cui, quis & quare. Intueamur quid deo offerimus, utpote quā dīgnitatis

D E S. MARIA AEGYPTIACA.

FoI. CXCIX.

Agnitatis sit Eucharistiae sacramētum, corpus & sanguis salvatoris, imo totus Christus, qui in hostia altaris uerissime immolatur. Consideremus quoque cui sacrificemus, hoc est, quā in infinitate sit dignitas Deus pater, cui unicū filium suum immolamus. Item quis, id est, quales sumus ipsi, qui tantū conficimus, tractamus, offerimus ac sumimus sacramentū: Et quare, id est, pro quibus causis offertur. Ex quoque omnī inspectione profunda, uidebimus cū quanta corporis munditia, cum quanta humilitate, compunctione & reuerentia, cum quāta p̄paratione, custodia & seruore, oportet tam superdignissimum consecrati, offerri ac suscipi sacramentum. Septimo nobis proponitur sapientissimus pater, doctor & p̄fcul Ambrosius in exemplū firmissime fidei, qd etiam aduersus dæmonia singularem sortitus est potestatem, et eos potenter elecit, timueruntque eum uehementer. Si ergo & nos cupimus dæmonibus præuaire Iere, & ab eis timeri, studeamus uitia supplantare, cunctisque animi passionibus dñari. Octavo proponitur nobis in magna humilitatis exemplum, quia cū talis ac tantus esset carnis nobilitate, seculari prudentia, rhetorica eloquentia, fama, scientia, potestate, p̄latiōe, summorumque principum reputatione, nihilominus mansit humilimus. Cur igitur nos pusilli tam leui occasione, applausu, honoratione, laude extollimus atque deinceps? Postremo, qui diligentius scire desiderat, quāmodū modestus, discretus, uirtuosus fuerit pater Ambrosius in ybis & factis, in apparatu, incessu ac moribus, & qualiter rexit sibi commissos, libros eius de Officijs legat, ubi de omnibus istis tractatur, quoniam indubitanter sicut docuit, ita uixit.

¶ De S. Maria Aegyptiaca.

¶ Ad seculares.

S E R M O unus De uirtutibus, laudibus, & excellentijs B. Marie Aegyptiacæ.

B V C A M eam in solitudinem, & loquar ad eorū eius. Ofē secundo. Verba hæc ex persona benignissimi & sup dulcissimi Dei ad sanctissimam Mariam Aegyptiacam cōuenientissime suscipiantur. Hęc beatissima femina admirabile uas infinita misericordia & creatoris altissimi, tantæ suit excellentia, tantæ sanctitatis, tantæ perfectionis & gratia, ut ab eius admiratione omnis mens uiatorum deficiat, atque ab eius laude omnis lingua eorum succumbat. In qua electissima muliere perfecte impletum est, quod dicit Apostolus: Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Quemadmodum enim hæc mulier benedicta, ante suam cōuersiōem uitam duxit prorsus carnalissimam, bestialissimam atque turpissimam, ita post suam cōuersiōem duxit spiritualissimam, diuinissimam, & uere purissimam uitam. Sed nunc ad laudem & gloriam immensa pietatis Dei æterni, seriatim tangenda sunt uirtutes, laudes & excellentiæ huius gloriosissima Dei sponsæ. Prima laus eius, est conuersio eius gratiissima & miranda. Cum enim in Alexandria urbe Aegypti, per decem & septem annos omni gula atque luxuria in prostibulo deseruisset, Deo disponente, cum Christianis ad Hierosolymam nauigauit. Nam circa tempus dominicae passionis Christiani illuc consueuerunt confluere. Ipse tamen non ex deuotio ne, sed ex curiositate & libidine, ut nouos acquireret amatores, illuc processit, & in naui procacissime habuit se, inrantum quod non solum lubricos, sed uiros quoque honestos traxit ad uitia, & nautis pro naulo corpus suum exposuit. Cumque uenisset Ierusalem, per omnes eius discurrerat plateas, in eretricijs gestibus plena. Tandem cum uellet cum alijs intrare ecclesiā, & uenisset ad iauam eius, inuicibiliter fuit reiecta. Deinde super hoc ipsa admirans, secundo tentauit intrare, & rufus plus quam ante, remote reiecta est. Sed ipsa manum omnipotentis super se non aduertens, tertio arte uatingressum, & iterum horribiliter est repulsa. Tunc Deo misericante ac inspirante, ex uxatione intelligentiam sumpsit, & compuncta est uehementer, perpendens quod ob sclera sua torties esset reiecta, copitque amarissime flere, penitentes ualde. Et uisa imagine uirginis gloriosæ, eam affectuissime inuocauit, ut oraret pro se, emendationem ei promitteret, si permetteretur ecclesiām introire. Et sumpta fidutia, quarto tentauit ingressum, tamque facilime est ingressa, quasi ab alijs esset uecta. Cumque orasset, egrediens audiuit uocem in aere sibi dicentem: Si lordanem transieris, salua eris. Moxque quæsiuit, quæ porta duceret ad lordanem. Quidam uero obuians ei, contulit ei tres numinosos, pro quibus ipsa emit tres panes, quoque unum comedit in uia, alios duos tulit in eremum. In ecclesia quoque S. Iohannis Baptista prope lordanem, communicauit. Ecce hæc est gratiissima & misericordissima eius cōuersio. Secunda laus eius est, cōdigna penitentia eius, qd certissime condignos penitentia facit fructus. Nam quātum glorificauit se, & in delicijs fuit, tantum in eremo affixit seipsum in p̄cenitentiā dolore, in luctu assiduo, in nuditate, æstu & frigore, fame & siti. Denique cum duodecim esset annos, meretricibus se cōiunxit, tamque libidinosa fuit, qd preciū ab amatoribus suis nō sumpsit, quatenus plures acquereret amatores. Et ualde delectabatur in uino, qd se inebriauit frequenter, & totas noctes duxit insomnes in suis sp̄cūtijis, in quibus poterat fa-

Ap. 18.

g

sigari, non satiari. Cum uero intrasset desertum, abstinentissime uixit, & ultra modum humas Dnum fame & siti cruciavit seipsum, atq; post paucos annos uestibus eius consumptis, nuda p mansisti & tempore hyemal tam horribilis sustinuit frigora, tempore etiam aestuali tam graues ardores, quod frequenter praepena cadebat in terram, deficiens a seipso, semetipsam non capiens neq; intelligens praetortum. Cum orationibus uero feruentissimis atque humiliantis, & abundantissimis lachrymis die ac nocte postulauit sibi sua indulgeri peccata. ¶ Tertia laus eius est, admiranda patientia & iniustissima fortitudo ipsius. Quemadmodum enim decem & septem annis in merericio sedet, sic desertu ingressa, per decem & septem annos grauissimas sustinuit tentationes a diabolo de uitis carnis, de poculo uini, & de pristinis suis carminibus, alijq; diuersis. Quae tentationes incredibiliter ei erant molestae, in quibus Deo auxiliante patiuerat habuit magnam ac diuina, & fortiter reluctabatur dæmonibus, orando, per eum suum percutiendo, Christi passionem inspicendo, terram lachrymis irrigando. Cumq; per decem & septem annos sic tribulata & præliata fuisset, superatis dæmonibus, de cetero in tranquillitate & gudio fuit præ solito. O fortissimam fæminarum, o præclarissimam mulierum, o quale spectaculum præbuit in deserto angelis Dei & universæ curie cœlesti, imo & Deo omni potenti, dum sola in cremo, & omni humano destruta solatio, manu ad manu contra iniurias hostes, contra crudelissimos spiritus, contra callidissimos creatorum tam multis pugnauit, tam diu, tam acriter, tam iniuste, imo tam uictoriose. Quis in his non aduertat opotiam, pietatem & assistentiam Christi, q; tam mirabiliter operabatur per suam prælatiæ. Nonne tota uita illa fuit penitus inhumana, supernaturalis & miraculosa? Quo em fæmina una possit talia sine Dei adiutorio operari & pati, tam repente cœuerti, tam extreme & subito immutari, talis præ ualeat? Nec dubius quin profunda & illuminata consideratio hoc, certissimum fuit argumentum ueritatis fidei Christianæ. ¶ Quarta laus eius, est contemplationu eius sublimitas, & diuinæ ardor amoris quo fuit successus, raptus q; & extasis eius in Deum, siquidem omnia ista sibi cōnexa sunt & cōdependent, quibus etiā delectatio sancta cōiuncta est. Fuit itaq; sacratissima Maria contemplatrix altissima, p̄sertim expletis annis præfatis, quibus in magno fuit conflitu dæmones, passiones, & uitiae quibus deuictis, ipsa iam facta persona heroica, quanto ab omni humano tumultu, seculari q; cura & occupatiæ externa fuit abstractior atq; liberior, tanto ad illuminationes diuinæ, ad cōtemplationes cælestes, ad elevationes extaticas, ad raptus deificos fuit habiliior, dignior. Ideo Deus copiosissime loquebatur ad cor eius, & suæ in creatura suauitatis sapores ei liberalissime cōtulit experiri. O quam innumerabilibus uicibus die ac nocte eleuabatur ad Deum, accendebar in Deo, & in diuinitas gloria eius rapiebatur, ac suauissime in ipso quieuit, & uitam prorsus angelicam duxit in terris, eratq; amarissima ac familiarissima Deo. ¶ Quinta laus eius, est admirabilis manifestatio eius. Nam quidam uir sanctus, nomine Zozimas, monachus & claustral, quodam tempore intrans desertum, ut in eo uacaret liberius Deo, cogitauit interiora eremii perambulare, si forte aliquæ hominæ sanctum reperiret ibidem. Cumq; per dies ambulasset uiginti circumpiciens undiq; tandem uigesimaliter die uidit personam nudam, & corpore nigra, ex solis ardore exuertam. Qua uisa, gauisus est ualde, timuit tamen ne forte spiritus esset. Illa q; eo uiso exultauit non pag. Ille ergo sumpta in Deo fiducia, ceperit ire ad eam, sed ipsa in iugis fugit. Cucurrit ergo uir sanctus post eam. Cumq; propinq; ret ad ipsam, illa stans uultu ab eo auerso, dixit. Adiuro te abba Zozima, ne me amplius insequearis, quoniam feci sum. Si uero me uidere & alligare cupis, proice mihi partem de uestibus tuis, ut quæ uerecundiora sunt, tegam. Quo facto, cōuertit se ad uix illum, q; multum mirabatur, q; ipsa nomine suu cognovit. Statim ergo abbas Zozimas flexis genib; eam adorauit, & benedici ab ea rogauit. Ipsa uero se in terrâ prosterrens, respondit: Ad te pater benedictio pertinet magis, quia sacerdos es. Et audiens ille quod se esse facerdotem cognovit, amplius mirabatur, perq; benedici ab ea, eo q; ipsa sanctior esset. Tunc ipsa dixit: Benedictus Deus redemptor animarum nostrarum. Cūq; surrexissent de terra, Zozimas eam rogauit, ut p Dei oraret ecclesia. Illa mox facie uertens ad orientem, cum ceperisset orare, statim corpore eleuabatur in aere. Tunc Zozimas iterum timuit ne forte spiritus esset. Illa ergo protinus dixit ad eum: Ignoscat tibi Deus abba Zozima, quod me esse spiritum putas. Nonne tibi dixi quod mulier sum? Tunc ille obstupeuit, q; cogitationem suam illa tam cito cognovit. Rogauit ergo adiurauitq; eam, ut sibi exponeret, q; litera soliditudine illam intrasset, quid manducasse in ea, q;les habuerit ibi tentationes, & q; diu fuisset in ea. Et ilia: Si tibi o abba, uitam meam quam in seculo habui, cepero recitare, fugies a me, & aer contaminabitur. Cūq; uir ille cum lachrymis exoraret eam, ut omnia sibi exponeret, ipsa retulit ei, qualiter in adolescentia sua immunditie deseruivit, & quomodo in Ierusalem fuisset conuersa, & cetera quæ de eius temptationibus & afflictionibus dicta sunt quod etiam de duobus illis

A panibus, quos detulit secum, cibum sumpsisset. Item quod quadraginta septem annis habitat in eremo. Quibus auditis, sanctus uir ille præ gaudio lachrymans, sc̄p; in terrâ prosterrens, deum & infinitam misericordiam eius laudauit in famula sua. Cui illa Obsecro abba, ut anno futuro in die cenæ uenias super lordanem cum corpore Christi, ego tibi occurra ibi, & corpus Christi de manu tua accipia, qd ex quo huc ueni non sumpsi. Sicq; Zozimas se ei cōmendans, ad claustrum suum regresset est. ¶ Sexta laus eius est gloriosus & miraculosus finis ipsius. Cū enim die præfixo Zozimas super Iordanem redisset, & ipsa ex altera parte staret, crucem super fluuium fecit, & ambulans super aquas, peruenit ad senem, atq; de manu eius corpus Christi accipiens: Rogo, inquit, o abba, ut uenias anno sequenti ubi me primo inuenisti, & ibi tridebis me secundum qd deus uoluerit. Ipsa uero rursus edito signo crucis super aquas Iordanis deambulans, ad erenum redit. Zozimas uero ad claustrum suum reuertens, ceperit tristari quod nomen sanctissimæ mulieris illius non interrogauit ab ea, sed consolabatur seipsum, q; futurò anno esceat eam uisus & interrogatur. Cumq; sequenti anno uenisset ad locum præfixum, nec eam inuenisset, contristatus est ualde. Tandem uidit lucem magnam de terra consurgere. Quia uisa illuc perrexit, & inuenit sanctam illam defunctam, ac decentissime manus ac pedes coniunctos habentem, & uultu tam pulchram q; uixisset. Tunc lachrymas fudit, eius tñ sanctissimum corpus tangere non audebat. Cumq; multa reuolueret mente, uidit iuxta caput defunctæ uerba haec scripta: Sepeliuit ergo Zozima Mariz corpusculum, & orapro me ad dñm, ad cuius præceptum secunda die Aprilis reliq; hoc seculū. Cognovit itaq; senex, q; anno pterito eodem die q; ab eo corpus Christi accepit, tradidit spiritu, & spatiu illud qd ipsa infra uiginti dies uis ambulauit, illa infra duas horas ptransit. Porro cū Zozimas instrumentum q; foderet terram, non haberet, uidit uenientem magnum leonem, qui pedibus suis foueam fecit aptissimam, & mansuetu recessit. Sepeliuit ergo Zozimas sacratissimum Mariz corpusculum, atq; ad suum rediens claustrum, omnia ista fratribus recitauit per ordinem, & gauiis ac redificati sunt omnes ualde. De hac gloriofa ac facrofæntia Maris dicit dominus Guillelmus Antiodorensis in Summa sua, quod quotidie loquebatur in deserto cum angelis. Ecce ex ista historia multipliciter & saluberrime informamur: Et primo, quia incoprehensibilis & immensa sit misericordia dei in suis electis. Secundo, quod nullus quantumcumq; iniquus debeat desperare, cum uideat feminam istam ante tam uitosissimam, ad uitam peruenisse tam sanctissimam ac diuinam. Tertio, ut dignos penitentiae fructus facere studeamus iuxta exigentiam multitudinis ac magnitudinis uitorum nostrorum. Quarto, ut temptationibus uiliter resistamus, aduersitates & afflictiones æquanimiter patiamur. Quinto, ut seruenter perseueremus in bonis. Diligamus ergo, uenere mur, & inuocemus Mariam istam sanctissimam, quæ uere altera Maria Magdalena vocari potest, & ei in regno cælesti propinquissima esse non dubitatur. Cuius meritis & precibus gratiam ueræ ac finalis penitentiae CHRISTVS concedere nobis dignetur, qui cum patre & spiritu sancto eternali uiuat & regnat &c.

C IN FESTO S. MARCI EVANGELISTÆ.

¶ Enarratione Epistolæ, Qui timent Deum, &c. cum suo sermone, quære de S. Iohanne.

¶ Enarrationem aut Euangelij, Ego sum uitis, &c. in festo S. Georgij.

¶ SERMO I. De gratijs & prærogatiis B. Marcij.



VI cum sapientibus graditur, sapiens erit. Proverbiorum XIII. Beatum Marcum Euangelistam Deus multipliciter gratia decorauit. Prima est, quod beatissimi principis apostolorum Petri predilectus ac familiarissimus fuit discipulus, & in baptismo filius. Non utiq; paruum extitit donum, illius summi apostoli esse tam specialem discipulum, predilectumq; filium habere tantum prælatum, tam sapientissimum illuminatissimumq; magistrum, tam sacratissimum patrem. Denique in Ecclesiastico scriptum est de Elia prophetæ: Beati qui te audierunt, & in amicitia tua decorati sunt. Quantum magis beatus Marcus, qui Petrum archi apostolum, sumum, plenum ac generalē Iesu Christi uicarium super totam uniuersalem ecclesiam, audiuit quotidie, & amansissimus eius erat discipulus: Nam & cum beatissimo Petro profectus est Romam, & familiariter ei adhæsit. Et quia cum sapientissimo Petro apostolo gradiebatur, uerisapiens est effectus. ¶ Secunda gratia eius est, quod unus quatuor Euangelistarum esse à Deo electus est: sicq; totius ecclesie lumen est & magister, specialis quoq; testis saluatoris. ¶ Tertia gratia eius est, copiosus atque præcipius fructus, quem fecit in mundo, plurimos cōuertendo ad fidem. Cum enim beatus Petrus sanctum Marcum uidisset in fide constanter, atq; in euangelicæ legis perfectione ac sapientia eminentem, ipsum Aquilegiam destinauit, in qua Marcus in imeras gentilium multitudines conuertit ad Christum, post hoc Romanum reuersus, ad Alexandriam urbē Aegypti.

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO II.

Hieron. gypti à sancto Petro est missus; in qua primus euāgelium Christi prædicauit, & multos cōgre gauit discipulos, qui ibi sub eius regimine apostolicam uitam duxerunt, omnia habentes com munia, & semper contemplatiæ celestia, atq; orationibus assidue insistentes, qui tam sancte et districtæ conuersationis fuerunt, quod Christianos undiq; ad suæ perfectionis imitationem traxerūt. Hinc in libro de uiris illustribus scribit Hieronymus: Assumpro beatus Marcus euā gelio suo, perrexit Aegyptum: & primus Alexandriæ Christi annuncians, constituit ibi ec clesiam, id est, Christianorum cōgregationem, tāta doctrinæ ac uitæ continentia seu districti Philo. one, ut omnes sectatores Christi, ad sui exemplū induceret. Insper, teste Hieronymo, Philo di fertissimus Iudæorum, edidit librum de laude cōuersationis ecclesiæ, quam in Alexandria uis dit sub Marco, quem librum, De uita cōtemplatiæ, intitulauit, eo quod talis fuerit uita discipulorum Marci in Alexandria: eorumq; habitacula, appellauit monasteria. ¶ Quarta gratia eius, est fortitudo & patientia sua in persecutione sua atq; martyrio. Mortem nanque horribilem intulerunt ei Alexandrinī gentiles, siquidem fume misso in collo ipsius, traxerūt eum per citatem, dicentes: Trahamus bubalum ad loca buculi, & tam uolenter ac atrociter ipsum traxerunt, q; partes corporis sui fluebant in terram, & lapides eius sanguine rigabantur. Quo facto, recluserunt eum in carcere. Cumq; sequenti die similiter traherent eum hinc inde, dicentes, Trahite bubalum ad loca buculi, pte gratias egit Deo, dicens: In manus tuas commēdo spiritum meum. Inter quæ uerbæ spiritum tradēs, migravit ad dominum. ¶ Quinta gratia eius, est uirtus miraculorū ipsius. Nam in Aegelia legitur innuerabilitia fecissi miracula, & dum in Alexandria fuit in carcere clausus post primā suā trāctionē per ciuitatem, apparuit Christus in carcere, dicens: Pax tibi Marce euāgelista meus, noli timere, qm ego tecum sum, ut eruam te. Angelus quoq; eum confortauit ibidem. Cumq; corpus ipsius extinctum uellet pagani cōburere, aēr repente turbabatur, grando cecidit, tonitrua sonuerunt, fulgura coruscarūt, ita q; impī euadere nitebantur, & sanctum corpus reliquerunt intactum: quod Christiani cū de centi sepe luerunt honore. Insper, cum post tempora longa mercatores Venetiani corpus sancti Marci à tumulo suo in Alexandria leuarent, ut illud transferrent Venetas, odor tam suauissimus emanauit, quod Alexandriā totam perfudit, ita quod omnes, unde prodiere, admirabantur. Postremo, ut legitur, tantæ humilitatē S. exiit Marcus, q; pollicem suum abscedit, ne ad facerdotium promoueretur. Veruntamen dispositio Dei & authoritas S. Petri præualuit, qui eum Alexadrinum fecit episcopum. Itaq; huius tam sancti euāgelista ac martyris instruamur doctrinis, prouocemur exemplis, fortes simus in domino in omni euētu, patientes quoq; ac hilares in aduersis. Discamus & assuescamus patientes esse in aduersitatibus paruis, quatenus proficiendo quotidie patientes efficiamur in aduersitatibus, infirmitatibus, tribulationibus, irruptionibus & damnis quantumlibet magnis, quemadmodum Iacobus hortauit apostolus Iacobi 1. Omne gaudiū existimat fratres, cum in diuersis tētationes incideritis. Patientia q; sapientiae signum est, prout Salomon loquitur: Qui patiens est, multa gubernatur prudentia. Impatiens uero operatur stultitiam. Sic ergo agamus ad gloriam Dei.

F AD RELIGIOSOS.

SERMO II. In quibus humana consistat perfectio, & quō obtineatur.

Actu. 21. Opus fac euāgelista. ij. Timothei iiiij. In Actib; apostolorum Philippus unus de se sum ab actu hoc, sed à inscriptione quoque euāgelij uocatur euāgelista, sicut & alij tres. Huius beatissimi euāgelista Marci magna fuit perfectio, magna fructificatio, excellētia magna in sanctitate. Vnde & princeps apostolorū eum in fide & uita perfectum esse conspiciens, ad loca destinauit eum diuersa, in quibus gloriose fructificauit, plurimos conuertendo prædicatione atq; miraculis. Denique in Alexandrina ecclesia tam perfectam uitam in suis fundauit discipulis, quod ex eis sumpsit initium omnis illa Aegyptiorum monachorum conuersatio admiranda. Vnde & Philo dilectissimus Iudæorū, de perfectione discipulorum: sancti Marci edidit librum, in quo protestatur eos orationi & contemplationi assidue fuisse intentos, in cibo quoq; & potu parcissimos. Hoc ergo & magistri eorum beatissimi Marci perfectionem nos sequi oportet. Quocirca potest investigari, quæ sit perfectio nostra, & in quo cōsistat, quæliter etiam ad eam compēdiosius ire ac peruenire possimus. Legitur in Vitaspatium de mīro & saluberrimo fine abbatis Sisoys, quemadmodum in extremis agenti aduenerit & apparuerit primo S. Antonius, deinde apostoli ac prophetæ, & tandem Christus. Cumq; Sisoys exoraret, ut permitteretur modicū penitentie ante egressum suum de corpore, atq; hoc ipsum patribus & fratribus indicasset astantibus, dixerunt ad eū: Non indiges penitentia pater. Quibus ipse respondit: Vere nescio me uel initium fecisse penitentia. Et subditur ibi, quod omnes q; ade

DE S. MARCO EVANGELISTA.

Fol. CCI.

A dederant patres & frates, cognoverunt quia perfectus est. Ergo in summa illa ipsius humilitate, cognoverunt eum esse perfectum. Quāvis enim perfectio nostra essentialiter sit consistens in actu charitatis seu doni sapientie, seu in diligēdo aut cōtemplando, nihilominus in humilitate & patientia posita perhibetur, tanquā in uirtutibus ad perfectionem p̄cipue dispositiūs, & sicut in signis, in quibus uelut in speculo cōsideratur ac cernitur interna mentis perfectio. Præterea quæritur, q̄litter abbas Sisoys, qui tā diu in eremo rigorissimā, abstinentissimā, atq; sanctissimā duxit uitam, ueraciter dicere potuit: Nescio me fecisse initium penitentia, & q̄li ter intelligendū sit hoc quod fertur rogasse, ut permetteretur modicū penitentie, cum qdam tam religiosi q̄ secularis de hoc reprehensi legantur, q; in fine uitæ suæ ad penitendum inducias petierunt. Verum harum quæstionum duarum est pene una solutio, ita quod unius solutio ex solutione pendet alterius. Itaq; sanctus ille abbas assertus se nescire initium penitentia se fecisse, nō quod ignorauit oblitus ve fuit uitam penitentiale in solitudine se egisse, & de suis culpis quotidianis se s̄p̄ esse confessum, sed quia ex profundissima humilitate atq; altissima contemplatione omnem penitentiam suam prætererat reputauit pro nihilo, & q̄ si nullius esse momenti respectu infinite dignitatis, sanctitatis & iustitiae dei, cuius dignitatem, sanctitatem & iustitiam saltem per uenialitatem non unquam offendit, & aliquo modo in honorauit, quod ipse reputauit tam graue, ut se fateretur nondum quippiam condigna penitentia peregrisse. Nempe quo aliquis diuinæ maiestatis immensitatem, sanctitatem & iustitiam sublimius ac splendidius contemplatur, eo quām deterstabile ac uitandum sit omne peccatum, quantumlibet paruum, syncetus affectususq; intelligit. Hinc sua peccata quotidianaq; culpas & omissiones exaggerat uehementer, & ponderat grauitate, nec se satisfecisse, aut condigne peccatum esse, imo nec condigne penitentie & satisfactione posse arbitratur, etiam si mille uiuat a luge at annis, totusq; mundus secum ploret, tot quoq; lachrymas fundat, quod sunt guttae aquarū in magno mari. Et certe secundū S. Hieronymum ita est, si deus omnipotens & immensus se cundum iustitiam suā rigorem uellet nobiscum procedere, & nostra ponderare peccata penes grauitatem, quam fortius per comparationem eorum ad immensitatem diuinæ iustitiae, dignitatisq; dei & sanctitatis suæ immensæ. Verum misericors ac supersatiellissimus deus ad suam respiciens pietatem intermitat, atq; ad nostram fragilitatem, ignorantiā, defectuositatem ac pronitatem ad mala, penitentie cito ignoscit. Hinc & abbas Agathon dixit: Si Deus uellet nobis imputare negligencias quas orando incurrimus, propter eas solas non possemus saluari. Hinc sanctus Iob fassus est: Nō iustificatur homo compositus Deo, & si uoluerit cum Iob 9. eo contendere, non poterit respondere unum pro mille. Etiam si habuero quippiā iustum, nō respondebo ei, sed ut meum iudicem deprecabor. Si iustificare me uolero, os meum condescendabit me. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum iugorabit anima mea. Eodem sensu ac spiritu, quo sanctus Iob protulit uerba ista, protulit & abbas Sisoys uerba præmemorata. David quoq; in psalmo orauit: Non intres in iudicium cum seruo tuo domine, q; non iustificabitur in con. Psal. 142. spectu tuo omnis uiuens. Ex his patet alterius solutio quæstio. Quod etenim Sisoys uerba etiū supplicauit, ut permetteretur modicū penitentie, uenit (ut tacitum est) ex profundissima humilitate, non ex remorsi conscientiae male, sicut in his qui de induciarum postulatio ne reprehenduntur. Deniq; præinducta apostolicis consonant documentis. Nam & diuinissimus Paulus apostolus loquitur: Fratres, ego non arbitror me comprehendēsse. Vnum autem, Phil. 3. quæ quidem retro sunt, oblitus, ad ea uero quæ priora sunt, extendens meipsum, ad destinatū persequor, ad brauium uocationis supernæ. Quibus prolatis, adiecit: Quicunq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Perfectorum ergo est ita sentire, atq; in hoc reluet nostra perfectio, si totis uitibus seruerimus Deo, & tamen nihil cōignum nos egisse fateamur, præsertim cum Deus adorandus & benedictus, sit in infinitum maiori cultu ac honorificentia dignus, quām eiā nobis, imo à toto possit mūdo impendi. Hinc admonuit & Psalmista Laudate eum secundū Psal. 150. dum multitudinem magnitudinis eius, cum in Ecclesiastico scriptum sit, Quis magnificabit eum sicuti est à principe? Itemq; Benedicentes dominū, exalte illum quātum potestis, maior est enim uita laude. Itaq; laudare Deum secundum multititudinem magnitudinis eius, est eum totis uitibus, mente, ore & ope collaudare, & tamē fateri nil cōignum diuinæ maiestatis infinitę honorabilitati ac laudabilitati exhibuisse. Hinc etiam dixit Salvator: Cum feceritis omnia quæ cunq; p̄cepta Luce 17. sunt uobis, dicite: Serui inutiles sumus. Itaq; perfectio nostra consistit essentialiter quidem in hoc, ut Deum puro uirtuosoq; corde sinceriter per fidem & donum sapientia cōtemplemur, ac feruide diligamus in humiliacione autem plenaria & patientia inconcussa, cōsistit tanquā in dispositiūs atq; præambulis, & sicut in signis ac speculis. Postremo ad istam perfectionē

L ij itur

D. DIONYSII CARTHV. SERMO III.

itur ac peruenit compediosius per priuati amoris omnimodā extirpationē, ut homo discat. **D**& cōfuscat nō amare seipsum nisi in Deo, omnia scilicet appetēdo, amplectēdo, uiriliterq; agen-
do, & æq; nimirer sustinendo, quæ sibi necessaria siue accōmoda sunt ad complacēdum alissimo, ad proficiēdum in charitate & gratia eius, ad beatitudinē obtinendam, omnia quoq; ab-
horrendo ac fugiendo cum toto conatu ac diligētā incessant, quæ sunt impeditiū aut elon-
gatiū à Deo, à spiritali profectu, ab incremēto ciuiini amoris, ab adēptione uera & copiosos
ris salutis. Porro ad hoc q; istud adimpleamus, necesse est ut ea quæ ordinis sunt, & prēsentim
ad quæ ex prēcepto aut uoto tenemur, diligētissime obseruemus, uitemusq; modica, ne pau-
latim evacuemur, & discretionē em seruēmus in cunctis, ordinate in omnibus procedendo.
Istud est uere abnegare, relinquere, uincere, mortificare seipsum, passiones cōpescere, proprio
animo dominari, uitij reflectari, oculos interiores semper ad Deum erigere, orando ac medi-
tando ad ipsum assidue aspirare, nullū tempus infructuose trāfigere, & semper requirere meli-
ora ac uiciniora saluti, atq; in securis, ac saluberrimo humiliatis ac patientia fundo semper sta-
bilire seipsum, in diuinis quoq; maiestatis prēsentia intus & foris persistere custoditum. Quæ
omnia ut ualeamus implere, beatiss. Marci euangelistæ inuocemus suffragia, imitemur exē-
pla, ueneremur uitutes, eiusq; meritis ac precibus exaudiri rogemus à domino.

S E R M O III. Quomodo prælatus sibi cauere debeat & gregi, &
quomodo rursus subditī debeat obedire.

Clamauit leo super speculam domini ego sum stans iugiter per diem, & super custodiā
meam ego sum stans totis noctibus. **I**saïa XXI. In uisōne prophetica Ezechielī ostē-
fa, in qua apparuērūt quatuor animalia, S. Marcus euangelista designatus est per leonem, qm̄
euāgelium suū à clamore beatiss. præcursoris in deserto incepit, & circa Christi resurrectio-
nem intentus est. In themate igitur tacto per leonem intelligitur Marcus, qui uerissime dicere
potuit, imo uerbis & factis dixit: Super speculam domini ego sum stans iugiter per diē, intellē-
gendo per speculam, uel pastoralem speculationem ac diligentem cōsiderationem, sibi super
subditos suos à Deo commissam, uel arcem seu locum huiusmodi speculationis. Scit uerū
se à Deo constitutum ac datum speculatorē domui Israel, id est, plebi Christiana sibi cōmis-
sa, Deum spiritualiter cōtemplanti. Idcirco ut creditum sibi officiū fidelissime adimpleret, uis-
gilantissimum habuit respectum ac curam pernigilem circa gregem dominicum, et ad eos ad
quos conuertendos fuit à beatissimo apostolo principē missus. Et primo super Aquilegia-
sis ecclēsiae speculam stetit, quo peracto, Alexandrinæ ciuitatis plebi fuit intentus, quos omes
multosq; alios uerbis & scriptis, exēpli & signis, pro posse conuertit, enuit, custodiuīt, ac
rexit. Sed q; nō debet quis aliog; salutē ita intēdere, ut negligat salutē p̄priū prouidere, recte in
psona S. Marcī in themate subditur: Sup custodiā meā ego sum stans totis noctibus. Prælaus
nanq; q; maior ac latior est eius prælator, eo plus indiger propriū cordis custodia, spirituali p̄fe-
ctu, exercitatione interna, expientia & sapore uite spūialis ac sanctæ, ut à Deo obtineat & col-
ligat in secreto, qd effundat & cōmunicet subditis in apto. Cur autē pastor & custos aliog; dī-
cīt se stare super custodiā subditō, semp per diē, & sup custodiā propriam noctibus totis, nisi
forte quia plati diurnis tēporibus magis circa subditos indigēt occupari, p̄dicando, celebra-
ndo, confessiones audiēdo, causas atq; negotia expedīdo, à qbus omnibus magis cessant hos-
ris nocturnis, idcirco tunc Deo & sibi p̄p̄lis magis uacare debent, iuxta illud Psalmitē: Deū ex
quisiti manibus meis nocte contra eum. His itaq; modis unusq; p̄f; prælatus stet supra custodiā
am duplēcē, utpote suī gregis ac propriū cordis: iimo in primis intueatur, examinet, purget, p̄-
ficiat, custodiatq; seipsum, ne alijs prædicans, ipse reprobis efficiatur, sed cum domino lesu in
cipiat facere & docere, ne ope destruat quod uerbo ædificat, ne subbitos scandalizet, ne oues
Christi disperget, uulneret, necet, quas colligere, sanare, uiuificare tenetur, ne ei dicatur: Mes-
dice, cura teipsum. Et ne illud Ieremia: implatur in eo: Quia stulte egrent pastores, omnis
grex eorum dissipatus est. Etenim secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis est
rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Sed & saluatorē testante, Cæcus si cæco ducatū ex-
hibeat, ambo pariter ruunt in foueam. Consequenter credito sibi gregi intendat cum diligen-
tia summa, utpote eis, pro quorum salute rex regum, dominus uniuersorū, dignatus est pro-
prium fundere sanguinem, et mortem subire turpissimam, unde certissimum est, quod pro eis
districtissimam exigit rationē. Prædens ergo quicquid negligentia & peccati deprehē-
derit in subiectis, charitati corripiat, iuste castiget, & publice excedentes, coram omnibus
reprehendat, ut cæteri expauescant. Porro qui corripiuntur & corruguntur, nequaquam acci-
piant ægre, non indignentur, irascantur, aut detrahant præsidenti, sed gratias agat ei ac Deo,
quod emendantur in seculo isto, ne percaent in futuro, scientes quod impossibile sit, manum
omni

DE S. MARCO EVANGELISTA.

Fol. CCII,

A omnipotens effugere, nec posse peccata inulta manere: & maximam esse misericordiam
dei, corrigi in præsenti: metuendissimam quoque iram ipsius, in præsenti uita non castiga-
ri, sed futuri iudicij districcionē importabili referuari; penantes item, quod præsidentis agat id
quod deus ab ipso requirit, quod nisi efficeret, cum delinquentibus simul periret: quod etiam
summa sit charitatis ac maxime pietatis, mederi uulneribus animarum. Nec iudicet subditus
temerarie præsidentem, quasi acceptor sit personarum, aut personaliter reus, uel illum seu il-
lum non arguens; haec quippe peruersa ac rebellis sunt mentis, uulnera sua non sentientis,
imo medici manū instar furiosi impudenter mordentis. Attendat ergo prælatus quod Ti-
to scribit Apostolus capite secundo: In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum op-
rum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Quod item scribit ad Timotheum: Solicite cura
teipsum probabilem exhibere deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem uerbum ueri-
tatis. Insuper unusquisq; etiam subditus per rationē considerationem speculetur seipsum, cu-
stodiens cor suum & animam suam, ne à lege declinet, ne uiolet regulam, ne superiorum suo-
rum transgredietur statuta, ne remissus fiat aut tepidus. Custodiat igitur omnes exteriorēs in-
teriorēsq; sensus, potissimum in diuinis, nec per corporis membra agat quicquam iniustum, imo
uerbum dei, doctrina scripturæ, informatio præsidentis sit lucerna pedibus suis, & lumen se-
mitis suis, ut conuersetur in omnibus secundum eloqua scripturarum, quemadmodum Sa-
lomon cohortatur: Serua mandata & legem quasi pupillam oculi tui. Liga eam in digitis tu-
is, & in tabulis cordis tui scribe eam. Quirursus testatur: Mandatum lucerna est, & lex lux, &
via uite irreparabilē disciplinæ. Subditus quoque perpendat quod in Ecclesiastico legitur: Q
bonum est, correptum ostendere p̄cipientiam. Quod item in Proverbij fertur: Egestas & Prou. 7:
ignominia ei, qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit argenti, glorificabitur. Quod eti-
am Samuel dixit: quoniam quasi peccatum hariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatri-
æ, nolle acquiescere. ¶ Præterea quām diligentissimus suis suis custos, quām humilis pro-
prie conditio recognitor, quām profundus diuinorum contemplator mysteriorum fues-
rat Marcus sanctissimus, constat ex eo, quod pollicem sibi legitur abscondisse, ne ad sacerdotiū
promoueretur. O quantum uerebat ac reuerebat maiestatem atq; iustitiam dei, quā
profunde penetravit uerba Apostoli. Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi māducat. **L** Cot. 11
& bibit. Quod antequam scriberetur agnouit, intuensq; expauit. Quid ergo est, quod nos mi-
seri, pauperes & pusilli sacra mysteria tam irreuerenter tractamus, tam īparati accedimus,
tam inconsiderate conuersamur, & post celebrationem tam incustoditi sumus atq; ingratii,
mox ad pristinas leuitates, fabulationes, dissolutions, gulostates, & insipientias redeuntes?
Cur non intuemur p̄tæ allegata uerba Apostoli, & quod denuo tam terribiliter intonat: Qui
eunq; manducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & san-
guinis domini. Emendemus ergo nos ualde, & ante celebrationem nos efficaciter p̄p̄pare-
mus, in celebrationē, pura, eleuata ac feruida mente stemus, post celebrationem custoditi, de-
uoti, amorosi, suaves & grati perseueremus, imo tota conuersatio nostra sit una ad celebran-
dum p̄paratio continua. Videmus quod laici eo quo communicant die, morigerati sunt &
deuoti p̄ solito; quanto magis nos qui quasi quotidie celebramus, quotidie maturi, faceti,
deuoti esse debemus, imo quotidie deuotiores, custoditiores, ac feruentiores: quia quo sepi-
us celebamus, eo perfectiori id mente facere nos oportet. Alioquin ubi fructus quotidianæ
celebrationis: ubi quotidianus profectus? Nonne non proficiens, deficit? ¶ Postremo, beatissimus
Marcus non solum prætactam ob causam rite leo uocatur, sed item propter fortitudis
nem sui animi in aduersis, & quia terrible genus mortis pro fide & deo patientissime tuit, at-
que in omni euētu in deo constans permanxit, implens qd ait scripturaliustus quasi leo con-
fidens, absq; terrore erit. Instar quoq; leonis oculis dormiuit apertis, quia corporaliter sic dor-
miuit, quod sobrissima ac feruentissima mens sua frequenter fuit deo intenta, iuxta quod scri-
ptum est: Ego dormio, & cor meum uigilat. Eius ergo fortitudinem imitemur, eius patientiam,
am in cunctis aduersitatibus amplectamur, eius constantiam in omni sectari cœntu conemur,
ne inordinate contristet nos quicquid acciderit nobis, ne propria animositate uincamur, ne
corruamus sub uitij, sed uiriliter semper stemus in domino. **Canti. 5:**

IN FESTO SANCTORVM PHILIPPI ET

Iacobī apostolorum.

GENARRATIO lectionis loco epistolæ: Stabunt iusti in magna
constantia, Sapientia V.

L. iiiij Lector

D. DIONYSII CARTHV. SERMO I.



E&cio ista in horum festiuitate apostolorum rationabiliter legitur, quia in ea docetur, quid in iudicij die intererit inter bonos & malos, inter electos & reprobos. Itaq; Sapiens afferit: [Stabunt iusti in magna constantia.] id est, fortitudine & securitate in die iudicij generalis, aduersus eos qui se angustiae runt, [id est, terrores, minas, oppressioes, & mortem eis intulerunt, [& qabs; ruerunt labores eorum].] i. postfessiones eorum violenter diripuerunt. Vel, qui abstulerunt labores eorum, id est, opera eorum uirtuosa laboriosa peracta, dixerunt esse iniuria, aut non ueraciter bona, [Videntes] iudicem Christum, & iustos cum eo iudicatores, [tur] babuntur timore horribili, i. uehementissimus timor eos concutiet, penetrabit, confundet. [& mirabuntur in subitatione insperata salutis,] id est, in accelerata euentione felicitatis iustorum, quam futuram esse non crediderunt, nec sperauerunt, [dicentes intra se] per cogitationem [penitentiam agentes]. i. de suis peccatis dolentes penitentia in fructuosa & sera, quia non ueniet ex charitate & zelo iustitiae, nec erunt in statu merendi ac demerendi, sed orietur penitentia illa ex seruilli timore, & ex afflictione quam patientur, [& p̄ angustia spiritus,] id est, ex penal oppressione & perterritione cordis sui, [gementes] quod ad tantam deuenientur miseria. [His sunt quos aliquando habuimus,] scilicet in seculo isto & uita praesenti, [in derisum,] iuxta illud lob: Deridetur iusti simplicitas. Sic in die Pentecostes predicantibus apóstolos, infideles Iudei irridendo dixerunt, quia multo pleni sunt isti. [In similitudinem improprii,] id est, in exemplum uituperationis, ita quod improverantes alicui dicebant: Si ut ille, aut euenia tibi utili. Vnde sanctus lob ait: Posuit me in prouerbium uulg. Et ludus oblitio nati dixerunt cæco à nativitate, quem Christus fecit uidentem: Tu discipulus illius sis, scilicet Christi, quod animo maledicendi locuti sunt, [nos insensati] salutari sapientia destituti, [ut tam illorum estimabamus insaniam,] id est, fatuitatem, quia praesentia atq; carnalia despexerunt, in quibus peruersi suam constituunt felicitatem. Vnde in Euangeliō legitur, quemadmodum Christo contra auaritiam predicante, pharisei qui auari erant, irridebant eum, dicentes: Insanit, quid eum auditis? Impi nanq; & carnales habent rationem uitijs & erroribus obtenebratam, idcirco iudicant stulte, [& finem illorum] puta iustorum estimabamus esse [sine honore,] id est, absq; retributione gloriae a deo. Quo contra ait Psalmista: Preciosa in cōspicitu domini mors sanctorum eius. Quomodo ergo computati sunt inter filios dei,] id est, angelos sanctorum, de quibus ad lob loquitur dominus: Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filii dei, [et inter sanctos fors,] id est, pars, seu felix merces illorum est! Ac si dicant: Miramur de isto, quod tam inopinate accidit ita, uidelicet nobis tam male, & illis tam bene.

S E R M O I O primus circa epistolam: De differentia retributionis iustorum & impiorum, & quo modo hic iusti premuntur ab impijs.

V OS qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israe^{el}, Mat. xix. In his uerbis Christus promisit sanctis apostolis, & in eorum persona omnibus apostolicam uitam ducentibus, puta religiosis, omnibusq; perfectis, qd in die iudicij sessiū sicut secum, & iudicatur genus humanum. Iudicabunt quippe per assessoriam dignitatem, & omnes electi iudicabunt per sententia iudicis approbatonem. Et de his iustis atq; perfectis in lectione hac dicitur, quod in die iudicij stabunt cum Christo in magna constantia cōtra eos persecutores, quia de sua salutione erunt securi, præfertim qui ante horam illius iudicij ad beatificam dei fruitionem pertingunt. Tunc utiq; erunt in gaudio magno, quia damnationē euaserunt aeternam, nec reprobis suisq; aduersarijs condolebunt, sed zelo iustitiae contra eos mouebuntur. Propter quod predixit Prophetæ: Letabitur iustus cum uiderit uindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. In lob quoq; afferitur: Videbunt iusti, & letabuntur, & innocens subsannabit eos. Tuc enim beati & iusti erūt diuinā iustitiae plenarie cōformati, & congratulabuntur eidem in iusta punitione prauorum, quia tunc tempus erit rigo risuſtitia, non dulcoris misericordia circa iniquos. Deniq; in lectione hac hodierna ualde compendiosa continentur multa saluberrima documenta: Primum est, de differentia retributioēs iustorum & iniustorum, quoniam sancti erunt in gradi cōstantia, in aeterna letitiae, in beatitudine plena: impij autem in timore horribili, in admiratione penali, in penitentia sterili, in gemitu atq; angustia aeternali, in incēdio infernali. Hinc in Malach. scriptū est: Cōuertimini, & uidebitis quid sit inter iustum & impium, & inter seruitem deo, & non seruētem ei. Ecce enim dies uenit succensa quasi caminus, & erunt superbi & omnes facientes imprietatem stipula, & inflammabit eos dies ueniens. Et orietur uobis timentibus deum sol iustitiae, & salient quasi uituli de armamento. Hinc ait Gregorius: In extremo iudicij die, dum apertis cælis, ministrantis bus

DE S. PHILIPPO ET IACOBO.

Fol. CCII.

A bus angelis, cōsedentibus apostolis, Christus in sede maiestatis sua apparuerit, omnes electi ac reprobis pariter eum uidebunt, ut iusti de munere retributionis sine fine gaudeant, & iniusti de ultione supplicij in perpetuum gemant. Hieronymus quoquer iudicatuero, inquit, domi Hieron. no lugubre mundus immugiet, & tribus ad tribum pectora seruent, potentissimi quondam reges nudo latere palpitabunt. O quantus horror corda iniquorum tunc penetrabit, cum videant iudicem summum contra se tam iratum, sc̄q; protinus in semperna acerbissima ruitus tormenta. Tunc nang, ut ait Anselmus, à dextris erant peccata accusantia, à sinistris infinita daemonia ad accusandum pronissima: subtus horrendum chaos inferni, superiorius 1. Petri 4. dex iratus, intus conscientia urens, foris mundus ardens. Ibi iustus uix saluabitur, Heu miser peccator sic deprehensus, quo fugier! Impossibile erit latere, intolerabile apparere. Secundo in lectione ista docetur, quod si penitentia quedam in fructuosa, illa uidebit, quia quis dolet de suis peccatis, non in quantum sunt in honoratiua offensiūa cō dei, & in se turpia & iniqua; hoc est, non ex dei amore & zelo iustitiae, sed in quantum sunt fibijs si nocia damnationisq; causa, utpote ex solo seruilli timore, seu improbo & priuato suip̄s amore. Ex hoc nang qd homo amat se in se, sequitur quod horret suip̄s punitionem, & dolet de causa punitionis, scilicet de peccato, in quantum est causa sua afflictionis. Denique de isto legitur exēplum hor 2. Mac. 9. ribile in libro secundo Machabœorum, de Antiocho rege iniquo, qui cum in graui esset constitutus languore, ex propria uxatione ad suip̄s cognitionem perductus, dixit luctum est subditū esse deo, & mortalem non paria deo sentire. Orabat autē hic sc̄leſtus (i. uitosus iste Antiochus) dominum, à quo non erat misericordiam consequitur. Promisit etiam se templum dei in Ierusalem, quod prius expoliaverat, donis optimis ornaturum, & sancta uasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de suis redditibus præstirum super hæc & Iudeum se futurum, & omnem locum terræ sanctæ perambulaturum, & prædicaturum dei p̄restatem. Et tamen hæc omnia ei nil profuerunt, sed in aeternum damnatus est. Simili modo dicit Apostolus ad Hebreos XII. capite de Esau, quod non inuenit penitentia locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam. Veruntamen nulli debet dari desperationis occasio, quia quam diu durat hæc uita, est homo in statu merendi ac demerendi, ideo potest salubriter penitentie. Sed ex præhabitis patet, quād periculissimum sit penitentia diu differre, præsertim usq; ad grauem infirmitatem aut senectutem, quia tunc rara est penitentia uera. Et quanvis qdam in extremis uideantur plurimum penitentie, nō tamē saluantur, quoniam ex seruilli timore, hoc est, ex formidine condemnationis aeternæ, non ex charitate & zelo iustitiae, penitent. Cuius signū est, quod si diuitiū uiuere possent, nec mortem timerent aut sanarent, mox ad solita redirent peccata. Penitent ergo unusquisq; tēpestue, & ex odio culpe atq; ex dei amore, maxime dolens, quod tam benignissimum patrem offendit, tam altissimum, sanctissimum, & superdignissimum deum in honorauit. ¶ Tertio ex lectione hac informamur, quod electi dei & iusti in vita praesenti ab infidelibus & iniquis deridentur, spēnuntur ac fastiū reputantur. Vnde & Christus ait in Psal. Omnes uidentes me, deriserunt me. Atq; ex euan^{Psal. 11.} gelio patet, quantas subfannatiōes, blasphemias, detractiones, iniurias à ludibris pertulerit ante suam passionem, in ea, & post eā. Sic & S. lob dixit: Nisi autem derident me iuniores tempō lob. 30. re. Vnde & iiii. Regum habetur, quod ad modū principes dixerunt ad leu de filio prophetarū, quē Eliseus misit ad leu: Quid uenit in sanus iste ad te? Nam qualis quisq; est, taliter iudicat. Impi ergo peccatis corrupti, uitijs excacati, & in rationis iudicio proflus infecti, quoniam iniuitatem amant, terrena & carnalia sapiunt, quæ spiritualibus & diuinis præferunt bonis, bonum iudicant malum, & econtra sicq; uitam iustorum putant insaniam, sicq; uideamus quoti die quod quidam parentes & propinquai carnales, reputant filios & cognatos suos religionē intrantes, uelut insanos & insipientes agentes & mundani, pomposi, laici, derident quosdā deuotos & simplices, abiecte humiliterq; uestitos. Ideo in Ecclesiastico legit: Abominatio est superbo humilitas, sic & execratio diuitiū pauper. Itaq; si optamus esse de numero electorū filiorum dei, non dedit uenit perfette persecutioēs, irrisioēs & odia mūdi, sed gaudeamus & regratiemur deo in talibus, confidentes quod in die iudicij inter dei filios inueniemur. Nā & saluator loquitur sanctis apostolis, & in eorū persona cunctis electis: Si mundus uos odit, Iohā. 15. scitote quia me priorē uobis odio habuit. Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligenter. Quia uero de mundo nō es, sed ego elegi uos de mūdo, propterea odit uos mūdus. Postremo, sic & beatissimi isti apostoli Philippus & Iacobus diuersas cū Ch̄o p̄p̄si sunt tribulationes, irrisioēs & persecutioēs ante ipsius passionē, & in ea, ac postea. Propter qd Ch̄s dixit ad eos in cena nouissimā: Vos estis qd p̄m̄stis mecum in tērationibus meis. Et rursus: Venit hora, ut ois qui interficiat uos, arbitretur se obsequiū præstare deo, Itemq; Eritis odio om̄idus homis.

^{Luce 22.} Iohā. 16. ^{Mat. 10.}

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EVANG.

hominiis propter nomen meum. Quæ omnia generaliter apostolis est loquitus. In sequenti D tibus vero sermonibus, mentio erit de specialibus horum felicium apostolorum persequuntis onibus atque martyris.

Conversatio euangelij: Non turbetur cor uestrum. Ioh. quartodecimo.

Evangelium festi presentis ex sermone Christi post cenam apostolis facta, est sumptum, quod in solennitate hac legitur, ga in eo speciale quid de beatissimo Philippo apostolo continetur. Itaque Iohannes scribit: [Dixit Iesus discipulis suis] puta apostolus: [Non turbetur cor uestrum.] Ante ait Saluator: Nunc anima mea turbata est. Et rursus: Cum haec dixisset Iesus, turbatus est spiritus. Quomodo ergo nunc ait apostolis, non turbetur cor uestrum, praesertim cum eius actio sit nostra in strucio, ipseque per facere & docere: Respondendum, quod uerbi la de Christi turbatione, intelligenda sunt de turbatione inferioris partis animæ sponte assumpta, iudicium rationis sequente, nec eam impedit. Quæ turbatio fuit propassio magis quam passio, secundum Hieronymum. Ad quod innundum scriptum est: Iesus infremuit spiritu, & turbauit se ipsum. Porro quod Christus nunc ait, non turbetur cor uestrum, intelligendum est de turbatione immoderata rationem præueniente & obfuscante, quæ paci & tranquillitatipponit. Quæ turbatio oritur ex immoderatis passionibus animæ, utpote ira, dolore, tristitia, & timore. Quoniam ergo apostoli fuerunt in cena uehementer contristati ac territi, quia aus Mar. 14. dierunt à Christo, quod unus eorum eum esset traditus, & omnes in eo scandalum essent passi, hinc eos admonuit, ne ex immoderatis tristitia & timore perturbarentur, sed ad tranquilitatem mentis in deo se darent. Ideo subditur: [Creditis in deum] unum, uerum & uiuum, & E in me credite, quia & ego uerus sum deus, ideo consequens est, ut si in deum creditis, in me quoque credatis. Per quod Christus se deum esse insinuat, quia non est credendum nisi in ueru deum, cum fides sit theologica uirtus, cuius obiectum est deus seu ueritas prima. Itaque per haec uerba restatur se Christus cum suis discipulis semper esse diuina maiestate mansurum, & per consequens se posse eos conseruare ac consolari. Deinde consolatur eos commemoratione ac pollicitatione felicitatis futurae, dicens: [In domo patris mei] id est, in paradiſo caelesti, in celo empyreo, in triumphante ecclesia, in patria beatorum, [mansiones multæ sunt.] id est, diversi gradus præmiorum, iuxta diuersitates & gradus meritorum, quoniam quo electi in uita hac in diuino amore perfectiores fuerunt, eo clarius uident deum atque iucundius eo fruuntur. Nam charitatis seruorū seu perfectioni, essentialis præmium, quod est uisus seu fruitio dei, est correspōdens. Denique beatitudine sanctorū, seu beatifica uisus dei, una est ex parte obiecti, quod est simplissimus deus. Vnde omnibus in uinea laborantibus, id est, in ecclesia militante uirtus ope uientibus, idem diurnus dicitur dari denarius, per quæ uita designatur æterna, sed ex parte subiecti diuersificatur atque distinguitur felicitas ista, iuxta merita mentium deo fruuentum. [Si quo minus,] id est, si aliter aut minus esset quam uobis nunc dixi, uidelicet si in domo patris mei mansiones multæ non essent, [dixisse uobis] quod subditur, [quia] id est, quod [uero] do uobis parare locum, id est, mansionem in domo patris caelestis; sed hoc non debui dicere, quoniam iam parata sunt mansiones istae, quantum est ex parte dei, qui ex sua liberalissima bonitate paratus est dare mansionem caelestem omnibus ad eam sufficenter dispositis. Vnde in die iudicij dicturus est Christus electis: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi. Veruntamen mansiones istas Christus per suam passionem præparauit fidelibus, quoniam uirtute & merito Christi eas acquirunt. Ipse equidem sua passio aperit aditum regni caelestis, & gratiam nobis promeruit ac largitur. Ideo subditur: [Et si abiero,] id est, per passionem & ascensionem meam corporaliter à uobis recessero, [& prepa rauerò uobis locū], i. felicitatem æternam promeruero uobis, per mei sanguinis effusionem, ascendendo quoque dedero uobis spem ascendendi, quia capitum præcessio spes extat membrorum. Propter quod fertur in hymno: Et eleuatus nubibus, & spem fecit credentibus &c. [Item] uenio, id est, in morte cuiuslibet uestrum redibo ad uos saltem inuisibiliter & per effectu, per angelos quoque quos mittam, ut animas uestras ad meū perducant tribunal, [& accipiam uos ad meipsum,] id est, in caelesti gloria collocabo, [ut ubi sum ego, & uos sitis,] uidelicet in celo empyreo, & in beatifica diuinitatis fruitione. Hinc in Apocalypsi ait unigenitus dei: Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo. Et alibi: Pater, quos dedisti mihi, uolo ut ubi sum ego, & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam. Vel sic: iterum uenio, i. in fine seculi ad iudicandum inuisibiliter redeam, prout angelis sunt locutis. Quenadmodum uidistis eum ascendētem in celum, ita uenier, & accipiam uos ad meipsum, i. in anima & corpore glorificatos uos trāferam ad caelestis palatiū. [Et quo ego uado scitis,] i. per fidem aliquo modo cognoscis, quod per passionem & ascensionem uado ad patrem caelestem ac patriam beatorum, pro

DE S. PHILIPPO ET IACOBO.

Fol. CCIII.

A ut sepius retuli uobis, [& uiam] qua ad patrem uado scitis, jutpose passionem meam iam imminentem, quam frequenter uobis prænunciavi. Vel, quam, id est, meipsum, ut infra habetur & exponentur. scitis, id est, cognoscitis. [Dicit ei Thomas,] loquens in persona sui & condiscipulorum saltem quorundam: [Domine, nescimus quo uadis, & quomodo possumus uiam sci re?] Quasi dicat, nō possumus eam agnoscere. Videtur sanctus Thomas apostolus uerbis sui magistri directe contradixisse. Nam Christus dixit, Quo ego uado scitis, & uiam scitis? Thomas uero, domine, inquit, nescimus quo uadis &c. Veruntamen non putauit Christum aliqd falsum dixisse, nec intendebat uerba ipsius reprobare, sed aestimauit dictum Christi, & suum posse simul uerificari, quomodo Christus frequenter loquebatur figuraliter & obscure. Denique utriusque uerba fuerunt uera, quia apostoli aliquo modo sciebant quo Christus iret, & uiam per quam, & aliquo modo haec nesciebant. Sciebant namque uia & terminum itineris Christi confuse & incomplete, non determinate & perfecte. Rursum sciebant illa materialiter, non formaliter. Sciebant equidem ea per fidem quo ad id quod sunt, nō autem sub propria & formalitate qua huicmodi sunt. Nam nouerant patrem aliquo modo per fidem, audierant namque quotidie, quod Christus uocauit deum altissimum suum patrem. Similiter Christum aliquo modo nouerunt, non tamē nouerunt quod ipse esset uia, & pater terminus uiae huius quæ Christus est. Hinc subditur: [Dicit ei Iesus,] probans q[uod] materialiter nouerant uiam, quoniam nouerant ipsum Iesum Christum qui uia est: [Ego sum uia] qua itur ad patrem spiritua li accessu per mentis conuersionem ad ipsum, hoc est, per fidem, spem, charitatem, ceterasque uirtutes. Hoc competit Christo secundū quod homo est, dei ac hominum mediator, aduocatus & aponitrix hominum, & reconciliator eorum cum deo. Ego quoque sum [& ueritas & uita.] Hoc compesit Christus scđm naturā diuinā, qua ipse & pater ac sp̄s sanctus sunt una ueritas prima & exēplaris, unaq[ue] uita actualissima, simplicissima, supereontialis, fontalis, omnem uiuendi plenitudinem ac beatitudinem, cū infinita perfectione in se habens. Itaque Christus est uia per quam ueritas in qua, uita ad quam imus. Consequenter ostendit se esse uiam. [Nemo uenit ad patrem,] in præsentia per gratiā, nec in futuro p[er] gloriā, [nisi p[er] me,] mediatorē, saluatoremq[ue] misericordi. i. nisi ha beat fidem de me, meq[ue] sequatur, & merito pastoris meæ gratiam consequatur, imo nunquam adulterus aliquis est saluatus, nisi habendo fidem de Christo ad minus implicitam tempore ue ro euangelicæ legis nemo coniungitur deo patri, nisi per sacramenta à Christo instituta, quæ à Christi passione efficaciam fortuntur & gratiam. Quæ sacramēta oportet accipere realiter, si assit facultas tempore opportuno: Si uero deit facultas, sufficit ea accipere uoto seu desiderio. [Si cognouissetis me, & patrem meum utiq[ue] cognouissetis.] Iam dixit Saluator: Et quo ego uado scitis, & uiam scitis, uidelicet quia patrem & filium cognoscēbant, quomodo ergo nūc ait, Si cognouissetis me, & patrem meum utiq[ue] cognouissetis, quasi nec filium nec patrem cognouerint. Dicendum, quod quodam modo nouerunt, ut sit sensus: Si cognouissetis me fide perfecta secundum deitatem meam, & patrem meum utiq[ue] cognouissetis eodem modo, & tam clare ut me: Primo, propter patris & filii substancialē idētitatem ac unitatem: Secundo, quoniam pater & filius sunt correlativa, quorum proprietas est, quod uno cognito cognosci tur reliquum: Tertio, quoniam pater & filius tam similes sunt, ut uno cognito aliis cognoscatur: Quarto, quoniam filius est perfecta & naturalis imago patris, in qua quicquid patris est, plenissime lucet & representatur. [Et amodo] id est, ex hoc tempore, seu post illud, uidelicet post missionem spiritus sancti, [cognoscetis eum] magis perfecte quam modo, uidelicet per donum sapientiae, per fidem clarissimam, per purificatam mentis intelligentiam, atq[ue] in patria facie ad faciem, hoc est, clare per speciem, sicut est in seipso. [& uidistis eum] Iustione interi Cor. 13 i, confusa & imperfecta, eo modo quo uidistis me secundum naturam diuinam. Credidērunt namque apostoli omnia uerba Christi esse uera. Et quoniam Christus dixit se patria substancialē, afferendo, Ego & pater unum sumus, ac multa similia, idcirco apostoli cognoscitur. Iohā. 10: uerunt aliquo modo Christum secundum diuinitatem, quanvis illa cognitio fuerat multum imperfecta. [Dicit ei Philippus:] Domine, ostende nobis patrem, id est, ad perfectam dei patris notitiam perduc nos. [& sufficit nobis,] i. nō amplius requiremus, quoniam in clara dei notitia constitit felicitas, quia adepta mens cōtentatur in deo, nec pater seorsum cognoscitur, sed una diuina persona per speciem nota, tota supbenedicta cognoscitur trinitas. [Dicit ei Iesus:] Tanto tempore uobiscum sum, i. tam diu conuersatus sum inter uos, & multa deo uos docui. [& non cognouistis me,] distincte, uidelicet quod sim deus, dei unigenitus & homo in una persona, quod toties uobis insinuauit. In quo patet magna simplicitas, imo & ruditas uestra. Sed cum Philippus dixerit, Ostende nobis patrem, cur CHRISTVS increpat eum, ac alios de hoc, quod ipsum filium nondum nouerunt: Dicendum quod ideo, quoniam causa ignorandi

D. DIONYSII CARTHV. ENARR. IN EVANG.

ignorandi patrem, fuit ignorantia filii, & quia per idem est ignorare filium & patrem, propter D quod subditur: [Philippe, qui uidet me,] id est, intellectualiter me cognoscit, secundum quod deus sum, [uidet & patrem] oculo mentis, eo modo quo uidet me. Qui enim uidet me per fidem, uidet & patrem per fidem & qui uidet me per speciem, uidet & patrem per speciem. Hoc est quod paulo ante differuit: Si cognovissetis me, & patrem meum utiq; cognovissetis, cuius Augusti, assignata sunt quatuor rationes, quarum unam tangit Augustinus, dicendo q; Christus hoc dixit propter omnino dam similitudinem sui cum patre, quemadmodum de duobus ualde similibus dicimus, vidistis illum illū uidistis. [Quomodo tu dicas, Ostende nobis patrem.] quasi nullo modo uideritis eū, & quasi seorsum cognoscetur pater sine me, & quasi cognitio patris dignior esset quam cognitio mei. Hæc quippe uidetur Philippus in suis uerbis sensisse, idcirco incepatur à Chrō cor eius inspiciente: [Non credis quia ego] secundum deitatem sum [in patre, & pater in me est]. Quælibet enim diuina persona est in alia per identitatem essentiae, quæ in tribus numero una est, & quæ cum unaquæcumque persona realiter idem est: ideo ubi diuina essentia, ibi quælibet diuina persona. Hunc modum ponit sanctus Hilarius. Porro secundū Damascenum, quælibet diuina persona est in alia per circumcessionem, quoniam coimmixta sunt. Insuper pater est in filio, sicut in naturali imagine ipsum perfecte representanter filius quoq; in patre tanq; in ppter semper in q; fonte, à quo immanenter egreditur, & inegressibus liter oritur. Rursus filius est in patre, sicut uerbum internum ac immanens in proferente, & sicut conceptus in concipiente. Postremo unaquæcumque diuina persona est in alia, sicut cognitū & amatum in cognoscente & amante comprehensive simpliciter atq; omnino plenarie, ita q; quælibet diuina persona cognoscit ac diligit aliam, quantum cognoscibilis amabilisq; confitit, utpote notitia claritatis immensa, & infinito profusus amore. [Verba quæ ego loquor uobis] ppter corpus meū, [à me ipso non loquor,] qm quicquid sum & habeo, à patre accepi, à quo sapientiam potentiamq; suscepī. Deniq; Christus secundum quod deus homo, loquebatur in omni bus ex inspiratione & regulatione æternæ & increatae sapientie, cuius instrumentum animatum coniunctum fuit eius humanitas. [Pater autē in me manens, ipse facit opera.] Pater manens in Christo secundum naturam assumptam, quia per maximam gratiam habitavit in eo, sicut ut in templo. Manens quoq; pater in Christo, secundum quod deus est, quia p; essentia unitatem & circuincepcionem ac alijs modis iam tactis æternaliter est in eo. Pater itaq; fecit opera & miracula Christi duplicitate: Primo, quoniam operabatur p; eius humanitatē, sicut p; instrumentum ratq; Christum ut hominem, tanq; p; ministrum. Secundo, quoniam patris & filij operasunt in diuinis, cum eorum sit una essentia & una potentia, specialiter etiam dicitur pater oia fecisse per filium, sicut p; uerbum æternum, iuxta illud Iohān. Omnia p; ipsum facta sunt. Deinde alloquitur discipulos in communione: [Non creditis quia ego in patre, & pater in me est.] Iuxta sensum expositum, quasi dicat, imo credere hoc debetis. [Alioquin ppter ipsa opera credite], i. si ppter uerba mea non creditis hoc, ppter miracula mea quæ uidistis hoc credite, qniam multa feci miracula, quæ fieri nequeunt nisi à deo omnipotente, p; quæ pater confirmauit meam doctrinam. Vnde alibi loquitur Christus: Opera quæ dedit mihi pater, testimonium phisent de me, [Amen amen]. i. uere uerē dico uobis, qui credit in me] p; fidei perfectam, [Sop] id est, miracula [quæ ego facio, & ipse faciet,] id est, similia eis, non sua, sed mea uirtute. Hinc a; pud Marcum ait: Signa eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia enstant, linguis loquentur nouis &c. [& maiora horum faciet]. i. maiora signa q; ego, [quia ad patrem uado]. i. quia ad patrem ascendendo plenarie glorificabor in meipso atq; in omni populo, cui ubiq; terrarum plicabitur lex mea, ideo dabo uobis uirtutē faciendi maiora miracula q; ego met feci, secundum quod ad conuersationem omnium gentium hoc erit necessarium. Vel, quia ad patrem uado. i. p; hoc quod ad patrem ascendo, sicut p; mittam uobis spiritum sanctum: quo suscepito, facietis maiora prodigia q; egomet feci, non p; uirtus & gratia spiritus sancti erit maior in uobis quam fuit in me, sed qniam decens est ut impassibilis factus, atq; ad dexteram dei patris residens, p; maiora signa glorificer p; meos ministros, q; antea p; meipsum. Sed circa hæc oritur questio, quia uidetur ex his q; nullus uere credit in Christū, nisi opere miracula Christi, imo & maiora q; ipse. Respondetur q; Christus ad literam loquitur de perfectis & certis fidelibus, ad hoc à deo electis, ut in fide Christi tanta operarentur miracula, præsertim apostolis & apostolicis uiris tempore primitiæ ecclesiæ, & saepe postea tempore opportuno. Deniq; beatissimus Petrus apostolus uidetur fecisse miracula maiora q; Christus, quoniam per corporis sui umbram curauit infirmos, & quidam apostolorum susciterunt plures defunctos quam Christus. [Et quodcumq; petieritis patrem in nomine meo] i. p; uirtutes & merita mea. Vel, in nomine meo. i. salubriter, quoniam nomē meum est Iesu, quod interpretatur saluator

DE S. PHILIPPO ET IACOBO.

Fol. CCV.

A saluator, uel salutaris idcirco in nomine meo petis, qui salutaria deprecatur. [hoc faciam,] id est, exaudiam uos. Per quod Christus innuit se exaudire cum patre, & per consequens, se esse patri æqualem ac uerum Deum; quoniam gratias & uirtutes dare, salutem conferre, in omnibus exaudire, non potest competere nisi uero omnipotensq; Deo.

¶ SERMO II. circa euangelium. Quibus est laudabilis B. Philippus, & q; in eo sunt imitanda,

Iohā. 10. I. Nuenit Iesu Philippum, & dicit ei: Sequere me. Iohan. I. Gloriosus & sanctus Dei apostolus Philippus, ex euangelio probatur multipliciter esse laudabilis: Primo, quia ut aliqui dicunt, inter omnes apostolos primo à Christo vocatus est ad suum discipulatum. Quanvis enim ante Philippum uocatione dixerit Christus Andreæ & socio eius, Venite & uidete, uidelicet ubi habitem, non tamen fuerunt à Christo ad suum discipulatum vocati, nec ipse primo uocauit eos, sed ipsi auditis uerbis magistris uo Johān. Baptiste, dicens de Christo, Ecce agnus Dei, secuti sunt Iesum, dixeruntq; ei: Rabbi, ubi habitat? Qui respōdit, Venite & uidete. Statim post hoc credens Iesum à loco prope Iordanem in Galilæam, inuenit Philippum & uocans eum ad suum discipulatum, locutus est ei: Sequere me. Post hæc uocauit Christus Petrum & Andreā ad secundum se. Fuit ergo beatus iste Philippus multum à Christo electus, quod tam cito & primo uocauit eum ut sequeretur se. ¶ Secundo laudabilis est à sua docilitate & obedientia, statim namq; acquieuit uocacioni Christi, & secutus est eum mète & corpore, cum tamen nondū uiderit eum miracula facientem. Siquidem cōuersio aquæ in uinum facta in nuptijs fuit post istam uocatiōem. Nec mirum, quod Philippus statim secutus est dominum saluatorem, quoniam ipse erat uocans, loquens & docens sicut potestate habens, & sicut exterius uocauit uero uocali, sic intus uocauit & inclinauit mentis auditum instinctu atque uirtute spirituali. Et quoniam Deus fuit, potuit immediate in uoluntatem hominum agere & imprimere, & eam pro suo libito immutare, afficere, hinc indeq; uertere. Itaq; & nos exemplo sanctissimi Philippi apostoli, dociles simus, non pertinaces in proprio sensu, quia docilis est pars prima prudenter, mentem ad eius susceptionem disponens ac referans. Qui ergo indocilis est, prudenter non est capax, sed immanus in proprio sensu: ideo in diversa ruit pericula, in grauius quoq; peccata, uariosq; errores. Hinc loquitur Salomon: Audi fili mi disciplinam patris tui, ut addatur gratia capitū tuo. Obediamus etiam prompte superioribus nostris, & inspiratione diuinæ, cum propheta dicitest: Audiam quid loquuntur in me dominus Deus. Nam Samuele propheta testante, Melior est obedientia quam uictimæ, quoniam tanquam scelus idolatriæ est, nolle acquisescere. ¶ Tertio ex euangelio commendatur Philippus apostolus à furore charitatis fraternalis, zeloq; animarum. Mox enim cum fuisset à Christo uocatus, sollicitus fuit pro fratre suo carnali, & eius salute. Accessit nanque fratrem suum Nathanael, dixitq; ei: Quem scripsit Moyses in lege & propheta, inuenimus Iesum à Nazareth, ueni & uide. Fuit autem beatus iste Nathanael frater Philippi, doctus in lege, & tante innocentia ac uirtutis, quod Christus uidentem eum uenientem ad se, testimonium ei perhibuit, dicens: Ecce uere Israelita, in quo dolum non est. Fuit etenim uir sincerus & rectus, simulatione, hypocriti, fraude, falsitateq; carens. Propterea syncerissimo, rectissimo ac simplicissimo Deo fuit amabilis. Cuius beati Nathanaelis synceritatem rectitudinemq; sequamur. Nam ut Malachias ait propheta, Maledic Malā. 1. etus dolosus. & sanctus David: Virum, inquit, sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Insuper in præacto fraternali charitati furore imitemur felicem Philippum apostolū, & proximorum nostrorum cōuersationem & salutem feruide affectemus, gratiam quoque nobis concessam, eis charitable communicemus, quemadmodum princeps apostolorum habatur. Vnusquisq; sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Itaq; fratres & p; ximos nostros studeamus Christo adducere, eoshortando, informando, corripiendo, cōuertendo pro posse in charitate & discretione, nam sacrificium acceptissimum Deo est zelus animarum. Huius oppositum agunt homines negligentes, carnaliam ore cæcati, qui proximorum suorum uidentruinam, iniuriam, atq; pericula, nec tamen pro posse apponunt charitatis ac pietatis remedia. Quod in præactis & superioribus maxime prorsus damnabile est. ¶ Quarto commendatur sanctus Philippus à sapientia sua. Nam antequam fuit à Christo uocatus, scriuit Moyses & prophetæ predixisse de Christo, vnde à Christo uocatus, statim dixit Nathanael, Iohā. 11. Quem scripsit Moyses & prophetæ, inuenimus Iesum. Et dicunt nōnulli, quod antequam uocabatur à Christo, fuit discipulus sancti Iohānis Bap. sicut Andreas. Porro Moyses scripsit in lege de Christo duplicitate: Primo, aliorum uerba de Christo dicta narrādo, ut cum ait: Non auferetur sceptrum de Iuda, donec ueniat qui mittendus est. Etruruss Salutare tuum expectabo domine. Quæ sunt uerba Iacob patriarchæ. Alibi quoq; scribit in Genesi Deum dixisse ad Abraham, & item ad Iaac, ac postea ad Iacob: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Se Gen. 49. Gene. 22. Gen. 16. cun

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO III.

Deut. 18 cundo scribit de Christo, prophetando de ipso, ut cum ait: Prophetam fuscitabit uobis dominus de fratribus uestris tanquam me. ¶ Quinto laudatur sanctus Philippus a priuilegio sua uocationis ad apostolatum. Nam quāuis frater eius Nathanael fuit doctōr in lege & uis sanctus, Chrs tamen p̄oposuit ei Philippū, eum eligendo in apostolū. ¶ Sexto ex Euangelio probatur laudabilis a sua humilitate. Cum etenim (sicut Iohannes ait) quidam gētēles in die palmarum dixissent Philippo: Domine, uolumus Iesum uideret! Philippus ex humilitate & reue rentia sua ad Christum, non statim per seipsum p̄fūsum p̄fūsum est id annunciat, sed primo dixit Andreas, deinde ipse & Andreas similiter ueretur hoc saluatori. In hac ergo humilitate virtus te se fēctemur hunc sanctum apostolū. Non simus audaces, nobis p̄fūs placentes, p̄fūsum os, sed humiles, timorati & circumspecti in omnibus: & superiores suos habeat in reuerentia debita unusquisq; quoniam Chrs ait p̄fūdientibus aliorum: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. ¶ Insuper beatissimus iste apostolus ex sua Legēda probatur multipli citer commandandus. Primo, a sua fructuosa & constantissima p̄dicatione. Nam annis uiginti in regione Scythia p̄dauit euangelicam legem, multos ualde cōuertit. Cumq; ibi dem innumerabiles cōuerti sunt, presbyteros ac diaconos ordinauit, p̄fecitq; eis. Quo facto, in urbem Asia Hieropolim nomine, est profectus, & ibi haec res Ebionitarum destituit, plus rimosq; conuertit. Habuit quoq; tres filias sacratissimas uirgines, per q̄s spiritus sanctus multos conuertit ad fidē. ¶ Secundo laudatur ab excellentia & uirtute miraculorum suorum. Cum enim uiginti annis p̄dicasse in Scythia, tenuerunt eum pagani, uolentes ut Martis sacrificaret. Tunc repente draco magnus de subuale egrediens, filium pontificis idolorum & duos tribunos, quorum ministri tenuerunt sanctum Philippum, occidit & ceteros autem paganos suo flatu uehementer inficiens, reddidit agros. Quibus dixit apostolus: Credite mihi, & hanc statuam Martis confringite, atq; in loco ipsius Christum crucifixum adorate & colite, quatenus infirmi uestrī currentur, ac mortui suscitentur. Hi ergo qui cruciabantur, clamabant: Fac ut san nemur, & quæ p̄cipis faciemus. Tunc Philippus iussit draconi recedere, neminiq; nocere. Qui p̄tinus obediuīt apostolo, nec ultra cōparuit. Mox igitur sanctus Philippus p̄ce ad dñm fusa, omnes illos infirmos curauit, atq; tres mortuos suscitauit. Quibus pacis, conuersi sunt uniuersi. ¶ Tertio cōmentatur à uenerādo ac sc̄to senio suo, & à glorioſo suo martyrio. Cum enim octoginta octo esset annorum, ab infidelibus captus, cruci affixus est. In quo patet iniustissima & uictoria fortitudo animi eius, quod in tam grandea uata supplicium tam p̄acerbum, ita alacriter atque promptissime pertulit. Sepulta sunt iuxta eum deuotissime filiae eius duæ, una à dextris, alia à sinistris ipsius, tertia uero alibi est sepulta. Itaque hunc sanctum imitemur apostolū in omni patientia, fortitudine & perseverantia, & in aduersis sicut in omnibus diuitijs gloriemur, atque incomparabiliter plus optemus in uita p̄senti pro nostris castigari peccatis, q̄ futura uita reseruari tormentis, p̄fūsum cum per peccatas uita p̄fūs non solum à nostris peccatis purgemur, uerum etiam in gratia & uirtutibus perficiamur, ac Christo propter nos passo conformemur: sicq; æternæ beatitudinis promereamur gloriosum augmentum, & uita futura supplicia felici redimamus compendio, ad celestem quoq; felicitatem & gloriam sempiternam celerius perducamur. Ad laudem & gloriā omnipotentis.

S E R M O III. De excellentijs sancti Iacobij apostoli.

ETRAT uir simplex & rectus, ac timens Deum, & recessens a malo. Iob primo. Verba hęc de sancto Iob propheta ad patriarcha ad literam scripta, de sanctissimo apostolo Iacobō uerissime exponit. Hic praeclarus apostolus multis excellentijs est ornatus. ¶ Prima excellentia eius est sancta genealogia & propagatio eius, quoniam consanguineus extitit Christi, ut delicit filius sororis uirginis glorioſa, & ita de stirpe fuit Davidica, & erat cognatio eius sanctissima, erantq; consobrini ipsius Iohannes euangelista & Iacobus frater eius. Porro fratres Iacobi huius, fuerunt sancti apostoli Simon & Iudas, & Joseph iustus, qui cum Matthia fuit statutus, ut unus eorum super quem fors ueniret, esset apostolus. ¶ Secunda excellentia eius est, quod ab infante fuit sanctissima uita, atque ut multi restantur, in utero matris sanctificatus, & ab omni mortalī culpa immunis. Vnde de eius sanctitate sic scribit Egesippus, apostolorum uicinus temporibus, in quinto commentario uolumine: Suscepit Hierosolymorum ecclesiam gubernandam frater domini Iacobus, qui ab omnibus cognominatus est Iustus, ab ipsis Christi temporibus perdurans usque ad nos. Hic ex matris utero sanctus fuit, uinum & siceram non bibit, carnes non comedit, nunquam atrox fuit, oleo non est uinctus, nec balneis usus, sindone (id est, linea uesta) fuit semper indutus: toties in oratione flexerat genua, ut callos in genibus fuit in calcaneis uideretur habere, & in medium camelorum eius genua duerunt. Pro hac summa iustitia appellatus est Iustus, & populi monumentum: quoniam & p̄

Actu. 1

Egesipp.

DE S. PHILIPPO ET IACOBO.

Fol. ccvi.

A populo deprecabatur assidue. His solus inter apostolos ob nimiam suam sanctitatem permittebatur à Iudeis ingredi sancta sanctorum, non causa immolationis, sed orationis. Dicit quoque Hieronymus, quod tantæ sanctitatis ac reputationis fuit in populo, quod fimbriam uestram Hieron. menti eius certatim tangere cupiebant. Sed & Iosephus uir doctissimus, & Iudeorum historiographus summus, testatur quod tantæ celebritatis seu reuerentia ac sanctitatis fuit in plebe, Ioseph, quod propter eius occisionem crediderunt subuersam esse Ierusalem, & Iudeorum factam di spersionem. Veruntamen propter Christi occisionem factum est hoc, quoadmodum ipsem Christus legitur p̄dixisse. Deniq; Iacobus iste dicitur Iacobus minor, non quia Iacobus fratre Iohannis apostoli, qui dicitur Iacobus maior, sanctitate aut dignitate inferior, sed quia uocazione posterior, nam illum Christus uocauit ad se ante istum. ¶ Tertia excellentia eius est, priuilegiata honoratio sibi ab apostolis sanctis exhibita, ga ut ait Hieronymus in libro de uis Hiero. ris illustribus, post passionem domini ab ipsis apostolis est Hierosolymorum episcopus ordinatus, id est, Christianorum illorum primituæ ecclesiæ in Ierusalem congregatae post Christi passionem & spiritu sancti missionem. Nam quanius beatissimus Petrus fuit generalis & summus omnium Christianorum prælatus ac p̄fūsum, ipse tamē uoluit Iacobum istum esse speciem episcopum illoq; fidelium, atq; (ut Anacletus Papa affirmat, & in Decreto habetur) Petrus, Iacobus & Iohannes eum ordinauerunt & consecraverūt episcopum. Dicitur quoque, quod apostoli ei hunc exhibuerunt honorem, quod primus inter eos Missam celebrauit & quia primus fuit Hierosolymitanus episcopus, sancti apostoli sibi in pluribus deferebant, et magnum ei impendebant honorem, ut patet ex libro Actuum apostolorum. Vnde cum Petrus liberatus fuisset de carcere sub Herode, dixit fidelibus: Nunciate Iacobō & fratribus hęc. Et dum Paulus apostolus uenisset Ierusalem, die sequente introuit ad Iacobum. Iste est Iacobus, de q; ad Galatas scribit Apostolus, quod Petrus & Iacobus & Iohannes uidebantur columnæ esse. Galat. 2. ¶ Quarta excellentia eius, est p̄fūra sapientia & doctrina ipsius, quæ in compendiosissima eius patet epistola. Est nanque epistola illa mirabiliter sententiosa. Vnde ex ea probatur, quanta sapientia fuerit author ipsius. Erat etiam ualde studiosus & humili. Nam sicut in Itinerario suo recitat sanctus Clemens, felicissimus Iacobus iste rogauit sanctum Clementē, ut omnia gesta, dicta & instituta sancti Petri sibi describeret, quod etiam sanctus Clemens peregit: & sic ut in Decreto continetur, sanctus Clemens multa scripsit Iacobō huic apostolo. ¶ Quinta ex cellentia eius, est gloriosum martyrium eius & patientia magna, quam habuit in aduersis, & quod tempore sui martyrij pro intersectoribus suis crudelissimis flexis genibus exorauit. Legitur quippe, quod septimo sui episcopatus anno conuenientibus sanctis apostolis in Ierusalem in festo Paschæ, interrogauit eos Iacobus coram populo, quāta per eos Deus fecisset in locis ubi predicauerunt, retuleruntq; ei coram plebe. Cumq; per septem dies Iacobus alijq; apostolicoram Caiphā ac multitudine Iudeorum p̄dicasse, & prope esset ut credere baptizati cōquellent, quidam Iudeus templū ingrediens, cœpit clamare: O uiri Israēlitæ, cur uos à Mægis istis falli permititis? Atq; intantū concitauit ille diabolicus homo Iudeos contra apostolos, quod eos lapidare uolebant. Ascendit quoque super gradum, ubi apostolus Iacobus p̄dicauit, & p̄cipitauit eum deorsum, ita quod ex tunc plurimum claudicauit. Anno autem C (ut legitur) tricelimo sui episcopatus, quæsi erunt Iudei occasionem ut eum occiderent, dixeruntq; ei: Precamur ut reuoces populu, quoniam erat putans quod Iesus Nazarenus sit Christus. Deinde posuerunt eum super pinnaculum templi, & exclamantes dixerunt: Virorum iustissime, quoniam populus errat in IESV, & st̄m quod sit Christus, dic nobis, quid tibi uis detur. Tunc Iacobus cum ingenti & hilari uoce respondit: Quid me interrogatis de filio hominis? Ecce ipse feder in celis a dextris summæ uirtutis, uenturus iudicare uiuos ac mortuos. Tunc scribæ & pharisei dixerunt: Male fecimus tale testimonium p̄stari Iesu, & cōclamantes, dicebant: O O, iustus errauit. Ascendentes ergo, p̄cipitauit eum, atque lapidibus obruerunt. Inter haec ipse super genua sua procumbens, manibus in celum elebatis, orauit: Domine, ignosce illis, quia quod faciunt, nesciunt. Tunc unus ex eis perticam fulloni arripit. Luce 23. ens, caput eius tam uali de uulnerauit, quod cerebrum eius excusit. Et tali martyrio migravit ad dominum. ¶ Insuper de sanctissimo Iacobō isto refert Hieronymus, quod Christo capto, Hiero. iurauit non manducare, quousque filius hominis surrexisset à mortuis. Cumq; usq; ad diem tertium mansisset ieiunans, in ipso resurrectionis die Christus Iacobō existentibusq; cum eo, apparuit dicens: Ponite mensam & panem. Deinde panem benedicens, dedit Iacobō Iusto, dicens: Surge frater mi & comedē, quoniam filius hominis à mortuis resurrexit. Præterea Iacobus iste dictus est frater domini, scilicet Christi, quoniam in uultus dispositione, lineamentisq; corporis ac modo conuersationis, extitit ei similissimus. Hinc gloriosus martyr Ignatius in epis. Ignatii. M ij sto

D. DIONYS. CARTHV. SERMO III.

Iacob. 4. **D**icta ad Johannem Euāgelistam, à quo fuit cōuersus, sic ait: Si licitum mihi est apud te, Hic et Dic solymam uolo ascendere, ut uideam illum uenerabilem Iacobum, quem referunt Iesu Ch̄o simillimum facie, uita & modo cōuersationis, ac si eiusdem frater esset gemellus. Qem dicunt si uidero, uideam & ipsum Iesum secundum omnia corporis lineaemata. Ex quibus etiam uectibis elicitor, q̄ multi iuri p̄cipui ad fidem conuersi, ex diuersis locis perrexerūt Ierusalem uiderūt Iacobum istum sanctissimum. Ecce q̄ multa proponuntur nobis uirtutum exempla. Stus deamus igitur sanctorum apostolorum se qui uestigia, ne ad grauiorem nostram damnatio nem, eorum audiamus uirtutes. Scienti etenim bonum & non facient, peccatum est illi, ut in epistola sua scripsit sanctus ille apostolus. Nec prodest nobis sanctorum celebrare solēnia, n̄ si eorum sequamur opera uirtusat; & tunc eos p̄cipue ac saluberrime ueneramur, q̄n̄ eorum exempla efficaciter imitamur. Ecce ex prædictis uidemus, quomodo electissimi uiri dei inseculo isto nequā grauissimas persecutions & crudelissimas mortes perpessi sunt. Quid ergo fieri de nobis, qui quotidie deum in multis offendimus, & tñ nec pro deo nec pro iustis nostris pati aliquid uolumus: immo pro uno uerbo indignamur, ulciscimur, detrahimus, & usq̄ ad proximi rancorem dilabimur. Multi quoq̄ diebus festius multo plura cōmittunt peccata q̄n̄ alijs. Sed reuertamur ad cor, & consideremus ad quid instituta sint festa sanctorum, quia ad hoc instituta sunt utiq̄, ut sanctos & deum in suis sanctis honorem, atq̄ sanctorum uitam audiendo acre colendo, eorum sectemur uirtutes ac patrocinia inuocemus. Propterea cā besatis Iacobu isto apostolo discimus deum quotidie s̄p̄issime inuocare, pro omnibus tam amicis q̄n̄ inimicis cordialiter exorare, in omni tribulatione patientiā fixam habere, in uera deuotione firmiter permanere, & deo altissimo reuerenter in omnibus obedire ac deseruire. Ad laudem & gloriam eius.

¶AD RELIGIOSOS.

Ioh. 14. **S**ERMO quartus. Quād deliciosum, quamq̄ p̄clarum sit deum uidere. **P**hilippe, q̄ uidet me, uidet & patrē. Ioh. 14. Cū filius dei post coenā suā nouissimā in sermo n̄ illo altissimo quē tūc fecit apostolis, inter cetera distinxisset, Ego sum uia, ueritas, & uita, n̄ ueni ad patrē nisi p̄ me; & rursus, Si cognouissetis me, & patrē meū utiq̄ cognouissetis, intelligens sc̄tus & gloriōsus Philippus apost. q̄ Ch̄s cognitionē dei patris in mihi cōmēderat atq̄ extolleret, ut in ea beatitudinem cōstitueret mētis humanae, loquutus est saluatoris Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Beatus o nanc̄ habentem contentat, & eis us quietat affectus. Cui respondit Christus: Philippus, qui uidet me, uidet & patrem, quasi dicit. Noli appetere Dei patris beatificam uisionem, quasi pater sit maior me secundum naturam meam superiorē, cum sic pater & ego unum simus. Idcirco qui uidet me, secundū hanc incretam mētā naturā & diuinitatis mētē essentiā, uidet & patrem. Imo tota Trinitas superbenedicta sicut est una essentia, ita est unū beatificę uisionis obiectū. Hanc beatissimā supergloriosissimę Trinitatis uisionē, p̄cēlari apostoli Philippus & Iacobus affectuissime desiderauerunt, p̄ certim post missiōne & receptionē spiritus sancti in signo uisibili, & pro ea sibi ac alijs obtinenda infatigabiliter laborauerūt, omnia reliquerunt, sanctissime conuersati sunt, innumerabiles homines docuerunt & conuerterunt, suamq̄ fidem per efficacissima probauerunt miracula, quia sanctus Philippus simul suscitauit tres mortuos, plurimosq̄ incūp̄abiliter infectos, repete te curauit. Sed & per prophetarum oracula, per legis scripturas, per omnium mundanorum contemptum & irreprehensibilissimam uitam, fidem corroborauerunt catholicam, & pro eius defensione martyrum iniustissime sunt perpessi. Conuenerūt igitur uiribus totis lectari patrones, doctores & principes nostros, & sancte uiuendo, exemplariter conuersando, patientiā am semper seruando, ostēdamus nos ueram, uiuam ac sanctam fidem ac legem habere, ut in omnibus iustificationibus euangelicę legis, uiuērisq̄ obseruantis ordinis nostri in cedā Luce 1. mus usque in finem sine querela, nemini dantes ullam offenditionem, ut non uituperetur ministerium nostrum, & ne Deus inhonoretur in nobis & per nos: immo sic luceat lux nostra, id est, uite tua ea lucida conuersatio nostra coram intraneis atq̄ extraneis, ut uidentes bona facta nostra, edificant, & glorifcent patrem. Insuper cum beneditis & uenerandiss. istis apostolis, diuini uultus intuitionē feruentissime peroptemus. Tanta quippe est felicitas, Deum essentia aliter pulchrū & infinite perfectū in sc̄p̄lo, clare p̄ specieē conueri, ut ab inextis nequeat comprehendē. Quod tamē quād magnum, q̄ apperibile, q̄ superdeliciosum suauissimumq̄ confundat, quatuor modis agnoscimus. Primo, per fidem seu testimonia scripturarum, quia Iaias 1. Cor. 2. ac Paulus testantur: Oculis non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēderunt, que preparauit Deus diligētibus se. Et quā sunt illa, nisi suūp̄sus beatifica uisio, plena fruitio, secundū Rom. 8. ra ac tempora possēssio? Vnde rursus loquitur Paulus: Noa sunt condigne passiones huīus rem.

DE S. PHILIP. ET IACOBO.

Fol. CCVII.

A temporis ad gloriam illam. Psalmista quoq; Inebriabunt, inquit, ab huberitate domus tuae, & toro Psal. 95. rente uoluptatis tuae potabis eos, qm̄ apud te est fons uite, & in lumine tuo uidebimus lumen. Sed & Christus in euāgeliō: Hæc est, ait, vita æterna, ut cognoscant te uerum dñm. Secundo co. Ioh. 17 gnoscimus istud auctoritate sanctiorum patrum & catholicoꝝ doctoꝝ, qui omnes concorditer protestant, q̄ tam delectabile, tam beatum & dulce, tam desiderabile, p̄clarum ac nobile sit, diuinitatis essentia, increatam pulchritudinem, lumen illud superperficiū in sc̄p̄lo per speciem cerne, & quantum ad quid est, clare cognoscere, q̄ q̄n̄ non nisi per unam horam posset quis illam uisionem attingere, merito tñ eius desiderio deberet pro ea mille annis totis uiribus laborare, aduerſaq̄ omnia pati, & tandem mortem subire. Tertio scimus istud per rōnem: q̄uis ēm̄ naturali ratione non innescat, q̄ deum per speciem simus uisuri, ratio tñ fide illuminata, idq̄ futurę esse ex scripturis cognoscens, multipliciter probat, q̄ gloriōsum & iucundum istud exīstet. Nempe si delectabile est pulchram inspicere creaturam, magnum & ornatum exercitum, solem & luminaria cœli, principes terræ, p̄elatos ecclesie, uiros famosos, sanctos, sapientes, eximios, miracula facientes, nonne incomparabiliter iucundius & gloriōsus extat, creatorē substantialiter & incircūscriptibiliter speciolū, omnis decoris fontem, lumen luminū, regem regum, dñm uniuerso Apoc. 19 rum, totam mundi machinam gubernantem, magna & mirabilia & imperficitabiliā abſc̄ nume Acto. 10. & operantem, qui infinita est sanctitatis & sapientiae ac omnipotentiae, cunctisq̄ fine omni comparatione sublimior, clare & immediate in sc̄p̄lo cōspicere. Insuper ratio docet, q̄ cum uiso pulchritudinis dulcis rei, & adeptio boni cōuenientis naturaliter delectent, q̄ utiq̄ lymphidissima uisus sup̄pulcherrima dei & immediata fructus eius, cuius natura est suauitas infinita, eius quoq; op̄rā tā adeptio, tuta ac sempiterna possēssio, qui est cōuenientissimus omni menti creatae bene dispositus, in quo est oīm bonorū atq̄ pulchritudinis desiderabiliter superplena & illuminata possēssio, i.e. Boethii, t̄ficient & oblectent, ciues cælestes in æstimabiliter nimis replendo, contentando & quietando in summo bono oīm appetitum & capacitatem eorū. De quibus dñs ait per Iaiam: Ecce ego declino Iaiam 66. in eos ut flumen pacis, & ut torrens inundans glorię gentium. Propter qđ princeps ait apostoloe: Videntes exultabit̄ Iætitia in enarrabili & glorificata, reputantes finem fidei uestrā salutem animi mariti uestrarum. Deniq̄ philosophi de naturali beatitudine intelligentiarum loquentes, & eā in contemplatione primæ causæ constituentes, non certe in ea contemplatione, in qua nos secundū fideli ueritatem & scripturam & doctrinam ponimus eam, utpote in contemplatione primæ causæ per speciem, quae contemplatio est supernaturalis, quam & philosophi illi reputabāt omni creato intellegentiū prorsus impossibilem esse, sed in contemplatione ad quam naturali sua uirtute intelligentie queant pertingere, quæ est per creatam intelligibilem formā, de qua cognitione in libro de causis habet. Hi ergo philosophi asseruerunt magnā uehementer esse delectationem, felicitatē & gloriā intelligentię. De quibus & Aristoteles dixit, q̄ sunt entia simplicia, optimā uitam ducentia, & de suis sufficientia. Auicenna quoq̄ disserit, primā intelligentiam ex contemplatiōe primæ causæ tanta iucunditate perfundi, q̄ ex uehementia gaudi illius circuitu uolueret primū mobile rapidissimo ac uelociſſimo motu. Si ergo uiri illi subtiles testati sunt tantam esse iucunditatem in contemplatione primæ causæ per speciem creatam, confitit q̄ incomparabiliter maior, intensior, plenior constat laetitia in contemplatione eius clara per speciem incrementat, in qua diuina essentia cernit̄ in seipso, & quid sit ipso, in ipsa & per ipsam clare comp̄it̄. Quarto cognoscimus istud per experientiam. Etenim tam̄ bonus & pius, tam liberalis & amorus est dñs deus, q̄ non uult nos in sola fide relinquere, & in sola spei expectatione manere, sed etiam in præsenti dat quibusdam ad hoc ab æterno p̄electis supernaturales, admirabiles, copiosas, ac delicioſas, immo reuera indiscibiliter gloriōsas futurę beatitudinis p̄elationes, degustationes, participations, ita q̄ in deo in æstimabiliter delectant, in suę dulcedēn gulfu uehementissime exhilarant, ineffabili perfundunt̄ Iætitia. Sicq̄ replēt & afficiunt̄ ex uincione superna, ex inspectione ueritatis æternæ, & feruentis sima dilectione bonitatis immēsæ, q̄ in diuinitas glorię rapiunt̄, & subito à seipso alienant̄ ac defluunt̄ corpore obrigeunt̄, & ab omni sensuum usu deficiunt̄, aut etiam in aere subleuant̄ & manūt̄ suspensi, quæ nequaꝝ naturaliter fieri ualent. Si itaq̄ futurę illius felicitatis tantilla prægustatio atq̄ tam modica participatio sic uincit naturam, sic oblectat & uincit, immutat & afficit mentem, quis queat uel modice excogitare, quæ, qualis & quanta sit beatitudo ac gloria illa cælestis plena ac æternalis! Insuper experientia multoties docuit, q̄ deliciissimum fuit quibusdā fideli bus in hac uita virginem gloriōsam ad momentum inspicere, aut angelum unū, quibus talis apparitio misericorditer facta est; quanta est ergo beatitudo, deum infinitē pulchritudinē, incomparabiliter suauissimum, convenientissimum, perfectissimumq̄ in sc̄p̄lo clare conspiceret! Idcirco ad hanc beatitudinem seruīde asp̄remus, pro ea infatigabiliter laboremus, eius desiderio cordis purificati incessabiliter studeamus, atq̄ per charitatis profectum, uir tuorumq̄ operum quotidiana accumulationem festinemos & approximemus omni hora ad ipsam. Siquidem beati mundo corde, qm̄ Matt. 5. ipsi deum uidebunt, cui honor & imperium sempiternum.

M. iiiij ¶SER.

Dixit angelus ad Iacob: Quod tibi est nomen? Redit, Iacob. Dixitq[ue] angelus: Nequaquam ultra Iacob uocaberis, sed Israel erit nomen tuum. Gen. xxixij. Verba ista ad Iacob de Iacob patris archa cōscripta sunt, quae de beatissimo aplo Iacobo congrue exponuntur. Si enim Iacob ille patris propterea dictus est Israel, qm angelum dñi in forma assumpta conspexit, quanto magis iste appellandus est Israel, qui dñm angelorum, unigenitum patris, verum deum ueraciter incarnatus, tot diebus fidelibus oculis conspexit in terris, conuersans, loquens, manducans & bibens, intrans & exiens, & familiariter uiuens cum ipso: Qui etiam suscepit spū sancto, oculis interioribus multo splendidius contemplabat quotidie maiestatem altissimam. Porro cum Iacobus interpretetur super plantans, felicissimus Iacobus sit sic uitia supplantauit, q[uod] enoncietur. Nam creditur nunc pec castæ mortaliter, nisi forte quis dicat aplo peccasse mortaliter, fugiendo a Ch[risto] tempore passionis, tunc quoq[ue] corrundo a fide, à qua tñ iste aplo non penitus corruisse uideat, quia (ut legit) vobis se non manducaturum, quoq[ue] filium hominis uideret resurrexisse à mortuis. Veritatem de excel-

Hiero[n]. lenta uite & sanctitate conuerterationis Iacobi huius. S. Hieronymus & Egesippus temporis aplo[r]rum uicinus, magna & mira scriperunt, ut quod ex matris sua uero fuit sanctus & dno conseruatus, uereq[ue] Nazareus, o[mn]ibus semper intentus, ac tanta reputationis in p[ro]prio, q[uod] uestem eius certatim tangere cupiebant, & sancta sanctorum ingredi à Iudeis permiscebant, ac alia quedam que nostis. Præterea q[uod] uerè & excellenter erat spū sapientiae adimpler[us], omni patientia & uirtute formatus, omni morali plenus doctrina, ac suauitate redundans interna, ex compendiosissima sua innotescit epistola, in qua quicquid ad monasticam spectat uitam, inuenimus descriptum. In qua licet omni uirtute nos imbuat, specialiter tñ ad lingue refrenationem, ad obseruationem silentij nos Iacobi 1. horat: Si quis, inquietus, putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seduces cor suum, huius uana est religio. Et quanta prauitas sit ip[s]a loquacitas, docet ibidem, dicendo: Lingua inquietum est malum, plenum veneno mortifero. Ex qua quāta lequantur peccata, pandit cum ait:

Iacobi 3. Uniuersitas iniquitatis lingua constituit in membris nostris, quæ maculat totum corpus n[ost]rum inflammatu[m] a gehenna. Audiuit namq[ue] a Ch[risto]: Ex uerbis tuis iustificaberis, & ex uerbis tuis condēneris. Insuper docet q[uod] vera & sancta religio sit, immaculatum se custodire à seculo, id est, non conseruari mundanis carnalibusq[ue] hominibus; quia amicitia huius mundi, inimica est deo, ita q[uod] quis cunq[ue] uoluerit amicus huius mundi esse, inimicus dei constituitur. Exhortas quoq[ue] nosad plurimas Iacobi 1. uerbi orationem, ad amaritudinis & contentionis extirpationem, fatebitur: Si zelum amazet habetis, & contentiones sunt inter uos, nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. Non est sapientia ista de celo descendens, sed terrena, animalis & diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus prauum. Aduertant hoc contentiosi, impatiētes, pungitui & muratores, & sciant q[uod] Paulus contentiones & emulations inter mortalia numerat uitia. Nec solum off. n[ost]ri est dei, sed & aspernabile coram hominibus. Propter quod Salomon ait:

Matt. 11. Honos est homini, quem separat se à dilectione & scandalizatiuum & nocuum est alijs ualde. Propter quod admonet Paulus: Noli uerbi contendere, ad nihil enim uile est, nisi ad subuersiōnem audientium. Ad patientiam demū nobis sumūmē necessariam, & ad longanimitatē nos admonēs: Iacob. 4.

Exemplum, inquit, accipite longanimitatis, laboris & patientiae prophetas. Itemq[ue]: Beatus vir qui suffert tentationem, qm cum probatus fuerit, accipiet coronam uitiae. Et denuo: Omne gaudium existimat fratres, cum in tentationes uarias inciderint. His igit[ur] atq[ue] consimilibus documentis b[ea]titudini, exercitati & reformati, aspireremus ad patriam, ad omnipotentis deliciosissimā uitisionem, cum

Ioh[ann]esi 14. sancto Philippo aplo Ch[risti] rogantes: Dñe, ostende nobis parrem. Parvum utiq[ue] lumen, patrem poteris gratiae, perennisq[ue] gloriae. Verum cum uisio fiat per assimilationem, nec discordantia apta sit

Matt. 5. unio, Ch[rist]us nobis in scripturis seu etiam inspiratione interna nobis protinus r[es]pondebit: Estote ergo perfecti, sicut & pater uester celestis perfectus est. Vnde per Moysem dixit: Perfectus & absq[ue] macula eris cum dño deo tuo. Non enī intrabit aliquid coquinatum ad intuendum faciem patris, cuius

Apo. 21. intuitio oīm angelorum extat spirituum summa glorificatio. Mundemus nos ergo ab omni in 2. Cor. 3. quinamento carnis & sp̄is, perficientes sanctificationem in timore dei. Non colligamus lignū, foenum & stipulam, sed venialia quae quotidie ex fragilitate humana incidimus, per quotidianā confessiōnem, cordiale contritionem, satisfactionem idoneam abluamus. Omnia enim in confessione lauantur, si confessio non ex arida, cōfuerudine aut superficiali obseruantia quotidie iteret, sed ex p[re]sententiali dolore, ex zelo iustitiae, ex propriæ conscientiæ peruigili examinatione. Cuius rei iudicium erit, si post confessionē perseveret compunctione, atq[ue] condigna adhibeat diligenter ad uitandum omne peccatum. Hinc sancti uiri qui perfectionis studium habuerūt, & deo in sanctitate ac iustitia deseruire iugiter optauerunt, in continua fuerunt proprij cordis custodia, in labore interno indefinienti, nec animū relaxabant, nec minuerunt seruorem, imo in arrepto proposito siebant quotidie

A quotidie seriosiores: & ubi erat maior peccandi excitatio sue occasio, ibi se diligenter custodebat. Horum ergo sequamur uestigia, & negligentias defleamus præteritorum dierum, in quibus uelut c[on]cini nunc parum forsan processimus, nunc mox retrocessimus, & erat cor nostrum quasi foccus pertusus, ex quo una hora dilabebat quod, ante infundebat. ¶ Præterea, prætracta sunt & alia multa exercitia sancta, quibus uenialia auferuntur, ut pote feruor diuinæ dilectionis, cuius flamma tollit peccata, sicut ex igne consumit stipula. Item frequens aspiratio mentis ad deum, quia impletū illud Psalm. Oculi mei semper ad dominum. Pudor quoq[ue] seu erubescencia de peccatis & fastidio 24. uitatibus uanitatibusq[ue] præteritis. Talis nang[ue] cōfusio gratiam adducit & gloriam. Infisteret etiam Ecclesiast. 4. orationibus ac laudibus dei, alijs cotidolere, iniuriante ignoroscere, errante conuertere, cunctisq[ue] opera supererogationis. Nec putandum, quod spiritualia misericordiae opera minus hoc faciat, quam opera misericordiae corporalia, ita magis id agunt, quam tamen de uno genere corporalium operum misericordiae dixerit Christus: Date eleemosynam, & omnia munda sunt uobis. Rursumq[ue] scripsi Luce 11. ptum sit: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. O quātum in brevi sensu Ecclesiast. 12. taret profectum, quantam animi libertatem, quam dulcem pectoris pacem, quam copiosam illuminationem, quam benignissimam spiritus sancti consolationem, quia ad tempus uirilis continua rerat strenue prosequeretur præfatum studium perfectionis, assiduumq[ue] exercitationis internæ labore, ac seriosissimum cordis sui custodiā, cor suum quātum possibile est, ad deum continuè aus saltem sapientissime elevans, quemadmodū dixit Propheta: Prouidebam dominum in conspectu Psal. 17. meo semper. Conuenerit ad istud o frates, & omni die renouemus in nobis tale propositum, quod & quotidie cum recenti diligentia prosequamur, & quotiescumq[ue] nos distrahi experimur, protinus reducamus cor nostrum ad diuinæ præsentiæ recordationem, & reprehendamus ac castigemus negligētiā euagationemq[ue] nostram, nec fatigemur in ipsis. Nunc quoq[ue] inuocemus sanctos apostolos istos, quatenus gratiam tantam nobis desuper impetrare dignētur. Ad laudem & gloriam omnipotentis.

¶ SERMO VI. Quod contemplari uolenti, necessaria est passionum refrenatio, & purgatio affectuum,

Annunciauerunt opera dei, & facta eius intellexerunt. Psal. lxiij. Dominus & saluator in sermone post cœnam inter cetera dixit gloriosis & præelectis apostolis, corius mundi rectorib[us] & magistris: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem uene Iohā, 16. rit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Et iterum: Paracletus spiritus sanctus, quem Iohā, 14. mittebat pater in nomine meo, ille docebit uos omnia, & suggeret uobis omnia, quæcunq[ue] dixerit uobis. Illuminat itaq[ue] & edocet à spiritu sancto apostoli benedicti, annunciauerunt toti mundo opera dei, mysteria Christi, mirabilia documenta ipsius & miraculosa opera eius, quemadmodum fuerat prophetatum in Psal. In omnem terram exituit sonus eorum. Per Isaiam quoq[ue]: Mirram ex Psal. 18. eis qui saluti fuerint, ad insulas longe, ad eos qui nō audierunt de me, in Aphricā & Lydiā, in Isaia 66. Graciā & Italiam. Quibus post resurrectionem suam prædictis Saluator: Eritis mihi testes in oī Aucto. 1. Iudea & Samaria, & usq[ue] ad ultimum terrā. Veritatem antecēdēt opera ista Ch[risti] (qui teste Ioh. ap[osto]l. 1. stolo in prima canonica sua, est uerus deus & uita æterna) alijs prædicauerunt, intellexerunt h[oc] ipsa opera seu facta ipsius, quibus dixit: Vobis datum est no[n]s mysterium regni dei. Intellexerunt Matt. 15. ergo, & intelligendo profundissime penetrauerunt facta & opera saluatoris, omnia si, quæ pro no[n]s Marc. 4. stra salute fecit ac pertulit, & assumpit, quæ & nos considerare debemus, ut gratias referamus, & Luce 8. accendamus ad uirtutis uiuendum. Vere enim mirabilia sunt testimonia apostolorum de Christo, ad quos speculationem indigemus illuminatione diuinā. Ideo cū Psalmista ore[bus] quilibet nostrū: Reuelat oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Vnde & Paulus pro suis oravit disci Psal. 118. pulis: Pater gloriæ det uobis spiritum sapientiae in agnitione eius illuminatos oculos cordis vestri, Ephes. 1. ut sciat q[uod] spes uocatiōis v[er]itatis. ¶ Deniq[ue], cū passiōes & uitia interiorē uisum aut obtenebrent aut debilitent à contemplatione eoz quæ fideli sunt, & à formata ac salutari consideratione mysteriorum ac operum dei, rectus ac necessarius ordo contemplandi requirit, ut uolentes contemplari salubria ac diuinā, & ea meritorie intueri, & absq[ue] periculo exerceri in mirabilibus dei, in primis affectus suos emundent, passiones refrenent, sensuum appetitum subiiciant rationi, ordinatā quoque in se habeant charitatem, quod totum ad uitam pertinet purgatiū. Porro affectus emundare, est oīm inordinatae affectionum obliquitatē abiectare, & nihil nisi in deo appetere: hoc est, omnia opera ac desideria sua sub ordine ponere diuini amoris, ita q[uod] nihil charitati contrarium aut impeditiū uim, ab ea agatur aut appetatur: immo nihil agamus aut affectemus, nisi sit ordinabile, necessarium, siue accommodū ad dei amore, atq[ue] honorē, ut sit in omnibus moderata, & ad rectum finē relata universa affectio & operatio nostra, quatenus iuxta Apostolū, siue manducamus, siue bibimus, siue aliud aliquid facimus, omnia ad dei gloriam operemur, nec in aliquo tali aliud queramus aut intendamus, nisi per ipsum in summi boni amore, & in diuinæ maiestatis ueneratione excrescere: 1. Cor. 10. M. iiiij. hoc est.

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO VI.

hoc est, non excedere in cibo, potu, somno, uestitu, habitaculo, utensilibus instrumentis, seu qui bus libet consimilibus rebus, imo solis necessarijs contentari, ut tota in deo adunet ac stabiliat affectio, curiosia atq; superflua devitare, ne in eis animus distrahat, affectio diuidat, mensq; uanitati & immoderata occupationi in se tribuat locum, ac nociva percutiat inertia, & resoluat a recollectione & quiete sua in deo, cum certum sentimenum humanam tanto firmius ac feruentius posse simplificari ac stabiliri in uno, quanto minus per plura diuiditur, & quanto minus per uaria ac potissimum per curiosa ac superflua occupat. Istud ergo est emundare affectus. At uero passiones refrenare, est uniuersos motus sensuibus partis ratione recte subiecte, id est, omnem iram atq; tristitiam, omnem timorem & delectationem, & cateras passiones, quae in appetitu concupiscibili irascibiliq; nascuntur, per recte rationis iudicium regulare, compescere, moderari, ut de nulla prosperitate, aut aduersitate, imo de nulla re sensibili occurrente moueamur inordinate, per iracundiam motum, impatiens uentum, tristitia aggrauationem seu delectationem resolutionem, neg per immoderatum timorem siue dolorem, neg per concupiscentie impetum aut abominationis impulsu, sed in omnibus istis perseveret mens nostra in deo stabilis ac tranquilla, ut nec prosperis extollat, aut inani laetitia resoluat, nec dejectatur aduersis, aut inordinate tristetur in illis, nec concupiscit quicquam nisi secundum deum. Et nisi hoc modo passiones animae reformatur, abducunt hominem semper a medio rationis in quo uirtus confusa, & incidit homo quotidie innumerabiles culpas, nunc irritationabilis ira scendo, & suam quasi iniuriam ulciscendo, aut animum suum inquietando etiam ex leuibus causis & repentinis ac improuisis eventibus, ita ut saepissime contra inanimata & irrationalia brutaliter commoueatur, ac prava proferat uerba seu maledicat: aut quod peius est, in diuino quoq; officio ex facili occasione iracundij agitetur, & pertubet seipsum ac alios, scandalizetq; plurimos. Impellente quoq; ira & impatiencia, insipiente, impetuose, ac derisibiliter se habeat in uisu, apparet & in moribus, in cantu aut alijs, quemadmodum Salomon ait: Impatiens operatur stultitiam: nec tam passionum suarum obscuratus fumo aduerreat, quoniam ira in finu stulti quiescit: nunc uero nec iram per zelum habendo, cum ramen de malo culpae, de propria iniuitate, de deliniuria debeat homo ex iustitiae zelo, ex praeuia rationis censura irasci, ut peccatum secundum iustitiae ordinem puniatur: nunc autem inaniter delestando, aut gloriando, nunc seculariter carnaliter ve tristando: nunc pusillanimitate metuendo, nunc incaute prasumendo, & immoderatam securitatem audaciam habendo: nunc aliqua sensualiter concupiscendo, nunc aliqua imprudente abominando. Quae omnia sunt imperfectionis, defectuositatis & calamitatis humanae, atq; instabilem reddunt mentem, idcirco necesse est hominem contra has passionum immoderantias & impetuositates per uirtutes morales armari, per discretionis lumine muniri, per recte rationis iudicium roborari, ut in cunctis sapienter & uirtuose se habeat, in aduersis habendo patientiam cetera tristitia, in iniurijs mansuetudinem contra iram, in periculis fortitudinem contra timorem, in delectabilibus gustis & tactis sobrietatem & continentiam contra gulam & carnalitatem, in prosperis & bonis honestis humilitatem contra superbiam, imo in cunctis dei timorem, ut deum ubiq; & semper pre oculis habens, omnia agat ac patiatur secundum scripturam doctrinam & euangelicam legem, in tantum, ut nec eos uereatur qui corpus occidunt, nec odiat aduersantes, nec uindicet semen ipsorum. Istud ergo est passiones animae refrenare, sensitivumq; appetitum rationis subiecte. Porro characterae ordinata in uoluntate, est deum super omnia in comparabiliter, propter suiplus.

Marc. 10. praecepit bonitatem diligere, deinde seipsum in deo, tertio proximos, quarto proprium corpus, Marc. 22. quod loco & tempore opportuno exponendum est morti pro salute & gratia proximi, prorsertim Luce 1. pro deo, pro fide, pro defensione iustitiae. Postremo, homine taliter in suis affectibus ac passionibus reformato & expurgato, voluntate quoq; per charitatem sic ordinata, iam deo dono sapientiae intellectus copiose impellebit, rationem illuminabit fidei argumentis, & scientiam salutarem multiplicabit in anima. Quibus in nobis peractis, erimus cum beatissimis istis apostolis Philippo & Iacobō apti ad uitam sublimiter contemplatiuam, ad annunciatum seu recolendum opera dei, & intelligemus atq; sincere speculabimur mysteria Christi, sacramenta sapientiae Christianae, dogmata scripturarum, qualiter deus ab initio condidit hominem ad beatitudinem supernaturalem, uidelicet superius beatificam uisionem, plenam fruptionem, perpetuam possessionem: & qualiter homo protoplastus sua transgressione seipsum ac suam posteritatem paradise priuavit, calamitatibus multis inuoluit, ac damnationi fecit obnoxios. Deinde qualiter superadoranda ac super beatissima trinitas suo supersapientiali consilio misericordissimis decreto disposuit generi subiectu humano, & illud per uerbi eternam incarnationem ac passionem redimere & saluare. Et qualiter incarnatus & ex uirgine natus, circuncisus, adoratus a Magis ac pastoriibus, presentatus in templo, demoratus in Aegypto, baptizatus, in eremo conuersatus, a spiritu maligno tentatus est. Deinceps quomodo filius dei homo factus conuersatus est, praedicauit & infinita miracula operatus est inter homines, qua & quanta ab eis sustinuit, quomodo crucifixus certa die surrexit, discipulis suis apparuit, coram eis ascendit in celum, & paulo post misit eis spiritum sanctum, sicut per eos tocum

DE INVENTIONE S. CRVCIS.

Fol. CCIX.

A totum conuertit mundum, idolatriam dissipauit, atq; ad tam incomprehensibilem fidem, tam arduam legem conuertit orbem terrarum sine armorum uiolentia, absq; humana potestitia, absq; philosophica subtilitate, & sine omni magica arte, quae Christianis maxime prohibetur. Haec & consimilia in scripturis contenta, contemplari, intelligere, rememorare, & tempore opportuno alijs feruenter nunciare debemus, ut considerando quam magnifice, quam pie ac mirabiliter deus egit nobiscum, quae, quanta & qualia unigenitus dei assumpit, operatus est, & tulit pro nobis simus altissimo grati, & pro nostra salute semper solliciti, agiles ac feruetes, alios quoq; hortemur ad idem: scilicet de salubribus rebus, non de uanis & inutilibus, sicut nostra colloquia. Ad laudem & gloriam omnipotentis dei.

In festo Inventionis sancte crucis.

TENARRATIO Epistolæ Confido in uobis in domino.

Ad Galatas quinto & sexto.



N præsenti epistola de gloria crucis Christi fit mentio, ideo legitur in praesentis festi Missali officio. Itaq; Galatis ait Apostolus: [Confido in uobis] Galat. 5 id est, de uobis o Galatæ [in domino], id est, secundum uoluntatem dei, & ex consideratione pietatis & gratiae suæ, [quod nihil aliud sapientis] de obseruatione & cessatione legalium, nisi quod docui uos. Erant autem Galatæ primo ab Apostolo bene instructi, postmodum eo absente a pseido apostolis seducti, ita q; afficiabant circumcisionem esse in lege euangelica obseruandam. Et huius erroris falsitatem ostendit Apostolus in

B præsenti epistola, afferens se sperare, q; Galatæ isti suæ acquirescerent informationi, quemadmodum & fecerunt. [Qui autem conturbat uos,] qui quietem cordis uestræ quæ in recta fide & iesu ge euangelica habuistis, impediendo, uosq; ad errores prædicationi meæ contrarios inducendo, [portabit iudicium] reprobationis, hoc est, peccatum sustinebit condignam, quoniam deus tantum flagitium non relinquit in ultum, [quicunque sit ille] quoniam nullius malum deus deserit impunitum, iuxta illud lob: Deus in ultum abire non patitur, [Ego autem fratres si circa circumcisionem adhuc prædicto] obseruandum, ut mihi a pseudo imponitur. Qui ut facilius deciperunt Galatas, dixerunt eis, q; Paulus apud alios doceret circumcisionem esse seruandam. [qd adhuc persecutionem patior] id est, cur a Iudeis in festinatione sustineo. Quasi dicte: Si circa circumcisionem adhuc prædicarem, cessarent Iudei me persequi, qui idcirco me persequuntur, quoniam doceo circumcisionem cessare Euangeliu diuulgato. Ergo, id est, si prædicto circumcisionem esse seruandam, [euacuum est scandalum crucis.] id est, ablata est passiva scandalizatio Iudeorum, qui offenduntur & scandalizantur in hoc, q; doceo hominem perfidem & baptismum Christi posse saluari. [Vt in am & abscondantur,] id est, a uobis cæterisq; fi delibus remouentur, imo & esse desistant quantum ad culpam, [qui uos conturbant,] id est, Galat. 6: pseudo apostoli qui mendose uos in struunt. [Quicunque enim uolunt placere in carne,] id est, qui in circumcisione carnis præputij uestræ & carnalibus obseruantib; legis Moysi cupiunt si bipis & alijs Iudeis incredulis inaniter complacere, [hi cogunt]. i. importune persuadent, [uos circumcidunt, tantum ut persequitionem crucis Christi non patientur,] id est, præsertim ob hoc, ut ab induratis Iudeis non sustineant persequitionem pro recta fide passionis crucis Christi, per cuius passionem saluamur absq; obseruantia circumcisionis. Obstinati namque Iudei persequebantur eos, qui circumcisionis atq; legalium cessationem docebant. [Nesciunt enim qui circumciduntur] carnaliter, [legem] Moysi custodiunt spiritualiter, sed in alijs multis violant eam, & contra intentionem dei ac Moysi agunt quia intentione dei ac Moysi sunt, ut Christi Euangeliu diuulgato ac coruscante, & lege Christi propalata, cessarent circumcisione cæterisq; legalisit [sed uoluntuos circumcisioni, ut in carne uestra] id est, de uestra carnali circumcisione [gloriantur] inaniter, quasi uoluntatis sua effectum consequuti in uobis. [Misericordia autem abicit gloriaris, nisi in cruce domini mei Iesu Christi, i. in contemplatione filii dei propter me crucifixi, & in consideratione beneficiorum ipsius, uidelicet passionis suæ, & omnium quæ pro mea assumpit, fecit pertulitq; salute. Veruntamen p; hoc nō excluditur gloriatione in contemplatione diuinitatis patris & filii ac spiritus sancti, quoniam gloriatione crucis seu Christi ut crucifixi & beneficiorum eius, ordinatur ad contemplationem & gloriationem deitatis super gloriosissimam trinitatis, tanquam ad finem: scilicet una intelligi datur in alia. [per quem] i. per cuius charitatem & gratiam, passionem & imitationem, [mihi mundus crucifixus est,] hoc est, ea que mundi sunt, urpote carnales deliciae, mundanae diuitiae, seculares honores, homines quoq; mundani & uani (secundum quod tales sunt) me non delectant nec sapient mihi, sed moesta sunt mihi ac mortua, [& ego mundo] crucifixus ac mortuus sum, ita q; mundanus hoībus non

non complaceo, sed gravis & tardiosus sum, nec huic seculo uiuo neq; communico, eo quod in Christo sit tota affectio, occupatio, ac gloriatio mea, quod mundanis carnalibusq; hominibus penale est & amarum.

SER M O primus circa epistolam: Quomodo gaudendum dolendumve sit de Christi passione, & quomodo eadem liber exemplar; sit perfectis obris atq; omnium uirtutum.

MIHI absit gloriari nisi in cruce domini mei Iesu Christi. Ad Galatas sexto. In his uerbis docet Apóstolus, in quo debeat esse gloriatio Christiani, quia in cruce Christi. Sed misericordia uidetur, quod in cruce Christi debeamus gloriari, cum ad piū pertineat Christianum; Christo propter se passo intime compati, & ex compassionē in fletum resolui, quemadmodum legitur de sancto Francisco, quod frequenter eundo per viam ex meditatione passionis Christi tanta affiebatur compassionē, & tanto affligebatur pio dolore, quod erupit in fletum cum eiulatu & quodam clamore. Dicendum, quod de Christi passione & in ea debemus gloriarī, & compassionē habere ac fletum, secundum considerationes diueras. Debemus ergo in Christi passione & cruce gaudere multiplici consideratione. Primo, inquantu Christus per suā acerbissimā passionem deū patrem maxime honorauit, obediendo ei usq; ad mortē, & mortē tam amarissimā atq; turpissimā. Propter quod ait Apostolus: Humiliauit semet ipsum, factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Secundo, inquantu Christus per suā passionem maxime auxit honorem, cultum, & gloriam dei, & hoc duplicitate. Primo, quia per suā passionem promeruit generi humano gratiam conuersiois atq; salutis, ita q; propter meritum passionis Christi data est, & datur ubiq; innumerabilibus hominibus gratia magna ac multa, per quam seruiunt deo, eum coientes ac adorantes. Vnde ait Iohā. 12. SALVATOR: Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Et apud Isaiae de ipso prædictum est: Si posuerit pro peccato animā suā, uidebit semen longeū, & uoluntas domini in manu eius dirigitur. Vbi per semen longeū, intelliguntur fideles regenerati Isaiae 61. in Christo uirtute & merito sua saluifica passionis. De quibus iterum loquitur Isaiae: Ipsi sunt semen cui benedixit dominus. Secundo, quia fideles per passionē filij dei se esse saluatoris intelligentes, summe regratiantur deo patri, qui pro eorum salute unigenitum filium suum tantu uoluit operari ac tolerare, & ipsum honorant, colunt, adorant. Hinc loquitur Paulus ad Romanos octauo: Proprio filio suo non pepercit, sed p oib; nobis tradidit illum. Et Isaiae ait: Dominus posuit in eo iniquitatem oīm nostrum, & ipse uulneratus est propter iniquitates nostras, atritus est propter scelera nostra. Tertio, in Christi passione & cruce gloriari debemus, inquantu ipse per suā passionem genus redemit humanum, prout deus pater de cœruit illud esse saluandum. Nam ut princeps apostolorum testatur, non corruptibilibus aureo uel argento redempti sumus, sed precioso sanguine agni immaculati Iesu Christi, qui loquitur: Animam meam ponō pro oib; meis. Vnde in Apocalypsi capite primo habetur: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Hinc sanctissimi illi primi Christi deiles dixisse scribuntur: Domine, cōuenient aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem unxiisti, Pontius Pilatus & Herodes cum gentibus & populis Israel, facere quæ manus tua & consilium tuum decreuerunt fieri. Quarto, inquantum per Christi passionem angelica uirina est reparata. Non enim poterat sancti antiqui cœlestis patria ianuam ingredi, quousq; per Christi passionem fuerunt ab originali peccati reatu absoluti. Quinto, inquantum Christus per suā passionem promeruit sibi meti p; accidentale p;remium, uidelicit iudicariam poteſtatem, corporis glorificationem, super cœlos exaltationem. Hinc cum dixisset Apostolus Ius, Factus est obediens usq; ad mortem, mox addidit: Propter quod & deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum. Præterea, Christo propter nos passo condolere debemus, & in suā passionis meditatione pijs doloribus affici & in fletum resolui. Primo, inquantum passio illa fuit Christi tenerime ac nobilissime complexionati, uehementissime afflictiva. Vnde & ipse passio instantē eam imaginando ineffabiliter expauit, & tristabatur ac tædauit, ita quod sudor eius factus est sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Illum tamen paurorem atque merorem sponte ac potestatiue & rationabilibus causis assumpit. Secundo, sic condolere & affligi debemus, inquantum Christus innocentissimus fuit, & absq; sua culpa, imo pro nostris peccatis tanta sustinuit, sicut ait in Psalmo: Quæ non rapui, tunc exoluesbam. Tertio, inquantum passio & occisio Christi ex parte occidentium fuit summum & incomparabile scelus, dei patris maxime offenditum, in tantum, q; Christo in cruce pendente tota mundi machina turbabatur, & quasi in antiquum chaos redditura mox omnia uidebatur. Nam

A Nam obscuratus est sol, mota est terra, scissæ sunt petrae, monumēta quoq; aperta sunt, & mortui multi sunt suscitati. Itaq; propter quinq; rationes p; fatas, in meditatione passionis & crucis Christi gloriemur in domino, & gratias maximas referamus Christo ac patiū æternō. Ob tres etiam rationes predictas, in Christi passione compassionem & piam habeamus afflictionē, quod tam innocentissimus atq; dulcissimus agnus, à tam crudelissimus ac sceleratissimus canis bus, pro nobis peccatoribus uillissimus, tam ignominiosissimam ac amarissimā sustinuit mortem. Præterea id sciendum, q; passio Christi liber est, exemplar & documentum cunctarū uirtutum atq; totius perfectionis. In passione etenim Christi perpendere possumus profundiissimam eius humilitatem, eo q; ipse unigenitus dei, rex regum & altissimus omnium, tantas irsiones, conculationes, blasphemias, aspernationes, sponte pati dignatus est: q; inter latrones suspendi, & cum sceleratis dignatus est reputari, q; tanq; ouis ad occisionē deductus est, & uelut agnus coram tondēte se obmutuūtric; coram principibus sacerdotum, coram Pila Iohā. 18. to & Herode tam silenter & humiliē stetit. Porro, quoniam omnia ista & alia multa patientissime tulit absq; inordinata tristitia, absq; indignatione & murmuratione, imo prouipissimo ac tranquillissimo corde, idcirco in Christi passione addiscimus summan patientiam & mansuetudinem maximam. In quibus eum imitaritemur, nec aliter digne Christiani uocamus. Hinc sacratissimus ait princeps apostolorum: Christus passus est pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Qui cum malediceretur, non maledicebat in pateretur, non comminabatur. Insuper in Christi passione addiscimus fortitudinem animi constantissimam. Fortitudo namq; est uirtus, per quam homo circa pericula mortis se strenue habet. Quoniam ergo Christus innocentissimam ac acerbissimam illā mortem tam constantissimo, promptissimo, & penitus imperterritu pertulit animo, constat q; summa animi fortitudo tempore passionis fuit in ipso. Nam quāuis ad modicā horā partem tristis fuit ac timens, hoc tamen non fuit ex animi infirmitate aut imperfectione, sed ex potestate & p;issima dispensatione. Amplius, in Christi passione perpendimus perfectissimam charitatem dei & proximi, qm ex charitate sua ad deum patrem, cuius desiderauit honorem, & ex charitate sua ad nos, quorum concupiuit salutem, omnia illa sustinuit. Propter qd dixit: Maiorē hac dilectionem nemo habet; q; ur animam suā ponat quis pro amicis suis. Itaq; totam Christi passionem quotidie tam intente, tam affectuose & compassue recognoscimus, ac si præsentias liter Christum pati intueremur. Inspiciamus quomodo coepit contristari, pauere, tædere, discessus. Tristis est anima mea usq; ad mortem. Et quod factus in agonia, orauit plixius, factusq; est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Qualiter demum propter nos captus est, ligatus, distractus, alapis cœsus, consputus, flagellatus, spinis coronatus, arundine cœsus, ad mortem crucem baülans ductus, clavis confixus, inter latrones suspensus, cum imp̄is reputatus, acero & felle poratus, suæ dilectissimæ matri compassus, diurna atq; dirissima morte reperemptus. Præterea cogitemus, quis, qualis & quātus est Christus, qui ista tolerauit pro nobis, & ex quām feruida charitate, & propter quam causam, uidelicit ut ab æterna nos das inmatione erueret, atq; ad sempiternā reduceret felicitatem, & in præsenti uita nos delice. Si ergo Christi passionem quotidie taliter contempleremur, certissime sentiemus & uerum experiemur, quod non est aliud tam aptum medium, tam efficax exercitium ad proficendum in omni uirtute, ad præualendum in omni tentatione, ad expellendum phantasias molestas, apprehensiones phantasticas, timores nocturnos, atq; ad extirpandum omne peccatum, ut est meditatio talis dominicæ passionis. Idcirco eam sic inspicientes, omni seculari affectio ni, omni carnali desiderio morfamur, omni uanitati & prauitati negemus cōfensum, & Christo grati esse conemur, eius ascendam uam amore, in eius feruamus obsequio, ipsu in quotidie Christi formiter imitemur. Hinc gloriōsus & illuminatissimus Augustinus deuotissime loquitur, & affectuissime exhortatur: Inspice uulnra pendens, sanguinem morientis, precium redimentis, cicatrices refurgentis. Caput habet inclinatum ad osculum, cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexandum, totum corpus expositum ad redimendum. Hæc quanta sint cogitare, hæc in statere cordis uestri appendite, ut totus uobis figatur in corde, qui totus pro uobis fuit fixus in cruce, qui cum patre & spiritu sancto uiuit &c.

Q Voniā euangelium istud de Christi passione efficit mentionem, merito in festo Inventionis sanctæ crucis, in qua passus est dominus, legitur. Porro euangelium istud sumptu est ex uerbis quæ Christus in die Palmarum dixit ad turbas, quæ ipsum processionaliter ac honorifice suscepserū & introduxerunt Ierusalē. Itaq; Iohānes ait: Dixit Iesus ad turbas & ad discipulos suos: Nūc iudicū est mundi. Itaq; intelligēdū ē de iudicio discretiōis, hoc

Mat. 17.
Mar. 15.
Galat. 6.

Apoc. 19.
Luc. 22.
Iaiae 53.

1. Petri 2.3

Mat. 25.

Mat. 14.

Luc. 22.

Ioh. 18.

Mat. 26.

Ioh. 19.

Marci. 15.

Luca 23.

Sapien. 3.

August.

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EVANG.

hoc est, de ipsa discretione seu diuisione inter electos ac reprobos, ut sit sensus: Nunc uidelicet tempore euangelice legis, atq; ex tempore quo haec loquor, iudicium, i. iudicialis discretio, est mundi, i. inter homines fit, ita q; quidam ubiq; misericorditer uocantur ad fidem, & finaliter perducuntur ad salutem, puta praedestinationis: alij iuste deferuntur ac pereunt, ut praesciti seu res probi. Hac inter homines discretio specialiter fieri ccepit Christo inter eos conuersante ac p̄dante, deinde post eius ascensionem & sancti spiritus missionem, prae dicantibus sanctis apostolis, qn̄ multi Iudei, deinde innumerabilia millia Gentium ubiq; terkarum cōuersa sunt, multa q̄q; relicta, per qd innotescit, q̄ mirabiliter deus omnipotens, sanctus ac sapiens, inter electos reprobosq; discernat. [Nūc princeps huius mūdi]. i. diabolus qui dicitur princeps mūdi, i. ho minum mūdanorum sibi deferuentium, qui eius membra & serui sunt, quia ut dicit Petrus, à quo quis supererit est, huius & seruus est. Ipsi autem à dæmonibus & peccatis sunt vici, & op̄ primuntur iugo diaboli ac seruitur peccati, quis mente cōtenebrati nō cernant, nec sentiant hoc. [Ieiñctetur foras], i. de electorum cordibus expellentur, qui ad deum cōuersi, facti sunt tem plūm spiritus sancti, qui paulo ante fuerūt habitaculum diaboli. Quod factum est per predicationem apostolorum & aliorum Christi discipulorum uirtute & merito passionis Christi, per illustrationem & operationem p̄fissimam spiritus sancti, qn̄ ccepit impleri qd de Christo fuit prædictum in Psalmorū Reminiscentiū & cōtentur ad dominum universitatem terræ. Atq; in Genesim semine tuo bñdicentur omnes familiæ terra. Porro qd ait Saluator, Nūc princeps huius mūdi ej; cietur foras, nō est sic accipiedum, quasi ante à principio mūdi electus nō fuerit à poenitentium cordibus, sed qd ante factum est in paucis, post Christi aduentum factum est in innumerabilibus millibus. Propter qd tempus Christi & euāgelicæ legis, dicitur tempus gratiæ. [Et ego si exaltatus fuero à terra], i. in cruce leuatus, [omnia traham ad meipsum]. i. pro toto genere humano satisfaciā per meam passionem, & uniuersos, quātum in me est, libera bo, atq; de omni genere hominum quosdam per fidem & gratiam mihi charitatue, nō uiolēter, atq; de omni genere hominum quosdam per fidem & gratiam mihi charitatue, nō uiolēter, ut impleatur qd Psalmista prædictus de me: Benedicetur in ipso omnes tribus ter Dani. 7. rā. Et qd Daniel ait: Omnes populi, tribus & lingue seruerit ei. Porro qd ait, Si exaltatus fuero, nō dubitatiue, sed assertive prolatum est, sicut & illud Job: Si putauit aurū robur meum. [Quia] super euangelista exponit uerbum inductum. [Hoc autem] uidelicet, si exaltatus fuero, [dicebat, significās qua morte esset moriturus,] ut pote quod si suspendēdus esset in ligno, iuxta illud Ieremias: Super me cogitauerūt cōsilia, dices: Venite, mittamus lignum in panem eius, & eras damus eum de terra uiuētum. [Responde]t ei turbæ: Nos audiūmus ex lege]. i. ex scripturis ueteris testamēti, sumitur enīlex modo pro libris Moysi ac prophetarum, [Quia Christus manet in æternū]. i. immortaliter subsistit, atq; perpetuo perseverat, sicq; Iudei isti aliquid cognosserūt de Christi æternitate, quia de ea in Daniele scriptū est: Potestas eius potestas æterna quæ Psa. 109. nō auferetur, & regnum eius quod nō corruptetur. Et in Psalmot: Tu es sacerdos in æternū. Psa. 17. Itemq; Ante solem permanet nomen eius. Isaías quoq; Multiplicabitur eius imperium, & pacis nō erit finis. [Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis?], i. me Christū in cruce leuari ac mori: [Quis est iste filius hominis?], quasi dicitur: Si tu es Christus, non erigeris in ligno, sed in æternū manebis. Quis ergo est iste filius hominis, quem afferis exaltādum per quem tñ, ut apparet, te ipsum designas, sicq; uerba tua sibi inuicem cōtraria sunt. Ecce quata horum extitit cæcitas Iudeorum, qui probare uolebāt ideo Iesum nō esse Christum, qn̄ dixit Dani. 9. se occidendum, cum tñ de ipso à Daniele prædictum sit: Post hebdomadas sexagintaduas occiderunt Christus. Apud Isaiam quoq; ipse uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter sclera nostra. [Præterea mors Christi & eius æternitas simul stant. Primo, q; æternitas competit ei ex deitate, mors ex humanitate. Secundo, quoniam licet ad horam occisus sit, protinus tamen ad immortalem surrexit uitam. [Dixit ergo eis Iesust: Adhuc modicū lumen in uobis est,] hoc est, aliquātulam de Chfo habetis notitiam, quis permīnimā. Am bulate,] hoc est, de imperfecta ista notitia ad perfectiorem Chri cognitionem procedite, & totum intelligite, s. Chfūm pasturum & in æternū uiuetum, dum lucem habetis,] hoc ē, quādo me splendorem lucis æternæ sapientiam dei præsentis conspicitis, qui uos instruere sum paratus, [ut non tenebræ uos cōprehendant], i. ne in uesta perfida, culpa & ignorantia pererasit. [Et qui ambulat in tenebris], i. in peccatis & ignorantib; uiuit, [nescit quo uadat], i. excedens est mente, nec pericula sua attendit, nec iudicat bene, sed falsa & mala præfert bonis & ueris. Hinc in Proverbiis dicitur: Via stulti recta in oculis eius. Et iterum: Via impiorum Pro. 12. tenebrosa, nesciunt ubi corrunt. [Dum lucem,] id est, me Christum [habetis] præsentem, [credite in lucem], i. in me unigenitum dei, [ut filii lucis,] hoc est, filii mei adoptiui, ac filii gratia [sitis.]

Sermo

DE INVENTIONE S. CRVCIS.

Fol. cxi.

A SERMO secundus circa Euangelium. De causa, fructu, efficacia & merito passio nis Christi, & quomodo debeamus ei conformari.

Tunc apparebit signū filij hominis in cælo. Haec sunt uerba Christi Matth. xxiiij, quæ exponuntur ad literam de apparitione signi filij hominis, id est, crucis Christi in ære in die extremi iudicij, in quo (teste Chrysostomo) crux Christi sole erit splendidior. Nihilominus Chrysostomus uerba haec cōuenientissime exponuntur de sancta crucis inuentione tempore Constantini imperatoris, quo tempore crux ipsa in cælo apparuit, id est, in militante ecclesia, quæ in euāglio frequenter regnum calorum uocatur. [Circa hoc festum primo est recitandum, qualiter inventa fuit crux sancta, & quanvis de hoc diversa hincinde legantur, tamē quod referam, probabilius puto, Itaq; sicut in Legēda beati Sylvestri Papæ narratur, dum Papa ille sanctissimus Constantinus conuertisset imperatorem, mater imperatoris eiusdem cum centum quadriginta uno doctissimis ludæorum, ab eodem B. Sylvestro ad fidem conuersa est Christianam, & ualde uirtuosa ac feruens effecta est, Christianam religionem toto posse extollēs & augēs, ecclesiæ undiq; conſtruens, & beatorum martyrum colligens ac honorans reliquias. Insuper Christi ardens amore, lignum crucis suæ cum maxima diligentia requisivit, atq; (ut legitur) à Iudeis extorsit, ut locum sibi ostenderent, quo esset crux Christi defossa. Fodientes autē, inuenierunt tres cruces: unam Christi, alias duas latronum, qui cum eo fuerant crucifixi, quas portauerunt ad sanctam Helenam reginam, prefati imperatoris matrem, posueruntq; cruces has in medio ciuitatis Ierusalem, dominum exorantes, ut demonstraret, quæ fuisse crux Salvatoris. Cumq; circa horam nonam quidam iuuenis defunctus efficeretur, posuerit primam & secundam crux super corpus defuncti, sed ille nequaquam surrexit, sed tertia cruce super eum posita, surrexit continue. Quo uiso, cognoverunt quod illa esset crux Christi. [Præterea in Ecclesiasticis historijs legitur, quod quadam muliere primaria ciuitatis Ierusalem semiuia iacente, Macarius Hierosolymitanus episcopus crucem Christi super eam cum posuisset, illa protinus esset curata. Eodem quoq; tempore inuenti sunt clavi Christi. Helena autem partē crucis Christi in Ierusalem dereliquit, partē filio suo imperatori portauit. [Circa hanc sacram solennitatem multa considerare debemus. Primo, cur filius Dei pro mūdi salute sustinuit crucis patibulum. Secundo, quomodo per Christi passionem liberatum est genus humanū. Tercio, qualiter Christum cruciforiter debeamus sectari. Quarto, de efficacia passionis Christi, & magnitudine meriti eius. [De primo sciendum, quod Deus omnipotens, iustus & sapiens, condidit primum hominem in originali iustitia, quæ fuit uirtus infusa, per quam in Adam cor pus fuit subiectum animæ eius, sensualitas rationi, & ratio Deo. Haec autem iustitia sic fuit primo nostro parenti collata, q; si ipse Dei præceptum non uiolasset, transfusa fuisse ista iustitia in posteros eius. Sed quoniam Dei præceptum transgressus est, tam ipse q; postreri eius iusto Dei iudicio priuati sunt prædicta originali iustitia. Et sicut caprati fuerunt, ita ob eius carentiam cælesti beatitudine fuerant destituti, nec eam poterant ingredi, quousq; pro reatu originalis peccati extitit satis factum per dominum Iesum Christum. Siquidem per originalem culpā genitus humanus fuit cuidam iugo diaboli & seruituti peccati subiectum, quia diabolus primū hominem superando, hoc est, ad diuini transgressionem præcepti trahendo, tam illum quām posteros eius cuidam suo subiugauit dominio, atq; tyrannicum quoddam ius sibi uēdicauit in eis, idcirco genus humanum liberatore indigit, qui illud à iugo diaboli, à seruitute peccati, à damnatione inferni eriperet. Hic autem liberator, salvator, ac mediator Dei & hominum, est dominus noster Iesus Christus filius Dei, de cuius aduentu sancti patriarchæ atq; prophetae à principio mundi sunt prælocuti, quemadmodum Zacharias testitus est: Benedictus dominus Deus Israel, q; uisitauit & fecit redemptiōem plebis suæ. Sicut loquutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt, prophetæ eius. Porro iste est error Iudeorum, Christum nō dūm uenisse creditū, q; putant regem Messiam, uidelicet Christum, idcirco uenturæ, ut liberet eos de captiuitate ista temporali humana, quæ sub Romano imperio à tempore Vespasiani & Titii fuerūt captivi, cum tamē sancti prophetæ aptissime pdixisse legātur, q; in Christi aduentu ludi dei essent excæandi & relinquenti, Gentiles uero illuminiāt atq; saluandi. [Circa secundum est agnoscēdum, q; quanvis passio Christi ex parte inferiū eam, uidelicet Iudeorum occidentiū Christū, fuerit crudelissima, & Dei patris uehemētissime offensiva, quia ex summō rancore, iniustitia & ferocitate processit, & Christus omnino innocētissimus fuit, imo & p̄stanzissimus, & inquantū Deus, in cōparabilis dignitatib; propter quod ipsum, utpote Dei unigenitum, Deū uerū & hominē, ita tractare taliter q; occidere, fuit enormissimū scelus nihilominus. passio Christi ex parte patiētis, uidelicet Christi, fuit p̄fissima, uirtuosissima, & Dei patris inefabilis placatiua ac honoratiua, inquantū Christus ex p̄fectissima charitate & plenissimā obediētia]

N

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO III.

entia, misericordissima quoq[ue] pietate eam acceptauit ac patetissime pertulit, eamq[ue] ad Dei patris honorem & hominū ordinavit salutē. Et ita passio Christi satisfactoria fuit pro reatu originalis peccati, imo omnis culpæ, quantum est ex parte ipsius, & meritoria fuit hominibus gratiae in presenti, & gloria in futuro. Sed necesse est, ut meritum Christi applicetur hoībus tempore noui testamenti per sacramēta ecclesiā in re, aut saltem in uoto, si desit facultas ea realiter obseruendi. Hinc de Christo Isaías praecepit: Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Disciplina pacis non fratre super eum, i. correctio pro peccatis generis humani, per quā Deo reconciliati sumus, Christo inficta est. Vnde Chrs in Psalmo loquitur patri: Quem tu percussisti, persequuntur sibi me. Et per Isaiah loquitur pater de Christo: Propter scelus populi tui percussi eum. Sed & princeps apostolorū in prima sua epistola protestatur de Christo: Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, cuius lumen sanat sumus. Circum tertium aduertendum, quod ipsem Christus in euāgelio loquitur: Qui uult uenire post me, ab nego semetipsum, & tollat crucem suam quotidie, & sequatur me. Istud enim secundum unā expositionem ad omnem pertinet Christianum, quia & Iohannes ait apostolus: Qui se dicit in Christo manere, debet sicut illa ambulauit, & ipse ambulare. Paulus quoque apostolus hoc ipsum clarius exprimēs, dicit: Qui autem sunt Christi, carnem suā crucifixerūt cum uitioī & concupiscentiis. Omnis itaq[ue] Christifidelis tenetur abnegare seipsum, i. propriam uoluntatem diuinā subiūcere uolitati, obediendo preceptis Dei & uicariorū eius, uidelicet prælatorū, & crucem suam portare, i. per arctam uitam salutis incedere, poenitentiale uitam ducere, concupiscentias refrenare, sicut & subiūcipi uiolentiā inferre salubrem. Nam (Christo testante) regnum celorum uim patitur, & uiolentiā rapiunt illud, atq[ue] Christum sic sequi in humilitate, pietate, iustitia, charitate, ceterisq[ue] uirtutibus. Prop̄p̄ quod ait Apostolus: Ambulate in dilectione, sicut & Chrs dilexit nos. Itaq[ue] his modis Chrm sequamur, qm ipse testatur: Si quis mihi ministrat, me sequitur. Et rursus: Discite, inquit, à me, quia mitis sum & humiliis corde. Et iterē ait: Arcta est uia idoneitas promerēdi ac satisfaciēti, competebat ei ex diuinitate sua humanitati unita, ex q[uod] Deitate fuit quodāmodo infinita idoneitas & efficacia ad p[ro]mes- rendū ac satisfaciēdū, & etiā quoniam charitate, obediētia, pietate, ceterisq[ue] uirtutibus anima eius pfectissime fuit impleta. Hinc meritum Christi & efficacia sua passionis seu satisfactiōis, sunt q[uod]ammodo infinita. Vnde merito Christi dātur hoībus charismata gratiarū a Deo & in dulgentia in baptismo, multiplex quoq[ue] gratiosum subfidiū in alijs sacramēta. Hinc itaq[ue] incessibiles ac p[er]cordialissimas gratias Deo patri & unicō filio ac spiritu sancto dicamus ac immolemus, reuerenter deseruianus, & usq[ue] in finem subditū perseueremus.

S E R M O III. Quot gradus sint innocentiae, q̄lis necessaria sit ad salutē unde etiam cōstet innocentia salutaris, cum exhortatione admodū pia.

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Ioh.1. In his uerbis beatissimus Christus parsuit S. Iohannes Baptista, dominum nostrum Iesum commendat: Primo à sua innocentia, cū ait: Ecce agnus Dei. Secundo, à sua subuentionis efficacia, dum subiungit: Ecce qui tollit peccata mundi, Christus itaq; uere & summe innocens fuit, quoniam nulli unquam peccato erat obnoxius, nec sibi nec alijs nocuit per peccatum. Innocentia namq; est mentis integritas absq; peccato, & certumq; Christus in quantum Deus, peccare non potuit. Humanitas quoq; ipsius ab incarnationis exordio fuit confirmata in bono, & hypostaticē iuncta uerbo aeterno, imo & anima eius Deo beatifice fruebatur à primo momēto fuē creationis: idcirco Chrs nequaq; quiuit peccare. **¶** Insuper multis sunt gradus innocentiae, imo nullus potest saluari, nisi aliquo modo sit innocens, cum dicat Propheta: Quis ascender in monte domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Et rursum: Innocens manibus & mundo corde. S. quoq; Hieronymus ait: Sicut parvus Ius nō perseverat in iracundia, Iesus non meminit, uidens pulchram mulierem non delectatur, non aliud cogitat & aliud loquitur sic & uos nisi talem habueritis innocentiam & puritatem, regnum caloq; non poteritis introire. Itaq; primus innocentiae gradus, est integritas cordis, siue immunitas ab omni culpa tam originali q̄ personali, tam ueniali q̄ mortali: & sic innocens exitit Christus. Secundus innocentiae gradus, est integritas cordis, & immunitas ab omni peccato actuali seu personali, tam mortali q̄ ueniali quem gradum ascripserunt magni & san-

DE INVENTIONE S. CRVCIS.

Acti doctores uirginis gloriose. Tertius gradus est, immunitas ab omni culpa mortalitati qui gradus cōpetit sanctificatis in utero matris, quemadmodū iohanni Baptista ac Ieremias prophete, qui tamen uenialiter peccasse noscuntur. Quartus gradus, est integritas sue immunitas ab omni culpa mortalitati ac ueniali ad aliquantulum tempus, sicut baptizati, atq; (ut creditur) in religione profesi, statim post baptismum & professionē innocentiae consistit, quia in ipso baptismo ac professione purgantur ab omni mortalitati ac ueniali. Quintus gradus, est immunitas ab omni peccato mortalitati præterito & presenti; & iste innocentiae gradus, seu innocentia ista, ad minus requiritur ad salutem, ut si homo de peccato mortali præterito uere peniteat, nec actualliter in mortalitati culpa existat. Nos ergo peccatores uilissimi sepiissime enormiterque offendimus Deum, nec ad superiores illos innocentiae gradus pertingere possumus, studeamus saltē ad hunc ultimum ac infimum innocentiae gradum contingere, ut sine mortalitati uiuentes peccato, stemus in charitate & gratia Dei. Ad quod aliqua requiruntur: Primum est, ut de omni peccato mortalitati præterito, cordialiter peniteamus seu doleamus, sicut dolor iste interior culpā adæquet, seu culpis proportionatus consistat, quatenus secundum multitudinem magnitudinemq; culparum nostrarum, sit magnitudo doloris interni, seu penitentiae uel contritionis.

De tali etenim dolore seu gemitu oportet intelligi, quod per Ezechiēl prophetam loquitur Deus: In quaunque hora ingemuerit peccator pro peccatis suis, omnium iniuriam eius nō amplius recordabor. Secundum est, ut doleamus de culpis, non solum in quantum per eas mereamur penas, sed potius in quantum sunt offensio[n]e & in honoratio[n]e domini Dei, & contra

Biustitiam, quia non sufficit ex solo feruili pccnitere timore. **T**ertium est, ut fratrem cum nobis de aliquo mortali peccato conscientiam sumus, confiteamur, uel tempore opportuno confiteri proposamus, quia non sufficit contrito sine uoto atque proposito cōfessandi. **Q**uartu[m] est, ut etiam cum diligenter uitemus uenialia & quotidiana pccatas: quæq[ue] diligenter non uitat, cito mortalia inuidet, et q[uod] uenialis exponuntur ad mortalia, in securum uenialium cōsiderat mortalies se. Id certe in-

cide, eo quod uenientia preparant ad mortali, ipsaque uenientium confortando mortali sunt. Iudeo in Ecclesiastico scriptum est: Si non in timore domini tenueris te instanter, cito subuertetur dominus tua. I. cor tuum, in quo Deus, si bonus es, per gratiam habitat, & in quo tu ipse per cogitationes affectionesque habitas. Hinc ait & Salomon in timore domini esto tota die, & omni custodia custodi cortum. Timor etenim retrahit a peccato, & diligenter efficit hominem ad ea quae exhortantur. Eccl. 27. Eccl. 2.

Hinc affectuissime cum ingeminatio horatur Apostolus: Cum metu, timore & tremore uestrā salutem operamini. Hoc fecit B. Iob, dicit: Semper quasi tumentes super me fluit. Et tu timui Deum. Oportet iraque gustū & uentre refrenare ab immoderatā cibi & potus, mente à cogitationibus & affectionibus prauis, lingue ab inutilibus uitiosisq; uerbis, exteriora

mēbra & totū corpus à malis operibus, animā quoq; ab omissionib; & negligentijs cunctis. Præterea circa exordiū euāgelij huius quæstio posset moueri, qualiter dicat Christus, Nūc iudicū est mundi, cū ipse met alibi cōtestetur. Nō misit Deus filiū suū ut iudicet mundū, sed ut salvetur mūndus per ipsum. Et alibit: Ego, inqt, nō iudico quenquā. Et respōdendum, q; autho Iohā s.

ritates illæ ac similes, intelligendæ sunt de iudicio discussiōis & reprobatiōis seu finalis remunerationiōis, qd est opus iustitiae. Chrs autem in primo suo adaequato uenit dulcore pietatis, nō rigore iustitiae exercere. Verumth uniusquisq; Christifidelis debet cor sui quotidie diligenter examinare, peccata sua in seipso rationabiliter castigare, & ita seipsum salubriter djudicare, ut diuini euangelii

dat iudicij distictionē. Insup, qm̄ Ch̄s in euangelio asserit hodierno. Si exaltatus fuero à terra, oia trahā ad me ipsum ut clamemus ad ipsum cū spūali sponsa, dicētes: Trahe me post te, hoc est, à caru alib⁹ & tēporalib⁹ rebus affectum cordis mei auerte, atq; ad diuinor⁹ & xternor⁹ cōsiderationem ac dilectionē erige, ut om̄is avaritia & carnalis cōcupiscentia repellantur à

me,& Deum super omnia diligam,in virtutibus semper creare studeam,ad eternam beatitudinem feruenter aspirem. ¶ **Præterea,qm̄ Christus quantum in ipso est,sua passione traxit nos ad seipsum,nō retrahamus nos ab ipso,appetendo illicita,aut faciendo diuinis præceptis contraria,aut omitendo bona à Deo iussa,sed impleamus quod Salomon exhortatur:Quicquid potest esse,et si non possimus,non possemus.**

test manus tua, inita ter opare iugum nec opes, nec ratio, nec laetitia, nec clementia erunt apud inter-
ros, q̄ tu properas. ¶ Amplius aduertamus exhortationē Christi, in euangelio hodierno dicē-
tis: Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebre uos comprehendant. Hoc etenim est quod Ioh. 12.
Isaias propheta hortatur: Quærite dñm dum inueniri potest, inuocate eum dū prope est. Pau- Isaiae 55.
linus ad Cor. 4. 8. Ego autem inquit tu in vacui oratione Dei reciniisti. Q̄ā enim dū dñs 4. Co. 6.

Ius quoque a portu: Exhortamus, inquit, ne in vacuu gratiam Dei recipias. Ut enim quid in via huius exilij uiuimus, lucem erga Dei habemus in actu uel in potentia, hoc est, in re uel in potentia peruenienti ad eam: sed dum finitur haec uita, quae uia est ad aliam uitam, finitur status merendac demerendi, & per consequens possibilitas pertingunt ad gratiam, his qui ex gracia id est, in mortali peccato decadunt. Idcirco periculum nostrum est irremediebis.

Matt. 25 **Le**, irrecuperabile & immensum, si negligenter uixerimus. Simus ergo solliciti, feruentes, timorati ac agiles, & ambulemus in uia uirtutum de bono in melius, de peregrinatioe praesenti ad patriam felicitatis æternæ. Nullus inducta penitentia tempora perdat, nullus emendatione uitæ procrastinet, cum ignoremus diem & horam. Et qui penitenti promisit ueniam, non ei promisit diem sequentem. Postremo Christi passionem cordibus nostris indelebiliter imprimum, illam iugiter meditemur, & eius intuitu ac amore omnem aduersitatem, aspernationem, contumeliam & quaniam toleremus. Hinc quidam in persona Christi satis deuote loquitus est: O homo, uide quæ pro te patior, non est dolor sicut quo crucior. Ad te clamor, qui pro te morior: uide penas quibus affior, uide clausos quibus cōfodior: & cum tantus sit dolor exterior, intus tamen planctus est grauior, dum te tam ingratum exerior.

SERMO unus de uita & excellentiis S. Seruati episcopi.

1. Cor. 7 **N**ON est inuentus similis illi qui conseruaret legem excelsi. Ecc. XLIII. Hæc uerba ad litteram scripta sunt de Abraham patriarcha, qua tamen spūaliter de uno quoq; sancto confessore in ecclesia Dei leguntur, quoniā q̄libet talis in alijs quaḡ & uirtute præfulsile uidetur. Nam & Apostolus protestatur: Vnusq; que proprium donum habet a Deo. Verunt̄ sacratissimus Chri confessor Seruatus multis priuilegijs decoratur, multis excellētis fulget, admirabilis pfectiōne est sublimatus. Prima eius excellentia est, qm̄ ex nobili atq; sanctiss. pgenie Chri filij Dei est natus. Fuerat nang; in Iudea sanctissimè mulieres, Anna q̄ peperit Mariā Iesu Chri genit̄em, & soror Anna Esmeria, q̄ genuit Elizabeth matrem Iohannis Bap. ac Eliud fratre Elizabeth. Eliud autē genuit Emyn, q̄ relictis parētibus ac patria Iudeo, intravit Armeniā, in qua de Memelia cōiuge sua felice, genuit S. & gloriosum Seruatiū. Secunda excellentia eius est, p̄cipua sanctitas eius ab ipsa eius infanta. Nam dum adhuc hubera luxit materna, tār̄ abstinentia fuit, q̄ in die uix altera uice matris suę luxit mamillas. Et sicut de B. legitur Nicolao, q̄ q̄ta & sexta feria semel tantū luxit hubera, ita de pfecto Seruatio, q̄ in die cōiter uix altera uice hubera luxit materna. Deinde in pueritia sua nil puerile gesit in opere, sed frequentabat eccl̄ias, & sacras studuit literas. Vultus eius quasi solis splenduit radius, & in coetaneos suos ipse emicabat ut angelus. Sicq; in magna innocentia pmanens, atq; in omni uirtute & grā quotidianè abundanter proficiens, ab Armenia uehit Ierusalē. Cuius probitatem, modestiā, perfectiōnem attēdentes plati ibidem, sacerdote eum ordinauerūt. Tertia excellentia eius, est admiranda sua promotio ad episcopatū. cum enī S. Valentinus Tungren episcopus circa extrellum uite sue, baculū suū pastoralem sup altare posuisset ecclesiæ, sub anathemate iubens, ne q̄s in debaculum tolleret, queusq; Deus p reuelationem mōstrareret q̄s Tungreni ecclesia deberet p̄ esse, ecclesia ipsa Tungrensis septem annis caruit p̄sule. Interēa angelus Dei sancto Seruatio in Ierusalem orāti apparens, p̄cepit ut ad urbem Tungrēsem, q̄tunc uocabatur Octauia, festinat̄ trās̄, q̄ illius loci futurus esset episcopus. Sicq; angelo duce puenit Octauia, in cuius eccl̄ia tunc cōgregati fuerunt episcopi, de episcopo illico prouisuri. Cumq; beatissimus paſ Seruatus se in terram prostrasset in ipsa eccl̄ia, ut oraret humilime, angelus uisibiliter intrās eccl̄iam cum splendidissimo uultu, leuauit Seruatum sanctum de terra, in episcopali posuit cathedra, & baculum de altari accipiens, porrexit eum Seruatio, cunctis qui aderant, uehementissime admirantibus, atq; timentibus. Quibus peractis, disparuit angelus, & sancto dictante Seruatio, p̄sules perfecerunt, quod angelus reliq; agendum, ac more ecclesiastico gloriosum Seruatiū consecraverunt episcopum. Tunc omnes in laudem altissimi cōcorditer prorupērunt. Ex tunī sanctus Seruatus celebravit quotidie cum ardētissima deuotione, nisi grauiſſima impeditur infirmitate, atq; post Missam nullum fere accepit cibum, nisi spiritualium fr̄atum rogatus instantia, aut infirmitate cogente precipua. Hinc quasi spiritus aspiciebatur ab omnibus, & tanquam angelus uenerabatur a clericis, a ciuib⁹ quoq; uiciniq; omnibus amabatur ut paſ, qm̄ unicuiq; succurrebat, prout indiguit, in eleemosynis largus, in oratiōibus sedulus, & totius eccl̄iae decus. Quarta excellentia eius est, copiosissima miraculoꝝ ipsius frequentia. Nam ægi manus & pedes ipsius tangendo mox sanabantur, aqua quibus manus prias lauit, debilibus contulit hospitatē obſessi, de cibisq; eius manducādo reliquijs, protinus curabantur. Et quanuis lingua esset aliena, tamen dum populo prædicauit, intelligebatur à cunctis id uero secularia tractauit negotia, utebatur interpretē. In eccl̄ia Metensi grandem altaris lapidem ruptum reintegrauit precibus idem sitire, fontem de terra erumpente im petrauit, ex cuius potu plurimi sanabantur infirmi. Cūq; in Colonia oraret in cella, uidit sanctus Seuerinus, tūc ibi episcopus, tēpore noctis columnā nubis à cella illa uicq; ad cālū protendit, p̄ quod altitudo contemplationis, ardor orationis, puritas mentis sanctissimi declarabantur.

A Seruatiū. Insuper, dum captus fuisset ab Hunis, quadam nocte angelus splendidissima luce cīc cunfulsīt eūdem, quo uiso admiratis sunt Huni, & dum eum inter se posuissent, atq; diuersa de eo sentirent, subito uultus eius resplēduit tanq; sol. Paulopost cū dormiret in campo, & unus Hunorum pro eo reducendo ad Hunos transiret, inuenit aquilam grandem una ala umbram facere dormienti, altera ala tanq; flabello auram temperare eidem. Rursus, dum in Metensi cē lebraret eccl̄ia, resplēduit facies eius ut ignis. Quinta excellentia eius est, patientia sua maxima in aduersis. Dum enim in felicissimi Tungrenes sanctissimum patrem Seruatium sibi dī uinitus tam solennissime datum, irreuerentissime de ciuitate sua expellerent, dicentes: Quid nobis cum aduena ignoto, terra iudicialia ignorante, nec curias frequentante, sed solitudine atq; silentio gloriantiē ipse tranquillissimus mente & uultu iucundus, deoq; gratias agens, ga hēc meruit pati pro eo, cū pacis clericis ac monachis timoratis, egrediens, castellis oppidisq; in circumitu positis prædicauit, & ita Traiectū peruenit, ubi tunc fuit parva eccl̄ia ualde de cora, iuxta quā sibi construxit cellam, in qua deo deuotissima ac quietissima mēte uacauit, ac deuotissimum populum copiose instruxit, & pro Tungrenis iugiter exorauit. Porro eccl̄iam illam sanctus Maternus ædificauit, & populum Traiectensem primo conuertit. Simi liter cū beatus Seruatus ab Hunis fuisset captus, & undiq; distraheretur, ac uinculis mancipareretur, omnia patientissime tulit, quousq; deus omnipotens per glorioſa miracula eum de illorū eripuit manibus, ita quod eum cum omni dimiserunt honore. Nam & princeps eorum traxit sanctum uirum seorsum, atq; (ut creditur) ab ipso accepit & didicit fidem. B Sexta excellentia eius est, gratia prophetia atq; eccl̄estis uisionis, quibus eū sublimauit omnia potens. Nam crudelissimam Hunorum persequitionem prædixit futuram, quā sibi spūs sanctus in cella mōstrauit uenturam. Deinde à multis sanctis rogatus episcopis atq; principibus ac uiris nobilibus, Roman⁹ prefectus est, ut gloriissimum ac benigniss. apostolorū principem Petru deprecaretur pro ablatione pfectuationis tam sœuæ. Cumq; in sanctissimi Petri eccl̄ia diu affectuosissime ac lachrymosissime exorasset, uidit in uisione Christū in aureo throno ante altare sedentem, atq; à dextris eius uirginem matrem, in circumitu quoq; millia sanctorū, inter quos uidit sacros apostolos Petrum & Paulum. Igitur ad sanctum Petrum cōuertit se totum, ut oraret pro causa hac, p̄senti pro Tungreni eccl̄ia. Cui apostolus: Noli o frater pulare ianuam iusto iudicio clausam. Clamor nang; Tungreniū puenit usq; ad cālū. Vnde & ira Dei super eos in secula seculorum. Cumq; beatus Seruatus uehementissime tristaretur, dedit ei gloriōsus apostolus Petrus clauem argenteam, dicens: Est urbs quam diligis, Traiectū, urbs regia, pro qua exauditum te nouerit, ipsa tibi sepulchrum erit & gloria. Gestauit ergo felix Seruatus argenteam clauem in manu, in signum p̄ potestatem haberet aperiendi claudēs cālū. Reuersus autem ad sanctos episcopos, retulit eis visionem quam habuit. Venerat quoque ad eum maiores natu ac gradu Tungrenium usq; ad Metis, & prostrati in terram, ueniam postulauerunt humiliiter, exorantes ut cum eis reuerteretur Octauiam, acquieuitq; eis. Venientibus autem sibi obuiam ordine longo Tungrenibus cum lachrymis infinitis, exposuit eis quid eis esset ueturum ab Hunis, & quod pro animabus eorum esset iugiter oraturus, quod item suam faciem amplius non essent uisiri. Ostenditq; eis clauem argenteam in signū potestatis sibi collata. Insuper eos rogauit, ut sanctorum reliquias & sacra uasa permetterent transferri Traiectū, qnōd non sine imēnō permisérunt dolore, clamore & luctu. Cumq; Tungrenes quasi vniuersi pergerent secum uersus Traiectū, & gloriōsus Seruatus in quodam loco amēno se reclinaret ad sedendum, repente se terra extulit, & sancto uiro ad superseedendum in modum puluinariis se coaptauit. Septima excellentia eius, est gloriōsus, miraculosus & beatissimus finis ipsius. nam mortem suam prænunciavit paulo sibi commisso. cūq; coram omnibus in Traiectū sibi celebrarer eccl̄ia, angelus domini uisibiliter astans apparet, & sancto patri gaudia promisit æternā. Post Missam uero beatus vir prædicauit populo uique ad horam nonam, & circa horam illam uultu ad orientem conuerto, exorauit. Desceditq; super eum copiosissimus splendor de cālō: atque simul cum lumine illo sanctissima anima eius corpus relinques, ascendit ad Christum. Deinceps spatio trium horarum splendor ignis eluini permanet ibidem, & totam illuſtrans eccl̄iam, tanquam fulminis iſtu astantiū corda concussit stupentia. Tunc & serica uestis ab angelis sanctis populo cernēte ac admirante allata, supra sacratissimum magni Seruatiū corpus est posita, sua uisimus quoq; odor ibi copiose aspersus est. Tūc meritis gloriōsi antistitis sacri Seruatiū cācis uisus, surdis auditus, claudis gresibus non impeditus, leprosis sospitas plena sunt pfecti, & omnes infirmi ad Tungrensem portam sedentes, ad sanctum Seruatiū corpus properantes, iuxta illud protinus curabantur. Post tēpora certa cum nix undiq; in gyro sepulchrī sancti patris omnia operiret usq; ad dēſi

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EPIST.

etatem tristis pedū, locus sepulchri sanctiss. huius viri misericordia nra intactus. Sed & alia multa magna de sancto & gloriose Christi consanguineo legatur Seruatio. Itaque virtuosiss. psulsi operi ficiemur ex eiuspli, instruamur iustitibus, inflammeamur amore, crescamus in uera iustitia perfectione, perserterim in omni humilitate, misericordia, patientia, charitate, ut etiam inimicos vincere diligamus, oremus pro eis, bene faciamusque ipsiis, atque in sanctitate & iustitia Deo deserentes, illius legeq; uertigia, q; soli suū facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos.

Matt. 5.

¶ DE Diebus Rogationum.

¶ Enarratio Epistolæ: Charissimi, confitemini alterutrum peccata uita. Iacobi v.

Mat. 16.
Ioh. 21.

 Postolus Jacobus exhortatur nos ad orationem, & monuit de confessione peccatorum facienda, sive enim fit, ut peccata impedit iustitiae orationis. Ideo dicit: [Confitemini alterutrum peccata uita.], i.e. unus alteri propria peccata confiteatur. Veruntur sacramentalia confessio sacerdoti est facienda, quia Deo habet potestate ligandi animos & solvendi in casu necessitatis potest non sacerdoti fieri confessio de gibusque peccatis, tamē confessio non est pfecte sacramentalis, estque reiteranda seu sacerdoti postmodum facienda, si ad hoc deruit facultas. Venialis uero confessio potest alterutrum non sacerdotibus fieri, cum non sit de necessitate salutis. Quae omnia super certum sententiam doctores declarant. Hinc Beda scribit: Quotidianal leuique peccata alterutrum coequalibus confiteamur, graviorē uero leprā (id est, mortalium) sacerdoti pādamus. Nec hoc sic intelligendū est, q; si non debemus uenialia sacerdotibus confiteri, sed q; non est ita necessariū ea sacerdotibus confiteri, sicut mortalia. ¶ Orate pro iniucū ut saluemini. Hoc namq; exigit charitas, q; proximo tenemur & desiderare ac procurare salutē, quād modum propriā. Oratio quippe desiderij est interpres. Hinc Christus orationē quam docuit, in plurali formauit, insinuās, ut pro proximis sicut nos bisipsum oremus, ita ut interdū eadē oratio pro se alijsq; fundatur, interdū uero oret q; nunc pro se & specialibus indigentibus suis, nunc pro alijs, & præsertim pro communi bono ecclesie, pro reformatione eius in omnibus, pro parentibus, propinquis, commissis & benefactoribus, pro cunctis fidelibus defunctis, pro uiuis & mortuis, pro uniuersorum salute, & infidelium conuersione. Qui enim pro omnibus orat, particeps est omnium honorum quae sunt: & bonum quanto communius, tanto diuinus perhibetur. Hinc debet unusquisque orationes allorum humiliter ac seruenter appetere, & eos ut pro se ore, rogare. Quo enim alios humilius ac seruentius, ut pro nobis orent, rogamus, eo capaciōres efficimur fructus orationis illogē potissimum tamen hominum deuotorum & notabiliter iustitiorum, est appetenda oratio. Propter quod subditur: [Multum enim ualeat deprecatione iusti assidua.] Iustus namq; est Dei amicus, eiusq; filius adoptivus, & ei consumilis atq; amabilis, siquidem iustus dominus & iustitiae as dilexit. Amicorū autem est eadem uelle & nolle, ideo scriptum est: Oratio iusti penetrat cor. Eccc. 35. itemq; Voluntate timimenti se facit &c. Et bene ait Apostolus, q; assidua iusti oratio ualeat multum, seu magni uigoris ac meritū seu p̄cipue exaudibilitatis sit apud Deum, quia una conditio ad orationis exaudibilitatē requisita, est ut sit perseverans. Propter quod ait salvator Luce 18. Oportet semper orare, & non deficere. Porro orantes ministrorum ecclesie, quis iniustorum, tamē in persona ecclesie fusce, quandam efficaciam fortisunt pro plebe. Quod autem multū ualeat iustorum oratio, probat exemplum: [Elias homo erat similis nobis paucibilis] i.e. mortalis, q; & timore mortis fugit facie lezabel, [et orone orauit.] Ista est proprietas idiomatis Hebreorum, per talem ingeminationem effari, sicut in Isaia: Dissipatione dissipabitur terra, agitatio agitat uita terra, & fractione confringetur terra. Vel ideo ait, Oratione orauit, q; una oratione impetrauit quod subditur, ut Beda hic loquitur. Itaque orone orauit, ut non plueret super terram] decē tribuum Israhel, propter eorum facinora, uidelicet idolatrias regis ipsorum & populi. Hoc enim orauit Elias zelo iustitiae, ut per aduersa retraherentur à uitijs, vexatione edos. Et, [et non pluit annos tres & menses sex.] Ista historia tertio Regum diffusa describitur. [Et ruribus orauit, & cælum dedit pluia.] Cum enim uidisset eos humiliatos & nimis afflictos, contulit eis, orans Deum ut pluviam cōdonaret. [Deditq; cælum pluias]. i.e. sua uirtute influens concurredit ad hoc. [Frates mei, si quis ex uobis errauerit à ueritate] i.e. aliquis uestrum à fidei rectitudine aut à ueritate doctrina uestra iustitiae declinauerit. [et conuerterit quis eum] per ueram informationem, charitatiuam exhortationem, iustum increpationem, & fraternalē correptionem, [scire debet qm qui conuerteri fecerit peccatorem ab errore uestris] id est, à uita perditionis ad uiam salutis, seu obseruationem præceptorum reduxerit, [saluabit animam eius à morte,] i.e. à condemnatione gehennæ, quae est mors æternæ miseriae, anima peccatoris conuersi preferuabit ac eruet. Reuocando enim eum à culpa, eruit eum à pena perpetua. [et operit multitudem peccatorum,] i.e. peccata peccatoris conuersi facit sic tegi, ut à iudice summo non

Matt. 6.

Psal. 10.

Eccc. 35.

Psal. 144.

Luce 18.

3. Re. 19.

Isaia 24.

5. Re. 17.

DE DIEBUS ROGATIONVM.

Fol. CCXIII.

A non uideantur ad condemnandum. Nempe per hoc q; peccatorem ad contritionem & emendationem inducit, cooperatur ad remissionem culparū illius, quae remissio est peccatorū operatio sue tecum uel delatio, iuxta illud: Beati quorū remissio sunt iniuriantes, & quorū teat sunt Psal. 37. peccata. Aliqui textus habent, Saluabit aīam suam à morte, quia qui alii ex charitate admiscent, corripit & conuertit, sibi p̄sū maximum p̄missum promeretur, et charitatis suae feruore q; diana & propria sua incendit peccata, dimittuntur eiūs extimo & p̄teriorū suorum excessuum obtinet remissionem, quantum ad penam omnino, uel pro parte, secundum qd charitatis fuerit in eo maior aut minor. Idcirco in Proverbijis scribitur: Vniuersa delicta operit chas. Prou. 10. ritas. Et princeps apostolorum: Charitas, inquit, operit multitudinem peccatorum. Ideo de I. Petri & beatissima Maria Magdalena ait dominus: Dimissa sunt ei peccata multa, qm dilexit multū. Luke 7. Veritatem, si q; impi vivens non agit qd docet, p̄dicare p̄sumperit, & p̄dicando quodam quasi conuerterit, sua peccata sibi indulgeri non promeretur, grauius peccat, & suas offensiones multiplicat, p̄dicationis officium indigne exercens. Ex praedictis sancti Iacobi apostoli uerbis docemur, quā salubre & magnum sit apud deum peccantes fraterne corripere, pie instruere, charitatiue conuertere. Nam & D. Dionysius fassus est: Omnia diuinorum diuinissimum est, deo cooperari in conuersione iniquorū ad eum. Atq; ut afferit Augustinus: Ille in charitate dei est perfectior, qui ad eius amorem plures conuerterit. Gratissimumq; deo sacrificium est zelus animalium. Atq; sicut Christus maiorem pati non potest persequitionem, q; ut quis uerbo aut exemplo animas sanguine suo redemptas ab ipso auerterat, sic ampliore hororem ei impendere nō ualemus, q; animas deviantes ad ipsum conuertere. Fraternam ergo correptionem ad quā omnes tenentur, in quantum est charitatis effectus, efficaciter & discrete cum omni feruore & humilitate exerceamus, errantes & lapsos erigamus pro posse & in fore memristaliterq; uiuamus, & tam timore & fructuose iugiter conuersemur, ut alios corripe, informare, conuertere simus idonei. Nec uerbis duntaxat, sed oratione quoq; & exemplo pro aliorum conuersione laboremus, imo pro illis oremus instantius, quos incorrigibiles cōspicimus. Deficiente quippe humana uirtute, ad omniptentem auxiliū feruentius est cōfugendum. Postremo, ut in Ecclesiastico scribitur: Vnicuiq; deus mādauit de proximo suo, ut eripiat Eccc. 17. eū ab omni iniquo. Errori quoq; cui nō resistitur, cōsentitur. Zelo ergo diuinī honoris ac fraternalē salutis simus semp accensi. Cumq; anima sit in cōparabiliter corpore p̄stātior, & aeterna felicitas omni temporali sanitate inæstimabilius desiderabilior, infernaliq; mors omni corporali p̄sens uite languore formidabilior, propterea in cōparabiliter solicitoris operosis oressim⁹ simus pro conuersione & salute animalium errantium proximorum, q; pro curatione corporum aut reuelamine corporalium incommodo, ut sit in omnibus nostra charitas ordinata. Nec dubium quin omnia ista ad prælatos ac præsidentes potissimum spectent. Omnis igitur modo possibili, pro propria ac proximorum laboremus salutem.

¶ SERM. O primus circa epistolam: Quanta sit uirtus efficacia orationis, & de institutione letaniarum atq; processionum.

C Onfitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro iniucū ut saluemini. Iacobi quinto. Dies isti uocantur dies rogationum seu letaniarum, quod idem est, quoniam letania interpretatur rogatio, idcirco in officio Missæ legitur ualde conuenienter epistola ista ex epistola sancti Iacobi apostoli sumpta, quia in ista docetur epistola, quanta sit efficacia orationis coram benignissimo deo, & excitatur ad orationes assiduas ac deuotas. Sed quia peccatores deus non audit, quod de his qui in peccandi manent proposito, debet intelligi, quia & Salomon protestatur in proverbiis: Qui declinat arietem suam ne audiat legem, oratio eius erit exē Prou. 28. crabilis, idcirco in exordio huius epistolæ dicitur: Confitemini alterutrum peccata uestra. De Iacob. 5. inde subiungitur: Et orate pro iniucū ut saluemini. Initium enim omnis boni, confessio Eccc. 18. proprij est peccati. Idcirco ante orationem debet unusquisque seipsum examinare, conscientiam suam discutere, & de suis peccatis (præsertim si sibi de mortali aliquo conscientis est) statim dum potest confiteri, aut confessionem proponere tempore opportuno, quatenus sic efficias tur idoneus deo se p̄sensare ac supplicare. ¶ Insuper causam huius exhortationis adiunxit apostolus Iacobus, dicens: Multum enim ualeat deprecatione iusti assidua. In quibus uerbis duo nos docet. Primum est qualis debeat esse qui orat, uidelicet iustus. De iniustis enim per Isaia 1. Iacob. 5. amo loquitur deus: Cum extenderitis manus uestras, auertam oculos meos; et cum multipli- caueritis orationes, non exaudiām. Manus enim uestræ sanguine plena sunt, id est, opera uestræ iniquitatibus sunt repleta. Secundum est, qualis debeat esse oratio ipsa, quia assidua. Propter quod in euangelio Luca ait Salvator capite 18. Oportet semper orare, & non deficere. Apostolus quoq; Sine intermissione, inquit, orate. Consequenter apostolus Iacobus pro Thes. 1. Nihil bat

S. Re. 17 bat istud per exemplum ueteris testamenti. Legitur etenim tertio Regum, quod dum filii Israe^r deum per idolatriam grauiissime offendissent, sanctissimus ille propheta Elias zelo & cunctis contra iniquos, dixit ad Achab regem Israe^r sceleratissimum: Viuit dominus deus Israe^r, el, in cuius conspectu sto, si erit, id est, non erit, annis his ros aut pluia, nisi iuxta oris mei uerbi. Cumque dominus inuocasset ne plueret, non pluit annos tres & menses sex, quatenus impetrata pluia hanc, ad quam steriles terra famesque hominum sunt sequuntur, puniretur in seculo isto, & penitentem conuerterentur. Deinde iterum inuocauit dominum, ut clementer concederet pluia, & factum est ita. Itaque die ista in processione hac deuotissime est orandum. ¶ Praterea agnoscendum, quod & propter quid instituta sint letaniae. Itaque aduertendum, quod duplex est letania, uidelicet maior, quam sit in festo Marci euangelista, & dicitur letania maior, quoniam a maiore est instituta, utpote a sancto Gregorio papa totius praefato ecclesiae. Alia est letania minor, quam sit tribus diebus ante Ascensionem, quam instituit sanctus Mamertus Viennensis episcopus. Causa primae letaniae fuit, quia Romani post quadragesimale ieiunium & sacram communionem in pascha sumptu, comeditionibus, ludis, & incontinentiis serueriti: idcirco deus misericordia in eos pestilentia magna obiiciens cessationem impetrando scilicet papa Gregorius instituit letaniam & processionem solenem. Fuit quoque pestilentia illa tam gravis, quod multi sternutando moriebantur. Propterea aliquo sternutante, quod aderat mox dicebat: Benedicat seu adiuuet te deus. Et inde (ut fertur) oratio est consuetudo, ut audientes sternutare aliquem, dicant uerba facta. Alii qui quoque oscitando spiritaliter exhalabant, ideo sentientes se oscitatores, signum sibi crucis imprimere, perperabant, & inde consuetudo hac hucusque (ut dicitur) obseruatur. ¶ Porro causa instituta, quoniam secunda letania fuit, quam tunc sancti Mamerti episcopi circa Vienam frequenter & magni terrae motus consurgentibus, ecclesiastis domosque plurimas euerterunt, nocturnique sonitus & clamores horribiles audiebantur multoties. Daemones quoque lupos ac alias feras introierunt, & homines multos etiam in urbibus devorauerunt. Postea ordinault ecclesia, ut letania haec ab omnibus obserueretur fidelibus. Denique letania & processio atque ieiunium his diebus rationabiliter obseruantur. Primo, ut deus fructus terrae tunc isto a laetatione preservet, quod daemones latere co[n] Naturam tempestates. Secundo, ut deus auferat cōtentus & bella, quae tunc isto multoties concitantur. Tertio, ut per haec carnales cōcupiscentiae mitigentur, quae tunc isto solent uigere. Quarto, quatenus per hoc ad spiritus sancti suscepione aptetur fides. Oratio quippe & ieiunium non pagis disponunt ad gratiam dei. Vnde Tobiae Raphael angelus loquitur: Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna. Ex quibus angelicis uerbis ostenditur, quod ualeat cōueniens est, orationi ac ieiunio eleemosynam iungere, cum dicit Saluator: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordia consequetur. Et Salomon loquitur: Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Imo Iacobus cōtestante apostolo, Iudicium sine misericordia erit ei qui non fecerit misericordiam. Quilibet ergo indigentibus pro posse suo succurrat, sicut quia sic faciet deus hominibus, sicut ipsi sibi nunc faciunt. Propter quod ait filius dei: Quia mensura mensu[m] fueritis, remetetur uobis. Vnde quod proximis suis pie liberaliter succurrat, pius & liberalis meretur subuentionem a deo. Hoc itaque tempore o Christi fideles devotioni insistite, orationibus ieiuniisque uacate, eleemosynas prae solito facite, atque ut dignis sitis defuper exaudiri, per confessionem ab omni mortali culpa uos emundate, mox cōfitemendo uel saltu poenitendo, & confessione suo tempore, ut dictum est, pponendo. Postremo quoniam, iuxta Ieremiam prophetam, maledictus est qui facit opus dei negligenter aut fraudulenter, studeat unusquisque cum attentione, timore & reverentia deum inuocare atque laudare, cor suum ab omni uicio custodire, & in Processione ac Missa uerba uitare ociosa, illicita & peruersa, secundum deo dignum exhibere ad impetrandum ea propter quae sunt haec Letaniae.

TEN R A T I O Euangeli: Quis uestru[m] habebit amicum. Luke undecimo.
Nullo tempore dixit Iesus discipulis suis: [Quis uestru[m] habebit amicum, & ibit ad illum &c.] Hac parabola hortatur nos dominus ad fiduciam orationis constantiam, incessabilem fervidamque frequentiam, cuius sensus literalis superficialiter planus est. Siquidem per similitudinem hanc intendit Christus probare, quod deus superpotissimus preces constanter, indesinenter ac feruide continuatas & reperitas, non despicit, sed exaudit. Porro mystice per amicum intelligitur deus sublimis, cui per Sapientem dicitur: Diligis omnia quae sunt, & nihil odisti eorum quae fecisti. De quo ait Apostolus: Propter nimiam charitatem suam quae dilexit nos deus. Similiter nomine amici intelligi potest unigenitus dei incarnatus, qui de se ipso testatus est: Maiores hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. De quo iterum legitur: Cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Ad hunc amicum ire debemus mentis deuotione, contemplatione & dilectione, iuxta illud: Accedite ad eum & illuminamini. Vnde ad Hebreos Apostolus hortatur: Adeamus cu[m] fidu-

A fiducia ad thronum gratiae eius, ut misericordiam consequamur. Eundum est autem media nocte, sicut facetur Psalmista: Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Vel, media nocte psal. 118. hoc est, durante praesentis uita tribulatione, aduersitate, ignorantia atque multiplici peccati ruina, & dicet illi Amice. In exordio precisum nomen amici premitur, ut ex mutua dilectionis recordatione, attirante seu inflammatione ille qui perit, ad exauditionem citius inclinetur, cum charitas impetrandi sit ratio. Nam & Augustino testante, amor est primum donum, in quo omnia dona donantur, commoda mihi tres panes. Ita tres panes intelligi possunt illustratio intellectus, charitatis inflammatione voluntatis, & stabilitas memorie in diuinis, seu actus fidei, spei, & charitatis, quibus praecipue deus colitur. Item tres panes sunt panes preciosi tentiae, hoc est, deploratio & satisfactio pro peccatis, panis Eucharistiae, de quo loquitur Christus: Ego sum panis uite, & panis cōtemplationis interna. Hi panes commodari nobis a deo dicuntur, quoniam de donis nobis desuper datis ratio exigetur a nobis, sicut ait Saluator: Cui plus donatum est, plus exigetur ab eo. Et Grego: Dum crescent dona, rationes etiam crescent donorum, quoniam amicus uenit de uita ad me. Per amicum istum secundum quosdam intelligitur amicus seu spūs noster, qui dum per terrena, uana atque carnalia distrahitur, oblectatur, euagatur & a nobis recedit, iuxta illud: Cor meum dereliquit me. Propter quod per Ieremiam dicitur: Vt psal. 39. quequo deliciis dissolueris filia uaga? Quoniam autem ad interiora sua regreditur, & salutaria meditatur, de uita lata positionis ad nos ipsos reuertitur, sicut Isaia hortatur: Redite praeuaricatores ad cor. Praterea per postulamentum tres panes, intelligi potest quicunque alterum exhortatur & peruenientem de uita, quoniam proximus exhortationibus indigens: sicut exhortatori seu praedicatori tres panes sunt necessarii, utpote sapientia metis, ordinata loquutio oris, & exemplaritas cōversationis. & non habeo quod ponam ante illum, hoc est, a me ipso nil uirtutis aut graziae habeo, ut spiritu meo seu proximum spiritualiter ualeat robore atque reficeret, dicitur apostolus: Quid habes quod non acceptisti? Et rursus: Non sumus sufficiētes cogitare aliquid ex nobis, quoniam ex nobis, sed sufficiētia nostra ex deo est. Nemo ergo se iactet, nec de uiribus suis presumat, nec inaniat gloriet, & ille deinceps respondet, dicit: Recte ait, deinceps respodens. Deus enim uia implet & animabus nostris illabit, intusque eas occulta inspiratio alloguit. Propter quod ait Psalmista: Audi quod loquitur in me deus deus. Noli mihi molestus esse. Hoc est, precibus me immoderate pulsare. Hoc intelligendum est, non quoniam gloriose & inuariabilis deus posit, proprie dicta sustinere molestiam, aut hoībus precibus ingetari, sed q[uod] frequenter affectu & more humano loquuntur in scripturis, debili nostri precibus intelligere cōdescendens, quemadmodum ait Isaia prophetam: Laborauit sustinens. Et, holocausta seu festa uestra sunt mihi molesta. Item: Nunquid paru[m] uobis est molestos esse hoībus, quia molesti estis & deo meo? Itaque deus ait: Noli mihi molestus esse, ad insinuandum quod difficulter & praeceps aliq[ue] audiat deprecantes, quemadmodum sanctus Iob loquitur deo: Clamo ad te, & non exaudiis me, & non respicias me: mutatus es mihi in crudelē, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi. Per Ieremiam quod loquitur de reprobō populo: Iudæorū Noli, ingens, orare pro populo hoc in bonū, nec assumas laudem & orationem pro eis, & non obſistas mihi, quia non exaudiā te. Nam enim ostium clausum est. Hoc est, aditus seu accessus ad impetrandum a me modo tibi non patet, ita ut preces tuae adhuc locum non habeat. Quo contra in Ecclesiastico habetur: Oratio humiliantis se nubes penetrabit. Et beatissimo Cornelio centurioni dictum est ab angelis: Orationes tuae ascenderunt in memoriam in conspectu dei. & pueri mei, hoc est, electi atque beati ciues regni cælestis. Item: cum sunt in cubili, id est, in secretissima requie cælestis palati, ubi quasi in thalamo ecclesia triumphans suo sponso æternō inauertibiliter est cōiuncta, & immediate feliciter unita, facialiter cernens dilectum, nec per culpa dissimilitudinem distans ab ipso, quemadmodum uiatores, quibus Isaia loquitur: Iniquitates uestra diuiserunt inter deum uestrum & uos. [non possum surgere,] id est, in altum exauditionis procedere, & dare tibi] quae petis. Deinceps quod ait deus omnipotens, Non possum, non impossibilitate, sed difficultate exaudiendi designat: non utiq[ue] ex parte dei, cum deo nihil sit difficile, prout Ieremias ait: Dñe deus, non est tibi difficile omne uerbum: sed difficultas est ex parte orantis propter indispositionem eius, quemadmodum Isaia dicit: Ecce non est aggrauata auris domini, ut non exaudiatur, sed peccata uestra abscondent faciem eius a uobis ne exaudiatur. Interdu quoque supersapientissimus deus differt exaudire preces iustorum ac disponentium, propter rationabilis causas ei notas ac placitas, utpote ne homini orati dona diuinorum charismatum uilescant, ac pereant ex facilitate obtinendi petita, & ne exauditione meritis propriis tribuat, aut uane exultet, seu alios spernat: ite ut diu orando amplius incalescat, suoque tempore copiosius exaudiatur, & impetrata uigilatius semper custodiat, de eorum amissione formidat. Vnde ait Salomon in Proverbiis: Substantia festinata minuetur: quoniam autem paulatim colligit manu, multiplicabitur. Postre-

Postremo Gregorius Nyssenus: Opportune, inquit, eos qui per arma iustitiae impaviditatem, & tem tem sibi uendicarunt, pueros appellauit. Nam quādō aliquis abrenuncians carni, per rationē exercitio uitae virtutis & passionem confutauit, tanquam puer infansibiliter se habet. [Et illi] scilicet orans, si perseverauerit pulsans, hoc est, deum infatigabiliter inuocans, nec pudore, nec tādīo, nec desperatione deiecius, dico uobis qui nec fallor, nec fallo, mentiriq; nequeo, & si non dabit illi tam instanter oranti, [surgens,] hoc est, actualiter opem ferens, iuxta illud psalmi. Exurge dñe, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum, [eo quod amicus eius sit] hoc est, ratione amicitiae, [propter improbitatem tñ eius]. i. propter importunam seu indeſinentem eius instantiam improbitate aliquid simile continentem, præsertim humano iudicio in petitionibus homini porrectis. Homo nanc; si instanter & diu rogetur etiam ab egente, cito prece talem nō necessitat, sed improbitati ascribit. [Surger, & dabit illi quoquor habet necessarios,] s. tres sicut rogauit, imo & plures si tunc pro pluribus panibus postuletur, ne ad lectum reuersus denuo inquietetur. Vnde elicitur, quia si petantur superflua in exterioribus rebus, nō p̄stantur, imo deus superflua tubet pauperibus erogari. De spiritualibus quoq; gratia donis tñ deus largitur digne ac perseveranter potentibus, quantum eis necessariū cōspicit ad salutem. Ex his Chrs concludit intentum, quasi per locum à minori arguēs, q; si homo nō naturaliter nec perfecte bonus, precum superatur instantia quanto magis deus omnipotens, substantialiter, pure & infinite bonus, amas & pius, imo & essentialiter amor, bonitas atq; benignitas, orationū instantia se ad exauditionem inclinat, & preces tam multoties & ardenter sibi oblatas nō aspernatur. Quemadmodum etiam Lucas dicit, Oportet semper orare & non deficere, exemplificans de iudice iniquo, qui nec deum nec homines timuit, & tñ importunitate uidua uictus, eam exaudiuit. Subdit ergo & consultit: Et ego dico uobis: Petite necessaria corpori, charismata gratiae donaq; gloriae, & dabit uobis uestra petitiōis effectus à deo, dummodo salubriter & instanter petatis. Hoc maxime intelligitur de orationibus quas pro seipso q; facit, quia nō semper exaudiūtur deo ut pro alijs, propter incapacitatem illorū. Hinc Ioh 3.16. Christus apud iohannem tempore passionis instantē, dixit: Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. [Quite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis.] Eadem sententiā Chrs sub alijs uerbis frequenter resumit, ut iustitiae huius utilitas denotetur, & quod ait Salvator, nostris mentibus fortius imprimatur, sicq; ad instantiam orationem nos prouocet. Post sunt tñ hæc uerba per appropriationem quandā diuersimode explanari, dicendo: Petite cordiali affectu, querite oratione uocali, pulsate conuersatione laudabili. Item: Petite bona incipiendo, querite, psequendo, pulsate in finem perseverando. Vel: Petite per fidem, querite per spem, pulsate per charitatem. Feruide quippe amādo & appetendo diuinā, quasi indefinenter pulsamus ad ostium diuinæ clemētiae. Hinc ait Psalmista: Lætetur cor querentium dñm, querite dñm & cōfirmandi, querite faciem eius semp. Et alibi habetur in simplicitate cordis q̄ritate illum, quoniam inuenitur ab his q; nō tentant illum. [Omnis em̄ qui petit, accipit] à deo qđ petit iuxta sensum præactū. [& qui querit, inuenit: & pulsanti aperietur,] hoc est, accessus ei ad deum paterit, atq; æternam beatitudinem ingredietur, dummodo oret sicut est orandum in nomine Iesu Christi, hoc est, salubriter pro his q; pertinentib; ad salutem, pie, perseveranter & pro seipso. ¶ Consequenter Christus arguens per locum à maiori, ostendit quā fiducialiter in uocandus sit deus. [Quis autē ex uobis patre] carnalē [petit panem, nungd] pater [lapidē dat] illi? uidelicet filio suo carnali: Non utiq, [aut pīscem, nungd pro pīscē serpētē dabit illi? aut si petierit ouos, nunquid porrigit illi scorpionem?] Nequaquam. Ex istis similitudinibus Christus concludit: Si ergo uos homines fragiles & mortales, cum sitis mali, id est, multipliciter defectuosi atq; ad peccata proclives, & in multis saltē uenialibus peccatis quotidianis culpabiles, [noscis bona data dare filiis uestris,] hoc est, bona exteriora corpori uere necessaria, quæ datis filiis uestris carnalibus: [quanto magis pater uester de cælo,] hoc est, pater cælestis, uidelicet trinitas deus, qui dicitur pater noster uarijs modis, puta creatione, conseruatione, nutritione, redemptione, glorificatione, [dabit spiritum bonum,] hoc est, spiritum sanctum essentialiter bonum, & puram immensamq; bonitatē, de quo ait Psalmista, psalmo centesimo quadragessimo secundo: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. [petentibus] debito orandi modo: Oratio nempe, ut afferit Damascenus, est petitio decentium à deo. Dicitur autem spiritus sanctus dari his, quibus sua dona ad gratiam gratum facientem pertinetia infunduntur, dicente A postolo ad Romanos quinto: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Itaq; si pater carnalis carnalibus filiis corporalia bona largitur, multo magis deus omnipotens creator spirituum, spiritualisq; pater rationalium animalium, tujs suis ad se incessanter clamantibus, spiritualia bona distribuit,

A buit, quum ipse in omni bonitate, dilectione, pietate & opulentia cunctos infinite excedat.

¶ Præterea aduertenda sunt uerba sancti Basiliū hic scribentis: Si q; ex torpore exhibeat se de Basilius, siderijs uanis, seu concupiscentijs acquiescat, & traditor sui ipsius fiat in manus hostiū, hūc deus nec adiuuat nec exaudit, qñ per p̄ctū se fecit alienum à deo. Debet ergo hominem offerre deo quicquid sua interest, clamareq; ad deum ut adiuuet eum. Est autem diuinū subsidū implorandum non remissile, nec mente huc illucq; vagante, eo quod talis nō solum nō impetrabit qđ petit, imo magis dñm iritabit. Nam si quis coram principe stans, fixum ac custoditum habet tam intrinsecum q̄ extrinsecum oculum ne forsitan puniat, quāto magis corā deo attentum ac tremebundū oportet assistere. Si uero debilitatus mente à peccato, fixe nō uales ora re, q̄tum cuncti potes cohibeas te ipsum, ut stando coram deo, ad ipsum dirigas intellectum & deus ignoscit, eo quod nō ex negligentiā, sed ex fragilitate nō potes astare ut oportet. Si sic ergo te ipsum compellis, ne discedas donec accipias. Ideo autē qñq; petis & nō accipis, quoniam perēam postulasti, aut infideliter uel leuit, aut nō expeditia ad salutem, uel destitisti nisi mis citio. ¶ Postremo per uerba inducta Chrs omnem fidelem ineffabiliter cōsolatur, certissimam præstans fidutiam exauditionis diuinæ. Ideo certi de veritate promissionis unigeniti filij dei, & de bonitate, charitate & munificentia patris æterni, in cōcūsibilem spem habeamus ad deum & filialem affectum ad ipsum, omnemq; diffidentiam, hæsitationem, pusillanimitatem in infinitum abiiciamus, implentes illud Apostoli Sine intermissione orate.

2. Thess. §

¶ SER MO II. circa Euangelium. ¶ pronus sit deus ad exaudiendū, ignoroscendū & largiendū, & quæ debeat cōditiones imitari efficaciter orantem.

Omnis qui petit accipit, & qui querit inuenit, & pulsanti aperietur. Lucæ undecimo. Ita sunt uerba Christi in euangelio hodierno. In quibus primo cōsiderare debemus infinitam & prorsus ineffabilem charitatem, misericordiam & liberalitatem dñi dei nostri in nobis & super nos, quia sciens nihil nos posse meritio agere sine auxilio gratiae suæ, hortatur nos ad inuocandum gratiosum auxilium suum. Nec solum hortatur nos ita, sed etiam assertit se ex auditum nostras orationes. Et ne tardi simus hoc credere, per apertissima probat exempla similitudinesq; clarissimas, quod indubitanter exaudiat postulantes, dummodo fiducialiter & instanter arq; salubriter postulent. Hinc nanc; ad persuadendum hoc ipsum, duas in hodierno euāgeliō similitudines ponit. Una similitudo sumitur ex parte amici, alia ex parte patris carnalis. Primæ similitudinis sensus cōsistit in hoc, quod si quis nocturno tēpore pergaat ad suum amicū, rogās eum ut sibi cōcedat tres panes, eo quod superuenerit sibi suus amicus, nec habeat cibum quē ei proponat, & ille amicus quem rogat, excusat se dicēdo. Nox est & ostiū clausum est, pueri quoq; meū in thalamō sunt: porro ille rogās si importune roget & pulset, amicus eius importunitate & improbatib; ipsius uincitur, & concedet ei tot panes quot indiger. Multo magis deus omnipotens, qui summus & perfectissimus amator est hoīm, si perseveranter inuocetur à nobis, dabit nobis omnem gratiā & uirtutē nobis necessariā ad salutē. Ipse egredem abundantia pietatis suæ & merita supplicum excedit, & uota idcirco frequenter plus largitur qđ petitur. ¶ Secundæ similitudinis iste est sensus: Quod si quis petat à patre suo carnali pānem, non utiq; porrigit ei faxum, aut si postulet pilicem, non dabit ei serpentem, aut si petierit ouum, nō ei tribuet scorpionē. Si ergo patres carnales, quāuis multipliciter defectuosi & mali, prestant dona utilia filiis suis, q̄s non exaudiunt, si petant nociva, imo si petant nociva, nihilo minus pro illis largiuntur eis utilia; quanto magis pater cælestis naturaliter bonus, cuius pie tas est immensa, cuius liberalitas finem non habet, qui hoīm pater appellari dignatur, dabit hoībus dona gratiae & omnia qbus indigent, si eum fideliter deprecentur. Hinc itaq; omnium diligētia, feruore atq; instātia dñi oremus p nobis ipsis, & item pro proximis ut simul saluerur. Vnicuiq; em̄ mādauit deus de pximo suo. Et sicut tenemur pximnos nostros diligere tan Ecl. 17. quā nos ipsos, ita tenemur desiderare eorū salutē uti & propriam. Vnde & eorū saluti cooperari debemus, orando, hortando, corripiendo, exemplariter q̄ uiuendo. ¶ Porro in orādo debe mus, p̄ primam uilitatē, in iuitatē, defectuositatē, in diligentiam, & ad omne malū prouitatem, atque immensa pericula quibus expositi sumus, pensare, & ex hac cōsideratione debemus cum omni humilitate, timore & anxietate orare. Item considerare debemus omnem benignitatem, charitatem & munificentiam dei ad nos, & ex hac consideratione debemus cum fiducia & charitatis feruore deo preces offerre. Considerando quoq; infinitam maiestatem & excellētiam sanctitatemq; dei, debemus cum ingenti attentione ac reverentia postulare. Nam ut afferit Augustinus: Oratio tua, est locutio tua ad deum. Dum oras, cū deo loqueris. Tunc uero deum toto corde exoras, qñ aliunde non cogitas, sed intellectu & affectu deo intentus es.

¶ Præterea quanta sit uirtus orationis, & q̄ libenter ac feruide debeamus orare, innotescit ex

uerba

August.

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EPIST.

August. uerbis Augustini, dicentes: Oratio est orantis subsidium, deo sacrificium, angelis sanctis solas tium, dæmonibusq; flagellum. Illam uero orationem deus nō suscipit, quā ipse metorās non attendit. Nam, ut S. ait Isidorus, quid prodest strepitus laborum, ubi cor fuerit mutum? Sicut enim vox sine modulatione est quasi vox porcorum, ita oratio sine deuotione est quasi mugitus boum. Non enim uerba deprecantis deus intendit, sed orātis cor aspicit. Hinc quoq; beatus ait Basilius: Est autem diuinum auxilium implorandum nō remisse, nec mēte hoc illucq; uagante, eo q; talis nō solum nō impetrabit quod petit, sed deum grauius irritabit. Nam si quis coram terreno principe stans, fixum ac custoditum habet oculum exteriorem ac interiorem ne puniat, quanto magis coram deo attentum ac tremebundum oportet astare. ¶ Postremo, ut D. Dionysius libro de Ecclesiastica hierarchia testatur, in orante oportet quatuor esse. Primum est, feruens desiderium rei pro qua orat. Secundum est, ut sit in charitate & gratia. Tertium est cognitio propria infirmitatis. Quartum, ut petat expedientia ad salutem. Itaq; his diebus instare debent fideles uera deuotioni, assidue orationi, eleemosynis largis, ieiunijs fastis, ut à uitis & cōcupiscentijs præseruerunt, ad gratiosam spiritus sancti susceptionem aptentur, à iurgijs quoq; eruantur ac prælijs, & terra nascentia custodiantur à nocimētis. In Missa uero & Procesione unusquisq; deuote & condescenderet se habeat, fabulationes & impudicos aspectus, ac cætera mala deuitanus. Ad laudem omnipotentis.

¶ In solennitate ascensionis domini nostri Iesu Christi.

ENARRATIO lectionis loco epistolæ: Primum quidem sermonem feci de omnibus o Theophile. Actum primo.



Lorius Lucas euangelista in lectione hac ascensionem Christi compendiose describit. Itaq; in exordio libri Actuum apostolorum, sic ait: [Primum quidem] uidelicet in euāgelio à me edito seu descripto, [sermonē feci de omnibus o Theophile, quæ coepit Iesu facere & docere]. i. de uniuersis Chri miraculis, documentis & opibus, ita quædam in generali, quædam in speciali descripti, nō autem oīa Chri documenta ac gesta in particulari descripta sunt ab aliquo euangelista, neq; ab omnibus simul, cum scriptum sit: Multa alia fecit Iesu, quæ si scribantur per singula, nec ipsi sum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. Insuper & Matthæus ait: Circumbat Iesu omnes ciuitates, curans omnem languorem & omnem infirmitatem. Et iterum: Cum uenisset Iesu in terram Genesar, uiri loci illius miserunt in uniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes male habentes, & rogabant eum, ut uel simbriam uestimenti eius tangerent, & quicunq; tetigerunt, salui facti sunt. Conformiter scriptum est apud Marcum: Quocunq; introbat Iesu in uicos uel in villas aut in ciuitates, in plateis ponebant infirmos: & quoque tangebant eum, salui siebant. Itaq; distributio ista de omnibus, intelligenda est de generibus singulorum, nō de singulis generum. Pensandus quoq; est ordo iste verborum: Coepit Iesu facere & docere. Quo patet, q; primo fecit quæ postmodum docuit. Per quod multorum præsumptio atq; audacia increpantur, qui paratiore sunt docere quā dicere, loqui quā audiire, & quæ prædicant alijs, factō nō exequuntur. At uero Theophilum, cui & librum istum & euāgelium suum Lucas scriptis, quidam dicunt fuisse secularē Achaiā principem, alij uero episcopum. De quo quid sentiendum sit, scripti pleniū super Lucam. Itaq; sermonem feci de omnibus, quæ coepit Iesu facere & docere, usq; in diem qua præcipiens apostolis per spiritum sanctum quos elegit]. i. usq; in diem ascensionis quo iussit apostolis prædicare euāgelium cunctis hominibus, ut patet in euāgeliō: Ibi etenim finit Lucas euāgelium suum, dicit̄: Eduxit Lucae 24 aurem eos foras in Bethaniā, & eleuatis manibus benedixit eis, & serebatur in cælum &c.

¶ Porro apostolos elegit Chri ad apostolatus officium per spiritum sanctum, i. ex instinctu & directione spiritus sancti, quia secundum qd homo, dirigebatur in omnibus à spiritu sancto, cuius donis fuit plenissimus, iuxta illud Isaiae: Requiescit super eum spiritus domini, spiritus sapientie & intellectus &c. Vnde & apud Isaiam loquitur Christus: Spiritus domini super me, eo quod unixerit me, [assumptus est], i. de terra in summum cælum levatus est Chri, secundum suam humanitatem, iuxta illud: Dominus Iesu postq; loquutus est eis, assumptus ē in cælum; & sedet a dextris dei. Assumptus est autem, quia diuina uirtute sic eleuatus est, & levatus est per ipsum. Per dotem quoq; agilitatis potuit se sic eleuare, à tota quoq; curia cælestis frequentia cu ingenti gaudio est suscepitus. [quibus] apostolis imo & alijs multis utriusq; sexus sanctis hominibus, [præbuit]. i. sensibiliiter demonstrauit, scipsum uiuum] uita corporali humana, qui secundum suam deitatem eternaliter permanet immortalis. [post passionem suam] uidelicet in die resurrectionis suæ & deinceps, [in multis argumentis]. i. per multa sensibili signa atq; prodigia, & perprobationes inde acceptas, ostendens se uere resurrexisse. [per dies quadraginta

IN FESTO ASCENSIONIS DOMINI.

Fol. CCXVII.

A ea apparetis eis] & si non quotidie, tamen frequenter, & interdum uno die multories, utpote quinque in die paschæ. A die autem resurrectionis usq; ad ascensionē quadraginta dies fluixerit, infra qd eis s̄pē apparuit, & multo frequentius q; euangelistæ describunt, cū & Paulus apostolus aliquas apparitiones ab illis intactas, describat. [& loquens de regno dei]. i. de statu militaris ac triumphatis ecclesia p̄dicens eis. De utroq; eqdē regno infra hos dies multa discipulis retulit, utpote qualiter euāglica lex esset p̄dicanda per mundum, & ecclesia undiq; diffundenda, atq; de gloria regni cælestis. [Et cōuelcens]. i. cum discipulis suis manducans; ut alibi Lucas ait. Nam frequenter csi eis post resurrectionem suam comedit. Primo cū duobus in castello Emma. Deinde cum eisdem & undecim apostolis in cœnaculo, & utraq; manducatio ista fuit in die paschæ. Tertio, cū seprē discipulis iuxta mare Tiberiadis, prout Iohā. Iohā. 21 nes refert. Quarto, cū undecim apostolis in die ascensionis, ut Marcus dicit, [coepit eis ab His eroſolymis ne discederet] i. ne ciuitatē Ierusalē timore Iudeorū omnino relinqueret, & ne ad Luca 24 p̄dicandū qdquam transiret, donec spū sanctū in Ierusalē recipierent. Vnde Chri loquit̄ eis: Sedete in ciuitate, quo adusq; induamini uirtute ex alto, [sed expectarent promissionem patris] i. impletionem, p̄missionis, quā pater per filii suum fecit discipulis de missione paracleti: ideo subditur, [quā] p̄missionē [auditis, inquit] filius, [per os meum.] Nam in sermone post cœnam Chri dixit apostolis illudi: Paracletus autem spiritus sanctus quē mittet pater in nomine Iohā. 14 meo, ille docebit uos omnia. [Quia Iohannes qdē baptizauit aqua]. i. in aquis Iordanis corpora ludeo glauit, animas nō purgauit, quia in eius baptismo gratia nō dabatur, nec ille baptismus fuit unum de septem sacramentis ecclesiæ, sed aliquid sacramentale, dispositivum ad Chri baptisma. [uos autē baptizabimini,] hoc ē, copiose implebimini ac purgabimini, spiritu aliterq; estis lauādi, [spiritu sancto] per dona ipsius, [nō post multis hos dies] i. infcta paucos dies, utpote in die pentecostes, qui decimus fuit à die ascensionis: s̄cib⁹ copiosa illa spū sancti infusio in signo uisibili, baptizatio discipulorū vocatur, quoniam in ista fluij inundantib⁹ aque in eos descendit. Veruntamen apostoli ante Christi passionem à Christo baptizati creduntur. [Igitur qui conuenerant] in montē oliveti, ad quem Chri p̄cepit eos ire in die ascensionis, quando apparuit eis recumbentibus in cœnaculo hora prandij ipso die ascensionis, in quo bis apparuit ipsius, primo in cœnaculo, secundo in monte oliveti unde ascendit[in terras gabanteum, dicentes: Domine, si] id est, an [in tempore hoc restitus regnum Israel] id est, an statim missio nobis spiritus sancto, reduces Israelicum regnum ac populum ad pristinā regiam dignitatem, ita quod habebit ex propria plebe, non alienigenam, sicut nunc habet Herodem. Sic quidam exponunt, & iuxta hunc sensum apostoli istud quæretes, nondum fuerunt satis illuminati, putates promissa prophetarum de regno Christi corporaliter esse intelligenda, ita quod Christus regnum ludorum temporaliter repararet & exaltaret. Videbant namque quod sceptrum fuit ablatum à Iuda, dominante eis Herode & Romanorum imperatore, idcirco mouerunt hanc quæstionem, quam, quoniam ex errore processit, Christus resellit, ut subditur: [Dixit autem eis: Non est uestrum nosse tempora uel momēta, que pater posuit in sua potestate. Id est, restitutio Israeliciti regni spiritualiter intelligenda est, quātum ad bona gloriæ in futuro, ubi xternaliter regnabunt electi Israelite cum Deo. Et quo tempore id continget, determinate uelle prænoscere, non est paruitatis uestra. Plenarie nanque fiet in die iudicii, quando ueri Israelite glorificabuntur in anima & corpore, particulariter uero et partim fit in mortibus singulorum, quando ad patriam regni cælestis perueniunt qui euolunt, uel quando perfecte purgati, illuc ingrediuntur. Vt uero hoc tempus, scilicet diem iudicii, horamq; mortis, uoluit Deus hominibus esse in cognitu, ut de hora mortis, adueniūt iudicis tanto sint sollicitiores ac paratiores, quanto sunt incertiores; s̄cib⁹ quotidianū uiat, quasi mox morituri. Itaque tempora & momenta mortis atque iudicii uniuersorum mortaliū, Deus pater in sua posuit potestate, quoniam ea sua reseruauit notitiam, & quoniam sibi placuerit, aget in eis quæ decreuit. Veruntamen ab hac potestate atque scientia nec filius nec spiritus sanctus excluditur, cum superbeatissima Trinitatis sit una potestas, eademq; scientia. Nec his obstat, quod interdum ex speciali causa aut gratia aliquibus hora suæ mortis prænuntiatur. Deniq; Augustino testante, Christus per uerba hæc reprimis digitos calculantiū tempus aduentus Antichristi, cōsummationisq; mūdi, quod determinate præsciri nō ualeat, nisi ex reuelatiōe diuina. Quid uero ad discipulos, p̄serit ad apostolos, præscire pertinuerit, Christus subiungit: [sed accipietis uirtutem] id est, cōfortationē [superueniētis spiritus sancti in uos]. i. spiritus sancti q; cito uobis infundetur. Vel, uirtutē spū sancti. i. ipsum spiritum sanctum omnis potenter. Porro spiritus sanctus descedit in homines, non per motum aut loci mutationem, cum immensus inuariabilisq; cōstat, sed per suorum infusionem donor. Et ipse spiritus sanctus

O Etus

D. DIONYS. CARTHV. SERMO I.

Quae dicitur dari atq; infundi, qbus sua dona ad gratiā gratū faciente p̄tinentia dātur ac infun-
duntur. Vnde sp̄s sanctus donū Dei uocatur, quia p̄ modū donabilis à p̄filiō p̄ procedit, &
sit amor amboꝝ, in q̄ prima ratio doni reluet. Nam amor est primū donū, in q̄ cetera dona
donātur. [& eritis mihi testes], i.e. euangelicā legē p̄dicabitis, & me esse Ch̄m Dei filiū per scri-
pturas atq; miracula p̄testabimini, [in Ierusalem] primo, s. in die p̄ete costes, quēadmodū Isaia
as p̄dixit: De Sion exhibit lex, & uerbum dñi de Ierusalem. [& in om̄i iudea & Samaria,] in qua
decem tribuum fuerat regnū. [& usq; ad ultimum terræ.] Id est, per oīa mūdi regna, usq; ad fi-
nes terræ habitabiliꝝ. qd apostoli p̄ se ac suos discipulos cōplerunt, iuxta uitaꝝ Psal. In oīem
terrā exiūt sonus eoz. Et apud Isaiam: A finibus terræ laudes audiūimus, gloriam iusti. Vne
de ad eundem loquitur Christus: Mittam ex eis qui salutati fuerint, in mare, in Africam & Ly-
diam, in Græciam & Italianam, ad insulas longe, & annunciatib⁹ gloriā meā gentib⁹. Vn-
de Thomas in India, Paulus uero & Iacobus in Hispania, quae sunt terminus terræ habitabiliꝝ
Is. p̄dicauerūt. Et cum hæc dixisset, & etiam alia quæ a Marco scripta sunt, imo & plura quæ
nullus cōscriptis, [videntibus illis] puta apostolis, alijsq; utriusq; sexus electis, ita q̄
similiter fuerunt centū uiginti, quibus & postea misit spiritū sanctum. [Elenatus est] à terra in aē-
rem potestate diuina atq; per dotem agilitatis. [& nubes suscepit eum ab oculis eorū,] id est,
Christo nubē ingrediente, & nube illa eum cingente seu circumplete, ipsum amplius nō
uiderūt. [Cūq; intuerentur in cælum eunt illū,] i.e. dum Christum ascēdenter ad summū cæ-
lum cōspiceret, antequam nubes & distatia loci abfcōderunt eum ab illorum intuitu. [Ecce
duo uiri, i.e. duo angeli in forma uirilis,] astiterūt iuxta illos in uestibus albis,] per quæ uestiū
albedine ac candore, designabantur puritas naturæ angelicæ, atq; incundit huius cause. [q. E.
& dixerunt Viri Galilei,] Quemadmodum enim Christus, sic & apostoli omnes uel pene oēs
de Galilæa fuerunt, [quid statis aspicientes in cælum?] Nam & dño Iesu Ch̄ro nubē ingresso,
& in altū progresso, & eoz uisui iam ablato, non cessauerūt sursum aspicere post dilectum, ut
est moris amantium ac admirantiuꝝ, idcirco ad declarandā Christi maiestatem, & pro consola-
tione ac informatione discipuloꝝ angelisti apparuerūt, dicentes: Quid statis &c. Aci dicāt
Cur tantum miramini quod dominus uniuersorum, creator cælorum, unigenitus Dei, Salua-
tor mundi, cælos ascēdit? Potius admiretur mens uestra, q; ad terras descēdere, incarnari, cum
hominiſbus conuersari, crucifigi & mori dignatus est. [Hic Iesu qui assumptus est a uobis in
cælum, si uenieret quemadmodum uidistis eum euentum in cælum,] id est, sicut in nube ascen-
dit, ita in fine mundi in nube descēdet, ut iudicet genus humanum, iuxta illud Matthæi: Tūc
uidebit filium hominis uenientem in nubibus cæli cum uirtute multa & potestate. [Insuper]
sicut Christus ascēdit in corpore glorificato cum multitudo angelorum & cum sanctis q̄s edu-
xit de limbo, ita ad iudicandum descēdet cum corpore glorificato, cum omnium cœtu ciuiū sup-
nos, iuxta illud qd in Isaia scripti est: Dñs ad iudiciū ueniet cū senioribus populi sui & princi-
pibus eius. Et Iudas ait: Ecce uenit dñs in sanctis millibus suis facere iudicium.

SERMO I. circa epistolam. Qz nostra conuersatio & pia debet esse, & ædifica-
toria, de qz nonnullis alijs salutaris eruditio.

Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Act. I. In lectione
hac, glorioſa Christi ascensio eleganter describitur, & multiplex nobis saluberrimū do-
cumentum p̄statur. Itaq; in primis quoniam omnis Christi actio est nostra instructio, q̄ cōuer-
fatio Christi in seculo isto, sit exemplar quod intueri ac imitari omnes Christiani tenentur, id
circo ex lectione hac primo docemur, ut primum & maximū studium nostrū sit, laudabilitate
cōuersari, & per opera sancta Deo placere, ac proximos ædificare, sicut de Christo hic dicitur,
q̄ cōcepit facere & docere. Quanuis enim secūdum suam diuinitatē esset ipsa sapientia increata
ac infinita, atq; secūdum suam humanitatē omni sapientior creatura, imo sapientia tantæ, q̄ maio-
ris nulla creatura est capax, & hoc ab incarnationis sue exordio, tñ usq; ad tricesimū uite suę an-
num distulit alios docere ac publice p̄dicare, quo usq; in suo baptismo Deus pat̄ locutus est
Hic est filius meus dilectus, ip̄sum audite. & primo fecit qd docuit, nō solū Deo patri, sed &
uirgini matri, imo & ministro suo Ioseph in oīibus p̄optissime obediēdo, in oīibus humilime
se habēdo, patientiā, pietatiā, iustitiā, cæterasq; uirtutes perfectissime adimplendo. Per quæ
omnia increpatur ac reprobatur nostra elatio, nra p̄ presumptio, imo fatuitas nra, qui p̄ optio-
res sumus alios corripere & docere, q̄ corripi & doceri, promptuli ad loquendum, tardia ad au-
diendum, cupidiores aliquid scire, q̄ irreprehensibiliter uiuere, potius quoq; optates p̄esse &
reger, ducere & iubere, q̄ subesse ac regi & obedire. In quibus omnibus patet exceccatio ac te-
meritas nra, quod propriā insufficientiam non pensamus, pericula propria non uideamus, sed
nosipsoꝝ ac alios periculis æternæ damnationis inuolūmus; quia si cæco ducatū p̄-
stat,

DE ASCENSIONE DOMINI. Fol. CCXVIII.

A fīat, ambo in foueam cadunt. Resipiscamus ergo à tantis erroribus, atq; in om̄i humilitate, pa-
cientia, obediētia, pietate, iustitia, continētia, charitate exerceamus nosipsoꝝ, quatenus ea quæ
Deus primo ac maxime requirit a nobis, primo & maxime habere conemur. ¶ Præterea, quoniam
nā ad fraternā correptionē omnes Christiani tenentur, & nihilominus indignus est alios cor-
ripere, q̄ in eisdē aut maioribus culpis est, ideo obligatur unusquisq; talē coram Deo se exhibere, ut exeret cōdignus p̄ceptum ipsius de correptione fraterna implere. Itaq; bona ad q̄ali
os exhortari debemus, ipsimet primo agamus & mala quæ in alijs iubemur corripere, perso-
naliter primo uitemus, pensantes quod ait Saluator: Quid uides festucā in oculo fratris tui, &
trabē in oculo tuo non uides? Hypocrita, eiже primū trabem de oculo tuo, & tunc uidebis ejus
cere festucam de oculo fratris tui. ¶ Insuper ex his cōstat, quod prælati & p̄dicatores ac oīes
qui alijs p̄fūnt, p̄a ceteris uirtuosius & exemplarius uiuere obligentur, & primo facere, de
inde docere. Siquidē bona docere, & impie agere, quid aliud est quām seipsum uoce propria
cōdemnare iuxta illud Ecclesiastico: Dum male dicit impius diabolū, maledicit ipse animam Ecd. 21
suā. ¶ Secundo, ex lectione haec edocemur, quanta sit certitudo saluberrimæ ac sacratissime fi-
dei Christianæ, quoniam dominus noster Iesu Christus sciens corda discipulorū suorum tar-
da esse ad credendū suā resurrectionē, per dies XL mansit in terra post suam resurrectiōem, in
fra quos suis discipulis & diuersis utriusq; sexus personis saepissime se mōstrauit in plena uigila
clarac̄ dīe, nec solum uisibiliter apprendo, sed & loquendo, edendo, palpabilemq; se p̄z
bendo, insuper & in cælos coram eis ascendendo, se uere resurrexisse probauit. Deinde omniꝝ
B um horum ueritatē certissime confirmauit, mittendo illis spiritū sanctū die p̄fixo, per cuius
us infusionem docuit eos repente totam sacram scripturam, & omnium usum linguarū, atq;
diuino amore eos accedit, omni uirtute implexit, ita quod paratissimi erant omnia gñia tor-
mentorum pati p̄ fide catholica, imo & ultra hæc omnia, cōculit eis copiosissimam potesta-
tem faciēndi innumerabilia miracula, soli omnipotenti Deo possibilia, in testimonium ueris-
tatis fidei nostre Christianæ. Ecce quāta est certitudo ac firmitas ueritatis fidei nostre. Corre-
spondeat ergo conuersatio nostra certitudini & excellentiā fidei nostre, ut tam diligenter ui-
temus peccata, tam feruide agamus quæ Deo sunt placita, ac si penas inferni & gloriam regni
sūperi nostros oculis nostros intuiti, realiterq; experti. ¶ Tertio, per hoc quod Christus suis Acto. 10
apparēdo discipulis, loquebatur eis de regno Dei, docemur, ut dum Christiani conueniūt, lo-
quantur uerba ad salutem pertinentia animarum, qualiter possint peccata uisare, tentationes
dæmonum superare, pericula damnationis æternæ evadere, ad cælestem felicitatem pertinge-
re. ¶ Quarto docemur ex lectione p̄senti, quām mira & imperscrutabili sint opera Dei, qd
terribilis Salomon dixerit, Non est sapientia, non est prudētia, non est consilium contra do-
minum. Discipuli nānique quia Iudei incredulis metebant occidi, & ex metu illorum sede-
bant ciauia, nonne mirabile est quod in Ierusalem iuxta templū ubi quotidie principes facer-
dotum, iſcribæ & pharisei conuenierant, manere audebant, & quod non potius ad aliam urbē
pergebant? Sed hōc ideo fuit, quoniam Christus p̄cepit eis à Ierusalem non abire, sed in ea
spiritu sanctū infusionem plenariam p̄stolari. Verum tunc rursus uidetur mirabile, quod lu-
dorum increduli principes, sustinuerunt & permisérunt discipulos illos in Ierusalem propere
demorari & simul consistere, sed Deus, cuius sapientia non est numerus, cuius potentia nō est
finis, hominum corda immutat & afficit, restrinquit, qualificat iuxta om̄e beneplacitum suum,
nec dispositioni eius quisquam potest resistere, sūcta illud Hester: Domine rex omnipotens, in Hest. 13
ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui tuę possit resistere uoluntati. Vnde & apud Isaia
am testatur: Consilium meum stabit, & omnis uoluntas mea fieri. Hinc sicut decrevit, euange-
licam legem per apostolos primo in Ierusalem fecit annunciarī, & Christi discipulos ab hosti-
bus suis protexit. ¶ Quinto ex hac instruimur lectione, ut curiositatem abiçiamus, & neceſſa-
ritia ad salutem, atq; utilia ad bene uiuendum queramus discere, & retinere curemus. Cum em̄
apostoli interrogasset, dicētes: Dñe, si in tempore hoc restitues regnum Israel, quod scire ad
eos non pertinebat, nō dedit ad hoc solutionem, sed de necessariis ad salutem ipsos instruxit,
Accipietis, inquiens, uirtutem spiritu sancti, & eritis mihi testes &c. Hinc in Ecclesiastico scri-
ptum est: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris istud quæ p̄cepit tibi Deus,
illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessari-
um, ea quæ abscondita sunt, uidere oculis tuis. Huius prohdolor contrarium agunt quām plus
res, qui salute sui neglecta, student & occupantur in his, quæ Deus ab eis non exigit, & potius
cupiunt scire aliqua de proprietatibus rerum, de mundi negotijs, quām de diuinis p̄ceptis.
Quam quoque scientiam ordinant ad laudem humanam, terrenaq; commoda & ad mūdi ho-
nores. Resplicant qui tales sunt, & iuxta doctrinam Apostoli, quārāt meliora & uiciniora s̄i Hebr. 6.
¶ O ij lu

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EVANG.

Iuti. *Sexto docemur ex lectione hac ipsa, quām glorioſiſſime Christus in cælum ascenderit,* D. *quia propria potestate, nō auxilio angelorum, quemadmodum Elias & Enoch in paradisum translati sunt; & quanuſ nubes Christum ſuſcepit, non tam ei auxilium præbuit, ſed obſer- quum tantum.* Cū enim Christus ſit uerus deus omniumq; creator, creature ſibi ab exordio ſuę incarnationis uſq; ad ascensionem in oībus ſeruerunt. Nā nunciante archangelo eft cō- ceptus, eiusq; natuři ſatem angelus nūc iauit paſtoribus, angelo quoq; iubente, sanctus Ioseph duxit eum in Aegyptum atq; reduxit, ſtella etiā eius natuřitate innotuit Magis; & cū eſter in deſerto cū bestiis, angeli ei miniftrauerūt, in tranſfigurationēq; nubes tū lucida obumbravit & thū infelix homo propter quē ipſe factus eft homo, ei ingratus eft & rebellis. Emēdem uita noſtrā, atq; cū Chfo ſpiritualiter ascendamus, cōtemnendo cađuca & uana, & conțeplan do celeſtia, eternā beatitudinē feruide cupido, & deū altiſſimū ſup oīa totis p̄cordijs diligendo. Præterea aduertam qniam peregrini & aduenae ſumus ſup terram, ignorantes diem & horam, & q; omne tempus uita noſtrā in ſeculo iſto non eft niſi moſument comparatione uita futura & eternaliter duratur. Cur ergo facimus grandē provisionem pro uita preſenti q̄ſa hic in aternū uicturi, paruā autē aui nullam pro uita futura, q̄ſi in ea ad modicū permansuriſ. Resipſcamus ergo ab iſta amentia, & ob ediamuſ doctrinae Ch̄fi, qui uibet, ne theſaurizemus in terra pecunias colligendo, ſed in cæli, opera uirtuoſa abundantanter agendo, per quæ copioſam felicitatem obtineamus cum angelis. Postremo, ſicut apolloſi à die iſto uſq; ad pentes coſten ad uſceptionem ſpirituſ sancti ſe p̄parebant, orationibus, ieuniuſ ac cæteris ſanctis actibus inſiſtendo adſidue, ita & nos per decem hoſ dies ad ſingularem deuotionem nos de- mus, atq; ad ſpirituſ sancti iuſtificationem nos p̄paremus orando, ieunando, eleemosynas tri- buendo, diuina officia frequentando, propriam quoq; conſcientiam uigilanter diſcuſiēdo, & ſi opus fuerit cōſtendo. Et ſi aliqui tantā deuotionē cōtulerit, ad ſacramētū cōmuñionem diſponat, atq; hunc iſolum ſolēniſſimū aſcenſionis diē unuſquisq; in uiuofis expendaſ operis bus, nō in mūdi ſpectaculis, uanitatis & choreis, nec in comeſationibus & loquacitatibus, aut cæteris mundi iuſfanis, ut glorificetur deus in omnibus, cui honor & gloria.

Enarratio Euang. Recumbentibus undecim discipulis appariuit illis Iesuſ, Marc. xvi.

Mar. 16. *Sanctus euangelista Marcus in Euangelio hodierno! Christi aſcenſionem deſcribit, nouisq; ſumam quoq; ipſius cum diſcipulis collationē atq; doctrinā. Itaq; ait: [Recumbentibus undecim diſcipulis] i.e. undecim apostoliſ ſimil māducantibus in coenaculo, ubi Ch̄fi cum eis agnum coemet paschalem. Et bene ait, undecim: nam Marthias tunc nondum fuſt apolloſius, ſed inter aſcenſionem & ſancti ſpirituſ missionem apolloſius factus eft. [Appariuit illis Ie- ſuſ] in p̄fato coenaculo, & ut Lucas doceſ, coemet cum eis, ut ſe uere reuſciſtatur mōſtraret. Deniq; uerbum iſtud cōſolatorium nobis eft, ſi enī Ch̄fi diſcipulis corporalem cibum ſumentibus dignatus eft apparere, non utiq; deignabitur ſpiritualiter apparere, id eft, gratia ſe a deſte orantibus, meditantibus, & cætera ſpiritualia exercitia deuote agētibus. [& expro- brauit]. i.e. cum impropriatione dure redarguit [incredulitatem illorum & duritiam cordis], non tunc adhuc incredulueriſt, corde duri, ſed de p̄zterita eorum incredulitate ac du- ritia ipſos iam increpauit, [qui hiſ qui uiderant eum rerefexiſſe], i.e. qui eum poſt ſuā reu- rectionē corporaliter cōſpexerunt, uidelicet ſancti mulieribus, B. Petro, alijsq; quibusdā diſcipulis, [non crediderant,] quoniam aſtentibus eis q; Ch̄fi uidiſſent, non crediderit. [Et dixit eis: Eunte in mundum uniuersum]. i.e. ad p̄cipua mundi regna, non ſtatiuſ poſt miſſionem paracleti, ſed poſt annos alijs, Iudeiſ in ſua perfidia obſtinatis. In die etenim diuiniſiōi apolloruſ ſe perunt exequi hoc p̄ceptum, & uſq; ad diem illū p̄dicauerunt Iudeiſ, q; cum uiderobut obſtinatos, profecti ſunt ad gentiles, [p̄zdicare euangelium omni creaturæ]. i.e. cunctis hominibus, qui cum omni creatura aliquid habent cōmune, & prop̄ quos oīa iſta ter- rena ſunt facta. [Qui crediderit] fide p̄ dilectionē ordinata ac opante, q̄ dicitur fides formata, [& baptizatus fuerit] baptiſmo ſluminis, ſi adſit facultas q̄ ſi deſit, ſufficit baptiſmus ſluminis aut ſanguinis, [ſaluuſ erit]. i.e. ſalutē cōſequetur aternā, dummodo p̄fuerauerit i bonis actibus uſq; in fine. [Qui uero nō crediderit, condēnabitur.] Nā ſine fide impoſſibile eft Deo placere, ſecundū Ap̄lī, cū fides ſit fundamenū uirtutū. In adulitiſ egdeſ regiſtūr fides & fidei actus, ſalutē interior; in paruulis uero ſufficit fides habitualis cū charitate, q̄ ſimul eis cū fidei infundiſtur ac merito Ch̄fi, [Signa autē] i.e. miracula qbus fides probatur eſte à Deo & cōfirmaria ab eo, q̄ per miracula ſuā ſequimur ſuſcepit, ſed p̄ uitabiliſ ſidei. [eos q̄ crediderint, hæſequētū] id eft, uirtus & gratia faciēti ſequētū ſigna, eis à Deo p̄ſtabitur, nō q̄ ſinguliſ ſi delibus datum ſit facere ſigna iſta, ſed quibusdam inter fideles, p̄zſertim in primitiua ecclieſia ſicundū ſapientiſſimā moderationē p̄zordinationēcē Dei, & iuxta uicelitatem aut utilitatem*

DE ASCENSIONE DOMINI.

Fol. C C XIX.

A ecclieſia, In principio quippe euangelice p̄zdiſationis fuerunt miracula p̄zcipue neceſſaria, ad peruadendum fideli ueritatem, atq; ad declarandum dei omnipotentiam, ad idolorum quoq; reprobandum, culturam. Nihilo minus interim ſepe ad excitationem fidelium, & ad manifeſtationē ſanctarū quorundā, deus glorioſa ac copioſa fecit miracula. [In nomine meo daemonia eiſciēt] ab obſeſſiſ, [linguis loquenſi nouis]. i.e. donum linguarum accipient, ita q̄ nouis ac diuersis uentis loqueliſ, uti apostoliſ pater, qui ſpiritu ſancto recepto, cooperant loqui uarijs linguis, prout ſpiri- tū ſanctū dabat eloqui illis, Imo in primitiua ecclieſia fidelibus dum baptiſtabant, dabat communi- niter donum iſtud linguarum, ve patet in Actibus apostoliſ, [ſerpentes collēt]. i.e. fine leſione cal- cabunt, occident, portabunt, quod de multis legit ſanctis. Vnde & loquitur Christus: Ecce dedi uo- bispoteſtatem calcandi ſuper ſerpentes & ſcorpiones, & ſupra oīem uirtutem inimici, & nihil uo- bis nocebit. Hinc loco hoc per ſerpentes omnia venenosa animalia deſignant. Propter quod fert in pſal. Super aſpidem & baſilicū ambulabis, & conculabis leonem & draconem. [Et si mor- tiferum quid biberint]. i.e. pocula venenata, [non eis nocebit]. Vt patet de Iohāne apolloſo, ſancto Gregorio, ac alijs multis. [Super aegros manus imponent, & bene habebunt]. i.e. protinus curabun- tur, quemadmodū infinitis factum eft tempore euangelice legis. Deniq; liberalis atq; magnifici p̄- milioris eft plus tribueret, q̄ promiſit: ita & Christus per ſuos diſcipulos multo maiora egit mira- cula, q̄ ſunt iſta iam recitata, quia & mortuos plurimos uſcīrauerūt, atq; à natuřitate cæcos, clau- dos, ſurdos, ac mutos, in naturalibus donis restaurouerunt, plurimosq; curauerunt leproſos, & q̄ dan eorum ſolem fecerunt ſtare in cælo, alij ſuper aquas quaſi ſuper aridam ambulauerunt. Sed & Petrus apolloſo vmbra ſua egrossanauit, atq; de Paulo legiſ: Virtutes non modicas fecit deus Aſto. 5 per manus Pauli, ita ut à corpore eius deſerrent ſuper languidos uſuaria vel ſemicinctiā, & recede- Aſto. 19. bant ab eis languores. Nec opus eft ſigna hæc iam iterari, quia in ſuo ſatris reſplendent effeſtu, videli- cer in conuerſione mundi ad tam incomprehenſibilem fidem ac arduiſimā legem, quæ conuerſio omni miraculo mirabilior eft. Qualiter uero miracula iſta à fidelibus ſpūaliter ſiant, in ſermone di- cef. [Ec dñs quidem Iesu poſtquam locuſus eft eis] verba p̄rahabitā, multaq; alia, ve patet in le- ſtione expolita, [allumptus eft Iesu in cælo]. i.e. propria uirtute aſcendit uſq; ad ſummitate cæli emp̄rei. Qui enim deſcendit, ipſe eft qui & aſcendit ſuper omnes caelos. Et ut Luc. ait: Eleuat ma- Luce 24. ſubibus ſuī benedix eis, ac ferbae in cælo. [& ſedet à dextris dei]. i.e. ad æqualitatem patris aeter- ni reſidet. Christus ſecundum quod deus, & ſecundum ſuam humanitatē ſedet ad dexteram pa- triſ. i.e. in poſtioribus bonis eius, qm̄ Christi humanitas participationibus diuinoſ ſuō ſpūa- bus ſanctis implēta eft, increatris quoq; diuinit̄ ſuperbeatissimā trinitatis perfectius fruit. [Uliautē] puta apolloſo, [prefecti] à Iudea poſt ſuam diuiniſionem, [predicauunt ubiq;]. i.e. in principalibus partibus mundi per ſe & per ſuos diſcipulos, quemadmodū in apolloſorum contineat. Legēdiſ. [domino cooperante]. i.e. illorum corda gratioſe corroborante, & eos ad omne opus bonum mo- uente, de quo ait Apolloſo: Deus operat in nobis & velle & perficere. Isaías quoq; Omnia, inquit, Philip. 2 opera noſtra operatus eſt in nobis. [& ſermonem] apolloſo [confirmante]. i.e. verum eſſe probā- te, [ſequentiibus signis]. i.e. per miracula qua ſecit per ſanctos ac glorioſos apolloſos, quæ fieri non ualebat niſi diuina uirtute, per quæ deus testimonium perhibuit p̄diſtationi illorū. Si quidem in ſua fide & doctrina inuocauerunt deum, ut operareſt miracula ad confirmationem fidet ac doctri- nae quas p̄diſtarent, & protinus exaudiuit eos altiſſimus eſſentialiter ueritas ac ueritas. Hinc ad Hebreos dicit Apolloſo: Quō effugiemus, ſi tantam neglexrimus ſalutem, quæ in nos cōfirmata Hebreo. 1 ta eft, conſtantē deo signis & portētis & uirtutibus & ſpūis ſancti diſtributiōibus. Hinc ait Pſal. 92: miſta: Testimonia tua domine credibiliſ facta ſunt, nimiris. Imo quanto catholica fides in ſeipſa in- comprehenſibilior ſupernaturaliori confitit, tanto omnipotens deus per plura atq; maiora eam conſtiruit miracula, ut ſimus ſemper in ſidei ueritate immobiles.

¶ S E R M O II. circa euangelium: Quōd omnia in gloriam Dei ſunt referenda,
de neceſſitate & fructu correptionis, quōd etiam fide ſigna per nos ſiant ſpūalia.

Signa eos qui crediderint, haec ſequentur: In nomine meo daemonia eiſciēt &c. Marci. xvi. & in- ſeuangelio hodierno. Hodieſ ſolennitatis euangelium, ſaluberrimis eft repletum doctrinis. Primo nanc per hoc q; Christus dominus apolloſis manducauitibus uifibiliter apparere dignatus eft, edocemur q̄ etiam corporalia exercitia, imo corporis noſtri refectio atq; prouifio deo cōpla- ceant, & in eis dominus Iesu nobis per gratiam adefit, dum ea ad Dei ordinamus honorem, & ad ſpūalem p̄fectum referimus. vt poteſt, i.e. laborantes & temporalia acquirentes, edentes, biben- tes ac dormientes, ut poſſimus ad Dei honorem uiuere uirtuofe, & ad eius obsequiū effici fortio- res. Non em poſſimus deo ſeruire niſi uiuamus, nec poſſimus diu uiuere in hoc mundo, niſi man- ducemus, potemus ac dormiamus; idcirco quicquid in exterioribus agimus, ad dei honorem, cul- tum & amorem ordinare debemus. Hinc ad Colos. ait Apolloſo: Omne quodcunq; facit in uer- bo aut opere, omnia in nomine domini noſtri Iesu Ch̄fi agite, gratias agētes deo patri per ipsum. Vnde & Ch̄fi ex virgine naſo, angelus ſanctus non principibus mundi, niſi ſacerdotibus templi,

O iii ſed

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO II.

sed pastoriis sua in campo peto, a paucis Christi nativitatem denunciauit, atq; eisdem pa- **D**
steribus eadem hora angelorum copiosus exercitus apparuit, deum magnifice laudans. Hinc ait
Prophet: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Quo contra de-
inquis ac reprobis loquit: In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.
Quod quā periculōsum sit, pandit subdendo: Ideo tenuit eos superbia, op̄t̄ sunt iniq̄t̄ &
imp̄t̄ate sua. In h̄is uerbis consolent laboratores, & quicquid suis laboribus uictum sibi adipiscunt
tur, & exteriora opera sua ad spiritualiter referant finem, ad Dei honorem, ad animarum uarum
salutem; in ipsis quoq; suis operibus timorati existant, & uerba uitent illicita, ac crebro corda sua
ad dominum erigant orando ac meditando. Secundo ex euangelio isto instruimur, quā ma-
gnūm beneficium sit charitativa & iusta correptione delinquentium, & quā gratanter ac patien-
ter ipsa sit suscipienda. Ecce enim uirginus filius dei suum magister, ardenter usq; amator,
piissimus dominus, eo die quo à suis charissimis fuit recessurus discipulis, & corporalem præsentia
per ascensum in cælum altissimum subtrahetur, eos redarguit, imo quod acris sonat, exprobra-
vit. Ex quo tria documēta trahunt: Primum est, quod prælati & superiores debent inferiores ac
subditos suos dum peccant, charitatue ac strenue increpare, præsertim cum afferat Augustinus: Si
corripere neglexeris, peior eo qui peccat, efficeris. Et Salomon contestat: Qui arguit, laudabu-
Eccles. 19
tur. Vnde in Ecclesiastico scriptum est: Corripe amicum tuum, ne forte non intellexerit, & dicat,
Non feci; aut si fecit, ne iterum addat facere. Hinc communiter dicit: Qui tacer, consensisse uidet.
Et in Decreto saepius fert: Errori cui non resisteat, consentiat. Ideo ait Vrbanus: Ita peccat qui uidet
Matt. 18
proximum suum peccare, & tacet, sicut qui poenitenti non indulget. Nam qui dixit, Si peccauerit
Hieron. in te frater tuus, dimittit, si peccauerit, increpa. Sanctus quoq; Hieronymus & Origenes
Orige. facentur: Dum sacerdotes uni parcum, uniuersa ecclesia moliunt interitum. Quā est ista bonitas,
ista misericordia, uni parcere & omnes in discriben adducere? Polluitur nāg ex uno peccatore po-
pulus, sicut ex una morbida ova grex uniuersus inficit. Non ergo sit præsidiens ad corripiendum
corrugendumq; subditos negligens aut remissus. Secundum documētum est, q; ipsa fraterna cor-
reptione sit beneficium magnum, quia ex charitate & æquitate procedit, & contra peccata quae an-
Prou. 27
mæ mors sunt, optimum est remedium. Hinc Salomon loquit: Melior est manifesta correptione, q;
Prou. 28
amor absconditus. Et rursus: Qui corripit hominem, postea grām inueniet apud eum, magis q; il-
le qui per blandimenta decipit. Tertium documentum est, q; inferiores ac iuniores, & minus do-
cti, debent increpationes & exprobationes superiorum, seniorum ac sapientiorum, cum omni gra-
tiaq; actione suscipere, & nequaquam indignari, irasci, aut obloqui, sed ad emendationem se omi-
no exponere, sicut in Prover. legit: Eggestas & ignominia ei qui deserit disciplinam. Qui autem acqui-
Prou. 13
scit arguēti, glorificabit. Et denuo Salomon loquit: Viro qui corripiente dura ceruice cōtemnit,
Prou. 29
repentius superueniet interitus. Ecclesiasticus quoq; dicit: Quām bonum est correptum manifesta-
re poenitenti, sic enim effugiet uolūtarium peccatum. Fatuī ergo sunt qui increpatibus indignant,
præsertim qui superioribz suoq; correptiones non curant, sed spēnunt, nō aduertentes quod in cōpa-
rabiliter melius sit à iusto redargui, q; à peccatore laudari. Tertio ex euangelio isto docemur, q;
prælati ac prædicatores ac superiores nullum subditos suos debent desplicere, sed sine personæ
acceptiōne unumq; pro posse suo instruere, exhortari, corripere, castigare, cum in euāgelio isto
dicat salvator: Prædicate euāgelium omni creaturæ. Vnde Ioseph p̄farcha in persona Chri dixit
Marc. 16
fratribus suis, p̄fona plato, gerentibus: Non uidebitis faciem meam, nisi frēm uelutum minimū ad-
duxeritis ad me. Quarto ex euāgelio hoc informamur, quādmodum siles Chriana à deo per
miracula diuersa & magna sit cōfirmata. Nam veritas duobus modis probat: Primo per naturale
rōnem, sicut naturales probant scientię. Secundo per supernaturalia opera, putam miracula, que
sunt uelut sigilla attestatiois diuinæ. De quo iam sat is reor prædictum, sicut veritas fidei catholice,
que de supernaturalibus ueritatibus est, probat. Deniq; Chri in euāgelio isto quinq; ponit gene-
ra signorum, que à quibusdā sanctis corporaliter facta sunt, spiritualiter uero à cunctis fidelibus fieri
queunt. Primum genus signorum est expulsio dæmonum. Vnusquisq; em̄ tot dæmonibus plenus
est, quot mortalibus subditus est peccatis. Idcirco qui eos qui mortalibus culpis foedant, cōuerterit
ad Deum, expellit dæmonia. Vnde de Maria Magdalena Christus septem dæmonia legitur eieci-
se. Secundum genus signorum est, loqui recentibus linguis. Hoc sp̄ualter facit, qui à solitice abſi-
net uerbis illicitiis, detractoris, pungituis, mendos, lascivis & uanis, atq; salubriter ac cōdificatoria
loquit. Deum laudare, proximū informare, iugiterq; orare cōsuecit. Tertiū genus signorum est ser-
pentes tollere, quod facit, q; diabolicas suggestiōes & venenatas tentatiōes suppeditat. Quartū ge-
nus est mortifera sine laetiōe potare, i. imp̄is suggestiōibus nequaq; cōlenium p̄bere, nec alioq; pra-
uis exemplis corrumphi, infici aut seduci. Istud demū cōpetit electis, quibus oīa cooperant̄ in bonū,
& post lapsum cautiōes cōsurgunt, imo quo feruētores fuerūt in uitejs, eo ardētores fuent in pni-
libus & alijs sanctis operibus, dicente Apostolo: Vbi abundauit delictum, superabundas & grā.
Quintum signum est, per impositionē manus & ḡros curare; quod spiritualiter agūt, qui uerbis sa-
lutaris

DE ASCENSIONE DOMINI

Eo. CCXXV

Aflutibz, & operibus exemplaribz imperfectos & tentatos, passionibz subiectos, recuperant
& confortant, consolantur atq; perficiunt. Hęc itaq; spiritualia signa quilibet nostrum conetur p̄-
agere, peccatores ad uiam salutis trahendo, uerba uirtuosa uirando, immundas cogitationes & pra-
rias affectiones abiiciendo, nec aliorum peccatis consentiendo; sed deo tanto feruentius seruēdo,
quāto ante feruentius seruēbamus dæmonibus & peccatis: proximos quoq; ad uirtutes, ad spiri-
tualem profectum, ad animas puritatem incitando pro uiribus. Ista signa sc̄ spiritualiter operari sa-
lubrius est, quā ea corporaliter facere. Postremo in Euāgeliō isto tangitur gloria Chri ascen-
sio, de qua iam dicta sunt multa: idcirco cum Christo spiritualiter ascendamus per scalam uirtu-
tum, per uiam humilitatis acque timoris, per contemplationem & feruentem dilectionem sum-
mae & incomparabilis ueritatis, pure & incircumscribibilis bonitatis, quā est deus super omnia
benedictus.

¶ SERMO. III. Quod omnis actio Christi nobis est fructuosa,
& quām gloriose debeat esse eiusdem ascensio nobis festiva.

Dominus Iesus assumptus est in cælū, & sedet à dextris dei, Marc. xvi. Quemadmodum iuxta
Isaiae oraculū, Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, uidelicet dominus Iesus Chrius Isaiae. 9.
unigenitus patris, sc̄ ipse Christus seipsum in omnibus pro nobis exhibuit, & torum se nobis im-
pendit, ita quod quicquid fecit ac pertulit in hoc mundo, ad nostram ordinavit salutem, utilitatem
& gratiam. Ipse eternus dignatus est in carnari, ut nos deficiemur; factus homo, ut nos dī efficiamur:
factus filius hominis, ut limus filii dei: dignatus est nasci ex uirgine, ut nos regeneremur ex aqua &
spiritu sancto: uoluit conueneri cum hominibus in hoc mundo, ut nos externaliter demoremur
cum angelis sanctis in cælo: factus est pauper, ut merito sue inopie ditemur in gratia & omni
uirtute. in hoc mundo uoluit exultare (sicut Ieremias prædixit), Venturus est quasi colonus in ter-
ra, & quasi viator declinans ad manendum) ut nos celestis patrie ciues aeternaliter simus. Sic de-
sum uoluit crucifigi & mori, ut pro nostris satisfaciendo peccatis, à morte animæ & à morte in-
fernalis misericordie nos saluaret, uitaq; gratiae in præsenti, & uita glorie in futuro uiuiscaret. Resurre-
xit, ut à uitijs quotidie resurgamus; ascendi in cælum, ut iugiter spirituali ascensione ascendamus
poli p̄spū, eius gloriōsam præsentiam desiderando, siderea mansiones optando, angelorum be-
ata consortia cupiendo, atque per diuinorum contemplationem & summi boni amorem tenden-
do ad felicitatem aeternam, quā est diuina & infinita lucis fructuā inspectio, aeterna & increa-
t̄e dulcedini contemplatiua fructu. Item ascendit, ut sc̄iamus quid de nobis suis debeamus spa-
re, quia (ut ait Leo papa) capitū præcessio, spes membrorum est. Ideo dicit sanctus Ambroſius:
Est eleuatus nubibus, & spes fecit credentibus. Quemadmodum ergo Christus coram discipulis
ascendit usque ad cælum empyreum, ita fideles plene purgati sicut in seculo isto, sicut in purgatorio
isto, ascendunt post mortem suam in cælum illud, quantum ad animam, atque in die extremiti u-
dicij in anima & corpore glorificato ascendunt illuc cum Christo. ¶ Preterea solennitas hodier-
na est ualde glorioſa & magna. Primo, quoniam Christi ascensio est finis & consummatio omni-
um mysteriorum ipsius, hoc est, uniuersorum quāe ipse pro nostra salute assumpit, fecit ac pertu-
lit. Nam sicut ipsius incarnatio fuit mysteriorum suorum inchoatio, ita ipsius ascensio est eorum
dem completio. Siquidem (teſte Philosopho) unumquodque perfectum est dum principio suo co-
lungitur. Vnde secundum eundem, motus circularis inter ceteras motus species, est perfectior, qā
in eo est redditus ad id unde incepit motus. Itaque quoniam Christus in sua ascensione ad patris de-
xteram rediit, à qua in sua incarnatione ad terram descendit, conſat quod omnium mysteriorum
omniumq; suorum leſtorum finis & consummatio, sit beata eius ascensio. Vnde de ipso prædixit
Psalmita: A summō cælo egredio eūs, & occurſus eūs usque ad summum eūs. Hinc ait sanctus Psal. 18.
Bernardus: Solennitas ista fratris charissimi glorioſa est & gaudiosa, in qua Christo gloria, singu-
laris, & nobis spiritualis lætitia exhibetur. Consummatio enim & adimpletio est ceterarum fo-
lennitatum, felicisq; clausa rotis itinerarij filii dei.

¶ Secundo solennitas ista est ualde glorioſa & magna, quia in ea Christi humanitas est plenarie
glorificata ac sublimata. Glorificatio quippe Christi secundum suam humanitatem, resurgendo
& ascendendo completa est. Anima equidem Christi à sua creationis exordio fuit, quantum ad su-
periores suas uires, excellenter beata, deum clare per speciem contemplando, eiusq; bonitate im-
mensa perfecte fruendo. Sed C H R I S T Y S quantum ad sensitum suū animæ partem, & quan-
tum ad corpus suū passibile ac mortale, fuit uiator & nondum glorificatus, sed exul & diuersis
miserijs sponte subiectus usque ad suam mortem. In resurrectione uero partim glorificatus fuit
quantum ad naturam assumptam, quoniam in corpore impassibili, immortali, & sensitua parte
ad impassibilitatem prouecta, surrexit. In ascensione uero, etiam habitatione & loco glorificatus
est Christus ut homo, & super omnes angelicos ordines exaltatus. ¶ Tertio, qm̄ Chri cū iucūdiss.
ac solenniss. processione ascendit, & cū glorioſū, ad deum patrem est reuersus triūpho. Ascenderunt
O iiiij mang

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO. III.

nanque cum Christo omnes animæ sanctæ, quas de limbo patrum in die resurrectionis suæ edidit. Dicit, similiter quæ in purgatorio lati mundatae fuerunt. Insuper innumerabiles angeli ascenderunt cum ipso, uniuersitatem ordines angelicorum spirituum qui in celo remanerunt, Christo ascendenti occurserunt, & ipsum cum ineffabili laude & iucunditate ad cœlestis patriæ deduxisse palatium rite creduntur.

Psal. 46. tur, sicut propheta predixit: Ascendit deus in iubilo, & dominus in voce sube. Sic⁹ cum præclarissimo triumpho ad patrem reuersus est, consummatum opere ad quod venit, principibus tenebrarum deuictis, hominibus redemptis, & solitario inferno, atque innumerabilibus animabus per ipsum salvatis secum scandentes, quemadmodum sanctus David ait in Psal. Ascendiſſi in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Sicut⁹ hoc die facta est ineffabilitis in celo laetitia, & gaudia sunt cuncta angelica agmina, redeunte in caelos unigenito dei, ipsi⁹ pater æternus cum omni hosti.

Matt. 17. nore & gaudio suscepit filium suum charissimum, sibi super omnia incomparabiliter bene placuerunt. Quarto, quoniam in hac iucundissima solennitate ruina cœlestis Ierusalem in mundi exordio facta, & quæ per tot annorum durauerat millia, pro magna parte est reparata, quia tot apostolorum angelorum fides sunt recuperata, quot animæ sanctæ cum Christo ascenderent peruenerunt.

Lucas 15. ad eas. Si ergo, Christo affirmante, gaudium est angelis dei super uno peccatore penitentiam agere, quale gaudium eis ortum est hodie, tam innumerabilibus milibus animarum sanctarum cum Christo cœlestis Ierusalem ruinam implentibus. Quinto quia in beata hac solennitate confirmata est fides nostra, ualde autem est spes nostra, & consolatio copiosa ac multis.

Lucas 14. plexa data est nobis, immo & sanctis apostolis ac primis illis fidelibus, qui ascensioni Christi interfuerunt. Qui etiam ex hoc die multum creuerunt in uera deuotione, in spirituali amore, in omni uirtute & gratia. Hinc sanctus Lucas ait: Eleuatis manibus benedixis eis, & serrebatur in celum. Et ipsi adorantes, regredi sunt in Ierusalem cum gaudio magno, & erant semper in templo laudentes et benedicentes deum. Conformatum legitur in Actis: Tunc reuersi sunt Hierosolymam a monte Oliveti, & ascenderunt in superiora coenaculi, & erant perseverantes unanimiter in oratione. Ecce quod præclara & gaudiosa est solennitas hodierna: idcirco & nos haec omnia attendentes, spirituali glo- riemur in domino, ascensiones quoque disponamus in corde nostro, proponendo ac cupiendo quotidianum in omni uirtute præfatum, ut progrediamur de bono in melius, & de uno opere bono ad aliud. Denique recolendum, quia ut ait Simplicius Hierosolymitanus episcopus, cum in loco ascensionis Christi adsciretur ecclesia, locus in quo steterunt Christi uestigia, nunquam sterni posuit paumento, sed resiliens saxa marmorea in collocantium ora. Calcati quoque pulueris pedibus Christi hoc fuit signum, quod uestigia sibi impressa cernuntur, & candem adhuc speciem presulis uestigiorum terra custodit. Postremo, quoniam ad hoc Christus ascendit, ut spiritualiter ascendas cum ipso quotidie, uideamus quis sit bonus & ordinatus ascensus, ut illum apprehendamus: quis item uitus suis, diabolicusque ascensus, ut illum uitemus. Nam & diabolus uolebat ascendere, dicens: In celum ascenda. Itaque ascensus laudabilis est, præter humilitatem & obedientiam ad uirtutum perfectio- nem procedere, atque per contemplationem & dilectionem in deum se eleuare, Christo summo moniti ac capiti nostro per charitatem & sanctam conuersationem se copulare. Hanc ascensionem amant ac prosequuntur electi, de quibus in Proverb. assirerit: Iustorum semita quasi lux splendens pro- cedit & crescit usq[ue] ad perfectum diem. Vnde & propheta inquirit: Quis ascendet in montem domini? Et respôderit: Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in uano afam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Sic itaque ascendamus, quod quanto altius pertingere cupimus, tanto nos profundi uisus humiliemus, quemadmodum in domorum structura uidemus, quod quanto quis altius cupit ædificium eleuare, tanto profundius collocat fundamentum. Appetamus ergo cœlestes perpe- tuos tuosque honores, optemus esse adoptiū filij dei, membra, ministri ac milites Christi, uictores mundi, carnis atque diaboli, ut in hora mortis nostræ suscipiamur a rege altissimo cum gloria & honore. Porro uitiosus diabolicusque ascensus, est appetitus propriæ excellentiæ, dominandi libido, & uanae ac excellentiæ scientiæ amor. Hunc ascensum præliligunt & incedunt superbi, ambitionis & peruerse studentes, qui alij optant præesse, qui cupiunt reputari ac honorari ac alios iudicare, qui aduersarios suos nituntur opprimere, & uarijs modis ac uitiosissimis uis excogitant, querunt & adipisci conantur propria commoda, temporales honores, excellentias uanas. Ita innumerabilia atque grauissima incident uita, inordinati & prorsus iniusti sunt, quoniam ad seipso in omnibus guero ordine reflectunt, alij inuident & obloquunt, fraude, simulatione, hypocrisi, falsitate, calliditate repletur, idcirco in infima tartari dilabuntur. Odiamus ergo & abhiciamus toto cordis conatu diabolicum hunc ascensum, & Christi uestigia iugiter assequamur, ut ad cœlestem perducamur honorem, ad gloriam dei.

In festo sancti Barnabæ Apostoli.

SERMO I. De laudibus sancti Barnabæ, cuius exemplo mun-
dana debemus relinquare, & aduersa-
patienter sustinere.

Barnabas

DE S. BARNABA APOSTOLO.

Fol. CCXXXI.

A Barnabas erat uir bonus, plenus spiritu sancto & fidei. Acto. xv. Gloriosus apostolus Barnabas in libro Actuum apostolorum à sancto Luca euang. multipliciter commendatur. Primo, de sua spontanea paupertate propter deum. Vnde in Actis

Acto. 4:

habetur: Ioseph qui cognominatus est Barnabas ab apostolis, quod interpretatum, est filius consolationis, Cyprus genere & Levites, cum haberet agrum, uen

didit eum, & posuit precium eius ante pedes apostolorum. In quibus uerbis innuitur, q[uod] Barnabas iste fuit uir uale de notabilis, ita q[uod] de eius conuersione, perfectione & gratia sancti apostoli habuerunt specialē cōsolationē. Propter q[uod] primo nomine eius, q[uod] fuit Ioseph, relicto, uocauerunt eum Barnabam, i. filium consolationis, & fuit (ut legitur) de numero septuagintaduorum Christi discipulorum. ¶ Secundo laudatur de sua cōstanti ac feruida prædicatione. Nā multo tempore fuit socius S. Pauli i. p̄dicando, atq[ue] cū eo multos Iudæorum gentilium cōuerit, ac multa peregit miracula. Deniq[ue] tanti fuit feruoris, q[uod] Euāgelium Christi primo p̄dicas uit in Roma diu antequā princeps apostologe illuc aduenit, & ibi conuerit sanctum Clemensem, qui postmodum ex consilio Barnabæ uenit ad principem apostolorum Petru in terrā lu- dæ, atq[ue] extū inseparabiliter māsit cū Petro, pur in Itinerario beati Clementis plenius cōtinetur, & S. Dorotheus idem fatetur. ¶ Tertio cōmēdatur ab excellēti sapientiā suā, imo & à spiritu prophetiæ, ita q[uod] doctor fuit & propheta in primitiva eccllesia. Hinc in Actis legitur: Erāt in eccllesia Antiochiae prophetæ & doctores, in quibus Barnabas & Simon q[uod] uocabatur Niger, & Lucius & Saulus. Quibus omnibus ieunantibus & orantibus, præcepit spiritus sanctus, ut

Acto. 13

B Paulus & Barnabas ab Antiochia simul recederent ad prædicandū per loca diuersa. Legitur quoq[ue] in passionali sanctorum, quod cum Barnabas in ciuitate Iconio esset, dñs in uisione ei apparet, dixit: Cōstās esto o Barnabas, quia æternā recipies præmia, eo quod propter me tuū populum dimisisti, & animam tuam pro meo nomine tradidisti. ¶ Quarto cōmēdatur à gloriōso suo martyrio. Nam sicut in passionali sanctoru[m] narratur, cum ex ordinatione diuina Barnabas & Paulus ab inuicem separarentur, quatenus pluribus prædicarēt, sanctus Barnabas se cum assument Euāgelium secundum Matthæum, perrexit Cyprum, & multos cōuertit, atq[ue] diuersos sanauit infirmos. Tandem ab obstinatis perfidisq[ue] ludis captus est, ac multis affectus iniuriis, q[uod] & fune misso in collo ipsius, traxerunt eum extra ciuitatē & cōbūserunt. Ecce quantis gratiarum charismatibus, quantis uirtutum eminentijs, quātis meritis decorauit deus hūc beatissimū uirum, qui & tantū in mundo hoc fecit fructū, & ex feruore sanctissimo charitatis dei ac proximorū undicis sic discurrevit, tam infatigabiliter laborauit, & tanta tolerauit pro deo. Itaq[ue] tam electi & gloriosi apostoli patris nostri sequamur uestigia. In primis exemplo ipsius uel omnia propter Christum sponte dereliquentes, ui deo purius liberiusq[ue] uacemus, uel de bonis nobis a deo concessis pie ac liberaliter subuentientes egenis, & uniuersa misericordiæ opera pro uiribus infatigabiliter exequentes, quemadmodum Tobias in struit filium suum, dicens: **Tobias 4** Desubstantia tua fac eleemosynā, & noli auertere faciem tuā ab ullo paupere. Ita enim fieri, ut nec à te auertatur facies domini. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multū tibi fuerit, C abundantē tribue. Si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libet imparte stude. Fiducia magna erit coram summo deo eleemosyna omnibus facientibus eam. ¶ Secundo, exemplo sanctissimi Barnabæ unusquisq[ue] Christifidelis proximos suos pro posse hortetur, informet, corripiat, & ad salutem trahere fecum conetur, in uera quoq[ue] & salutari sapientia, quæ est donum spiritus sancti, nimirum proficeret in qua tanto plus proficit homo, quanto plus crescit in uera hū militate & charitate, quia ut Salomon loquitur: Vbi humilitas, ibi & sapientia. Super quietum Proverb. 11. quoq[ue] & humiliè quiescit spiritus sanctus. Et quanto plus aliquis diligit deum, tanto copiosius Isaia 66: illustratur ab eo. Insuper exemplo sancti huius apostoli patientiam sanctā in omni aduersitate seruemus, & quicquid molestiæ obuiat, fortiter toleremus, atq[ue] pro nostris peccatis aduersa sauita presentis imperturbato animo patiamur. ¶ Postremo in Legenda deuotissime uirginis sancte Elisabeth de Spalbeec refertur, dum abbas de sancto Trudone in profecto Barnabæ uenisset ad eam, & ex inaduentaria legisset in uia uesperas de tempore, sancta uirgo illa ex revelatione diuina hoc ipsum cognoscens, interrogauit abbatem unde uesperas legisset. Qui dixit: De tempore. Et illa: Cur non legisti de profecto? Respon. dicit: Non est modo profectum. Ad quem illa loquuta est: Vere cras erit festum de uno magno domino in paradiso. Prorinus ergo abbas Calendarium suum inspiciens, uidit quod sancti Barnabæ esset profectum, cuius intercessione ac meritis gratiam conseqnamur & gloriam.

GAD RELIGIOSOS.

SERMO II. Quod religiosorum conuersatio nulli debeat esse onerosa,
nulli scandalosa, sed pacifica atq[ue] benigna,

Eranz

Erant in ecclesia Antiochiae prophetæ & doctores, in quibus Barnabas & Simon & Saul. **D**lus. Acto. xiiij. Conuersatio, prædicatio & perfectio, sanctitas & fructificatio præstantissimi uiri sancti apostoli Barnabæ, in scriptura canonica, hoc est, in Actibus apostolorum gloriosum sunt scriptæ, qualiter s. cum haberet agrum, uenidit eum, & posuit precium eius ante pes des apostolorum. Quomodo etiam recenter conuersum Paulum, ad apostolos duxit, & cum eodem Paulo apostolo p. loca uaria prædicauit, & fructum attulit copiosum. Qualiter etiam ab apostolis uocatus est Barnabæ, filius consolationis, cum antea Ioseph nominaretur, & quomo duit uir bonus, plenus spiritu sancto & fide. Qualiter item aliorum congratulatur profectui, totisque uerbis pro omnium laborauit salute. Porro in eius habetur Legenda, quemadmodum ante suum martyrium dominus ei apparuit, dicens: *Constans esto o Barnaba, quia æterna recipies præmia, eo quod propter me gentem tuam deseruisti, & p. me animam tuam dedisti.* Tandem cum plurimos conuerteret in regno Cypri, p. fide Christi ab impissimis Iudeis cōbustus est. Ecce hæc omnia nobis in exemplum pponuntur, ut ea efficaciter imitemur. Studeat igitur quilibet nostrum taliter conuersari, tam reuerenter & obedienter se habere ad siros superiores, tam charitatiue, pie atque pacifice ad cōfratres, tam exemplariter & patienter ad omnes, ut mereatur & ipse ab eis Barnabas seu filius cōsolationis uocari, ut pote nulli Heb. 13. molestus, sed consolatorius cunctis. Ad quod adhortans nos Paulus: *Obedite, inquit, præpositis uestris, & subiacete illis.* Ipsenim peruigilant, quasi rationem, p. animabus uestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant, & nō gemetes. Denique Rogamus, inquit, uos fratres, ut nos ueritis eos qui laborant inter uos, & præfunt uobis in domino, & momentuos, ut habeatis illos abundantius in charitate. Propter opus illorum habete pacem cum eis. His uerbis hortatur Apostolus, ut reuerenter, amabiliter, atque pacifice habeant se ad suos superiores, & ne rebelle, in docilitate, aut duritia sua illos contristent, nec prælatorum suorum sollicitudini ac labori extent ingrati. Hinc nō mediocriter deum offendunt, qui superioribus suis tam facile indignantur & mussant instar puerorum, imo & instar malitiosorum aduersus illos, & retrahunt se ab eis, & corda illorum cōtristant, cum per Ezechielem deus inter grauissima computet sciera, cor iusti iniuste affligere, seu merore afficere. Amplius, ad habendum se tam charitatiue, consolatoriæ & benigne circa confratres monens Apostolus addidit: *Patientes esto ad omnes. Vide te ne quis malum pro malo reddat, sed quod bonum est, sectamini in inuicem & in omnes.* Vere magnum ac saluberrimum est inter fratres taliter conuersari, nullum ad indignationem, tristitiam aut iracundiam prouocare, scandala diligentissime evitare, scandalizatos sancto exemplo curare. Felix omnino est frater ille, qui sua humilatione alterius extinguit elationem, sua patientia alterius turbulentiam increpat, suo feruore alterius pellit acediam, sua alacritate, sinceritate atque dulcedine aliorum fastidium, obnubilationem, amaritudinem extinguit. Qui ita se habet, recte filius cōsolationis asseritur. Sed vñ ei qui scandalizatum, cōtumacem, amaricatum, aut alio quois modo tentatum, aut passionatum, suis fusuritionibus, suggestionibus, aut exemplis, aut certe partialitatibus magis accendit & confortat in malis ac pessimis, calamum quas statum penitus cōterens, lignumque fumigans, persus extinguis. Talis est uere aduersarius Christi, cooperator, instrumentū & minister diaboli. Nos aut nō ita, sed tanquā discipuli apostolorū, & q̄si angeli pacis solliciti semper simus seruare unitatem spūs in uinculo pacisissimusq; pacifici, ut dei filii nominemur & simus. Ante omnia mutuā in nobisq; charitē habētes cōtinuum, & q̄cquid charitas sancta requirit, nobis in iuicē impensamus. Quæ oīa nequaquam poterit adimplere q̄ in p̄prio sensu est p̄tinax, q̄ p̄præ uoluntatis impulsū exequi cupit, qui quæ sua sunt, nō quæ alio & cōsiderat. Tales sunt q̄ contentantur, & quasi in pace sunt, dum iuxta suas cōceptiones & affectiōes passionatas agere permittuntur, seu p̄ualent, quantūcunq; ex hoc alio aggrauetur, tristetur aut perturbetur. A talibus lōge est lumen discretionis, & oculus latæ circūspictionis, atque pfectio charitatis, nec pensant illud Apostoli: *Si esca scandalizat fratrem meum, nō manducabo carnes in aeternum, ne fratrem meum scandalizem.* Nec illud eiusdem: *Quis scandalizatur, & ego nō uror!* Aduertamus ergo & impleamus, qd S. ait Hieronymus, & doctores cōmunitatis: Propter uitandum scādalu[m] illorum, uitadū est q̄cquid uitari potest, salua tripli ueritate, uidelicet ueritate uitæ, ueritate doctrinæ, ueritate iustitiae, imo uereamur quod Saluator disseruit: *Vñ hominip quem scandalū uenit.* Matt. 18. ¶ Præterea grandē nobis cōsolationem largitur, q̄ Chrs Barnabæ apostolo dicere dignabatur: *Constans esto, quæ æterna p̄misio sortieris pro eo q̄ propter me gentē tuā dereliquisti, & pro me aliam tuā dediti.* Nēpe & nos (deo agēte) tale qd fecisse uidemur, qui parētes, propinquos, amicos, notos, sociosq; reliquias, & deo per obedientiæ uotum nosipso in manu uicarij eius obtulimus, uoluntatem propriam abnegantes, Cū ergo displiceat deo stulta & infidelis pro missio,

A missio, multoq; melius sit non uouere, quam uota nō soluere, non morem quod uouimus altissimo reddere. Obluiscamur populum nostrum, & domum patris nostri, omnem carnalem, sensualē atq; mundanum affectum penitus abhorrentes, & sicut ouis bona sub baculo gradit sui pastoris, ita in simplicitate sancta, ouina ac columba transeamus in omni obediēria sub directiōe & uoluntate patris spiritualis ac supioris. Nihilominus cum sc̄to apostolo Barnaba zelum iustitiae habeamus seruidum ac discretum, & boni cōmuni desiderio inflammetur hubertum cor nostrum, deumq; cupiamus ab omnibus honorari: & quanto minus possumus alijs prædicando prodesse, tanto plus studeamus eis uirtuose uiuēdo bona fama odos rem spargendo, instantissime exorando succurrere. ¶ Postremo consideremus, q̄ copiosa ac multipli gratia benignissimus & supermundicentissimus deus sanctum hunc Barnabā descendit. Siquidem ornauit eum gratia doctoratus, gratia prophetiæ, gratia apostolatus, gratia miraculorum, gratia sanctitatis, gratia gloriöis martyrii, & multis ualde saluauit per eū. Qui etiam ante ceteros apostolos prædicauit in Rōma, ut afferit Dorotheus, & in Itinerario sancti Clementis describitur. Eius ergo merita ueneremur, eius patrocinium deprecemur, eius sectemur uictutes. Ad laudem & gloriam dei, Amen.

¶ De Secunda feria Pentecostes.

¶ ENARRATIO Epistolæ Aperiens Petrus os suum, dixit: *Viri fratres, nobis præcepit dominus prædicare populo & testificari, quia ipse est, qui constitutus est à deo.* Actuum. x.

B **P**ost receptionem spiritus sancti, quando iam adesse tempus cognoverunt apostoli, ut in omnem terram exiret sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Incipiens Petrus tanquam princeps & rector ecclesie prædicare, postquam de uita, passione & resurrectione Christi dissenseret, etiam de iudicio extremo adjungit, dicens: *Viri fratres, nobis præcepit dominus prædicare populo & testificari, quia ipse est, qui constitutus est à deo]* patre secundum naturam humanam. *Judex uiuorum & mortuorum,* hoc est, uniuersorum, qui uel ante finem mundi erunt defuncti, uel circa finem mundi inuenientur, & in igne conflagrationis morituri dicuntur. Vel, per uiuos intelliguntur electi qui uiuunt per gratiam per mortuos reprobati, q̄ mortui sunt p̄ culpā. ¶ Porro in iudicio duo cōsiderantur: Primus est authoritas iudicandi, & illa tribus psonis cōmuni & una est. Secundum est iudicij execuūio seu platio sententiae, quæ cōpetit Chro secundū naturā humanam, quæ & sua humiliatio ac passione pmeruit. Propter qd ait: *Potestatem dedit ei iudicū facere, q̄a filius hoīs est.* Itemq; Ioh. § dicit: *Neq; enim pater iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio.* [Huc] scilicet Christus ibidem omnes prophetæ testimonium perhibent, ut domino servi, [remissionem peccatorum accipere per nomen eius]. id est, per invocationem & fidem Ihesus, [omnes qui credunt in eum], qui scilicet fide & charitate Christo incorporantur. Prophetæ enim cōcorditer loquuntur de Christo, tanquam de omnium saluatore, ita quod credentes per gratiam eius iustificantur. [Adhuc loquente Petro uerba hæc, cecidit.] hoc est, subito uenit fer repente descēdit spiritus sanctus, [noti per suam incircumscriptam incommutabilem] substantiam, sed per pietatis effectus & gracie dona, [super omnes qui audiebāt uerbum,] uidelicet super Corne lium & suos, quibus prædicatio ista fiebat. Descendit autem spiritus sanctus in signo uisibilis siue sensibili, sed an in igne linguis an in alia specie, incertum est, ut scholastica ait historia. [Et obstupuerunt ex circumcisione fideles,] hoc est, ex iudaismo conuersi, [qui uenerant cum Petro, quia & in nationes]. i. in Gentiles [gratia spiritus sancti effusa est] cum abundantia tanta. Iudei equidem conuenerant gentiles pro nihil reputare, nec simile huic rei unquam fuerat factum, ideo de effectu tam magno atque insolito, præ admiratione magnitudine uelut stupidi edebantur. Fuit enim reuera grande miraculum, & maxima pietas dei. [Audiebant enim illos loquentes linguis diversis, sicut apostoli loquebantur in die Pentecostes,] & magnificantes deum] gratias deuotissime referendo, eiusq; bonitatem & beneficia totis præcordijs attollendo. [Tunc respondit Petrus: Nunquid aquam prohibere quis potest, ut non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperint, sicut & nos.] apostoli scilicet, cum signo sensibili & dono linguarum, quanvis non in tanta plenitudine sicut apostoli, qui primitias spiritus acceperūt. Rom. 5: [Et iussit eos baptizari in nomine domini nostri Iesu Christi.] apostoli enim consueverunt per discipulos suos baptizare conuersos, & ipsi uerbo prædicacionis insisterent, secundum qd Paulus testatur: *Non misit me Christus baptizare, sed prædicare.*

¶ SERM O primus circa Epistolam: *Quid sit peccatum, & de effectibus eiusdem ac documentis,*

i. Cor. i;

Virtus

Virtus tua domine, iustitia initium est. Sapientia xii. Quemadmodum iuxta doctrinam philosophi, in omni genere ac ordine rerum primum, est mensura ac regula quædam inferorum ac secundorum; sic iuxta theologos deus gloriosus & benedictus est omnis bonitatis & equitatis, omnis iuritutis & perfectionis, omnis rectitudinis, sapientiae & beatitudinis, in variabilis & infallibilis regula, sapientissima inobliquabilisq; mensura, ita q; eo ipso q; mens diuina & increata dicitur ac iudicat aliquid esse bonum & rectum, virtuosum, perfectum aut iustum, sapientiae aut sanctum, infallibiliter tale est. Et quanto quid magis concordat, conformatur seu consonat legi æternæ seu dictamini mentis diuinae & increatae iustitiae ac sapientiae dei, eo melius, virtuosius, rectius sapientialisq; cōsistit. Itaq; quicquid à lege æterna, quicqd ab increata iustitia, quicquid à sapientia creatoris discordat, stultum, obliquum atq; iniquum est & tanto stolidius virtuosusq; censetur, quanto plus inde recedit, discordat, auertitur. **Quid** igitur est peccatum, nisi auerio & recessus mentis creatæ à lege æterna, à sapientia creatoris, à dictamine seu recto iudicio primi ac summi legislatoris? Qui sapientia sua dictamen & voluntatis sua decretum, itemq; sua censuram iustitiae nobis in sanctis patefecit scripturis, dādo pcepta rectissima, saluberrima documenta, sapientissima quoq; consilia; quæ omnia sunt quædam expressiones ac splendidi radij, & signa sc̄lara legis æternæ, increatae iustitiae, infinitæq; Ambro. sapientiae omnipotentis. Ideo recte dixit Ambrosius: Peccatum est prævaricatio legis diuinae & cælestium inobedientia mandatorum. ¶ Præterea confitat ex introductis, quod omne peccatum sit quædam fatuitas: & quod omnis peccator in mortali iacēs peccato, sit stultus. Cumq; innumerabiles sint huiusmodi peccatores, recte Salomon protestatur: Stultorum infinitus est numerus. ¶ Porro cum dens sublimis sit uniuersorum ultimus finis, ad quem cuncta sunt referenda ac ordinanda, summumq; bonum, quo solo fruendum est, seu propter se inhærendū, recte Augustinus differuit: Peccatum est, spreto seu relicto summo & incommutabili bono, rebus caducis ac mutabilibus inhærente. Et denuo: Peccare, inquit, nō est aliud nisi utēdis frui, fruendiq; uti. ¶ Insuper peccatum est, quicquid legi contrariatur diuinae, ideo rufus Augustinus affirmat: Peccatum est dictum uel factum aut cōcupitum cōtra legē dei. In qua descriptione peccati, per dictum & factum, non solus intelligenda est praualocutio & operatio mala, sed etiam bona locutionis virtuosich actus omissionis. Per concepsum quoq; nō solum inordinata affectio, sed & cogitatio illicita, imo & virtuosæ appetitionis ac bona cogitationis omissione intelliguntur; ideo dici potest, q; peccatum non sit nisi omitenda cōmittere, & cōmittenda omittere. ¶ Amplius, prout diuinus Dionysius cōtestatur, Peccatum est recessus ab ordine, hoc est, à recta ordinatione arq; ab habitudine conuenienti ac debita, qua rationalis creatura cohærente & subdi debet proprio creatori. Hoc nempe rectus & condecens ordo requirit, ut inferius subdatur suo superiori, ut ad causam conuertatur effectus, ut media reducatur in finem, intellectualisq; creatura suo innitatur atq; adhæreat conditori tanquam effectus uo principio ac beatifico fini, sicut in libro de quatuor coæquis, tractatu de angelis, pandit Albertus. Verum hoc totum per peccatum subuertitur, imo ordinatio tam iuste subuersio est formaliter ipsum peccatum. Propter quod discipulus quem diligebat Iesus, in prima sua fatesatur Canonica: Omnis qui facit peccatum, iniquitatem facit, & peccatum iniquitas est. Etenim per peccatum mens creatuæ suo efficitur creatori rebellis, eiusq; uoluntati dignissimæ propriam p̄faret uoluntatem uilissimam, & quasi dorsum suum uertit ei in faciem. Propter qd dñs per Ieremiam ait, Verterunt ad me dorsum, & non faciem. Itemq; per Zacharium, Noluerunt attendere, & auerterunt scapulas recentes. ¶ Præterea aduentum quod p̄ractæ descriptiones peccati, datur de peccato mortali. Cumq; peccatum dicitur esse prævaricatio legis diuinae arq; cælestium inobedientia mandatorum, per legem diuinam & mandata cælestia non tantum intelligentia lex & mandata à deo immediate collata, sed etiam lex positiva humana, Ecclæstia quicq; præcepta, quibus deus vult obediri tanquam legi ac iussioni diuinae, qn̄ am ipse ait suis uicariis: Qui uos audit, me audit: & quos spernit, me spernit. Imo & recte ratione obediens necessitate. Nā recta ratio est legis æternæ participatio, signaculumq; lucis uultus diuini, iuxta quod scriptum est: Signatum est super nos lumen uultus tui domine. At uero, quæ admodum secundum Aucennam & Algazem in metaphysicis suis, res creata dicitur uera ueritate sui entis, in quantum habet naturam secundum institutionem, conceptum, exemplaremq; formam altissimi creatoris, hoc est, in quantum conformatur ideæ quæ habet in mente diuina, prout Anselmus in libro de ueritate plenius docet, & Tho. in Summa de Veritate diffusus tractatistic rationalis creatura dicitur uirtuosa ac sancta, inquantu conuersatio seu actio eius concordat & assimilatur dictamini seu iudicio legis æternæ, quæ uniuersa iustitiae, sanctitatis ac uirtutis fons, causa, institutrix, mensura ac regula perhibetur. Propter qd dominus ait

A ait: An nō licet mihi quod uolo facere? Eñm uero ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, qui ait ad sanctū Iob: Nūquid condemnabis me, ut tu iustificeris? Hinc octauo de ciuitate Dei ait Augustinus: Celebriores Platonici differuerūt, q; in Deo inuenitur causa subsistendi, ratio in telligendi, & ordo uiuendi, quoq; primum ad naturalem, secundū ad rationalem, tertium ad moralem philosophia p̄tinet partem. ¶ Postremo, cum Deus sit primum, summum, purum, incomparabile & incircumscribibile bonū, cōstat q; ipse sit primū a mabile, summū honorabile, plenarie cōtentatiūm omnis appetitionis obiectūm idcirco peccatū, quo creatura propriā voluntatē p̄fert diuinae, & bonum creatū, caducum ac uile, imo & ipsam iniquitatē delectatio nemq; praua superdignissimo creatori, est grauissimus Dei contemptus, uilipendio altissimæ bonitatis, diuinae maiestatis iniuria, diuinae iussionis incuria, diuinae sanctitatis offendio, omnis potentis creatoris relatio, insipietia mentis se à Dei sapientia auertentis, interēptrix gr̄e ac uitæ tutū, summi boni priuatio, æternæ felicitatis amissio, obscuratio intellectus, subuertiō uoluntatis, uenenū diaboli, uiscus inferni, uia damnationis ppetuæ, causa totius miseriae, mors peccantis, germeñ dæmoniæ, lanu tartarog, infatuatio hominū, rete ac laqueus tentator, gloriazatio ac imitatio malignog, spirituum, detestatio angeloz, horrēda caligo, maxima turpitudo, grauissimus fector, uilitasq; extrema, ferociissima belua, prauissima fera, uehemētissimum damnum, uitādissimum nocumētum, ac maximum malum. Sunt aut & multi aliq; effectus ac damnatio peccati. Et breuiter ex hoc solo potest perpendi inestimabilis grauitas peccati mortalitatis, quod quanvis homo centum annis Deo in omni sanctitate seruisset, imo & beatissimo Iohanni Baptiste in sanctitate par eset, tamen si uel unam mortalem incideret culpam, protinus efficeretur Deo odibilis, diaboli seruus, & si absq; cōtritione discederet, eterniter esset dānans secundum diuinae iustitiam. ¶ Insuper, si unum mortale peccatum ita deturpat, condemnat, subuertit, ignobilitat hominē, quām turpes & cōdemnabiles, quām peruersi atq; ignobiles sunt, qui peccatis peccata quotidie addūt, q; sine timore perpetrant mala, quorum corda implentur malitia! Ideo in primo libro Regū ait altissimus: Qui cōtemnunt me, erunt ignobilis. Et item per Ieremiam: Quām uilis facta es nimis iterans uias tuas! Ideo quasi à facie colubri, quasi à ueneno ac mortu diaboli, quasi à morte infernali & incendio fugiamus peccata, reuiliamus à uitij, abhorreamus Dei offensam.

B ¶ Enarratio Euāg. Sic Deus dilexit mundū, ut filiū suū unigenitū daret &c. Iohann. iii. A Nte Saluator noster se exaltādum dixerat ut serpentē Moysi in deserto, ut oīs q; credit in illum, non pereat, sed habeat uitam æternam. Ne autē hoc meritis nostris putemus ascribendum, unde ad tantum beneficium moueamur, causam adiungit: [Sic Deus dilexit mundum]. i. tam ardenter Deus pater dilexit genus humanum, p̄fertim homines p̄destinatos, ut filiū suū unigenitū] nō adoptiuum, sed naturalē, cōsubstantiale & unicūm[dazret] hominibus in filiū sui incarnatione ac passione. Dedit enim eum nobis, quēadmodū cecinit Ieremias: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis. Et Apostolus: Proprio, inq; filio suo non peccat, sed pro omnibus nobis tradidit illum. Dedit ergo eum nobis in incarnatione, faciens eum filium nostræ sororis, uidelicet sacratissimæ virginis, fratrē nostrum, mediatorē ac solum nřm. Qui em ante incarnationem erat Deus & dominus noster, per incarnationē factus est frater & socius noster. Dedit quoque eum nobis in tota conuersatione eius in seculo isto. Nam quicquid Christus fecit, p̄dicauit ac pertulit, ordinauit p̄f & etiam filius ad nostram salutem, & nobis meritorum fuit, nō ipsi Christo quātum ad finium essentialē, quia hoc habuit anima Christi à primo sua creationis instāti. Dedit etiā eum nobis in sacramēto altaris, quē admodum alibit testatur: Pater meus dat uobis panē uerū. Postremo dedit eū nobis in passione, exponens filium suum dilectum tantis tormentis pro nostra salute, quemadmodum Ieremias prænunciauit: Propter scelus populi mei percussi eum. Et filius tempore passiōis, Calicem, in Iohann. 18. quiet, quem dedit mihi pater, non bibam illum. In passione enim creator noster factus est salvator noster, iudex noster factus est reconciliator noster, aduocatus ac mediator. Sed qd retribuimus Deo patri pro omnibus quæ retribuit nobis: Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Quid enim, quale uel quātum bonum dedit nobis? Nonne filium suum charissimum, sibi coequalē & coimmensum, quem ex proprio corde eterniter genuit, quem ex sua substantia peperit, quem nō minus diligit quām seipsum? ¶ Porro secundum Philosophum, diligere est alicui bonum uelle. Vehementer ergo nos amat pater, quibus hoc dedit bonum immensum. Quomodo etiam non omnia nobis cum illo donauit? Quid ne gabit perentibus, qui non perentibus dedit unigenitum filium suum? Hinc ait Iohannes in sua epistola: In hoc apparet charitas Dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit in mundum, ut uiuamus per eum. Et ne putemus nos propter merita nostra à Deo dilectos, adiecit

Ecclesiast. 1. Reg. 1. Ierem. 2.

Ierem. 9. Roma. 8.

Iohann. 6.

Iohann. 18.

Roman. 8.

P. In

D. DIONYS. CARTHV. ENARR. IN EVANG.

In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Hinc D & Paulus ipse ad Ephesios differuit: Deus qui dices est in misericordia, propter nimis charitas tenua qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, conseruauit nos Christus, cuius gratia estis saluti. Non ergo contemnamus neque negligamus nos ipsos, non utilificemus animas nos strassumma trinitatis in signis, rebus terrenis, caducis, aut carnalibus inharentibus, sed intentissima mente pensemus, quanta estimati sumus a deo nostro, quanta pro nobis fecit & passus est filius dei, quanta nunc dedit, quanta se daturus nobis promisit, & dicamus deo corde feruenti cū illustrissimo Iesu: Nomē tuū & memoriale tuum dñe in desiderio animæ. Anima mea Mat. 16. desiderauit te in nocte, sed & spiritus meus in præcordijs meis, de mane uigilabo ad te. Et cū Psalmista: Diligam te dñe fortitudine mea. Ad hoc enim deus suam nobis dilectionem manifestavit, ut eum redamaremus, cuiusq; amor succensus, ampliora beneficia perciperemus. ¶ Quadrum Joh. 4. plex est causa nobis amandi deum. Prima, qm̄ in se naturaliter bonus est. Secunda, qm̄ prior dilexit nos. Tertia, qm̄ multa nobis bona largitus est, uidelicet bona naturæ & gratia. Quarta, quia maiora promisit, p̄parauit, & dare paratus est. Nobilis anima, quæ suum diligit creatorēs & tanto nobilior, quanto in eius amore feruētior. Illustrissima creatura, quæ igne diuini amoris flammescens in dilectum, super oīa in deum transformatur, & unus cum illo sp̄s efficitur. Conuenientissime demum ait Euangelista: Sic deus dilexit mundū, ut filium suum unigenitū daret, ad insinuandum, quod dilectio dei est causa fontana oīm beneficiorū nobis diuinitorū p̄fitorum. Amor nanc, secundum Theologos, est primum donum, in quo omnia dona gratuita donantur gratis. Propter quod donum appropriatur spiritui sancto, qui est amor patris & filij. ¶ Quæritur, si deus pater sic diligat mundū, cur scriptū est in Iohanne: Nolite diligere mundū, neq; ea quæ in mundo sunt, qm̄ si quis diligat mundū, non est charitas patris in eo? Et Iacob. 4. Iacobus in sua fatur Canonica: Si quis uoluerit amicus huius mundi fieri, inimicus dei constituetur. Dicendum est, quod in scripturis sacris mundū accipitur pro hominibus in terra de gentibus, & hoc tripliciter: Primo, pro mundanis & uitiosis hominibus, de quibus Paulus ad Galatas testatur: Si hominibus placere, Christi seruus non essem. De hoc mundo scribit Iohannes in sua Canonica, dicens ipsi de mundo sunt, & de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Iste est mundus pertinens ad massam perditionis. Secundo accipitur mundus pro hominibus praedestinatis, in mundo isto sensibili peregrinantibus. Huius mundi dicitur Christus 2. Co. 5. esse salvator, quædam modum logitur Paulus ad Corinthi, Deus erat in Christo, mundū reconcilians sibi. De quo mūdo promisum & Abrahā: Benedicetur in te omnes tribus terræ. Vnde secundum Apostolum ad Romanos, Abrahā factus est heres mundi. Tertio sumitur mundus indefinitè pro quibuscumq; hominibus in terra uiuētibus, electis & reprobis. Sic quoq; accipit potest nunc, & in ybis immediate sequentibus dicitur: Nō misit Deus filium suū in mundū, ut iudicet mundū, sed ut saluetur mundus per ipsum. Deus enim, ut dicitur in Sapientia, diligat omnia quæ fecit: quanto magis rationalem creaturam. Vult enim omnes homines saluos fieri, uoluntate antecedente: & secundum hoc diligat omnes, & quātum in ipso est, neminem uult perire. Sichq; pro uniuersorum salutis misit pater filium suum, ut omnes conuertantur: & pro omnibus passus est Christus, quantum ad sufficiētiam: sed quantum ad efficaciam, pro solis electis omnia sustinuit. Ideo Christus passio ē in instantē dixit ad patrem: Nō pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi de mūdo, quia tui erant. Hæc diuersa acceptio mundi, memoriter est tenenda, quoniam ad intelligētiam dicendoq; necessaria est. ¶ Insuper ad hunc finem dedit pater omnis potens filium, [ut omnis qui credit in eum] fide per dilectionē opante, nam fides sine operibus mortua est: [non pereat], hoc est, nō damnetur, [sed habeat uitam aeternā], quæ est uita summa Trinitatis per speciem. Vnde apud Marcū dicit Salvator: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Et in Actibus apostolorum Paulus ait ludæis: Per hunc uobis remissio peccatorū annūciatur ab omnibus, à quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. Hinc legitur Christus in euāgeliō sēpe dixisse: Fides tua te saluū fecit. Per fidem enim primo anima coniungitur Christo, & incorporatur ad cognoscēdum & recte sentiēdum de ipso, ut sit particeps meriti & gratiæ Christi. Primo siquidem unitur homo Deo per intellectum illuminaatum lumine fidei: deinde per uoluntatem sive affectum diuina charitate formatum. Propter quod Habacuc dicit: Qui incredulus est, non erit anima eius recta in semetipsorū iustis in sua fide uiuet. Credimus autem in Christum secundum quod Deus est, quia obiectum fidei est ueritas prima & increata. ¶ Præterea declarat Euangelista, quod missio filii Dei sit effectus paternæ atque diuinæ dilectionis ad nos, [Nō enim misit] per incarnationem [Deus] pater [filium suū in mundū] hoc est, in terrā ludæa seu inter homines. Deus in euāgeliō frequenter accipitur personaliter, i. pro certa persona diuina, qm̄ uero essentialiter, ut cum dicitur: Spiritus est Deus. Nūc uero sumis

DE FERIA II. PENTECOSTES.

Fol. CCXXXIII.

A tur personaliter, [ut] filius iudicet mundum, [h]oc est, homines iudicio condemnationis, ius stitū exercēdo & p̄cenā infligēdo, [sed ut saluetur mūdus per ipsum,] uidelicet merito cōuersationis & passiōis Christi, cuius uirtute & merito purgamer a culpa, & gratia adimplēmur. propter quod Petrus in Actibus apostolorum ait: Nō est, inquit, aliud nomen datum hominibus, in q̄ oportet nos saluos fieri. ¶ Præterea cum Iacobus & Iohannes, cuius est hoc euāgeliū, zelantes pro Chro cōtra quosdā qui eum non receperunt, dixissent: Vis dicimus ut descendat Luce 9. ignis de celo, & consumat eos, Chrs respondit: Nescitis cuius sp̄s eftis. Filius enim hoīs non uenit animas perdere, sed saluare. Videatur autem huic obuiare, qd̄ infra ait Salvator: Nunc ius Ioh. 9. dicimū est mundi, & alibitū iudicium ego in hunc mundū ueni. Iesaias quoq; ait: Non secundum uisum oculorum, sed alibitū iudicabit, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terra. Et sicut alij euāgelistæ testantur, Christus in primo suo aduentu dure & efſicaciter redarguebat sacerdotes, scribas ac phariseos. Talis autem redargutio non fit sine iudicio, præsertim cum sepe dixerit, Vñ uobis. Et denuo: Publicani & meretrices præcedēt uos Matt. 23. in regno cœlorum. Dicendum quod duplex est Christi aduentus, uidelicet primus, quo uenit occulē & in humilitate, ut iudicaretur & liberaret. Secundus erit manifestus & in maiestate, ut iudicet atq; remuneret. De quo fertur in psalmo: Deus manifeste ueniet, deus noster & non sis lebit. Ignis in cōspectu eius exardescet, iudicium quoq; est duplex. Est enim iudicium discretionis, quo boni à malis secernuntur, malicij uituperantur, & preciosum à uili separatur uoto Iere. 15. aut merito. De quo Iob ait: Nunquid qui non amat iudicium, sanari potest? In hoc iudicio im lob. 34. B p̄ij non resurgunt, quia non surgunt à ruina peccati ad gratiam, iudicando hoc modo seipso. Istud iudicium fuit & fecit Christus in primo suo aduentu. Multipliciter enim discernit inter electos & reprobos, quosdam misericorditer uocando ad suum discipulatum & gratiam, quosdam iuste deferendo, qui non erant ex ouibus suis, de quibus & dixit: Sinite illos, cœcisunt, & duces cœcorum. Aliud uero est iudicium remunerationis & condemnationis per pœnā illationem. Hoc Christus non fecit in primo suo aduentu, sed in die iudicij faciet id communis, & in motte singulorum facit ipsum particulariter. Per has distinctiones facile concordantur authoritates quæ repugnare uidentur. [Qui credit in eum] perseveranter usq; in finem, fide et opere manens fidelis, [non iudicatur] iudicio reprobationis, sed approbationis, de quo dicit Apostolus: Qui iudicat me, dñs est. Vnde in Apocalypsi legitur: Esto fidelis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam uictoris. [Quia uerum nō credit, iam iudicatus est.] hoc est, diuinitus reprobus, de quo reprobationis iudicio testatur: Eos qui foris sunt, dominus iudicabit. ¶ Quæritur, quomodo infidelis iam iudicatus dicatur, cum adhuc uiator existat, necdumq; oblatus sit tribunali iudicis Christi. Et respondentium q̄ dicitur iam iudicatus tripliciter: Primo, quoniam pro iudicato & reprobato habetur. Secundo, quoniam habet in se causam damnationis adeo euidentem, ut nō sit dignus, discussione de ipso peragere. Cum enim careat fide, certū est q̄ nil meritorū habeat, sed mortalē subiaceat culpe, dū modo sit adulterus, p̄fertim cum dicat Apostolus: Quicq; nō est ex fide, peccatum est. Iuxta hunc modū Iohannē dicimus de hominē Rom. 14. Cne agoniātē, uel ueneno infecto, q̄ sit mortuus homo. Tertio, quia futura sunt Deo q̄s p̄fentia, qui omnia conficit, atq; p̄fentialiter cernit in ipso aeternitatis momento. Veruntamē in hora mortis iudicabitur, quātum ad remunerationē, seu pœnā illationē, quantum ad animam, & in die nouissimo quātum ad corpus & animam, quando erit unus eorum quibus dicetur ille maledicti in ignem aeternum. Iudicantur infuper infideles post hanc uitam quo ad hoc, q̄ non omnes æqualem sortiuntur misericordiam, sed unusquisq; iuxta mensuram sui delicti, pœnā maioribus uel minoribus deputatur. Causa autem, cur iudicatus iam sit infidelis, subiungitur: [q̄a non credit in nomine unigeniti filii Dei,] hoc est, in ipso filio Dei naturali & unicō, & per cōsequens mendacem facit Deum patre, secundū quo Iohannes habet: Qui nō credit in filium, mēdacet facit Deum, quia nō credit in testimonium quod testificatus est Deus de filio suo. Istud si uniuersaliter atq; simpliciter intelligatur, cōsequens esset q̄ nemo unquam saluatus est sine explicita fide Christi futuri, p̄fensis, uel missi, cuius contrarium tenent doctores, afferentes q̄ ante Christi aduentum simplicibus sufficiebat implicita fides de Christo, cum obseruantia legis naturalis, qua ad Gentiles: uel scriptū, quo ad Iudeos, qui secundum quosdam tenebantur ad explicitam fidem de Christo in generali, ita quod sufficiebat credere esse uitam post hanc uitam, & quod Deus haberet prouidentiam atque iudicium actuū huiusmanorum, & salutis hominum prouideret, secundum modum sibi placentem, & ab ipso p̄zor dinatum. Vnde Cornelius cētūrio talis fide placuit Deo, erat enim uir religiosus & botius, cuius orationes & eleemosynæ commemorati fuerunt coram Deo, & tamen nondum sciuīt determinate aliquid loquī de Christo. Et respondentium, quod si uerba euāgelistæ intelligantur Act. 10.

Adant. Sunt enim nonnulli, qui si a suis confortibus inueniant orare, confiteri, vel aliquid deuotissimis peragere, erubescunt, cupientes latere, non tam ex humilitate quam ex humano rubore. Porro sunt aliqui solitarii & inclusi optimam uitam, qui nunquam in publicum uenient, & multi ex uera humilitate abscondunt bona quae operantur. Vnde & Christus iubet in cubiculo, i.e. in loco abscondendo orare. Et rursus: Vide te, ait, ne iustitiam uestram facias coram hominibus, ut uideamini ab illo. Dicendum est, uerba haec euangelica uerissima sunt atque pulcherrima, sed de diversis iustorum generibus uerificantur modis. Primo enim uniuersaliter uerum est, quae quicunque facit ueritatem, i.e. meritum opera, uenit ad lucem quae Christus est, ut manifestetur a Christo opera eius in die iustitiae. Cor. 4. dicit, quando laus erit unicuique a deo, & ut Christus confiteatur eum coram patre suo caelesti. Rursus Luke 12. quicunque sic agit, uenit ad lucem, i.e. ad recte rationis iudicium, ut manifestetur opera eius pro loco, causa & tempore, s. quando ratio dictat & charitas exigit. Qui uero de actibus bonis non excedentibus communem deuotionem, uerecundiam, sunt homines pusilli & imperfecti, qui apprehendunt bonum honestum sub ratione rei turpis, inquantum formidant proprie bona opera derideri. Solitarii autem uenient ad lucem inferiorem, quoniam non uenient ad humanos aspectus. Porro uerba saluatoris intelligenda sunt quantum ad intentionem, videlicet ut non oremus nec bona agamus ad hunc finem, quatenus uideamur & commendemur a proximis, sed ad gloriam dei, propriamq; salutem & proximorum edificationem. Eluescit ex his quae iustitia est res audax, secura, fiducialis, fucunda & victoriofa. In iustitia vero contrario modo se habet, propter quod scriptum est: Cum sit timida nequitia, dat testimonio cõdemnata; semper enim praefumit saeva, perturbata conscientia. Hinc etiam Iob ait: Sonitus terroris semper in auribus impigeretur: & cum pax sit, ille infidias suas lob. 13. spicat. Nec dissonat quod Salomon astraruit: Fugit impius nemine persequeente, iustus autem quiescit. Rom. 8. leo confidens absq; terrore erit. Ideo dicit Apostolus: Vis non timere potestatem, sed bene, & habebis laudem ex ea. Propterea quoque ait Philosophus, quod qui bene se habent in diuinis, sunt melioris fiduciae. Audiamus uocem iusti uenientis ad lucem, & sciemus quoniam sit securamentis fiducia. Ecce apud Iesum ait vir iustus: Luxta est qui iustificari me, quis contradicit mihi? Stetimus simul. Isaie 50. Quis est aduersarius meus? accedit ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus; quis est qui condemnat me? Tales fuerunt martyres sancti, qui facientes ueritatem legis & fidei Christianae, venerunt ad lucem, quoniam non erubuerunt Christum, eiusq; sermones, sed confessi sunt eum coram hominibus, ideo Christus confiteatur eos coram patre suo, scilicet manifestat eorum opera bona.

SERMO II. circa euangelium, Quoniam sit desiderabilis amabilisq; pulchritudo atque bonitas Dei, & quoniam sine sculti ac impij, qui eius amori

quippian ex creaturis anteponunt.

Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum uirginatum daret, ut omnis qui credit in illum, non speraret, sed habeat uitam aeternam. Iohann. iiij. Cum nihil magis sit homini naturale, quam amorem reamare, maximè diligendus est deus, qui nos immenso ac infinito amore prior dilexit, intantum etiam ut filium suum daret uirginatum, ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. Multa sunt quae nos excitat debent ad amandum deum super omnia. Nam cum unumquodque tanto amabilissime cõstat, quanto fuerit melius, virtuosius, sanctius, siue perfectius, itemq; spirituali decore ornatus, nonne dominus deus noster omnipotens, deus gloriatus & adoratus, deus sublimis & benedictus, qui est bonitas pura, virtus immensa, sanctitas infinita, superessentialis & absoluta perfectio, fontana, idealis, simplicissima atque mudiissima pulchritudo, qui est toto universo in infinitum praestans, speciosior, potentior, dulcior, cuius beatitudo & gloria est omnis interminata, cuius opulentia, sapientia, excellentia, liberalitas ac libertas, pie tas ac potestas, nullum prorsus limitem, nullum penitus finem suscipiunt, fortunam ac habent, nonne ut quis deus est superdignissimus est, toto mundo & cunctis & singulis in eo contentis, diligibilior, appetibilior, atque suauior? Cumque sic esse nemo fidelium ambigatur, consideret homo, quoniam in explicablem irreuerentiam iniuriamq; exhibeat deo rationalis creatura, dum rebus istis terrenis, carnalibus, vanis, corporalibus, sensibilibus & caducis, in modo & comparatione diuinorum bonorum vilissimus, magis afficitur & adharet, magis vniuersaliter intendit, quam deo altissimo, bono tam infinito, praestans & praeclaro, cuius respectu totus mundus est quasi puluis exiguis? Nonne quod Isaie. 40. dammodo infinitam irreuerentiam exhibet deo, dum ei ista praefert vanissima, dum proprie potius quam diuinam assentit & pareat uoluntati, dum carnalem concupiscentiam amplius quam diuinam sequitur legem? Etenim quanto ille qui praecipit, maior est, tanto culpabilius est ei non obediens. Rursus quanto aliquis benefactor plura aliquibus beneficia contulit, tanto iniquius est ei ingratus existere, impensis uero est, ei etiam mala pro bonis rependere. Si itaque scire optamus, quae enormia sunt nostra peccata, quoniam inexcusabilia atque grauissima, profundè sagaciterq; pensamus, quae, quanta & qualia beneficia liberalissime praestiterit nobis dominus Deus noster dulcissimus. Nonne ipse creavit nos? Ipse utique dedit nobis corpus & animam rationalem, quam sua imaginis in signavit, nosque ad suam similitudinem condidit, omnia subiectis sub pedibus nostris, oves & Psal. 8. boues.

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EVAN.

- R**ecto. io. tur de explicita fide filii Dei, non erit de omnibus hominibus intelligenda, sed de maioribus, prius D
ta prophetis & patriarchis, & eruditis ab illis, pro tempore legis scriptarum. Tempore autem euangelica legis omnes tenentur ad explicitam fidem de Christo & Trinitate, idcirco iam nemo ualeat falas
ri, nisi explicita fide de unigenito filio Dei. [Hoc est autem iudicium, hoc est, istud quod subditur,
est causa meritorum iudicij reprobatorum infidelium omnium peruersorum, [quia lux], i.e. Chfis lux
uera, illuminans omnem hominem qui illuminatur, De quod dicit Micheas prophetas: Cum sedero
in tenebris, dñs lux mea est. Et Apostolus dicit: Qui cum sit splendor gloria &c. imo pater &
filius & spiritus sanctus, sunt una lux. Lux ergo, uidelicet uerbum & sapientia patris, [uenientia
mundum] per mysterium incarnationis, & in terris uisa atque cum hominibus conuersata est lux
ista, assumpta humanitate uelata, Christus quoque secundum naturam assumptam est lux inef
fabiliter clarior apostolis, quibus dictum est: Vos estis lux mundi. [& dilexerunt homines], p
maiori parte, non tamen omnes simpliciter, [magis tenebras,] hoc est, passiones & uitia ratios
nem obtenebant, atque ad infernales tenebras perducentia, [qua] lucem, i.e. Christum seu eius
doctrinam ac uirtutum splendorem, de qualibus scriptum est in Iob: Ipsi fuerunt rebellis. Quis
cunque perfert concupiscentiam rationi, carnalem uoluptatem in spirituali consolationi, bonum
creatum caducum & variabile bono diuino, eterno & infinito, iste diligit tenebras magis quam lu
cem, & qui peccata commissa potius uult occultare & prosequi, quam humiliiter confiteri, pre
fert absconsonem tenebram suarum, manifestationem lucis in confessione. Ideo Salomon in
proverbis testatur: Qui abscondit sceleram sua, non dirigetur, qui autem confessus fuerit & res
liquerit ea, misericordia consequetur. Et S. Iob: Vias, inquit, meas in conspectu eius arguam,
& ipse erit saluator meus. [Erant enim eorum mala opera,] id est, uitiosa, scilicet ex electione mali
& habitu uitiosi peccabat, gloriantes in malis, suisque iniquitatibus firmiter adherentes. Sed
cum dicat Dionysius, Nemo recipies ad malum operatur, & nihil appetitur nisi bonum, quod
potest quis plus diligere tenebras quam lucem, seu uitium quam uitatem? Et respondendum, quod ne
mo respiciens ad malum, operatur illud, i.e. non perpetrat, nec appetit malum, nisi sub ratione
alicuius boni apparentis, utpote delectabilis uel utilis. Propter quod Salomon ait: Via stulta
recta in oculis eius. [Ornis enim qui male agit] non solu ex infirmitate uel ex ignoratia, sed ex cer
ta malitia seu habitu prauo, [redit lucem,] i.e. iustitia ueramque doctrinam, & etiam Christum, quem
aliquo modo uellet non esse, ut possit penas futuras evadere. [& non uenit ad lucem,] id est,
ad peccatorum suorum salutarem ac lucidam confessionem. Vel, non uenit in publicum ex uer
recundia & timore penarum, [ut non arguantur], i.e. reprehendatur seu corrigitur a praefato
et iustis hominibus, [opera eius] tenebrosa. Sed his contrariari uideretur, quod afferit Iffaias: Peccatum suum quasi Sodoma predicauerunt, nec abscondenterunt. Et obstinato populo loqu
tur Ieremias: Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Tales utique (testante
Salomone) Lætantur cum male fecerint, & sine timore perpetrant mala. Veniunt ergo ad pu
blicum, & in praesentia hominum peccare non erubescunt. Et respondendum, quae uerba pre
dicta uniuersaliter uera sunt, sed de diversis genibus male agentium diversimode uerificantur.
Aliqui enim adeo mali sunt, ut respiciant increpati, iuxta illud Amos: Odio habuerunt corrip
tent. Iti publice peccant, & saepe peccasse se faciunt. Alii sunt hypocrita, simulatores & cal
coli, humana uituperia magis quam diuinum iudicium formidantes, iti peccant in abdito, dif
cente Apostolo: Quae in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere. Alii sunt famuli Dei, sed im
perfecti, non ambulantes timorate & satis solicite coram Deo, sed cum obseruatia debitiora seu
præceptorum contentisisti multa uenialia faciunt in secreto, quae nequaquam faceretur præsen
tibus alijs, & interdum non uenient ad lucem ex uerrecundia, ne confundantur. Vnde quicum
que peccat, aliquo modo odit lucem & refugit eam, loquendo de peccatis, a quibus homo me
rito denominatur peccator. Nihilominus sunt aliqui uiri uirtuosi tam feruentes & humiles,
quod semper parati sunt increpati, & cupiunt sua peccata manifestare, correctionemque pati pro
missi sunt. [Qui autem facit ueritatem] doctrinæ & uitæ atque iustitiae, id est, qui uera loquitur,
& eadem operatur, iustitiamque sectatur. Triplex enim est ueritas, scilicet doctrinæ, uitæ & ius
titiae, & quelibet harum est suo modo facienda. [Uenit ad lucem,] id est, apparere non erube
scit, lucem sapientia sequitur, & coram alijs exemplarem se exhibet. Ut manifestentur opera
eius, ad gloriam Dei, & edificationem proximi, [quia in Deo sunt facta] id est, secundum voluntate
Dei, quæ nobis in scripturis declaratur. Istud præcipue uerum est de operibus bonis, ad
quæ aliquis obligatur, quæ nullam singularitatem pretendunt, & sine nota uanitatis possunt
manifestari. De his enim ait Saluator: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant ope
ra uestra bona, & glorificent patrem uestrum qui in celis est. Sed si omnis qui facit ueritatem,
uenit ad lucem, ut manifestentur opera eius: quid est quod aliqui de bonis actibus ueretur
data

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO II.

boues vniuersas, insuper & pecora campi, volucres celi & pisces maris, & vniuersa bona, carndo, na naturae, quam munera gratia de eius liberalitate sumus sortiti. Quoties peccantibus nobis percit, quām frequēt ac diu nos peccantes sustinuit, à quantis peccatis, dannis atq; periculis nos preferuerat, quo & quām innumerabiles nunc & eterniter cōdemnauit, qui multo minus quām nos miserrimi, peccauerunt. Sed & specialia beneficia quæ singulis est largitus, quilibet uigilante & perpendat, ceteris quām impius sit, & quām impissimè egerit, tam superbonum, incomparabile ac liberalissimum benefactorem inhonorando ac offendendo. Præterea si pensamus, quām incomparabilia acq; immensa bona promiserit & præparauerit nobis, in celum, us lucidius ingratitudinis nostræ inefabilis enormitatem, vitorumq; nostrorum intolerabilem peruersitatem, cœcitem nostram & incōsiderationem nimiam deplangemus. Deniq; quo quis aliū amplius præueniret in amore, eo peruersus est eum non rearmare. Peruersissimū est etiam eum odire, abh̄cere, spernere, sc̄i ab ipso animo auertere. Vt ergo peccatorum nostrorum detestandas ac maledicetas malitias efficacius intueamur, diligentissime perpendamus, quantum & quām incomprehensibiliter 1. Johā. 4 deus naturaliter bonus ac sanctus, præuererit nos in amore. Ipse equidē prior dilexit nos, & dum nondum creati essemus, ex suo ad nos præueniente gratuito ac eternali amore plasimauit nos, nostram assumptionem, nobiscum conuersari dignatus est, suo nos preciosissimo sanguine à morte eterna, & ab omni peccato redemit, seipsum nobis quotidie in supermirabilis ac superdignissimō sacramento largi, intime nobis vnit, à nobis consecrari, tractari, sumi, non designat, immo inexcogitabili charitate, pietate ac dignitate, vt eius corpus sanguinemq; sumamus, requirat & precipit, non plane ob suam indigentiam aut profectum, sed ob nostram salutem, quotidianumq; in spiritualibus commodum. Adhuc, quo quis alium plus honorat, eo grauius est honoranti vicem non reddere, indecentissimum est eum etiam inhonorare. Cum ergo deus noster tam multipliciter honorauerit humanum genus, præserit in supernaturalibus donis atq; promissis, potissimum vero pro nostra natura hypostaticam assumptionem, excellentissimam glorificationem, eiusdemq; super omnēs angelicōrum ordines agminum elevationem, innotescit quām impissimē egimus deum ininhonorando, diuinæ maiestatis altitudinem superexcelsam non reverendo, eius præceptis non obediendo. Præterea id quoq; in omnibus his rite pensandum est, q; quanto is qui benefacit, diligat aut honorat, maior ac melior est, tanto beneficia eius, dilectio ac honoratio, sunt amplius magnipendenter & tanto vbiq; amplius quanto & beneficiatus, dilectus ac honoratus fuerit minor ac vilior. Cum igit; tam immensa sit dei bñfactoris, amatoris, honoratorisq; nr̄i maiestas, tam uenemens quoq; nr̄a decliuuitas, elucescit omnino q; nr̄a peccata ex cōsiderationibus præinductis, causisq; prefatis, ex omni parte reddant enormia, immo grauissima. Quia super infinita ergo est misericordia dei super genus humanum & super nos singulos. Et reuera quām mirabile pjs; sumusq; existit, q; vñquam digni illum ad suam recipere charitatem & gratiam, à quo vel semel mortalē peccato offensus est. Et ecce tam incomprehensibiliter pius & bonus est, q; sepius eos a quibus per innumerabiles grauissimisq; pauciis est offensus, non solum dignat redeuente ac poenitentes ad veniam gratiamq; suscipere, sed & misericordissimè præuenit eos, compungit, immutat, & sibi familiarissimos amantissimos constituit, & quasi secretarios suos facit. In quibus impletur illud Rom. 5. Apost. Vbi abundauit delictū, superabundauit & gratia. O quām magna & supermagna est misericordia dei super electos. Reprobos quoq; citra cōdignum defensit in præsenti, & citra condignū punit eosdem in supplicio infernali. Præterea cum iuxta prehabita tam incomparabiliter ac infinitate major, amerior, dulcior, amabilior sit pulchritudo supersancti & supermundissimi dei, q; pro eius universi, quām insensata sunt corda hominum mundanor̄, qui rerum creaturarum magis quām creatoris pulchritudinem diligunt, qui miseræ mortalis peccatricisq; carnis mox periturum de cōtorem potius, quām diuinū vultus inuariabilem speciositatem desiderant, qui in mundi specie amplius, quām in creatoris uenustate exultant. Viles omnino obcenebratīq; sunt, qui corporis sui morituri ornati magis, quām immortalis suæ animæ decorationi intendunt, qui amplius student aut cupiunt se intrinsecus cora hominibus adornare, quām intus coram Deo à uitij se purgare; qui carnem suam immundam ac fecitdam satagunt delicate nutritre & expolire, animam autem rationalem ac nobilem, non cessant quotidie male uiuendo deturpare, lēdere & necare, omnīq; spirituali alimento priuare. Tales sunt omnes qui in peccato mortali existunt; qui enim mortaliter peccat, à summo & incommutabili bono se auertit, atque ad caduca & uana mente in suam conuerit, sicq; rei creatæ inhæret finaliter, scilicet plus quām Deo, & fruitur ea, quod totum est contra ordinem equitatis, eo quod solo Deo, in quo duntaxat salus rationalis creature conficit, fruendum sit; & teris autem vtendum tanquam medijs ad finem illum saluiscum, Deum sublimem & benedictum, Res ergo creata, terrena, corporea tantum ametur, queratur, in usum ueniat, quancum utilis seu necessaria est ad increati ac summi boni adceptionem salutarem, non amplius ne que minus. De hoc, libro primo de Doctrina Christiana. loquitur Augustinus: Res aliae sunt quibus fruendum, alia quibus vtendum. Illæ quibus fruendum est, beatos nos faciunt; istis quibus utendum

FERIA II. PETE COST.

Fol. CCXXVI.

A utendum est, redendo ad beatitudinem adiuuamur, & quasi admiculamur, ut ad illas quæ beatos nos faciunt, peruenire, eisq; inhærente possimus. Nos uero si eis quibus utendum est, frui uoluerimus, impeditur cursus noster, & uia ad deum, inferiorum rerum amore impeditur. Fru est enim, amore inhærente alicui rei propter seipsum uti autem est, quod in usum uenerit, ad id quod amat uobis obsinendum referre, si tamen amandum est. Nam usus illicitus, abusus potius nominandus est. Si idem sigit in huius mortalitatis uita peregrinantes, ad parriam beatitudinis redire uoluimus, ut cūdum est hoc mundo, non fruen dum, & de corporalibus ac temporalibus rebus æterna ac spiritualia capiamus. Res ergo quibus fruendum est, sunt pater & filius & spiritus sanctus, trinitas ipsa una quædam summa res, communis omnibus ea fruens. Hinc rufus libro præallegato Augustinus hortatur: Quoniam illa ueritate fruendum est, quæ incōmutabiliter uiuit, purgandus est animus, ut perspicere illam lucem ualeat, & inhærente perspective, quam purgationem, quasi ambulationem quandam, & peregrinationem ad patriam arbitramur. Verum, sicut secundo de Doctrina Christiana Augustinus testatur, Deus uidetur ab his, qui huic seculo moriuntur. Nam intantum uident, inquantum moriuntur seculo huic. Inquantum uero seculo uiuunt, non uident. Tales sunt omnes mundani, de quibus Augustinus differuit: Quoniam cupiditate fruendi creatura pro creatore, homines configurantur huic mundo, mundi nomine congruentissime appellatur. De quibus ait Salvator ad patrem: Nō pro mūdo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi de mūndo. Itēq; Pater inste, mun. Johā. 17. dus te non cognovit. Iohannes quoque in prima sua Canonica: Ipsi de mundo sunt, & de mūndo loquuntur, & mundus eos audie. Postremo, ne taliter de hoc mundo simus, terrena ac temporalia parvipendamus, celestibus ac diuinis iugiter intendere emitam, atque ad increare, æternæ ac adorrandæ pulchritudinis felicem iucundissimū aspectum in fatigabiliter festinemus, ad cuius deside ratiomam uisionem post huius finem exilijs nos mox dignetur perducere creator omnipotēs, cui Psal. 141. cantamus: Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo, & denuo: Sitiuit in te Psal. 62. anima mea, quām multipliciter tibi caro mea.

S E R M O . III. De emanatione diuina, qua spiritum sanctum uerum deum

catholica fides à patre filioq; credit procedere.

C Vm uenerit paracletus quæ ego mittam uobis à patre, spiritu ueritatis, qui à patre procedit, ille testimonii perhibebit de me. Iohan. xv. In quauncū natura est intellectus, in ea est & uoluntas. Obiectū nanci voluntatis, est bonum intellectū. Nā sicut in re naturali formā consequitur inclinatio quedā ad proprium bonū, finē ac perfectionē, quæ naturalis appetitus dī, sic in natura intellectuali ex apprehensione formæ intelligibilis oritur inclinatio ad id quod intelligit, secundū quod ipsum concipiit ut bonum & cōueniens. Hæc ait inclinatio dīc appetitus intellectualis ad voluntatem spectans. Sicut igit; deusest in seipso sicut intellectū in intelligentē, eo quod diuina essentia seu ueritas que deus est, sit diuinū intellectus obiectum, sic proorsus necesse est, ut deus sit in seipso ut amatus in amante, eo quod diuina bonitas, quæ est ipse deus, sit proprium obiectum diuinæ uoluntatis. Deniq; intellectum ut in intelligentē existens, intentio quedā est, uerbum ac ratio intelligentis. Nō em aliter intellectum, est in intelligentē, nisi prout concipitur ab intellectu: concipitur autem, inquantum intellectus aliquid intra se dicit de re intellecta: hoc autē quod de intellectu dī dicit & cōcipit, est uerbum intelligentis: sed intellectū ut in intelligentē acceptū, seu uerbi tactus de intellecto conceptū, in humano intellectu non habet esse naturale, sed intentionale dūtataxat, quod est species ac similitudo intellecti stans in lumine intellectus. Nō est itaq; intellectū ut in membris hominis cōceptum, & ut in seipso subsistens, habens esse eiusdē rationis & naturæ. Verbi autē diuini intellectus habet uerum esse naturale, & substancialiter identificatū cum esse paterni intellectus. Cōstat igit; quod uerbi humani intellectus dicat quid actualiter superadditum rei intellectū. Verbi uero diuinæ mentis nil superaddit accidentale ei, cuius est uerbi, de quo profert. Ratio autē hoc est, quia diuinus intellectus est purus & supersimplex actus, in quo uniformiter unitū sunt esse & intelligere. Hoc uero creatis intellectibus nō cōuenient. Sicut pindē intellectū ut in intelligentē conceptū, est uerbum intellectus, sic amatū ut in amante existens, est sicut amor, quo in amatu tendit amans. Amatu nempe est in uoluntate, sicut terminus motus in principio motu operifici enim uoluntas per hoc quod copulatur amato in quod tendit; non autem tendit in amatum, nisi propter proportionē quandam & cōuenientiā in amato consistente, afflictitur ab amato. Amatu ergo ut in amante consideratum, inclinat & mouet amantē, ut in amatum se transferat. Hoc autē quod mouet, & intrinsecus implet amantem in amatum, est amor. Datur igit; quod esse amantē in amante, est amor qui intrinsecus mouet amantem in amatu, sicut esse intellectū in intelligentē, est intentio ac uerbi intellectus. Amor deniq; à uoluntate procedit, inquantū illa mota est, & quasi attracta ab amabili, qd est bonū intellectū. Bonū porro intellectū, inquantū intellectū, est uerbi in intellectus. Procedit igit; amor tā ex uoluntate, q; ex uerbo, qm nihil amamus, nisi uerbo cordis concipiamus illud esse amabile. Relinquit ergo quod amor, qui in deo est, quæ spiritū sēcū dicimus, nō em a p̄e, sed etiā a filio procedit. Filius etem patris, est uerbum illud quod pater de seipso concipit.

P iiiij De

Ezech. 18. August.

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO III.

De se autem concipit, quod sit summa & supereminens bonitas. Illa ergo interna dictio, qua pater de se intra se profert se esse puram bonitatem, est uerbum eius. Ex hoc uero quod deus talem se agnoscit, per credit amorem eius, quo scilicet & propriam bonitatem primo & principaliter amat. Diuina enim bonitas est, proprium diuinæ voluntatis obiectum. Hinc elucescit, quod eo ipso necesse est spiritum sanctum à filio procedere, quo procedit à patre. Spiritus sanctus ergo per voluntatem procedit ab utroque, sicut & à solo patre procedit filius per intellectum. Enim uero sicut dei intelligere, est eius esse, sic & diuinum uelle, est dei esse. Amatum autem est in amante, in quantum actu amatur: actu autem amat, secundum quod eius amor est in amante. Sed in deo, amare est uelle quoddam. Velle quoque dei, est suum esse. Esse ergo dei, quo est in sua voluntate, quod per amorem explicamus, non est esse accidentale, sed est esse uerum & naturale, sicut & esse uerbi. Deus ergo ut in sua voluntate existens, est uere & substancialiter deus. Amor ergo seu spiritus sanctus, est substantia deus: quippe amor hic diuinus, quo deus se & cuncta diligit, spiritus apte appellatur. Amor quippe est uis quædam motiva & impulsiva amantis in amarum, ut dictum est. In uiuentibus autem impulsuista lis intrinsecus ad spiritum pertinet, ideo amor diuinus spiritus dicitur. Russus, spiritus dictus est q ab homine procedit, & sine quo homo uiuere omnino non potest. In eo igitur quod hic amor dei spiritus nominatur, eterna ipsius ab eis quibus coeteris est per sonis, processio designatur. Insuper spiritus sanctus iste dictus est, quoniam ipse est quo sanctissima deitas amatur. Constat equidem quod uerbum ab intellectu, amor uero à voluntate emanat: in deo autem identificatur intellectus & voluntas. Etenim in personis non multiplicatur, sed est in eis una natura, uirtus & equalis perfeccio. Deus quippe est in se sicut intellectum in intelligenti, in quantum scilicet intelligit: & hoc quod de se intelligit, est uerbum eius. Non autem intelligit de se uel minus, uel aliud quam est: neque ergo uerbum est aliud, quam deus, neque deo minus. Neque ergo plura uerba possunt in deo esse, cum uno uerbo plene dicat quicquid in se concipit. Perfectio porro intellectus consistit in assimilatione intelligentis ad intelligibile, que est per hoc, quod similitudo intellecti inest intelligenti. Oportet igitur ut similitudo diuini intelligibilis, quod est essentia diuina, insit diuino intellectui. Verbum ergo diuini intellectus procedit secundum rationem similitudinis. Et dictum est, quod in identitate naturae prodeat. Quod uero in uiuentibus ex substantia alterius egreditur, secundum similitudinem naturae uocatur filius & gigni dicitur. Amatum autem est in amante non secundum similitudinem speciei, sed sicut terminus in principio motio. Amatio itaque perficitur, non in similitudine amantis cum amore, sed potius in attractione quadam amantis ab amato, & motione unius in aliud ac mutua coniunctione. Spiritus ergo sanctus qui ut amor procedit, filius non est, licet ex substantia spirantis effluat, nam filius non est nisi quod gignitur. Quod autem gigni dicitur, procedit secundum similitudinem speciei: & non secundum rationem tendentiam in alterum, seu attractionis ab alio, quomodo iam paulo ante claruit procedere spiritum sanctum, qui per modum amoris emanat. Adhuc maior similitudo patris exprimitur in uerbo, quam in spiritu sancto: datur nempe uerbo, ut cum patre spiritu sanctu se procedente habeat. Vnde etiam potius quam spiritus sanctus tam filius quam imago patris congruerter dictus est. Denique quod in diuinis non duntaxat patrem filium, ut porteat confiteri, sed etiam spiritum sanctum tanquam personam tertiam, ex eo quod in Matthæo dixit Salvator, elucescit. Dicit enim: Euntes docete oes gentes, baptizate eos in nomine patris & filii & spiritus sancti. Et alibi dictum est: Cum uenerit paracletus quæ ego mittam uobis à patre, spm uerita F tis, gā p̄c procedit. Vnde palam est, scriptura sancta loquitur de spiritu sancto, sicut de persona aliqua uere subsistenti. Quod autem spiritus sanctus sit uerus deus, ostendit potest ex evidenter scripturae testimonij. Comprehendere enim omnia profunda dei, soli deo proprium est, sicut sepe ostendit. Sed iuxta Apostolum, Sicut nullus nouit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in homine est, ita & quæ sunt dei nemo cognovit, nisi spiritus dei. Ex his autem uerbis Apostoli adhuc illa ratio formari potest. Nam secundum coparationem Apostoli, spiritus dei se habet ad deum, sicut ut spiritus hominis se habet ad hominem. Spiritus autem hominis est homini intrinsecus, & aliud eius neque est naturæ extranæ ab homine. Spiritus ergo sanctus non est naturæ extranæ à deo, non igitur est creatura. Præterea creationem rerum non confuevit scriptura alicui attribuere nisi deo. Creare autem proprium est deo, cuius solius uita prorsus illuminata est: sed spiritui sancto attribuit scriptura rerum creationem, quemadmodum in Psalmo dictum est: Emitte spiritum tuum, & creabitur. Et Iohannes ait: Spiritus dei misit me. Amplius in Actibus dicit Petrus: Ananias, cur tentasti Satanam mentiri te spiritui sancto? Deinceps subdit: Non es, inquit, mentitus hominibus, sed deo. Apperte ergo spiritus sanctus appellatur deus. Adhuc omnis essentia creata, finita est: replere autem omnia, soli deo competit, dicente propheta in persona dei: Cælum & terram ego impleo. Spiritui autem scilicet hoc ipsum inuenientur in scripturis attributi. In Psalmo enim dictum est: Quod ibo à spiritu tuo: & quod à facie tua fugiam. Si ascenderò, &c. Rursus in libro sapientie scribitur: Spiritus domini replete orbe terrarum. At uero quod spiritus sanctus non sit ministerialiter operans uelut patre minor ac filio, ex dicto Apostoli, quod ad Corinthios scribens ait, palam erit, illuc enim communitas

Matt. 28,

Ioh. 14:

Rom. 11:

Cor. 2:

Co. 12:

DE FERIA II. PENTECOSTES.

Fol. CCXXVII.

A ratis diuersis differentijs donorum dei, de quibus pauloante dixit: idem autem deus, qui operatur omnia in omnibus, subdit: Hæc omnia operatur unus atq; idem spiritus, dividēs singulis prout uult. In hoc ergo p̄c eadem opera ascribit deo & spiritui sancto, & p̄ spiritum sanctum contestatur operari sicut uult, patenter manifestat spiritum sanctum deum esse, & non ministerialiter agere. Enim uero quod spiritus sanctus subsistens persona, à patre filioq; supponit taliter distinctus, hinc innotescit, quod spiritus sanctus prohibetur à patre procedere & accipere de eo quod est filii. Etiam in prima epistola Iohannis dicitur: Tres sunt q̄ testimonii dāti in Ioh. § cælo, pater, & uerbum, & spiritus sanctus. In quo satis claret spm sanctū eiusdem esse naturæ cū patre & filio, & tñ personaliter distinguitab eis. Et si q̄s calumniator obuerit, & dicat nō esse idem spm sanctum, hic conuinci potest ex eo, qd in Matthæo Salvator dixit: Nō es tu os qui Matt. 10: loquimini, sed spiritus patris uestrī qui loquitur in uobis. In Marco autem loco horum scribitur Marc. 13: ptum est: Non es tu os loquentes, sed spiritus sanctus.

¶ AD RELIGIOSOS.

SERMO III. De excellentia ac præconio charitatis, & eadem quomodo erga deum proximum exhibenda sit.

HOC mandatum habemus à deo, ut qui diligat deum, diligat & fratrem suum. Iohannis quartto, Inter omnes uirtutes & habitus animæ, charitas summa ac dignissima est, omnium uirtutum uita, regina, mater, imperatrix, forma & finis. Cumq; p̄cepta dentur de uirtutibus & uirtutibus exercendi, constat quod exercitatio charitatis sit finis & consummatio cæterarum cæstorum uirtutum, & actionum seu exercitorum earum, imo & omnium p̄ceptorum, ita quod omnium aliarum uirtutum actus & opera ad hoc ordinare debemus, ut per ea in dei actuali amore crescamus, ac fortius accedamus, & in ipsa quoq; habituali charitate roboremur ac stabilimur. Hinc ad Timo. ait: A postolus: Finis p̄cepti est charitas de 1. Tim. 4: corde puro & conscientia bona & fide non ficta. Finis quippe p̄cepti, i. finalis p̄fectio & consummatio ultima legis diuinæ, & oīm p̄ceptoriū utriusq; testamenti, est charitas, hoc est, aquila dilectionis dei, pcedens de corde puro & appetitu intellectivo, seu uoluntate à passionibus uitiosisq; purgata: & conscientia bona, id est, cognitione intellectus syncrea: & fide non ficta, quia ex actu uera fidei, pcedit dilectio. Hinc in Evangelio Christus testatur, quod primum maxima Matt. 12: munus mandatum est, deum ex toto corde diligere. Vnde & Princeps apostolorum horratur 1. Petri 1: Ante omnia charitatem continuam in uobismetipſis habentes. Et Paulus: Plenitudo, inquit, Rom. 13: legis dilectio. Denique, charitas sic solet diffiniri est: Charitas est dilectio, q̄ diligitor deus propter se, & proximus propter deum. Veruntamen p̄ charitatem non solum deum & proximos diligimus, sed item nosipos, imo & omnes tā beatos q̄ beatitudinis susceptivos, uidelicet angelos sanctos & uniuersos ciues cælestes, cunctos quoq; uiatores, & eos q̄ in purgatorio detinentur. Potest ergo charitas sic diffiniri: Charitas est uirtus infusa ac summa, uoluntatem directe p̄ficiens, per quā deus propter suam, p̄priā bonitatē dicitur sup oīa, & cetera diligenda spiritualiter diliguntur. Circa hoc quāri potest, qd sic uere diligere deum. Et respondendum quod cū (teste Philosopho) diligere sit alicui bonum uelle, & ipse deus sit in seipso naturaliter, inco parabilitate infiniteq; bonus, ideo primus & potissimum actus charitatis diuinæ est, ex intimo corde uelle & fauere omnem infinitam bonitatem, beatitudinem & p̄fectionem ipsius, & cō gratulari ei, complacentiamq; habere de omni infinita excellenti, maiestate ac gloria eius. Deinde q̄niam charitas est uirtus unitiva, idcirco deum diligere & secundarius actus charitatis, est desiderare eius p̄sentiā gloriosam, clarū intuitum, dulcem fruitionem, eius quoq; gratiosam p̄sentiam, quæ nunc haberī potest, & intra affectuose amplecti. Insuper quoniā deo debetur omnis honor & gloria, ideo tertius actus diuinæ charitatis est, deum totis uiribus honorare & Deuter. 6: glorificare, atq; optare, & conari ad hoc, ut ipse ab omniibus honoretur & glorificetur. Propter quod asserit Augustinus, quod ille est maior in charitate, qui plures ad dei amore ac cultum inducit. Iterū, q̄niam amicorū est eadem uelle & nolle, ideo quartus charitatis dei effectus est, uniuersa quæ deo sunt placita, p̄sertim quæ iuber, uelle & adimplere: & quæ prohibet, nolle ac deuitare. Ex quibus elici potest, quis uere diligat deum, & quæ sint uerae charitatis certiora indicia aut probabilia signa. Postremo quanta sit excellentia charitatis, clarius ac subtilius edoceri non ualerit, quam ex uerbis sanctissimi Pauli, qui ad Corinthios loquitur: Si linguis angelorum loquar & hominum, charitatem autem non habeā, factus sum uelut es sonans & cymbalum tinniens. Deinde illo in loco fatetur, quod quantiusq; multa & magna spiritus sancti charismata quis habeat, & quātumlibet multa & magna ac mira operetur, aut etiam patiat, nō penitus profitei, nō habuerit charitatem, intantū, quod & si omnia bona sua pauperibus

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO IIII.

bus dederit, atq; pro fidei defensione se comburi permittat, tanta quoq; fidei certitudine pol; D
leat, ut orando aut impetrando transferat riōtes de locis suis, attamen totum hoc ei nō pros
ficit ad salutem, nec meritorū ei coris sit, nisi habeat charitatem: imo si eam nō habēs mo
retur, cum omnibus illis p̄tactis charismatibus atq; operibus descendenter in infernum.
Propterea Alexander de Hales, & Antifidorensis in Summis suis conscribunt, quod si quis
ex fide informi & timore seruili sustineret mortis supplicium propter fidē, nihil minus dās
retur. Hinc charitas dicitur spiritualis uita anima & forma atq; uiuificatrix uitutum, sine qua
homo spiritualiter mortuus est, & uile coram deo cadauer, nec aliqua uirtus formata censeret.
Ex quibus perpendi potest, quād summe sollicitus ac studiosus esse debeat quilibet Christia
nus, ut sit semper in charitate, ne & cetera opera ex genere bona quā facit, sint ei in fructuosa,
& item, quoniam p̄mū essentiale in cālo respondet charitatis perfectioni, ita quod unus
quisq; tanto plus apud altissimū promeretur, & tanto maior erit in felicitate & gloria, quanto
plus feruer p̄fectiorē cōsistit in dei amore. Propter qđ disseruit Aug. Non numerositas op̄ez,
nō diuīturnitas tēporū, sed maior charitas meritū auget ac p̄mū. ¶ Charitas in quadā cō
munione supnaturale felicitatis fundatur. Ideo quicquid beatum est aut beatitudinis capax,
ex charitate est diligendum. Nam & charitas est spiritualis dilectio, qua quis sibi aut alteri uult
ueram salutē. Cumq; solus deus sit essentialiter felix, & ipsa beatitudo immensa, ipse solus pri
mo & maxime est amandus. Cetera autem quā beatitudinis eius sunt susceptiva, sunt ex cha
ritate amanda, in quantum spectant ad eum per intellectualis naturae participationem, & ue
ra felicitatis capacitatē aut cōmunionem vel inexistentiam. Hinc Augustinus primo libro
de Christiana doctrina dicit, quod quatuor sint ex charitate amāda: Vnu quod supra nos est,
quod est deus trinitas. Aliud quod iuxta nos est, quod est proximus, imo & omnis creatura in
intellectualis. Quāuis etenim angelī sancti sint supra nos dignitate naturae, loco & gloria, atq;
multiplici perfectione, tamen iuxta nos sunt per conuenientiam in genere, & finis identitate.
Ad eandem namq; supernaturalem salutem hoīes & angelī sunt creati, iuxta quē modū loquē
di assertit Augustinus, quod nihil sit supra hominē nisi deus. Nam & si angelus sit supra homi
nem dignitate forme, nō tamē dignitate finis. Tertium ex charitate amandū, est ipse me ho
mo amans. Quartū est propriū corpus, quod quāuis sit hominis pars, ponit tamē in numer
rum in catalogo diligendorū, quoniam aliter est amandū qđ ipse homo. Homo quippe est
diligēdūs, quia directe est beatitudinis capax aut participēt corporis uero, qđ per redūtantiam
quandam ab anima, susceptiuū est glorificationis. Deniq; inter diligēda est ordo seruā
dus, ita quod homo tenetur primo & sup̄ oīa incōparabiliter diligere deū: Incōparabiliter in
quā, loquendo appreciatuē, nō intensiue. Tenemur enim deū cum tanta suā bonitatis appre
ciatione amare, qđ pro nulla re creata, imo nec pro toto uniuerso, nec p̄ innumerabilib⁹ mū
dis si essent, uellemus eū offendere, postponere siue relinquare, quāiam ipse uere in scipso bo
nius, p̄fectus, felix & amabilis est infinite. Deinde post deū debet homo potissime se diligere.
Matt. 16. Propter quod ait Saluator: Quid proficit homo si lucretur universum mundū, seipsum autem
Luce 9. perdat, & detrimentū sui faciat? Tertio, proximū. Quarto, propriū corpus. Magis quippe desi
Ambro. derare, uelle & appre ciare, imo & in certo casu cōseruare, ac tueri spiritalem uitam, salutemq;
proximi debemus, qđ corporis propriū uitam naturalem ac corporalem. Insuper in dilectione
**proximoru ordo seruādus est, qđ (ut ait Ambro.) post deū & seipsum debet homo p̄fertim ama
re uos parētes, deinde propria p̄le, deinceps domesticis, cōsequenter extraneisq; si fuerint
boni, malis filijs & domesticis sunt p̄ponendū. Ultimo, inimicos. Itaq; omnes Christifideles te
nentur diligere omnem hominem, fidelem & infidelem, bonū & malū, amicū & inimicū,**
**Genes. 1 inquantum ad dei imaginē & similitudinem est creatus, & rursus inquantum capax est felis
citat̄s, & quoniam Christi sanguine est redemptus. Hinc pro omnibus saltem in generali oran
dum est, atq; in certo casu, p̄fertim in necessitatē articulo, impendenda sunt etiam inimicis**
**beneficia charitatis tā spiritualia qđ corporalia, signa quoq; amicitie aut familiaritatis. Et quā
tum ad hoc, dilectio inimicoru & beneficentia, sed & charitatis ostensio circa eos, sunt in p̄
cepto & de necessitate salutis. Verum extra huiuscmodi casum, in speciali impendere eis cha
ritatis affectum, effectum ac signū, dicitur esse supererogationis atq; cōfisi; & quāto plus agit
quis hoc propter deū, tanto in charitate perfectior ac melior esse cēsetur. Innotescit ergo ex ijs,
qđ quantumcunq; quis forefaciat alteri pertinentibusq; ad eum, tamen p̄cepto diuino tene
tur illum spiritualiter diligere ipsius conversionē & salutem optādo, sicq; obligatur iniuriam,
quantū ad culpā dimittere: satisfactionē uero seu debitā ultionē potest sine p̄fō, imo & uirtus
ose exigere & inferre ex charitate ac zelo iustitiae, nō propria aut priuata autoritate, violē
tag manu, sed secundum processum ac ordinē iuris. Laudabilius tamen asseritur etiam satis
factus**

FERIA II. PENTECOSTES.

Fol. CCXXVIII.

A factōnem ac ultionem huiusmodi propter deū dimittere, p̄fertim frāter ex infirmitate
aut ignorātia forefecit, ac p̄enitent, ueniamq; p̄cat. Porro si ex remissione huiusmodi p̄enā
deroget cōmuni reipublicā bono, & iustitia patiat̄ iacturam, aut iniuriant̄ frat̄ ad iniuriā
p̄cator, melius est p̄fato modo optare, exigere & inferre debitā p̄enā, qđ tenus qđ peccauit, in p̄
fenti sic castigetur, ne pereat in āternū. Postremo, constar ex p̄inductis, quā periculosa, uitiosa
ac deplorādā sit cōsuetudo, imo abuso atq; temeritas, qua in aliquibus territorijs uigeret, ut ali
quo lāso aut interfecto, cōsanguinei ei se cōgregēt, & propria authoritate pergāt ad ulciscē
dum illatā iniuriā ex ita ac odior, qđ totū est mortale, & sibi nūc cōmunicant in p̄cis, ac p̄fa
sima uolūtate peccant sēpissime. Interdū quoq; occidunt innocētes, qbus iniuria illa multū
disciplicūtimo nō nunquam & ipsi, qui ad alios occidēdos aut uulnerādos, p̄ficiunt, subito
in suis sceleribus perimuntur. Ideo dominus terē deberet huiusmodi cōsuetudinem prorsus
eradicare à territorio suo: alioq; timendum, qđ p̄tacta subditorū facinora in ipsum redund
dēt: si quidem impietati cui non resistitur, consentitur. Quod si ex cupiditate commodi tem
poralis negligenter tantam extirpare abusionem, enormiter nimis inexcusabiliterq; peccaret,
& aliorum criminā redundant in ipsum.

¶ SER MO V. De gradibus charitatis, ac causis & rationibus

amandi deum.

Charitas uestra magis ac magis abūdet, ut probetis potiora. Ad Philippenses primo. Præ
ceptum diligendi deum, à diuersis diuersimode adimpletur. Qđ enim p̄cipimur to
to corde, tota mēte, tota anima, totisq; uirib⁹ deum diligere, tripliciter potest intelligi, & tria
bus modis impleri. Primus ac infimus modus intelligendi p̄ceptum hoc, est ut deum sic di
ligamus totis corde, mente, anima ac uirib⁹, ut nihil charitati cōtrarium appetamus, admit
tam aut operemur, ea quoq; quā charitas exigit operemur, seruādo p̄cepta, & hoc est ne
cessarium ad salutem, atq; in isto primus & infimus charitatis gradus cōsistit. ¶ Secundus
modus intelligendi p̄fatum p̄ceptum, est, ut deum totis corde, mente, anima & uirib⁹ sic
amemus, ut non solum uitemus ea quā charitati contrariantur, ut sunt peccata mortalia, sed
ea quoq; quā ab eius profectu ac frequentatione impediunt, que sunt possessio temporalium
rerum, p̄fasantia propinquorum, coniugium, ac libertas voluntatis non resignatae: nec solum
impleamus p̄cepta deī atq; ecclēsiae, sed & operibus supererogatiōis & interioris profectus
seu obseruantiae regularis uiriliter inſistamus. In ijs itaq; secundus ac medius gradus charitatis
constitutus est, qui ad religiosos potissime pertinet. Potest tamē etiam ad ſeculare ſpecta
re, ſi tam custodite ſe habeant, ut circa terrenas opes & contoralem ſeu consanguineos non af
ficiantur nec occupentur inordinate, iuxta quod ait Psalmita: Diuitiae ſi affluant, nolite cor
apponere. Et Apostolus: Qui habent uxores, tanquam non habentes ſint: & qui utuntur hoc
mundo, tanquam non utantur. Qđ quāuis sit rārum & arduum, tamē non est impossibile
apud omnipotētēm, ſed per ſpecialē eius gratiam qđ uisusdam impletur. ¶ Tertius mo
dus intelligendi p̄ceptum illud, est, ſic totis corde, mente, anima, uirib⁹ ſuē deum amare, ut
per omnia hāc homo ſine interruptione actualiter feratur in deum, & uiuat ſecūdum ipsum
ſicq; p̄ceptum iſtud, non potest plene ac indeſinenter, ſeu continua ac nunquam interrupta
actuatione impleri, nihi in patria, prout in libro de p̄fectione iustitiae afferit Augustinus. Nem Augus.
pe sancti in patria ſtant in definerent deo intenti, actualiterq; in āternū uniti, ſecundum ex
tremum & ultimum poſſe totius uolūtatis & intellectus omnīsc̄ fortitudinis ſuē, quia in eis
omnis potentialitas est perfecte reduc̄ta ad actum, ſicut in ſacramentali ſuo, & in libro de uni
uerso Guilhelmus Parrhensis testatur. Veruntamen p̄ceptum iſtud hoc tertio modo in
tellectum, potest in via hac ſemiplene, & ad tempus impleri, p̄fertim à uiris hereticis & per
fectis. Vnde Antifidorensis in tertia parte Summa ſuē, contra p̄z allegata Augustini uerba
ſic objicit: Aliquis contemplatiuū p̄test ad tempus tota mente totōq; corde & anima ferri,
moueri, affici & delectari in deo, & omnes motus ſuos referre in ipsum: ergo implet iſtud p̄
ceptum, p̄fertim quia affirmatiuū est, nec obligat ad ſemper. Deinde ſoluit dicendo: Re
ſpondemus, quod uerum eſt hoc, ſed non potest homo diu manere in tali eleuatione ad deū,
quoniam corpus quod corrumpit aggrauat animam. Itaq; tertius gradus charitatis cōſi
ſtit in iſta huius p̄cepti impletione, ut ſcilicet tam frequenter ac feruide atq; stabiliter unias
mur deo per charitatem, ſicut iam tactum eſt, & in p̄fenti exilio fieri potest. Primus igitur cha
ritatis gradus pertinet ad incipientes, ſecūdus ad p̄ficientes, tertius ad perfectos. Hinc Thomas
in ſecunda aſcenda quæſtione 24. diſtinguens hos gradus, ait: Sicut in motu corporali primo
receditur a termino a quo, ſecundo acceditur ad terminū ad quē, tertio in termino iſto gescitur,
ita diſtinctio gradū charitatis ac ſtatū incipientiū, p̄ficientiū ac perfectoq; attenditur penes
diuersi

1. Cor. 7
Sapi. 6

D. DIONYS. CARTH. SERMO V.

diuersos actus ac studia, ad quae perducitur homo per charitatem & eius augmentum. Primo D^r nanc^t incumbit homini, ut recedat à uitis, concupiscentijs resilitat, quod spectat ad primum gradum charitatis, ad quem status incipientiū pertinet. Porro huic studio succedit secundū, quod homo principaliter occupatur circa spiritalem in omni uirtute profectum: quod ad secundum charitatis gradum & proficiētū statum pertinet. Ex charitate etenim elicitiū pcedit, quod homo conatur in ipsa charitate proficere: imperatiue uero procedit ex ea, qd in ceteris quoq; pficere conatur uirtutibus: sicut secundus charitatis gradus est, spirituali pfectui ista charitatem impendere. Tertio studendum est homini, ut in ipso fine quiescat, seu deo in hinc at ac fruatur, prout in uita hac est possibilis: quod ad tertium charitatis gradum perfectorumq; statū, certū est ptinere. Deniq; in Profectu religiosorū habetur: Primus gradus charitatis est concessus ita diligere, & eis sic uti, ut non preponantur diuino amori, quemadmodum boni seculares sic utuntur rebus mundi, quod tamen in eorum usu uirant peccata mortalia. Secundus est, dum homo meliori affectu studet in se atq; in alijs promouere ac implere omnia que sunt dei, ultra quām obligat. Tertius est, uehementer desiderio sic & stuare ad deum, ut eius diutius ferre absentiam nequeat, cupiatq; dissoluī & esse cum deo. Qui taliter amat, dicere potest: Amore laugue. Et: Vulneratus sum charitate. Itemq; Hei mihi, quia incolatus meus prolon gatus est. Eti: Sicut uita mea ad deum fortē, uiu, quando ueniam & apparebo ante faciem dei: Deniq; pinducta graduum charitatis distinctio fundatur in uerbis Augustini, sup primam sancti Iohannis canoniam ptestantis: Charitas perfecta est, esse paratum mori p deo aut proximis. Sed nunquid statim ut nascitur sine infunditur, ita pfecta est? Non utiq;. Sed nascitur ut perficiatur. Nempe cum fuerit nata, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur: tū fuerit rōborata, pfecturta cum pfectionem uenerit, dicit: Cupio dissolui & esse cum Christo. Ad hāc charitatis pfectio nem semper conemur, & quantumcumq; pficerimus, semper plus pficere enita mur, quia in hoc tertio gradu charitatis est multiplex latitudo ac diuersa mensura, incessabilisq; durante hac uita processus, quia non omnes pfecti & sancti & que fuerunt pfecti & sancti. Postremo, qui ad hunc tertium gradum charitatis ptingunt, dono sapientiae etenim de corantur, quod per apicem mentis stant quasi in cōactu solis iustitiae ac sapientiae sempiternæ, à quo & frequenter huberrante illustrantur, ualide inflammatur, misericordissime rapiuntur, atq; in diuitias glorie dei immerguntur & absorbentur. Solus deus est causa efficiens, insu dens & creans habitum charitatis. Multæ autem sunt causæ & rationes, ex quarum consideratione incitari debemus ad actualem dei amorem, pfectum & perfectionem. Prima & maxima est infinita bonitas dei. Si enim creaturæ amabiles sunt, quia bona & inquantum bona, quā summe & feruentissime est amandus is, qui naturaliter & essentialiter & prorsus incircunscris ptiliter bonus est: Secunda est, plena, uniuersialis & absoluta pfectio dei. Nempe si quosdam amamus quoniam pulchritus, & tanto plus, quanto sunt pulchriores: alios uero, quoniam nobiles sunt, & tanto plus, quo nobiliores: autem, quoniam ingeniosi & sapientes: alios, quoniam ampij & dulces: alios, quia fortes sunt & liberales: alios, quoniam iusti sunt: alios, quoniam fuscundi & agiles: alios, quia ualde uirtuosi & sancti fuerunt aut sunt: alios, quia pcleara & mira opera quædam fecerūt, & tanto plus diligimus quoslibet horū, quanto amplius tales sunt nōne decentissimum iustissimumq; censemus est, ut illum toto corde ardentissime & incomparabili diligamus, qui solus omnia ista cum infinita excellētia habet & est: Ipse etenim deus excelsus & gloriolus, super pulcherrimus est & pulchritudo separata, in se subsistens, super mūdissima, exēplaris, super splendidissima ac penitus infinita ipse quoq; tā nobilis, perspicax ac sapient, quod suæ nobilitatis nullus est finis, suæ pspicacitatis nulla mensura cōsistit, suæq; sapientie nullus est numerus. Conformiter de eius pietate, dulcedine, fortitudine, liberalitate, iustitia, efficacia, uirtuotate & sanctitate sentire oportet. Ipse itidem totius eloquentia & loquela est institutor, cuius locutio tā est potestatis, quod eam mox cōcomitatur effectus, instantum, quod uere omnipotens phibetur, quoniam eo loquente creata sunt oīa. Sed & intra seloquitur locutione æterna, immanente, pductiua uerbi æterni, p quod facta sunt uniuersa. Johā. 1. Ipse etiam est, qui facit mirabilia magna solus, cuius opera incomp̄parabiliter sunt pcleara. Si ergo multi homines tantum auferunt, laborauerunt, pfecti sunt ad uidendum aliquem uitum, in una p̄dictarum uitutum aut eminentiarum pclearum, quām fortiter & infatigabiliter æstuare, laborare, proficere nos debemus, ut deum, qui in omnibus uirtutibus & eminētis istis prorsus pfectualiterq; immensus est, æternaliter ac beatifice uideamus: Tertia causa & ratio est, quoniam ipse deus prior dilexit nos, non propter merita nostra, sed ex bonitate & pietate sua immensissimo tam ineffabiliter nos dilexit, quod nec parem, nec aliquorū libet amicorum dilectio ad nos, cōparari potest dilectioni dei, qua nos gratiosissime p̄auent. Quarta ratio

FERIA III. PETECOST.

Fo. CCXXXIX

Aratio est, propter uniuersa beneficia dei, generalia & specialia, naturalia & supernatura, corpora lia & spiritalia, porissime qm pater æternus proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus trā didit illum, & qm vnigenitus dei ita dilexit nos, & ex dilectione tradidi semetipm pro nobis. De Galiat 2. sum & sp̄s sanctus non tm̄ charismata sua, sed & ipsem dedit & infudit cordibus n̄is cum ab Ephes. 2. fluentia & dignatione misericordissima. O quantum diligemus eum, qui manum aut pedem ab sc̄lum, aut erutos oculos restitueret nobis. Quantus ergo peruerſitatis & ingratitudinis est, nō diligere creatorem, à quo corpus & anima cum omnibus suis mēbris uiribusq; habemus, à quo esse, uiuere, intelligere, ac liberum uelle sortiti sumus! Quinta ratio est, vniuersitas promissioz cœlesti. Isaias 64. um, omnis beatitudo ac gl̄ia sempiterna, vt pote bona quae nec oculus uidit, nec auris audiuīt, nec mens comprehendere ualeat, que deus omnipotens nobis promisit ac p̄parauit in cælis. Si diligimus aliquem, quia ad cœnam delicatā aut nuprias nos inuitauit, quanta amentia & improbitatis putandum est, si non totis p̄cordijs illum diligimus, qui ad tam beatissimā refectionem æternam nos inuitare, eamq; nobis polliceri ac p̄parare dignatus est? Sexta est, qm charitas dei est in sc̄p̄a tam nobilissima uirtus, primo ac summè necessaria, & maximè meritoria, summè perornans, dignificans, ditans atq; deificans hominē. Sunt aut & alia multæ rōnes amandi deum. Nam & naturalis lex id requirit, naturalis hoc ratio dicit, omnis creatura instigat, scriptura copiosissimè exhortat, fama decurrentis accedit. Verē nanc, vt ait Isaac Israelita philosphorus in exordio libri definitionis: Fama dei sublimis est, imo & p̄clarissima. Etem nihil de Deo cognoscimus, legimus vel audimus, nisi honestum, p̄clarum & amabile. Si ergo diligimus interdum aliquem quem nunq; conspeximus, ex solo rumore, quo aliquid magni de ipso percipimus, qd summè amādus est deus, de quo tot & canta bona audiūmus! Postremo de causis amādi proximos, etiam inimicos, aliqua sunt p̄recta, quibus nunc brevē addi potest, ideo quoq; proximos esse amandos, quia sine corpore & spirituali dilectione deum diligere non ualemus, & etiā propter dona gratiae & uirtutum, quae insunt aut eis inesse possunt. Si em diligimus quosdam propter corporalem eos pulchritudinem naturalē, pietatē aut ingeniositatē, quanto magis pp̄f supernaturalia gratiae dona incomp̄parabiliter p̄stantiora diligendi sunt: sed & propter cōmunionē natura, atq; ob fidē ac baptis̄m religiōnis Christi unitatem ac conformitatē, specialiter amandi sunt Christiani. Occurrit p̄terea septima ratio deum amandi, puta propinquitas quædam p̄cipua. Si em cognatos, p̄fertim parentes, ualde specialiter adamamus ex attinentia & propinquitate, quanto magis p̄mandus est Mater, p̄ter spirituum Deus uerus, qd secundum animā immediate conditi sumus, qui & pater noster appellari dignatur, imo & iubet!

Feria III. Pentecostes.

¶Enarratio epistola, Cum audissent apostoli. Actuum viij.

I

N primitu ecclesia in robur fidē & nascentis ecclesiæ, qui baptizabant, per impositionem ma nūm apostolos recipiebant signo aliquo uisibili sp̄m sanctum, nonnulli dona linguae & varia alia dona, quæ tm̄ postq; confirmata est ecclesia, nō est modo necessarium, vt optent uel sperent oēs fideles. Igī [Cum audissent apostoli, qui erant Hierosolymis, quia Samaria receperit verbū Dei.] Hoc em(vt dicit) Philippus iste eis insinuauit, rogans vt quidam eoz uenirent Samariā, ad imponendū manū baptizacis, quatenus in signo uisibili reciperet sp̄m sanctum. Nam manus imponere baptizat, fuit officium apostoloz, sicut & nū episcopoz, qui sunt successores illorū. Ex quibus constat qd Philippus iste non fuit apostolus. [Misericord ad eos Petrum & Iohannē,] Si alij apostoli miserūt hos duos principales apostolos, cur Arrius fixit vnigenitum dei filium patre es se minorem, quia à patre est missus? [Qui cum uenissent, orauerunt pro ipsis vt acciperent sp̄m sanctum,] cum signo sensibili, vt cum dono linguae. [Non dum em in quenq; illoq; uenerat] cum signo uisibili, inuisibili tā uenit in eos, quia in baptismo receptorunt remissionem & ḡam iustificationem, sicut nunc baptizati recipienti. [Sed baptizati tm̄ erant in nomine dñi Iesu.] Quod ait, tan Acto. 2. cum, referit ad nomen baptizati, vt sit sensus, qd sic erant baptizati, quod nondum cum signo sen Acto. 10. sibili sp̄m sanctum erant fortiti, i. cum signo sensibili demonstrante sensibili sp̄s sancti infusionem. Quare aut & quo sensu in primitu ecclesia fiebat baptizamus in nomine Iesu Christi, dixi super Acta apostoloz. [Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant sp̄m sanctum] cum signo uisibili, sicut nunc dictum est, & cum plenitudine gratiae amplioris, secundū quod maius aus minus ad hoc per mentis deuotionem se disponuerunt.

SERMO I. circa epistolam, Quomō per baptismum originale tollat peccatum, de fomite, de æqualitate animoz, & an pueri non baptizati sensibilem patiant de uitæ æternae amissione dolorem.

O Rauerunt pro ipsis vt acciperent sp̄m sanctum, nondum em in quenq; illoq; uenerat, sed baptizati tm̄ erant in nomine dñi Iesu. Actuum viij. Cum in baptismo tollat originale peccatum, de remissione huius pportionabilis loqui oportet, sicut de remissione actualis peccati. Actus vero peccati duo inducit. Nam rōne auerſionis à Deo, auerſit ḡam: rōne aut conuerſionis ad cāduca,

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO I.

A quod dicitur nunc, Erunt omnes docibilis dei, inueniuntur non solum in uno propheta, sed in multis, quantum ad sensum, quanvis in nullo inueniatur, quo ad formam ser monis. Scriptum est enim in Isaiâ: Repleta est terra scientia domini, quasi aquæ maris operientes. Et rursus: Post omnes filios tuos doctos à domino. In Ieremias quoque: Omnes à maiore eorum usque ad minimum cognoscunt me. [Omnis] homo uiator, [qui audiret] aribus cordis [à patre] intus loquente, id est, diuinum instinctum aduertit, [& dicit] per inspirationem internā, id est, quem pater docuit de his quæspectant ad fidem, qualis fuit qui ait: Audiam quid loquatur in me dominus minus deus. [Uenit ad me] per fidem & operationem, per charitatem & obedientiam. Ideo dicit Psal. 84. Propheta: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Non ergo ad conuersiōnem hominis sufficit vox prædicationis, nisi fuerit deus interius instruens. Deinde Thomas in Summa contra gentiles, redarguit Origenem dicentem, quæ deus dicitur causa bonorum nostrorum solum, quia est causa habituum infusorum, per quos meritorum operamur, uidelicet gratia habitualis, fidei, spei & charitatis. Dicit itaque Thomas, quæ etiam deus quædoque est proxima causa actionum nostrarum interiorum, Isaia testante, qui ait: Domine, dabis pacem nobis, omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Et item Apostolus: Deus est qui operatur in uobis & uelle & perficere pro bona uoluntate, hoc est, ex sua pietate uoluntaria uoluntate, quia non meritis uestris. Dicit insuper Thomas, quæ semper acquiescimus actu ali inspirationi quæ nobis a deo infunditur. Et fundatur hoc uerbum Thomæ in autoritate Augustini, dicentis: Gratia quæ occulte humanis cordibus diuinæ largitatæ tribuitur, à nullo Augusti corde duro respuitur, quoniam ideo datur, ut duritia cordis penitus auferatur. Ad propositum igitur, Omnis qui audiret, dicens: à patre, hoc est, actualem illustrationem immediate à deo percipit, uenit per consensum ad Christum, quoniam omnis talis ueraciter acquiescit, non tam omnis talis saluator, sed qui prædestinatus est finaliter perseverans. Sed ne ex uerbis inservient aliquis estimaret deum patrem esse oculo carnis uisibilem, uel intellectu comprehensibilem, addidit Christus: [Non quia patrem] æternum [uidit quisquam] hominum oculo corporali, uel etiam intellectuali, loquendo de uisione comprehensionis perfectæ, quia sic solus deus comprehendit seipsum, immensus immensus. Loquendo autem de uisione dei per speciem, quam habent sancti in patria, sic nullus purus uiator uidit deum uisione fixa ac cœliforū, Exo. 33. mi, quanvis Moyses & Paulus credantur deum in hac uita uidisse per speciem in raptu: quos Ioh. 1. dam non diu durare. De hoc dictum est pleniū alibi super illud, Deum nemo uidit utique. 2. Co. 12. Sed quoniam Christus hæc proferens homo fuit, ne ludibri putarent eum non uidisse patrem, 1. Joh. 4. subiecit: [Nisi qui est à deo,] hoc est, filius natus à patre, uel missus à deo trinitate. Filius enim in quantum homo, missus a originatus est à seipso, secundum quod deus, [hic uidit patrem] uisitione perfectæ comprehensionis, in quantum est deus, & item uisitione beatificæ fruitionis, secundum quod homo ab incarnationis exordio. Ex hoc sequi uidetur, quod Christus non loquitur de uisione corporali, quia sic nec ipse uidet patrem. Porro per hoc quod ait, nisi qui est à patre, non excluditur spiritus sanctus, quoniam & ipse comprehendat patrem, cum dicat Apostolus, 1. Cor. 2. quæ spiritus scrutatur profunda deit. Et quæ de sunt, nemo nouit nisi spiritus eius. [Amen] dico uobis, qui credit in me] fidei charitate ornata, [habet] nunc uitam æternam] in spe, ita me Crito, in radice, in dispositione propinquata. Habet enim causam meritorum, spemque idoneam ingredi uitam æternam, seu obtinendi beatificam divinæ essentiae uisionem. Vel, haber uitam gratiarum realiter in præsenti. Qui enim credit in Christum, habet Christum. Et utique Christus est uita æterna, quemadmodum contestatur: Ego sum uita, ueritas & uita. Iohannes quoque in pris. Ioh. 1. ma sua ait canonica: Hic est uerus deus & uita æterna, [Ego sum panis uita]. Substatitaliter atque causaliter panis sum, omnia pascens, non tam in quæconque conuertor aut mutor, sed fideliter manducantem conuento in me. Sum etiam panis uita, quia sumentibus digne do uitam gratiarum in præsenti, & uitam gloriae in futuro. De hoc uerbo alibi dicitur sunt plura. Deinde in anno gloriationem Iudeorum de manna præsumitem, Christus euacuat: [Pates uestræ matre duauerunt manna in deserto, & mortui sunt.] Palam est, quæ mortui sunt morte naturæ, sed quia mox subditur, Hic est panis de cœlo descendens, ut si quis manducauerit ex ipso, non moriatur: certum est quod loquitur de morte culpe. Hoc enim CHRIS TVS adiecit, distinguendo inter panem uita quem ipse dat, & manna. Sed nunquid omnes patres Iudeorum, qui manna edebant, mortui sunt morte culpe? Non utique: Quia nec Moyses, nec Aaron, nec Iosue, nec ceteri iusti illius exercitus. Loquitur ergo Saluator de patribus Iudeorum, quorum ueritatis isti sectabantur, puta incredulis seu peruersis, qui dixerunt: Anima nostra naufragat super cibo isto levissimo. Illis quippe fuit panis ille insipidus, iustis uero optime sapiebat, quemadmodum in libro Sapientiae scribitur: Panem de cœlo præstisti eis, omne delectamen Sapi. 6. R. iiiij tum

D. DIONYS. CARTH. ENARR. IN EVANG.

rum in se habentem, & omnis saporis suavitatem ad quod enim quisque uolebat, conuertebat. D
 De illis uero carnalibus tantum, non carnalibus simul & spiritualibus paribus, loquitur
 Christus Iudeus alio loco: Murmuratores filii murmuratorum, implete mensuram patrum uestrorum. Subditur ergo de pane uero uitali, non figurali dūtaxat. quis & panis uita quæ dat Christus, si aliquo modo figuratus illius panis caelestis in patria, de quo in Luca habetur: Beatus qui manducabit panem in regno dei. [Hic] panis uita, de quo dictum est, ut pote uerbum uel corpus dominum, est panis de celo descendens.] Verbum enim descendit per incarnationem & noui effectus productionem. Corpus autem descendit, quia uirtute spiritus sancti formatum, non quia de celo allatum. Descendens, in qua, ad hoc, [ut si quis manducauerit ex ipso] manducatio sacramentalis & spiritualis simul, uel spiritualiter dūtaxat, [non moriatur] morte culpe in presenti, uel morte damnationis æternæ in futuro, quæ est mors secunda. [Ego sum panis uius,] quia secundum naturam diuinam essentialiter uita sum, uiuens in meipso, & uitam gratiae uitamque gloriae causa in alijs, omnes electos reficiens & confortans. Porro secundum naturam assumptam sum panis uius, quoniam propter unionem cum uerbo, habeo plenitudinem omnium gratiarum, & gloriam perfectissimam fructuosis in deo, atque per corpus & sanguinem meum fidelium animas a loco poro, gratiam illis praestando per modum cause instrumentalis ac meritorum. Humanitas etenim Christi est instrumentum animatum coniunctum ac proprium uerbi, per quod & cuius uirtute ac merito omnia diuina nobis præstantur gratiarum charismata, sicut & corpus nostrum est instrumentum animatum unitum & proprium animæ rationalis, per quod anima agit & efficit. [Qui de celo descendit] per incarnationis mysterium, & noui effectus productionem, non per localem descensum, ut dictum est saepius. [Si quis manducaverit] non sacramentaliter tantum, sed sacramentaliter & spiritualiter, uel ad minus spiritualiter cum proposito manducandi sacramentaliter cum fuerit opportunum, [ex hoc pane, uiuet in æternum] uita spirituali, quia nunc in ipso inchoatur, & uirtute sacramenti perficitur, atque in patria consummatur. Nunc enim uiuit bene agendo per gratiam, & in futuro uiuet, deum uidentem per gloriam lumen, dummodo finaliter perseveret in huius manducationis effectu. Viuet itaque in æternum, quantum est ex parte sacramenti, quod tantæ efficacie est, ut possit uitam æternam influere. Cum quilibet communicans recipiat panem istum totum ac integrum, non partem dūtaxat, cur ait, si quis manducauerit ex hoc pane, & non potius, si quis manducauerit hunc panem? Dicendum, quod ad insinuandum quod panis iste inconsuceptibilis est, nunquam deficiens. Præterea ad intelligentum omnia quæ de isto sacramento iam asseruntur, oportet scire, quod in sacramento altaris sunt tria: Primum est sacramentum tantum, uidelicet species panis & uini post consecrationem. Secundum est res & sacramentum, uidelicet corpus & sanguis Christi. Tertium est res tantum, ut pote gratia sacramentalis, uel unitas corporis mystici. Species itaque panis & uini dicuntur sacramentum, quoniam rei sacra sunt signum, uidelicet corporis & sanguinis Christi; corpus uero est sacramentum respectu sui effectus, qui est gratia; uel respectu sui signati, quod est corpus mysticum, puta ecclesia. Cum igitur alius accipit corpus & sanguinem sub speciebus sacramentalibus, & non participat sacramenti huic effectum, scilicet gratiam atque ecclesie incorporationem, propter suam incapacitatem, indignitatem & prauitatem, quia ponit obicem gratiae, dicitur manducare sacramentaliter tantum. Cum uero sumens per sacramentum, recipit eius salutarem effectum, manducat sacramentaliter & spiritualiter. Dum fortitur effectum praesatum, nec tamen suscipit sacramentum, manducat spiritualiter solum. [Et panis quem ego dabo] per meipsum in cena, hoc sacramentum instituendo, diligenter tradendo, & in arca crucis patri panem hunc offerendo, & deinceps per meos ministros, uidelicet sacerdotes, quibus conuenit sacramentum istud consecrare atque porrigitur alijs. [caso mea est,] quæ alit mentem fidelium. Tum, quia uerbo unita, tum quoniam gratia plena per redundantiam, & quia diuinitatis gratiam creantis est instrumentum, itemque merito sue actionis ac passionis, [pro mundi uita,] hoc est, pro spirituali uiuificatione hominum uiatorum in mundo degentium. Ad hunc enim finem, ut à morte culpe ac miseria eriperemur, uitamque gratiae & gloriae consequeremur, dedit CHRISTUS corpus suum in cruce in precium, & in sacramento in edulium atque remedium. Quotidie quoque dat panem istum pro uita nostra, hoc est, ad hoc, ut in uita graria roboremur ac perficiamur. Veruntamen non est sic intelligendum quod ait, pro mundi uita, quod per receptionem huius sacramentum uita gratiae in homine inchoetur: immo qui sine uita gratiae ad hoc sacramentum accederet, amplius moreretur in anima, reusque fieret corporis domini. Cum enim sacramentum istud sit cibus spiritualis, ideo sicut cibus corporalis non datur nec prodest, nisi uiuenti uita naturæ, sic cibus hic spiritualis non conuenit, nec proficit, nisi uiuenti uita gratiae.

Sermo.

FERIA IIII. PENTECOSTES.

Fol. CCXXXVIII.

¶ Sermo secundus circa Euangelium: De predestinatione, reprobatione, electione diuina, Christi, angelorum & hominum.

A

NEMO potest uenire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Iohannis sensu rerum exigentiam gratia impedimentum praestet, ideoque secundum ordinatores naturæ existit, peccantium quosdam misericorditer præuenit per gratias infusionem, eosdem a malis auertendo, & ad bonum dirigendo, & in hoc bonitas sua largitas ac maiestatis uirtus relucunt, quemadmodum in his quæ in natura supernaturaliter operatur, ut sunt mortui resuscitatio, & quies solis. Alios denudo peccantium iuste derelinquit, quatenus in illis ordo diuina aequitatis seruetur, sic ut etiam non omnes mortuos suscitat, neque languidos uiueros curat, ut in his ordo naturæ respendeat. Quia ergo diuina operatione, hominum hi quidem per gratias adiutorium in finem ultimum diriguntur, ceteri uero hoc gratiae subfido expertes atque deserti derelinquistur, & ab ultimo fine decidunt: hinc necesse est, huiuscemodi diuinitatem hominum ab aeterno in diuina mentis consilio esse ordinatam. Quicquid enim a DEO agitur, in ipsius sapientia ab aeterno prouisum est & ordinatum; sicut aliquando deductum est ad longum. Secundum ergo quod quosdam ab aeterno preordinavit, ut in ultimum finem dirigendos, dicitur eosdem predestinasse; & qui ita preordinati sunt, predestinati appellatur. Vnde ad Ephe*sios* primo ait Apostolus: Qui predestinavit nos in adoptionem filiorum, secundum propositum voluntatis sue. ¶ Insuper, hos quibus ab aeterno dispositi se gratiam non daturum, reprobasse & odio habuisse dicitur, iuxta illud Malachia*s*: Jacob dilexi, Esau autem odio habui. Hinc quoque ad Romanos scribens Apostolus, ait: Volens Deus ostendere iram, & notam facete potentiam suam, sustinuit in multa patientia, uasa ira apta in interitum, ut ostenderet diuitias gloriae sua in uasa misericordia, quæ preparauit in gloriam. ¶ Porro cum hominum in conformibus culpis obnoxiorum, hoc præueniendo conuertat & dirigat, hos uero iuste deserat, secundum ordinem rerum procedendo, non est ratio, cur hos conuertat & non illos. Hoc nanque ex sola simplici que ipsius voluntate dependet, sicut etiam ex simili *Sapientia* *g* placi DEI voluntate emanavit, quod cum omnia ex nihilo produceretur, quædam quibusdam digniora constituta sunt, nullo prouersus antecedente merito aut demerito, quemadmodum etiam ex simplici artificiis voluntate oritur, ut ex eadem materia uniformiter disposita, quædam uasa ad nobiles, quædam autem ad ignobiles usus formetur. Propterterea nempe Apostolus: An non habet, inquit, potestatem si Rom*9*, meliora ex eadem massa facere, aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam? Vnde constat, predestinationem non ex meritis processisse: gratia autem quæ est predestinationis effectus, non præuenitur meritis, sed præcedit merita hominum iniuersa: alioqui gratia non esset gratia. Si enim ex operibus, iam gratia Rom*11*, luntas autem diuina est prima causa, sed prima causa non est causa; aliter esset aliud prius primo, quod implicat. Providet itaque diuina, res creatæ causa non sunt. Aeternæ enim preordinationis res temporalis causa non est. Per hoc autem posicio Origenis destruitur. Dixit enim hos conuerti ad DEVUM & non illos, propter quædam opera ac merita, quæ eorum animæ priusquam corporibus imprimitur, secessint, de qua quidem positione iam diligens inquisitio facta est. Portatione distinctionis, secundum quam quidam predestinantur, quidam autem resprobantur, diuina ele^{lio} dicitur, de qua ait Apostolus ad Ephesios: Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Licit autem electionis seu predestinationis nulla merita causa sint effectuum, tamen predestinationis & electionis, unus alterius causa potest esse. Dicitur insuper predestinationis respectu saluandorum, præscientia uero respectu reprobatorum & electorum dici inuenitur: & quidem præsciti ad mortem, reprobati appellantur. Veruntamen cum præsciti ad uitam, singulare nomen,

R. V.

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO II.

utputa prædestinationis, fortis sunt, nomen præscientie respectu reprobos com
munius accipi solet, ut reprobis existentes, præsciti nominetur. Elucescit igitur ex
ipsis, quod prædestinationis, reprobatio & electio, prouidentia diuinæ partes quædam
sunt, quoniam respectu rationalis creaturæ duntaxat dicitur, prouidentia autem
omnia connectit. Hinc igitur ex eisdem considerationibus, quibus præinductum
est prouidentiam rebus necessitate in non influere, etiam nunc deducere potest, liberis
tatem ac contingentiam non tolli ab entibus propter prædestinationem, reproba-
tionem, electionemq; diuinam. Est quippe prædestinationis, diuina quædam ac æterna
præordinatio eorum, quæ in tempore per DEI gratiam fienda, consummata
dagi existunt, quod iam quoque præactum est. Est autem in tempore uel potius in
temporis præordinata plenitudine hoc factum, ut per unionis gratiam homo es-
set DEVIS, & DEVIS homo; nec dubium quin æterna ratione id ipsum a DEO p-
dispositum sit. Itaque naturarum duarum in una persona Christi uno, sub æterna
DEI prædestinatione cadit, & ob id dicitur Christus esse prædestinatus, sed singu-
lari modo. Ceteri enim prædestinantur, ut sint adoptiu filii DEI, iuxta illud Apo-

Rom. 1. Rom. 8. stoli. Prædestinavit nos in adoptionem filiorum DEI. Sed sicut Christus singulari
modo præ alios filius DEI est, sic specialiter prædestinatus est. Non enim Christo
comperit, filium esse adoptiu, sed potius naturalem. Natura nangi humana ad
personalitatem Verbi assumpta est, ut sit idem filius in duabus naturis subsistens, E
sicq; unus filius DEI patris & sacra virginis. Per modum igitur hunc, ratione na-
turæ assumptæ dicitur Christus p-destinatus. ¶ Denuo contemplandum est, quod
prædestinationis dupliciter considerari potest. Uno modo secundum ipsum actum
prædestinantis, alio modo secundum terminum seu finem prædestinationis, id ut
delicet, ad quod aliquis prædestinatur. Respondendum igitur, quod prædestina-
tio Christi, causa est atque exemplar prædestinationis nostræ, quo ad secundam p-
destinationis considerationem. Quod nempe sit causa, sic innoteat. Nam ab æter-
no ordinatum est, ut humana salus per IESVM Christum cōsummetur. Quod in
super exemplar sit prædestinationis nostræ, hoc modo sic elucescit. Jam enim often-
sum est, Christum singulari modo prædestinatum dici, ad hoc uidelicet, ut sit natu-
ralis, & non adoptiu DEI filius. Quod tamen prædestinationis competit Christo
propter naturam assumptam, lucidius iam inductum est. Nos denique in adop-
tuam filiationem prædestinamur. Hæc uero prædestinationis, naturalis prædestinati-
onis participata quædam similitudo existit, contestante Apostolo ad Romanos:

Rom. 8. Quos, inquit, hos & prædestinavit cōformes fieri imaginis filii sui. Rus-
sus, prædestinationis Christi, nostra prædestinationis exemplar dicitur, propter mo-
dum cōsequendi bonum, quod est prædestinationis terminus. In Christo enim na-
tura humana nullis suis præstib; meritis, eatenus per gratiam exaltata est, ut ad p
personalem subsistam Verbi sublimata sit. Nam & de plenitudine gratiae ipsius

Iohan. 1. accepimus omnes. Hæc equidem tam supereminens gratia in Christo, non in-
congruerat exemplar nominatur susceptionis gratiae nostræ. Si autem accipiatur
prædestinationis secundum primum modum, tunc prædestinationis Christi neque cau-
sa est, neque exemplar prædestinationis nostræ, sicut beatus Thomas ait: Quod no-
stris causa, ostēdit. Sic enim est æterna, ideoq; causam non habet. Rursus, quia ex sim-
plici DEI voluntate dependet. Præterea, remota causa, remouetur effectus; sed res-
motu prædestinationis Christi, nostram prædestinationem tolli non oportet. Nam
ut in libr. De Trinitate scribit Augustinus, Si DEI filius non incarnaretur, erat ade-
huc alias modus nostræ salutis. Patet igitur, quemadmodum uerbum Apostoli ac

Ephes. 1. cipiendum sit, quo ait: Adoptauit nos in adoptionem filiorum per IESVM Chri-
stum. Porro quod nec sit exemplar prædestinationis nostræ Christi prædestinationis,
si nomen prædestinationis primo modo sumatur, inducitur: Exemplum enim p-
existit exemplo, & in cognitionem illius deducit. Sed primo modo dicta præde-
stinationis, est æterna, neque necesse est, ut in ipsius agnitionem duceretur DEVIS ex
aliquo alio. Veruntamen, quod secundum modum nunc præexplanatum, præde-
stinationis Christi prædestinationis nostræ exemplar sit, ex eo quod in libro de præde-
sti

FERIA IIII. PENTECOSTES.

A statu fæciorum ait Augustinus, uerbo innoteat. Est, inquit, præclarissimum
lumen prædestinationis & gratiae, ipse salvator. Denuo ex præinductis patescit,
in eiusdem ueritatis, haud dubium quin primæ ac increare, contemplatione homi-
num, angelorum que plenam beatitudinem fore constitutam: & sicut diuina fides
adstruit, ad supplendum angelorum casum, homo ipse creatus est. Angelica namque
natura in his quæ perierunt, liberata est. Numerus autem ciuium supernæ ciuitas
electorum DEI, præordinatus est utique & determinatus prouersus ab æterno in
diuinæ mentis sapientia. Siquidem in numero, pondere atque mensura, uniuersa Sap. 11.
constituta sunt, præsertim ea quæ optima sunt in entibus. Hinc ad reparationem
corum qui lapsi sunt, homines facti sunt, ne semper incompletus perseveret electo-
rum numerus. Si igitur ob aliam causam nullam homo creatus est, quam quæ iam
reservata est, tunc palam, quod coequalis & tantus sit electorum hominum nume-
rus, quantus est spirituum illorum qui ptolapsi sunt. Sed an ob hanc solummodo
causam, humanæ naturæ propago instituta sit, indagandum est. Et quidem si lange
lorum numerus completus fuerat, ita quod tantam electorum multitudinem com-
prehenderit, quot præordinati sunt electi ad uitam, tunc rursus manifestu est, non
fore plures electorum hominum, quam angelorum præuaricantium. Sic etenim
ob nullam aliam causam homo creatus esset, quam ut angelorum locum posside-
ret: quo concessio, deinceps concedendum est, angelicam humanamq; naturam si-
mul productam non fuisse. Si enim omnia, ipse quoque homo & angelus simul di-
stincte facta sunt, quemadmodum scriptum est: Qui uiuit in æternum, creauit oīa Eccles. 11.
simul, tunc necesse erat, aut humanam angelicamque creaturam transgreedi, atque e
regno iuste depelli, aut certe numerum ab æterno prædispositum electorum auge-
ri, aut humanum genus præordinata beatitudine penitus priuari. Non enim potu-
it æterna sapientæ dispositio frustrari, ut minueretur, augereturve præordinata
electorum multitudo. Ideoque uel necesse erat angelum peccare, aut hominem ca-
lesti felicitate omnino destituiri, aut hominem præuaricari, quatenus angelis in bea-
titudine perseverarent, qua priuari, donec transgrederentur, non ualebant, quæ
omnia absurdâ sunt. ¶ Porro ordo est optimum in entibus, secundum Aristotelē:
est denique intimus rebus, secundum Dionysium. Decuit equidem fontanam diui-
natæ mentis sapientiam, ordinatum pulchrumq; plasma producere, quemadmodū
etiam Plato demonstrat: Ordo autem uniuersi non tam in individuis, quam in na-
turis rerum consistit, ut Anselmus dicit, & superioris demostratum est. Ad perfecti-
onem igitur perfectiæ mundanae molitionis ordinem, necessaria fuit humanaspe-
cies, si etiam angelorum nullus peccasset. Et quidem si non requirebatur, tunc iam
utique superflueret, quod tamen neque de mirimi uermiculi natura dicere fas est.

C Omnia nempe in sapientia facta sunt, Sapientis uero proprium opus est, ordina-
re. Si ergo angelus non peccasset, homo nihilominus crearetur: ex quo, sicut præ-
exemplatum est, consequens fit, angelos in perfecto numero non fuisse conditos,
pluresq; fore homines electos, quam angelos reprobos. Amplius, & est ratio An-
selmi, si in perfecto numero angelii creati sunt, hominumq; genus ob id distinxat in
stitutum est, ut lapsorum electio per ipsum repleretur, tunc sequeretur, homines
tantum de perditorum angelorum crimine lapsuq; latari, quantum & de propria
assumptione. Non enim assumpti essent, nisi illi cedissent. Sed de criminis & ala-
terius malo latari eos qui felices sunt & sancti, nullatenus congruit, neq; cum huic
uscmodi gratulatione uere beatiffestent, quum plena finalis que felicitas omnem
prouersus impuritatem præscindat. Erunt (inquit) homines sicut angelii DEI, in q-
bus palam est nullam fore immunditiam. Enim uero, quanvis per angelorum ca-
sum, saluandorum hominum numerus auctus sit, non tamen ex hoc consequens
est, ut de illorum perditione homines quidam in patria iacentur. Quoniam ete-
niam sine angelorum damnatione homines quidam saluandi fuerant, non necesse
est cōstatre hominibus, qui præ angelorum lapsu assumpti sunt, quive ob aliam ra-
tionem, ideoq; nullus de alterius criminis & malo illi latari diceretur. Quomo-
do enim poterit quis scire, sicut in libro, Cūt DEVIS homo, manifestat Anselmus,

Matt. 22.
R. vij utru

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO II.

utrum pro restaurando quod imminutū fuerat, an pro complendo quod nondum perfectum erat, in summa illa ciuitate DEI assumptus sit? At vero (& sumit ratio hæc originem ex doctrina Platonis) pulchritudo uniuersi, in ordine specierum eius potissimum statuenda est. Deinceps ergo perfecto mundani ordinis decori, ut nedum simplex separatusq; intellectus a summo rerum opifice sferet, sed etiam coniunctus corpori intellectus produceretur, utputa humanus, quatenus ut Plato assertit a mundano, supermundanoq; intellectu agnosceretur DEVS sublimis. Si igitur homo congruit naturali perfectioni rerum & decori uniuersi, tunc utique ad plenitudinem supercaelestis illius pulchritudinis supermundanæ ciuitatis DEI benedicti, id ipsum per amplius necessarium est. Decentissimum ergo est, beatam illam aulam primi principis & uniuersalis patris familias, ex hominibus angelisq; constare. Ex quo consequens est, non ob angelorum restauracionem reprobator, hominem duntaxat constitutum. Hæc tamen non pertinaciter assertio dicta sint, sed quia sic rationabilius uidetur, donec quod ueritati diuinæ fideli amplius cōsentaneum est, in traducatur. Si insuper tot angeli cecidissent, quot confirmatis sunt, tunc idem esset inquirere, utrum numerus hominum saluandorum, siue reprobis siue electis angelis coequandus sit. Sed quoniam potius existimat, plures permanisse quam cecidisse, iam' que ostensum sit, rationabilius (ut uidetur) dicit posse, multitudinem electorum, reproborum angelorum numerum E. excedere, superest ut de hoc aliquid inuestigetur, an tot sint homines saluandi, quot sunt spiritus angelici electi. Gregorius igitur ait, quod tot sint homines saluandi, quot sunt angelii beati, & allegat scripturam qua ait: Statuit terminos genitium iuxta numerum angelorum DEI, quod etiam alter sic inuenitur: Cōstituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. Veruntamen sicut Anselmus tangit, verbū istud multipliciter intelligi potest. Siem̄ ita dicatur, Cōstituit terminos populorum iuxta numerum angelorum DEI, exponi potest ad mentem Gregorij, sicut iam dictum est, ut per populos electi homines designentur. & est sensus iste: Tam diu prædestinati erunt in hoc mundo, donec tor in caelo recipiat, quot in eo angelii permaneant. Rursus si dicatur: Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel, intelligi potest hoc modo: Tam diu in hoc mundo homines esse debere, donec electorum hominum numerus perfectus sit. Itaque per filios Israel electi homines denotantur, qui eriam filii Abrahæ sape appellantur. Denouo, si per angelos DEI omnes electi, ipsi etiam homines prædestinati (qui id est angelii dici possunt, quoniam in terris angelicam uitam ducunt, uel certe inchoantur explicitur, tunc sensus erit iste: Cōstituit terminos populorum, ipse utique DEVS, iuxta numerum angelorum DEI, id est, tam diu durabit hominum procreatione in hoc mundo, donec electorum numerus ex hominibus constans & angelis, impletatur. Et quidem determinatio Gregorii rationabilis uidetur, & ex praedictis fulcimentum fortitur. Si nanque, quemadmodum pauloante declarabatur, supermundana illius ciuitatis DEI plena pulchritudo in hoc consistat, ut a duplicitate intellectu, separato scilicet & coniuncto, seu animali & angelico, agnoscatur & laudetur. DEVS, tunc cōgruum uidetur, ut sint tot homines prædestinati, quot angelii electi. Quoniam in materia ista, aliorum positiones enarrare plus complacet, quam de proprio quipplam inserere. Scit nempe DEVS, qui uniuersæ beatitudinis foia est & solus desiderabis, quis, quos & quot elegerit, in quibus benignitas sua relucet. At. Nouit, quos & quot præsciuerit, in quibus aequitas eius innoteat.

Gregori.

Deut. 32.

Anselm.

Iohann. 8.

Iohann. 13

DE FERIA III. PENTECOSTES.

Fol. CCXXXIX.

A SERMO III. Peccatum in spiritum, quid sit, q̄; enorme, & cur irremissibile dicatur. Vicunq; dixerit ybum contra filium hois, remittetur ei; qd autem dixerit contra sp̄m sanctum, non remittetur ei, neq; hic neq; in futuro. Matt. xiiij. Peccare in spiritum sanctum, dupliciter dicitur, s. peccare in psonā eius, ut cum de ea mala q̄ sentit, quemadmodū q̄ asserebant eum ministrum patris & filij; & sic est peccatum in infidelitatis. Secundo dicitur peccare in sp̄m sanctum, peccare cōtra attributum eius qd est bonitas; & ideo ex certa malitia aut industria peccare, est peccare in spiritū sanctum: sicq; accipitur, pprie peccatum in spiritum sanctum. Peccare autem ex infirmitate, est peccare in patrem, cuius attributum est potentia; atq; ex ignorantia peccare, est peccare in filium, cui attribuitur sapientia. Nempe, ut quinto Ethicorum philosophus docet, tribus modis contingit peccare: ex ignorantia, passione, & electione. Itaq; ex ignorantia peccare, est peccatum in filio, dum s. aliqd ignoratur qd à peccato retrahetur. Peccare ex passione, est peccatum in patre, cum ex passione aut innata aut illata q̄ peccat: Hoc namq; est ex infirmitate peccare. Ex electione uero is peccat, q̄ non alia tentatione uictus, sed ex ipsa sua malitia cum deliberatione, p̄tō adhæret ut finit & hoc est peccare in spiritū sancti. Dicit autem August. q̄ omne p̄ctū ex errore causatur, qd ad ignorantia pertinere uidetur sed hoc Augusti, de ignorantia electionis est dictum, secundum quem ois peccans, est ignorans secundi philosophum, inquit, uidelicet in particulari eligibili errat. Aduertendum q̄q; q̄ ex certa de liberatione ac p̄tō malitia peccare, intelligi potest dupliciter: Vel ex aliq; interius inclinat, ut est habitus malus: Et sic ois qui in malo habituatus est, ex electione peccat, ut intemperatus. Secundo cum uoluntas id reñcit, qd à peccato retrahere potest, sicut dum sp̄m futura uita quis abjicit, ut p̄tō liberius uacet. Primo autem modo ex electione peccare, nō est determinatum genus peccati, sed q̄dam communis circumstantia p̄ctū: sed secundo modo est determinatum genus peccati, qd pprie p̄ctū in spiritum sanctum uocatur: sic enim habet speciale obiectum, utputa id qd à p̄tō est natum retrahere: qd utiq; est bonitas sp̄s sancti, aut effectus ei appro priandus. Cū autē secundo modo ex electiōe peccatur, sunt ibi duo actus mali. Quoq; unus est causa alterius, & prius uidelicet spontanea abiectionis eius qd p̄ctū impedit, est proprie p̄ctū in sp̄m sanctum: aliud autē non ita, sicut si ex desperatione q̄ fornicatio in spiritu sanctum, sed ipsa aspernatione eius qd p̄ctū impedit potest, p̄ctū in spiritum sanctum dicitur. Deniq; sufficiētia species p̄ctū in sp̄m sanctum, ita accipitur: Nā peccatum in sp̄m sanctum est ex hoc, q̄ q̄ abjicit qd p̄ctū impedit potest. Retrahit autē aliud qd p̄tō, aut propter deformitatem p̄ctū, aut propter aliud. Si propter aliud, hoc est dupliciter, s. uel ad uitanda supplicia, uel ad p̄mīa consequenda, quoq; neutrum est virtuosus, cuius est bonum opari propter amorem boni. Hæc uero duo tollunt p̄fūlptionem q̄ priuat timorem supplici, & desperationē q̄ auferit sp̄m p̄mī. Si autem retrahatur à malo, & agat bonum propter se, delectatus amore boni, hoc est dupliciter: qnā bonum uirtutis & uitij considerari potest, uel ut quoddā bonum humanum, aut ut bonum diuinum. Si ergo considerari actus p̄ctū ex parte eius qd est humanum, sic duo in ipso considerari possunt: delectatio indebita s. atq; deformitas & ex utraq; q̄ à peccato cato retrahit potest. Et qd ad hoc, sunt duas species p̄ctū in spiritum sanctum, s. obstinatio, q̄ alis quis firmiter adhaeret delectationi, ac si non esset indebita & impunita, qua deformitatem peccati nec abhorret, neq; relinquere curat. Diuinum quoq; in actu uirtutis, qd etiam à peccato retrahit, est duplex. Vnum uel dirigen, s. ueritas fidei: aliud sicut inclinans, uidelicet grā in ecclesiam à spiritū sancto diffusa. Contra primum est impugnatio ueritatis agnitæ, contra secundum iniuidentia fraternalē gratiæ. Itaq; desperatio prout est p̄ctū in sp̄m sanctum, non est ex hoc q̄ remissionem peccatorū q̄s neget, hoc namq; infidelitas est uitium sed qm̄ homo remissionē peccatorū p̄cipiat. Porro sicut p̄seuerātia uno modo est specialis uirtus, prout dicit propositum p̄seuerandi in bono incepto usq; in finem, alio autem modo est qdā circumstantia aliarū uirtutū, secundum qd dicit actualem in actibus uirtutū durationē usq; ad mortem: si impunita prout dicit propositum non p̄cēndi, est species p̄ctū in sp̄m sanctum: sed in quantum dicit p̄manentiam in p̄tō usq; ad mortem, negando peccati p̄cēntiam, sic est qdā circumstantia & accidēt aliorū p̄tōrum. Aduertendū autē q̄ ueritas & sapientia & huiusmodi, si secundū p̄priā rationē considerent, appropriatur filios si uero cōsiderentur ut dona, sic appropriantur spiritui sancto, qui est primum donum, in quo oīa dona donantur. Inuidia quæ est p̄ctū in sp̄m sanctū, non est illa, quæ est de prosperitate aut actione hois, sed q̄ est de exaltatione gratiae eius: uel ideo, q̄ multi conuertuntur ad deum. Nullum quippe istorum est peccatum in spiritū sanctū, nisi q̄ uoluntas redit p̄ se in ea, ut q̄ aliquis nō uult habere sp̄m p̄mīorum, nec uult assentire ueritati quā nouit. Si autem cōtingunt ex quodā exteriori, seu passione

scurra

SERMO III.

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO III.

seu rationis defectu, sic non erunt peccata in spiritu sanctum. Dicitur quod peccatum in spiritu sanctum in remissibile, non quia remitti non possit, sed quia de se non habet aptitudinem ut remittatur, & hoc tribus de causis. Primo, ex causa mouente, nam procedit ex industria & mera malitia seu electione, non autem ex infirmitate aut ignorantia, quae peccatum remissibile facit, quia ratione voluntaria minuantur. Secundo propter modum inclinationis, quia in peccato hoc adharet quod malo sicut fini. Et tertia duæ rationes sunt in omni peccato, quod ex electione procedit ut irremissibile sit. Tertia uero propria est peccatum in spiritu sanctum, & sumitur ex parte obiecti: non peccans in spiritu sanctum, ab hinc remedio a peccato retrahens, seu spualem medicinam peccati. Vnde sicut ager medicinam fastidiens, incurabilis est quantum in se est, nisi miraculose curetur, sic in spiritu sanctum peccans, secundum se in curabilis est, sed quasi miraculose ab imminente diuina clementia curari potest, ideoque de eo penitus desperandum non est. Soler præterea queri, an aliquis in primo statu peccati, & ante alia peccata peccare possit in spiritu sanctum, per certum in ultimis duabus speciebus, uidelicet impugnatione ueritatis agnitionis, & inuidentia gratiae & recollectionis sumus. Nam haec species ad alios peccatis ampliore habet distinctionem, & tamen etiam in alijs speciebus hoc accedit, siq[ue] bene considereret. Nam potest aliquis abiciere spem futurae beatitudinis, propter difficultatem pertinendi ad eam, & propter delectationes eorum, q[ui] eam non curant, aut firmare animus suu, ut in oib[us] propriâ uoluntate sequat, quod obstinationis est. Ex hoc etiam soluitur quæstio, an peccatum primi hominis uel angelorum erat in spiritu sanctu. Et dicunt quodam, q[uod] peccatum eorum nec erat in patre, nec in filio, nec in spiritu sanctum, quia ista differentia peccati, non sunt nisi secundum quod peccatum inuenitur in natura corrupta, siquidem infirmitas, malitia & ignorantia, ex peccatis corruptione sequuta sunt. Licet autem istud de infirmitate uero sit, non tamen de ignorantia, neque malitia. Nam ignorantia non priuatu, sed negativa accepta, est defectus sequens intellectum creatum, eo q[uod] creatus est, inquantu deficit a lumine increati intellectus: & sic non praexigit culpam. Et ex tali nescientia seu ignorantia nascens peccatum, est peccatum in filio, quia uidelicet non oia actus considerat, nec cuncta agnoscit q[uod] sciri possunt. Similiter non oportet q[uod] malitia sit pena, sed est aliquis actus peccati. Scindunt autem primu peccatum primi homines & angelorum, non erat peccatum in spiritu sanctu, quod ex obiecto patet. Non enim peccauerunt repugnando spei aut alicui tali, sed erat superbia quantum ad genus peccati. Quantum uero ad circumstantiam peccati, erat peccatum in filium, quia uterque idem peccauit, q[uod] non considerauit, quod ad uitiationem peccati consideraverunt. Nihilominus ex primo peccato angelorum sequuntur sunt multe aliae deformitates, sive inuidia, odium &c. inter quae esse potest peccatum in spiritu sanctu. Porro aduentus, q[uod] peccare ex spe misericordiae non est peccatum in spiritu sanctum, sed peccare ex spe diuinæ misericordiae sine penitentia consequenda. Hoc enim repugnat diuinæ iustitiae: & ideo licet secundum Augustinum, Adam peccando cogitauit de diuinâ misericordia, non tamen peccauit in spiritu sanctum, quia simul cogitauit de penitentia, ut Augustinus testatur.

¶ AD RELIGIOSOS.

SERMO III. Quid sit gratia, & an realiter idem sit quod uirtus.

Cratiam & gloriam dabit dominus. Psal. 85. Quoniam deus omnipotens & aeternus ex sua incedit prehensibili charitate, inestimabili liberalitate, ineffabili pietate creauit genus humanum, imo & angelos uniuersos ad supernaturalem beatitudinem, quae est immediata ac fructuua uisus deitatis per speciem clare, uidelicet sicut est in seipso. Hinc deus multiplici supernaturali dono ornauit angelos sanctos, hoiesque angelorum, quatenus ipsi hoies per hanc ualeant supernaturalem felicitatem mereri ac adipisci, quoniam media fini oportet proportionari, nec per pura naturalia & acquisita politicasque uirtutes ualeat quis supernaturalem illam mereri felicitatem. Porro inter haec supernaturalia dona primu ac præstantissimum ponitur gratia. Et quis hoc nomen gratia multipliciter ualde in scripturis, à doctoribus quoque, imo & in eomuni usu loquendi, accipiat, put hoc alibi (per certum in Dialogon de fide catholica) declarauit, & nunc propter plixitatem eiusdem declarare omittere, tamen hoc loco accipio gratiam solum per gratiam gratum faciente, quae ut ex nomine suo innuitur rationale creaturæ efficit, propter creatori gratiam, acceptam, placenter, spirituua literaque uiuentem, & ad bene agendum ac præmerendum felicitatem aeternam, idoneam, aptam, atque (ut quidam dicit) cōdignam. Præterea gratia ista quodam magni ingeniosi doctores dixerunt realiter idem esse, quod est uirtus infusa, potissimum charitas. Prætacti namque effectus, & alij quodam actus que gratia ascribi-

FERIA III. PENTECOSTES.

FOL. CCXL.

A ascribitur, charitati coenunt. Nec uideretur in alia rationali esse nobilior habitus, neque perstatius donum charitate infusa, nec sine necessitate pluralitas est ponenda. Hinc quod in Summa uirtutum ac uirtutum asseritur. Nomen uirtutis in Canone sacrae scripturae, ut frequenter, sumitur, per fortitudinem uel potentiam, aut per opem mirabiliter autem per uirtute infusa seu habitu uirtuoso. Sed quod philosophi in morali doctrina uirtutem vocat, scriptura sacra contiter gratiam nominat. Cuius diuersitatibus ista est ratio, quod uirtus duplice habet coparationem: una ad suum datorum, uidelicet liberalitatem diuinam, cuius donum gratuitum est, propter quod gratia appellatur, quod gratis & sine pretiis meritis datur. Est enim gratia bonum à deo gratis datum, quod habentem se efficit deo gratum, & opus eius reddit deo acceptum. Alij coparationem habet uirtus ad actum ab ea procedenter, & ita distinguitur uirtus. Hæc in Summa p[ro]feta. Denique huius opinionis uide esse Magister Sententiarum libro secundo, inter gratiam & uirtutem ita distinguens, quod eadem forma dicit gratia, inquantu efficie deo gratum & uirtus, inquantu reddit ho[mo] promptu & efficacem ad bene agendum. Alij dicunt, quod gratia & uirtus infusa seu charitas realiter distinguuntur. Nam & sacra scriptura in multis locis uidetur distincte loq[ue]rere eis. Gratia quod habet generaliorē ac priorē influxu quod uirtus & charitas. Quoadmodum enim res ponit in esse naturali specifico per formam substantiam, ita ponitur in esse supernaturali deiforme ad præmerendum idoneo per gratiam gratuam facientem. Rursum, sicut res prius ponit in esse suo substanciali per formam, deinde per potentias & habitus acquisitos idoneizatur ad naturales operationes, ita rationis creatura per gratiam gratuam facientem constituitur in esse supernaturali, sicut peccatum est, & per uirtutes ac dona artificatur ad meritorios actus. Hac opinione tenet Thomas in prima Secundæ quæst. 116. quæ etiam uide esse de mente Bonaventure in Breuilo, quod suo, ubi tractat, quemadmodum gratia gratuam facientem se in uirtutes & dona atque beatitudines, & addit quod ipsa est uirtutum origo, finis & forma. Tertius super tertium Sententie, tangit alias opiniones, nec multa declinat ad unam aut aliam. Deinde probat hoc ipsum, dicendo in Breuilo quod suos. Sicut principium productum sua summa p[ro]fectione dando uitam naturæ, non tantum dat uiuere quantum ad esse primum, ueruetiam quantu ad actum secundum qui est operari sic principiū reparatiū tribuit uitâ spiritui rationali in esse gratuito, quod ad esse & quod ad opera est. Hinc una gratia uiuificans, quod ad primam uitâ quæ est esse spirituale, necesse habet ramificationem in variis habitus uitriuum atque donorum, propter operationes diuersas. Huius quod opinionis uide est Tho. de Argentino, q[uod] in suo ait Copiolo. Quanvis uirtus gratuita in initia simul cum gratia, non tamen habet effectum suum tam cito ut gratia, quoniam effectus gratiae est facere deo gratum ac dignum uitam aeternam, q[uod] effectus inest pueri p[ro]tinus post baptismum effectus autem uirtutis est elicere actum meritorium de potentia, quod non sit, nisi uero rationis accepto. Porro Guillelmus Antisiodorensis in Summa sua libro tertio de ista materia logitur recitative, non assertio. Quidam, inq[ue]s, dicunt quod gratia non est uirtus, sed quod si uero quidam rigans & formans charitatem ceterasque uirtutes. Postremo, opinio ista secunda, quod inter gratiam & uirtutem ponit distinctionem realem, uidetur esse subtilior, quam & Thomas dicit doctrinæ diuini & scilicet Dionysii amplius concordare: & qui eam sequuntur, affirmant subiectum gratiam gratum facientis esse essentiam animæ rationalis, non aliquam eius potentiam.

¶ SERMO V. De prudentia & discretione, earumque gradibus ac præconio.

C E stote prudentes sicut serpentes. Mat. x. Inter uirtutes cardinales prudentia ponitur prior ac dignior. Ipsa enim in intellectu consistit, ceterasque uirtutes morales & cardinales, sive in appetitu sensu, sive in uoluntate existentes, illustrat, cōseruat ac dirigit, quoadmodum ratio uoluntatis. Porro, secundum Philosophum, prudentia est recta ratio agibilium, i.e. efficax, norititia agendorum, & per consequens uitandorum. Ideo August. Prudentia, inquit, est cognitio regi Augusti: appetendarum & fugiendarum. Quod non est intelligendum de informi ac nuda cognitione, (Illa enim non est uirtus) sed de cognitione formata & actuali, seu practica boni approbativa, secundum Alexandrum in Summa sua. Hinc Antisiodorensis in tercia parte Summa sua testat: Duplex est iudicium rationis, sive discretium & definitum. Discretium est ipsa discretio rationis, quod iudicat ratio aliqd est agendum aut non agendum, & talis discretio non est uirtus, sed aliqd modo directiva uia uirtutis, & ad scientiam pertinet. Iudicium autem definitum est, quod ratio iubet aliqd fieri aut non fieri, & hoc ad uirtutem prudentiae spectat, cuius officium est oia ad rationis normam dirigere. Praedicta autem descriptioni Augustini consonat descriptio Ciceronis, dicitur: Prudentia est appetendarum & fugiendarum regi scientia. Porro in libro de rege metiis, sic definitur: Prudentia est regi bona, cum dilectione eorum, & malorum cum eorum detestatione scientia. Hinc secundum Thomam in Secunda secundæ quæst. 47. ad prudentiam pertinet disponere de his, quod sunt ad finem uitutum moralium, & medium inuenire in eis, cōsiderareque considerationem applicare ad particularia & certa agenda, itaq[ue] prudentia est uirtus moralis & cardinalis, per quam practice cognoscimus, quod sit uere moralis

D. DIONYS. CARTH. SERMO V

raliter bonum ac exercendum, quid culpabiliter malum ac fugiendum, per quam implenius, Dic
Hier. 15 quod per Hieremiam dñs loquitur: Si separaueris p̄ficiōsum à uili, quasi os meū eris. Docet q̄q Prudentia, quid melius, quid optimum, quid peius, quid pessimum: & qualiter debeamus uirtutes ceteras prosequi loco & tempore congruo, recta intentione & modo cōpendiosiori, ut sic ad uniuscuiusq̄ virtutis perfectionem ac fitienter citius atq̄ salubrius pertingamus. Ex quisbus constat, q̄ necessaria ac salubris, q̄ lumenios ac utilis uirtus existat prudentia. Insup̄ cum prudentia ueretur circa contingentia operabilia, utpote circa actus humanos, iti quibus cōsideranda sunt multa, atq̄ in quibus multiplex contingit uarietas, quā homo per se solum penare non sufficit, idcirco ad prudentiam pertinent memoria præteriorum, intelligentia p̄sen-
tium, & prouidentia futurorum, docilitas quoq; per quā homo se exhibet informabilem à se nioribus, sapientioribus & expertissimo secundum Alexandrū, docilitas appellatur pars prima prudētiae, quia per eam accedit homo primo atq̄ p̄cipue ad susceptionem ac incremētum prudentia salutaris. Idecirco qui non est docilis, sed immanius & pertinax, durus & prudens in oculis suis, longe omnino à uera distat prudentia, ito nec initio habet eius. Rursus ad prudētiam pertinent circumspectio, cautio, expeditusq; usus rationis ad consiliandum, & sollicitudo seu diligentia exequendi bene consiliata ac uitandi pericula, ut precipitatio omnis uite-
tur, nec ficta & apparentia bona pro ueris bonis accipiuntur. Amplius, qm ad prudentiā spes & etat generale m̄ notitiam agendorum ad particularia applicare, & de ijs quæ expediti sunt huc no-
ciua sunt, efficaciter iudicare video, teste Philosopho, in uitio his hominibus non inuenitur pru-
dentia, sed duntaxat in uirtutis, qui commoda sua priuata non querant, nec proprijs passio-
nibus ac peccatis inficiantur in iudicando. Ad prefatam eq̄uidem applicationem & iudicati-
onem idoneam exigitur reformatio passionum & extirpatio uitiorum. Hinc ad uerum prudē-
tem pertinet multa attendere, circumspectionisq; oculum longe ac late extendere, atq; p̄fias-
re quid liceat, quid uere expediat, & quid ex quo sequi possit, nihilq; agere p̄cipitanter aut ani-
mose, ut sit homo animal interius undiq; oculatum. Propter quod in Ecclesiasticis est Fili, sine
Ezech. 1. consilio nihil facias, & post factū nō peccnitib; Itemq; Ante omniū actū consiliū stabile p̄ræce-
Ecc. 31. dat te, Apostolus quoq; Sine p̄iudicio, inquit, id est, p̄iudicio, nihil facias. Ideo Salo-
Ecc. 37. mon dixit Cogitationes iustorum iudicia. Et Tobias consuluit: Consilium semper à sapiens
1. Tim. 5. Prou. 12. te perquiere. Deniq; quis discretio sit actus prudentiae, attamen sanctipatres frequenter discre-
Tobie 4 tionem pro prudentia sumunt. Sicq; abbas Moyles in primo Collationum volumine, in pri-
ma sua collatione circa finem, deinde in secunda sua Collatione pulcherrime tractat de discre-
tione. i. prudentia, docens q; ipsa lucerna & oculus cordis sit, in omni actu meritorio animam dirigens. Vnde & sanctissimus pater Antonius fassus est, q; nulla uirtus tam expedite & com-
pēdiosē dirigat hominem per regiam uiam ad ueram p̄fectionem, nec ita deuitet insidias hos-
stium & omne periculum, sicut discretio, quā uocat matrem ac fontem cunctarum uirtutum. De hoc sanctus Bernardus sapientissime scribit: Quo zelus feruitor, eo maiori opus est discre-
tione. Discretio quippe omni uirtuti ordinem ponit, modum tribuit, decorum largitur. Est ergo discretio nō tam uirtus q̄ moderatrix & auriga uirtutum, ordinatrix affectuum, morū dos-
ctrinæ, & consummatio perfectionis. Tolle hanc, & uirtus uitium erit. Hinc iterum protestatur
Virtus discretionis absq; feruor charitatis iacet, & feruor uehemens absq; discretiōis tempe-
ramento p̄cipitat. Idecirco oportet ut feruor erigat discretionem, & discretio regat feruores
imo iustitia, si desit discretio, excedit modum & gignit crudelitatem, & nimia pietas parit dis-
solutionem. Ideo discretio ueraciter circuncidit, ne quid nimis aut plus fiat. Rursus Bernard.
De discretionis, inquit, sp̄itu scimus, quia nihil sic illum extinguit, quomodo uoluntas pro-
pria. i. ptinacia subuertens corda hominū, & rationis oculos claudens, q̄ docet natura non
parcere, nec acquiescere rationi, non obtemperare seniorum consilio uel exemplo, nec obedi-
re p̄fato. Præterea Seneca in libro de quatuor p̄ncipalibus uirtutibus, ait: Si prudens esse cu-
pis, in futura prospectum intende, & cuncta quæ possunt contingere, animo tuo propone. Ni-
hil tibi sit subtinum, sed tantum ante p̄spicias. Nempe qui prudens est, non dicitur Nō putauit hoc
fieri, quia non dubitat, sed expectat: non suspicatur, sed cauet. Et denovo: Prudentis est examina-
nare consilia, nec facili credulitate cito decisio dubijs quoq; non definire, sed suspensam tes-
nere sententiam: neminem fallere uelle, & falli non posse. Hec uirtus stabilem efficit hominem.
Hinc rursus asserit Seneca: Si prudentiam amplexaris, idem ubiq; eris: & prout rerum tempo-
risq; uarietas exigit, ita te exhibebis. Postremo de discretiōe Climachus diffuse ac profundis-
sime scribit, inter cetera dicens: Discretio est cognitio certa uoluntatis dei in omni tempore, los-
eo & re: quā constat esse in ijs tantum, qui mundo sunt corde, ore & opere. Hoc tñ de discreti-
one pfecta est intelligendū. Ponit autē Climachus tres gradus discretiōis: Discretio, ingens,

IN FESTO CORPORIS CHRISTI

Fo.C CXLII
id est proficien-
tia & contraria,
in actionem diui-
tare eorum obscu-
ritate palpanit.
Hinc itaque
am, quam humi-
dum, in
anctorum, in
est præclarissima
extremis oris fun-
quanto ei effici-
proficere, est ab-

In solennitate sacro sancti corporis Iesu Christi.

¶ Enarratio Epistolæ: Ego accepi à domino, quod & tradidi uobis. i. Cor. 11. 27. A. S. cl. f. 1. v. l. 1. In folio 11. v. l. 1.

VAS electionis diuinus Apostolus in hodierna Epistola de amoroſa loquitur uenerabilis Eucharistie institutione, dicens: [Ego accepi à domino] id est, ex diuina reuelatione didici, [quod & tradidi uobis] id est, quod docui uos de fidei institutiōe, & cul tu ſeu modo ſumptionis huius sacramenti, quod erāt nunc resumō & recito uobis. [Quoniam dominus noſter Iesu Christuſ in qua nocte tradebat] id est, uespere noctis qua traditus est, captus, ligatus & multiformiter cruciatus, [accepit panem] triticū & azymū, quo tunc utebantur Iudei in eſu agni paschalis, [& gratias agēs] deo patri, [fregit] panem tā consecratum id est, ſpecies uel diimensiones panis, non corpus consecratum, [& dixit] discipulis: [Ac] Ioh̄. 6. cincis & manducare, quod datur vobis.

B. Quoniam dominus noster Iesus Christus in qua nocte tradebat id est, uespere non quisqua traditus est, captus, ligatus & multiformiter cruciatus, accepit panem triticeum & azymum, quo tunc uitebatur Iudei in eis agni paschalium, & gratias ages deo patri, fregit panem iu secratum id est, species uel dimensiones panis, non corpus consecratum, & dixit discipulis: Accepite & manducate quod trado: Hoc est corpus meum] Haec uerba proferendo consecravit saluator corpus suum. Sed an semel an bis protulit uerba haec, & quando protuleris ea, qd etiam demonstret pronomen, hoc, & alia penes innumera circa hunc locum possunt inquiri, quae, quia super quarum Sententiarum copiose habentur, omitti. [quod pro uobis tradetur] id est, pro uestra redemptione morti exponetur a patre, a meipso, a Iuda, a Iudeis: diuersimode tam, ut dictum est. [Hoc facite] id est, consecrationem huius sacramenti continuate, quod pertinet ad sacerdotes duxit, Vel, hoc facite, id est, corpus meum accipite atque comedite, [in meam commemorationem] id est, ad memoriam actualem eximiæ dilectionis ac acerbiissimæ passionis meæ, imo & omnium beneficiorum meorum, quod pertinet ad omnes fidèles. Hoc prædictissime uidetur Psalmista cum ait: Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus, escâ dedit timbitus seru, Si similiter sicut de acceptance panis fam dictum est, & calicem Jeum uino quod erat in calice, Christus accepit, & sanguinem suum consecravit, [postquam coenauit] id est, agnus paschali comesto, [dicens: Hic calix] id est, contentum in calice isto, uidelicet sanguis meus, qui uerbis consecrationis, p. Psal. 110. latit continuetur in calice, [nouum testamentum est] id est, nouæ promissionis stabilimentum. In ueteri enim testamento promittebantur bona temporalia & carnalia, in novo autem celestia & eterna. Vel, nouum testamentum, id est nouæ ac euangelicæ doctrinae seu noui testamento confirmatus, [in meo sanguine] id est, uirtute & precio effusione sanguinis mei. Per eum. Non enim
Matt. 26
Marc. 14
Luce 22
Iohann. 6

matiuus, [in meo sanguine] id est, uirtute & precio effusionis sanguinis mei. Per effusionem enim sanguinis Christi preparata sunt nobis bona cœlestia, & horum honorū promissio stabilitur in fide & merito sanguinis Christi. Ipsum quoque nouum testamentum in sanguine Christi ratificatur, iuxta illud a Heb. Testamētum in mortuis confirmatum est, [hoc facite] id est, calicem istum ac Hebr. 9. cipite & potate, [quotiescumq; sumitis] eum [in meam commemorationem] sicut dictum fuit de corpore. Sciendum uero, quod licet corpus & sanguis Christi dicātur pluraliter sacramenta, sicut cum orat ecclesia, Purificent nos domine sacramenta quæ sumptuosis, propter materialē diuersitatem specierum sub quibus continentur: formaliter tamen sunt unum sacramentum, loquendo de unitate perfecta & integrali. Nam ad eundem finem & actum completum ordinantur, uidelicet ad spiritualem animæ refectionem, in qua requiritur spiritualis cibus, spiritualis porus. Et quia hoc sacramentum cibus est anima, cibū uero oportet essentialiter copulari cibando, idcirco Christus in sacramento essentialiter continetur. Sub speciebus autem panis, est corpus Christi directe, uidelicet ut conuersio[n]is. Sanguis uero, anima & deitas sunt ibi ex concomitantia naturali, eo q; non sint separata ab inuicem. Simili modo sub specie uini est sanguis directe, corpus autem, anima & diuinitas concomitanter. Consequenter Apostolus quasi exponens uerba Christi immediate p̄dicta, subiecit: [Quotiescumq; enim manducabitis panem hūc] id est, corpus Christi, quod dicitur panis per proprietatem, quoniam alit. Whence art thou saluator? Ego sum panis uerius. Item, quia sub acci Iohā. 6. dentalibus formis panis continetur. [& calicem] id est, contentum in calice sanguinem Christi bibeatis, mortem domini id est, Christi passionem, [annunciabitis] p̄dicando, commemorando, uel representando, [donec uenias] iudicare uiuos & mortuos & seculum per ignem in die nouissimo;

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO I.

Constat ergo, quod usque ad finem mundi durabit celebratio huius sacri. Itaque quiscumque celebrans, vel a sacerdote accipiens, [manducauerit hunc panem] supersubstantialem, salutarem, celestem atque uiuus sicutum, [uel hiberis calicem], i. sanguinem. [domini] saluacoris [indigne]. i. non in statu salutis & gratiae, non reverenter & deuote, non secundum institutionem Christi & ordinacionem ecclesie. Requirit enim in sumptione & celebratiōne huius superbeatissimi sacri actualis deuotio, scilicet pro aliqua parte temporis, quoniam Christus praecepit hoc fieri in commemoratione, i. in actualē memoriam suarē passiōis & charitatis. Nec dubium quin loquatur de memoria precedente ex charitate: quia utique memoria non est sine actuali deuotione. [I]reus erit corporis & sanguinis domini, i. sic confundetur, damnabitur & punietur, ac si Christum occidisset, eiusque sanguinem effudisset. Non tamen intelligendū est secundum omnimodam equalitatem, sed secundum magnitudinem. Præterea aduentendum, quod dignitas sumendi hoc sacramentum, attendi potest dupliciter: Vno modo ex parte sumentis, & si potest hoc dignum accedere, quoniam uidelicet non est sibi conscientia de peccato mortali, ita ut de præteritis doleat, nec peccare mortaliter proponat, imo omne mortale firmiter uitare intendit, faciens quod in se est, & cum actuali deuotione mentem suam disponens. Secundo, ex parte sumptus, uidelicet sacramentum quod sumitur, cuius tanta est dignitas properat unitam diuinitatem, ut nullus uitator tantæ ualeat esse perfectionis, ut dignus sit ipsi um accipere. Quatuor autem consideranda sunt in omni sacrificio, & maxime in celebratione sacri altaris, uidelicet quis offert, ut hoc propriam imperfectiōem perpendat,

Sapiens 7. confiteatur & corrigat. Cui offert, ut s. diuinæ maiestatis dignitas consideretur, & ita cum omni reverentia accedatur. Quid offert, ut qualitas sacrificij rite pensetur. Huius autem sacrificij rata est dignitas, ut non solum hoīm, sed etiam angelorum lingua enarrando deficiat. Et propter quid offeretur. Si haec diligenter pensentur, inestimabilis erit fructus sacrofæcione cōionis, immo experimentalis, & omni admiratione dignissimus. [Probet autem seipsum hō] id est, interiora sua studiose scrutetur, discutiat, purget, disponat, [& sic de pane illo edat] i.e. taliter examinatus ac præparatus corpus Christi manducet, [& de calice.] sanguinem [bibat.] in primitiis nancij ecclesia dabatur hoc sacramentum utræque specie. Sed postea ordinatum est, ne detur populo sub specie uini, propter periculum effusionis. [Qui enim manducat] corpus, [& bibit] sanguinem Christi, [indigne] secundum sensum expositum, [iudicium] reprobationis, i.e. meritum æternæ damnationis. [Sibi manducat & bibit] i.e. cōicando acquirit, quia mortaliter peccat, [non dijudicans]. i.e. non discernens, [corpus] & sanguinem [dñi], i.e. illud accipiens intmorare & irreuerenter tangere alium cibum. Ecce quod terribiliter loquitur sanctus Apostolus, ut nos ab indigna cōione cohabeat, Christus uero non minus terribiliter intonat, ut nos ab abstinentia cōionis reuocet, dicens: Nisi manducaueritis carnem filij hoīs, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis. Quid ergo inter has horribiles cōimina Iohann. 6. tiones eligendū atque agendum est misero peccatori? Si enim dixerimus, quia peccatum non habet Iohann. 1. noslipos feducimus, præfertim cum iustus septies cadat in die, nisi ut seipsum cum omni humilitate disponat pro uiribus, confitendo, satisfaciendo, uitam quotidie emendando, Christi beneficia recolendo, & in sola misericordia creatoris integrâ mente sperando? Porro quāuis bonum sit interim ab hoc sacramento abstineat ex timore & reverentia propter propriâ imperfectionem & periculi grauitatem, melius tamē est quotidie accedere ex seruenti amore, & amicibili familiaritate atque fiducia. Actus enim charitatis dignior est actu timoris. Optimum uero est taliter uiuere, ut dignus sit homo quotidie sumere proficido in uera charitate, & per consequens in omni uirtute fac dono spiritus sancti. Hoc namque est incesabiliter communicare, loquendo de spirituali communione, qua Paulus primus eremita quotidie communicauit, qui tamen intra cētum circiter annos hoc sacramentum sacramentaliter nunquam accepit.

SERMO I. circa Epistolam: De institutione & dignitate uenerabilis sacramenti Eucharistie.
Dominus noster Iesus Christus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens bene
dixit ac fregit, deditq; discipulis suis, dicens: Accipite & manducate, hoc est corpus meum.
Isaia. 10. **i.** Cor. xi. Ecce uerbum abbreviatum quod fecit deus super terram, Ecce q; simplex narratio super
Roma. 9. naturalis & incomprehensibilissima rei. Non mirum, quomodo toti mundo potuit huius sacra
Marc. 3. menti fides persuaderi? Legitur apud Marcum: Exibant sui tenere eum, uidelicet Iesum, dicentes:
quoniam in furem uersus est. Porro, sicut ex alijs Euangelistis potest perpendi, hoc fuit dum Ies
sus prædicauit Iudeis ea quæ a Iohanne scribuntur de sacramento corporis & sanguinis sui: Caro,
Iohâ. 6. inquiens, mea uere est cibus, & sanguis meus uere est portus: Qui manducat meam carnem, & bis
bit meum sanguinem, &c. Quia uerba carnalibus uidebantur uerba amentia ac furoris, imo & non
nullis discipulorum ipsius saluatoris, qui scandalizati ex verbis huiusmodi, abierunt retrorsum, di
centes: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Denig unus sapientium seculi huius in mi
rabilibus sacramentis huius permotus, confusus, deieetus, quippe qui spiritum Christi non habuit,
sed solum ad naturales causas respexit: Mundum, ait, peragraui, uarias sectas inueni, & nunquam tâ
fatuam repperi sectam, sicut est secta Christianorum, quoniam deum suum quem colunt, deuorâ
dentibus. Hoc tu dixisti sceleratissime ac maledicte Auerrois, qui legi naturali uoluisti esse conten
tus, &

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

Fo.CCXLII.

A **tus**, & Aristot, sequens doctrinā, afferueristi super orbem lunæ non posse esse nec accidere malū, nec malū culpæ, nec malū pœnæ. Hinc & diabolos esse negasti, quos tam copiosa ac evidens experientia esse ostendit. In oibus quoq; hoībus finxit atq; mentitus es eundem numero esse intellectum. Quod multo absurdius & irrationalius est, quam q; sancta plebs Christiana conſtetur eandem numero effentiam esse in tribus superbenedictis increatris personis. Hinc iusto iudicio reliquit te deus, & in irrationalissimos errores labi permisit, ita q; affirmasti animas hoīm instar brutorum esse mortales. Impietatē tem quoq; secutus es reprobū inuidiosq; Cain, qui in exordio seculorū dixit Gent. 4 ad fidelissimum Abel. Non est prouidentia nec iudicium, ita & tu negasti prouidentia defacta inferiora hæc & ad humanos pertingere actus, nec hoīes desuper iudicandos concessisti. Per qd, quantum in te fuit, dedisti hoībus ansam sequendi concupiscentias abq; freno. Postremo, stando in legge naturali, & in Peripateticorū doctrina, non potuisse saluare ea quæ hubertum & clare patente ad sensum, ut quod interdum ex uno eodemq; ore amentis simul & semel diuersa idiomata proferuntur, etiam illa quæ ipse amens ante nesciuit nec didicit, nec celstante amentia ualeat proferre. Te ergo cum perfidis contempto tuis, nos Christiani, in quibus solis est sapientia salutaris quæ de ca- 1. Cor. 1. lo profuit, quæ confirmata est in nos, contestante deo uarijs signis & portentis atq; virtutibus, & spiritus sancti distributionibus, qui & synagogā reliquit, quia in Christum non credidit, & mirabilia illa quæ olim in plebe Israelitica fecit, ad ecclesias transfulsi Christi, in qua etiam ineffabilis plura ac maiora fecit miracula, q; olim in synagoga. ¶ Præterea, in hoc fidem nostram non mediocriter roborat, q; cuncta quæ credimus iam peracta, in libris prophetarū synagoge legimus tandem & copiose prænunciata. In quibus & istud quod de sacramento hoc credimus, propheetatū agnoscamus, dicente de Christo in psalmo, sancto Psalmita: Erit firmamentum in terra in summis monti Psal. 71. um. Vbi alia habet translatio, Erit frumentum alia, Erit memoriale triticū. Translatio vero Chaldaica apud Heb. quoq; authentica, Erit, inquit, placenta tritici in terra. i. in militante ecclesia, q; pergrinatur in terra, in summis monti. i. in capitibus sacerdotiorum. Nos inquam Christiani, qui soli habemus uera ac propriissima dicta miracula, utputa soli omnipotenti deo possibilia, certissime credimus. Omnia esse terribilissima quæ de hoc sacratissimo sacro ait scriptura & tenet ecclesia, utputa q; Christus sapientia patris, deus incarnatus, ecclesie suæ instituit ac reliquit septem sacra tanq; me, 1. Cor. 1. dicinalia uasa, in quibus & per quæ, sicut per sensibilia signa gratiōe ac supernaturaliter nostram operatur salutem. Nouerat nanc sapientia illa æterna, hoī ex anima & corpore constituto esse con naturale, & naturalia & sensibilia ad diuinam & spiritualia manu duci, adiutori ac erigi. Deniq; sicut Ephes. 2. prouidit ac contulit hoī in peccatis concepto, & cum comite nato, ac per hoc spiritualiter mortuo ac filio iñr, sacram baptismi, quo spiritualiter renascatur, & sacram confirmationis, quo spiritualiter roboretur ac spirituali militiae ascribatur: sic taliter nato & roborato consecravit, donauit, reliquit sacram, quo spiritualiter restituietur & crescat, ac conuenientem & debitam spiritualis consistēti statueram ac mēsuram adipiscatur. Et hoc est Eucharistia sacram, in quo non solum, sicut in alijs sacram Christus per gratiam & uirtutē multiplicemq; effectū, sed etiam uere per essentiam substantialiter continetur. Etenim ut uidemus, in oī ordine ac genere regi, in quo sunt plura per participationem ac imperfecta, est unū primū per essentiam & perfectū. Cumq; plura, uidelicet septem sint legis, euā gelicē sacra, ordinem inter se dignitatis habentia gratiē contentiuia, ac salutis operatiua, oportuit unum consistere inter ea non solū participatiue gratiā habens & imperfecte gratiam cōtinēs, uęga etiam essentialiter totius gratia fontem cōplete, uerbū uidelicet incarnatum, in cuius assumpta humanae gratia formaliter & complete includitur. In cæteris uero sacramentis gratia non habetur, nec in se secundum esse formale cōpletum, cum sic soli rationali & intellectuali inheret creaturæ, quæ sola sanctitatis ac gratiæ est subiectum. Qualiter autem in se alijs sacramentis, duæ sunt opiniones solennes. Quarum unam sequuntur Alexander de Hales, Bonaventura, Gulielmus Parrhisiensis, in sacramentali, Scotus & alij multi. Vnde Bonaventura in scripto quarti refert, quod ipse dominus Gulielmus Parrhisiensis episcopus, in præsentiā magistri Alexandri Parrhisiensis in coheretu fratribus ordinis sancti Francisci, probauit Alexandri positionē. Aliā opinionem sequuntur Thomas, Albertus, Aegidius, Henricus, ac alij plures. Et prima quidem opinio ad intelligentium ac defendendum est facilior. Secunda uero dictis sanctorum Augustini, Bedæ, & patrum cōsonantior reputatur, propter quod magis consentio ei. ¶ Amplius, quoniam Christus in hoc sacramento exhibetur nobis ut cibus, & cibum oporeat realiter coniungi cibato, ideo recte sentit ecclesia Christianum in hoc sacramento realiter contineri. Decuit autem Christianum hoc insinuare sacramētum in nouissima œcna, post quam protinus fuit tradendus ac morituros pro nobis. Ipse enim prænuntius fuit nouus sacerdos, perfectus & uerus, non imperfectus ac typicus, secundum ordinē Melchii Psal. 109. sedec, non iuxta ritum & ordinem Aaron, nouus quoque & perfectus legislator. Translato enim fæderio, necesse est & legis fieri translationem, utin epistola ad Hebræos disputat ac demonstrat Apostol. Translati demum sacerdotio & lege, oportuit sacramenta & sacrificia variari. Qd; totum Daniel compendiose prænuntiavit ac tetigit: In dimidio, dicens, hebdomadæ deficit obla- 8. ii. 8. iii. 8. iii. 8. iii.

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO I.

tio & sacrificium. Loquitur nanque de hebdomadibus annorum, quarum quilibet continet annos septem: in quarum ultima occisus est Christus, qui in dimidio illius hebdomadæ instituit Eucharistia sacramentum, & finem imposuit sacrificij legis. Ultima quippe hebdomada illa, si in duas partes diuidatur, quæ liber partium continet annos tres cum dimidio. Porro Christus uixit in carne mortalî annis triginta tribus, & tanto plus, sicut à nativitate die usque in diem sanctam parafœtus. Sicq; in dimidio illius hebdomadæ sacrificium & oblatio legis defecit, quantum ad obligationem. ¶ Præterea, quoniam sapientia patris uerbum æternum propter nos extitit incarnatione, ac fæmel in cruce uoluit immolar, hinc uarijs modis nostræ prouidit salutem. Nec ei sufficit fæmel pro nobis immolar in cruce per mortis perpetuationem, sed hanc quotidianam & perennem sui immolationem in mysterio in Missæ officio eius infinita sapientia adiuuenit, eius immensa clemensia ordinavit, eius charitas summa præfixit, qua & dei patris honorem generisq; humani procurauit opem, gratiam ac salutem. Quod totum sic fieri decentissimum extitit ratio dictat desuper illustrata. Quæ quanto plus illustratur, tanto lympidius intuetur, quā rationabile seu potius superrationabile, misericordissimum, sapientissimum amorissimumq; fuerit istud, ut & quotidie dominice passionis quasi recenter memores simus, charitatib; dei ac pietatis suæ & liberalitatis ad nos assidue recordemur, recordandoq; inflammemur, & meritem Christi abundantius participemus, consequendo effectus sacramenti istius, ut infra dicetur, de cuius institutione tantudem sufficiat terigille. Nū de dignitate eiusdem aliquid pro uiribus est tangendum. Quocirca pensandum, quod in sacramento isto aliquid est sacramētum tantum, uidelicet ipsæ exteriore formæ sacramentales. Aliquid res & sacramentum, uirpa corpus & sanguis Christi; aliquid res tantum, ut ecclesiastica unitas, seu multiplex gratia sacramenti eiusdem. Idcirco nec anima Christi, nec deitas eius ad istud pertinet sacramentum, uel ad essentiam eius directe atque ex ui conversionis, sed concomitante. Conuersio equidem panis directe terminatur ad corpus dominicum, & transubstantiatio uini ad sanguinem. Attamen in utroque per concomitantiam continetur tam anima quam deitas salvatoris. Sicq; totus & integer Christus in sacramento isto sub utraque ipsius specie est, adoratur acque suscipitur. Si ergo de sacramento isto loquamur, quantum ad id quod directe & ex ui conversionis continetur in ipso, sic planè magna ualide est dignitas eius, utputa dignitas corporis Christi, quod in seipso existit eximie dignum & sanctum & purum, ab omni labe peccati profusum immune, ex purissimo sanguine sacratissime uirginis sumptu, à spiritu sancto supernaturaliter instanti formatum. Cuius dignitas augetur ex hoc, quod à primo suo formationis instanti, cōiunctum fuit animæ Christi pre omnī pura creatura ineffabiliter sanctæ, præelectæ & gloriose, atque intrinsece informatum & actuatum ab eo. Cui item in omnibus obedientissimum fuit, in nullo militans contra illam. Verè ex hoc inestimabiliter plus fuit significatum ac dignum, quod simul cum anima sua ab exordio sue formationis fuit immediate cōiunctum, hypostaticè copulatum, inseparabiliterq; unitum uerbo æterno, & substantificatum ab ipso in eis ipsius uerbi personali et in creato. Enim uero teste Damasceno tertio libro, cum humanitas Christi comparatur ad uerbum æternum, tanquam immediatum ipsius uerbi instrumentum, animatum, cōiunctum ac proprium, sic & corpus hominis cuiuscunq; se habet ad animam suam, sicut anima sua instrumentum immediatum, proprium & cōiunctum. Si autem loquamur de sacramento Eucharistiae, quantum ad totum quod continetur in eo, siue directe siue concomitanter, sic utique penitus infinita est dignitas eius, cum & sola uerbi persona dignitas sit infinita, & ipsa CHRISTI humanitas charior deo sit, & per consequens dignior toto residuo universo. Hinc diuinus Dionysius libro de Ecclesiastica hierarchia, de hisu sacramenti excellentia protestatur, quod ad ipsum cetera sacramenta omnia ordinantur, & ipsum est complementum ac consummatio aliorum, in quo omnium diuinorum plenitudo charismatum continetur, prout de ijs undique multa conscripta sunt & leguntur. Quæcum ita se habeant, consideremus attente, & cota profunditate qua possumus contemplemur, quæ impudentia sit, quæ insipientia, quæ enormitas & damnatio, tanto sacramento & eius consecrationi ac immolationi indeute, irreuerenter astare, ipsum indigne suscipere, illud maculata conscientia celebrare, tractare, aut alijs ministrare, cum & de sacerdotibus ueteris testamenti carnalia sacrificia offerentibus iussit dominus, loquens ad Aaron: Homo de semine uestro qui habuerit maculam, non offeret panes deo. Hinc sanctus Ambrosius ait in oratione de sacramento ante celebrationem dicenda: Quanta cordis contritione, & lachrymarum fonte, quanta reverentia & tremore, quanta corporis castitate & animi puritate illud diuinum & celeste sacrificium est celebrandum, o domine, ubi caro tua in ueritate sumitur, ubi sanguis tuus in ueritate potatur, ubi uera summis iunguntur, ubi & angelorum adest praefentia? Cū ingenti ergo & sollicita præparatione ad tantum accedamus sacramentum, nec sumpto sacramento efficiamur ingrati, imo quotidiane magis deuoti ac grati.

¶ Enarratio Euangeli: Caro mea uere est cibus. Iohann. vi.

Euangelio.

IN FESTO CORPORAIS CHRISTI.

Fo. CCXLIII

AEVangelium hodiernum de sacramento uenerabilis Eucharistiae loquitur evidenter, & nō incongrue legitur. Itaque sicut Iohannes ait, [Dixit Iesus discipulis suis & turbis ludorum] in synagoga ciuitatis Capharnaum, quæ tunc fuit metropolis Galilææ. [Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus] id est, sicut mortale corpus pane & uino, ex granis & uinis constantibus uere nutritur, conseruatur, & ad debitam quantitatem perducitur, sic anima immortalis corpore & sanguine Christi uere spiritualiter reficitur, & in esse gratia conseruatur, atq; ad perfectionem uirtutum, imo ad uitam gloriarum tandem perducitur, dummodo corpus & sanguinem salvatoris dignè accipiat. Quemadmodum enim nullus potest corporalem cibum ac portu accipere nisi uiuat uita naturæ, sic nemo potest corpus & sanguinem domini dignè susciperre, nisi uiuat uita gratia. [Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem] digne, ut tactum est, utpote non sacramentaliter tantum, sed spiritualiter quoq; [in me manet] sicut in capite per charitatem & gratiam, [& ego in eo] sicut in membro fidelis ac mystico per unionem amoris, quia per charitatem amans est in amore, & econtrario. Vnde charitas uocatur uis unitua, quia coniungit amantem a se. Propter quod in prima sua epistola ait Iohannes apostolus: Qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. ¶ Deniq; corpus Christi potest homo tripliciter sumere: Primo sacramentaliter eantum, & ita accipiunt qui indigne communicant, quoniam solum corpus & sanguinem seu solum sacramentum, non effectum ipsius, uidelicet uitarem gratiam suscipiunt. Secundo spiritualiter tantum, & ita accipiunt, qui solo desiderio charitatis & sola fide formata illud accipiunt, per quod sacramenti huius sortiuntur effectum, quæ suscepito necessaria est ad salutem. Vnde sanctus loquitur August. Crede, & manducasti. Sicq; omni hora possumus communicare. Tertio sacramentum August., calicem & spiritualiter, utpote qui sacramentum hoc & spiritualiter ipsius sumunt effectum. Et ita accipiunt qui dignè communicant, puta in charitate & gratia existentes, quoniam in sumente hoc sacramentum condigne, requiritur actualis devotione. [Sicut misericordia mea uiuens pater, id est, pater æternus, qui est substantialiter uiuens & uita, uita utriusque actualissima, beatissima atq; purissima, a quo omnis profluit uita. Est enim ipsa sapientia, ipsa ueritas & intellectus, uniuersaliter agens, purusq; aetus. Misericordia autem deus pater filium suum Christum, per incarnationis mysterium, id est, per hoc quod eum uoluit incarnari, & humanam naturam coniunxit eidem, atq; in omnibus ipsum secundum quod homo est, direxit ac mouit, & quid ageret iussit. Propter quod filius ait: Sicut misericordia deo dicit mihi pater, sic facio. [& ego uiuo propter patrem] id est, uitam meam humanam ordino ad patrem honorem & gloriam, tanq; ad honorum gloriamq; maioris, qm pater maior me est secundum quod homo sum, idcirco ad ipsum tanquam ad finem refero uitam meam. Vel sic: Viuo propter patrem, Ioh. 14, id est, à patre tanquam generatio principio uitam acceperit incrementum per generationem æternam, imo tandem quam habet pater, quemadmodum & tandem essentiam, quia & uita patris est eius essentia. Propter quod afferit: Sicut pater habet uitam in semetipso, sic dedit & filio uitam habet, Iohann. 5, re in semetipso. Vitam uero humanam creatam, uitamq; gratiae & glorie certi est Christum accepisse à patre, imo à tota superbeatissima trinitate, & per consequens à seipso, secundum quod deus est. Siquidem opera trinitatis sunt individua, cum trium superessentialium personarum sit una natura & una potestas. Et qui manducat me spiritualiter & condigne, & ipse uiuet propter me] id est, uitam suam ordinabile finaliter ad honorem & gloriam meam, sicut seruus fidelis. Vel, uiuet propter me, id est, uitam gratiae & glorie obtinebit à me. Nam & gratia augetur in sumente condigne. Porro per hoc quod ueritas ait, Qui manducat me, pater quod non solum caro Christi, sed ipsam Christus cibis est anima. Proprie quod ait idem: Ego sum panis uitæ. Nam quanvis sub specie panis ex ui conversionis & sacramenti, nō sit nisi caro Christi, nam ex naturali concomitancia, sunt ibi sanguis Christi & anima eius atq; diuinitas, & per consequens totus Christus. Hec em̄ nō sunt ab inuicem realiter separata. Similiter sub specie uini ex ui conversionis, sanguis Christi duntaxat est, ex concomitantia uero naturali sunt ibi caro, anima ac deitas eius. [Hic est panis qui de cælo descendit.] quoniam ipse Christus qui est panis uitæ, descendit de cælo, iuxta illud: Asum Psal. 18 mo cælo egredio ius. Descendit autem non locum mutando, sed naturam humanam assumendo, ac uisibiliter apparet, & inter homines conuersando, prout Baruch ait: Post haec in terris uis Baruch 3 sus est, & cum hoibus conuersatus est. [Non sicut manducauerunt p̄es uestri manna, & mortui sunt, id est, panis iste cælestis, nō sic nutrit aut cibus est sicut manna, quod qui manducauerunt, nō solum corporaliter mortui sunt, sed & multi eorum spiritualiter perierunt. Nam panis ille nō fuit gratiae contentius aut spiritualiter cibans, sed fuit figura huius panis sacramentalis spiritualiter sufficientis. Ideo subditur: Qui manducat hunc panem, cælestem & sacramentalern condigne, cui ueritatem æternum] quia in hoc seculo uiuet per gratiam, & in futuro per gloriam.

SERMO II. circa Euangeliū. De institutione celebritatis festi

HABEC quotiescumq; feceritis, in mei memoriam facietis. Matth. xxvi. Quemadmodum san. Marc. 41 & Euangeliæ, Marchæus, Marcus & Lucas uerissime scribunt, dominus noster Iesus Ch̄:us Luccæ 22, S iij in cor

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO II.

Din cena nouissima sacramentum dignissimum sacratissimi corporis ac preciosissimi sanguinis sui instituit, ac Ap̄lis sanctis, & sub eoz persona cunctis sacerdotibus sacrum hoc celebrandum ac prosequendum praecepit, dicendo: Hoc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis. Vel ut alibi legitur: Hoc facite in meā cōmemorationē, id est, in memorā dilectionis meā ad uos, & passionis meā p̄ uobis, celebrare hoc sacrum, illud conseruando, sumendo ac alijs porrigitendo. Pr̄sens ergo solennitas est de institutione sacri istius incomparabilis ac diuinissimi. Deniq̄ festū hoc celeberrimum instituit Ro manus pontifex Vrbanus quartus, cuius tempore floruerunt doctores egregii S. Thomas de Aquino, & alijs multi. Qui Vrbanus fuerat aī canonicus & archidiaconus ecclesie Leodiensis. & erat tunc in Leodio quādā reclusa ualde deuota, noī Euia, quae ex reuelatione diuina agnouit, at quē Vrbano prædictis, de institutione p̄fata esse in ecclesia festū futurū. Et (ut dicitur) p̄dixit Vrbanus qđ ipse esset futurus pontifex summus, ac festū istud institutus, quod etiā idē Vrbanus in sermone seu epistola de festo hoc uideat tangere: Intelleximus, inquietus, dī in minori efferaū officio constituti, qđ fuerat quibusdam catholicis diuinatus reuelatum, festū hīmōi esse in ecclesia generaliter celebrandum. Insup in epistola, quā quarto pontificatus sui anno misit p̄fate recluse, in cōtextu ait: Scimus dī filia, qđ magno desiderio desiderauit aī tua, ut solenne festum sacratissimi corporis dñi nostri Iesu Christi institueret in ecclesia dei. Ideo tibi significamus nos ita eglise. Magnificet ergo aī tua dñm, quia oportens deus tribuit tibi desideriū cordis tui. Itaq̄ prædictus pontifex summus p̄cepit festū hoc celebrari seria quīnta post octauas Pentecostes, qđ circa hoc t̄ps incepert gloriōsi Apostoli ceteris fidèles sub eoz regimine sacrum hoc celebrare, cōsecrare, accipere & alijs dare. Legitur nanc̄ in Actis apostolorum, qđ primi illi fideles ab Apostolis sanctis cōuersi, erāt perseuerantes in doctrina Apost. & cōiocatione fractiōis panis, i.e. p̄ceptione faciūtiūs, & orōni. Cum em̄ in die Pentecostes accipissent Apostoli sp̄m sc̄m, p̄dicauerūt eodē die & deinceps q̄tidie: & circa hoc t̄ps princeps apostolor̄ & beatissimus Petrus uoluit Iacobū minorē esse ep̄m Hierosolymor̄, & ab ipso Petro, Iohanne & Iacobō maiore apostolis, ordinatus & consecratus est Iacobus ille minor Hierosolymor̄ episcopus, atq̄ (ut legitur) primus post Ch̄rm celebravit & cōsecravit hoc sacrum, ut supra in sermone de eo dictū est plenius, moxq̄ post ipsum celebrare cōperunt ceteri apostoli & Christi discipuli sacerdotes, ita qđ circa t̄ps festi p̄fensit celebrare cōperunt hoc sacramentū, idec rōnabilit̄ est statutū, ut in praetexta quīnta seria solennitas ista agatur. Præterea, ut fideles festiuitate hanc pr̄p̄tori purioribz animo agant, prædictus dñs papa copiosas indulgentias est largitus, uidelicet centū dies indulgentiæ uniuersis uere penitentibus & cōfessis, qđ primis interfuerint uesperis, & totidē qui matutinis ipsius festi. Totidē quoq̄ qui Missa, & totidē, qui secū dies interfuerint uesperis. Qui uero interfuerint prime, tertiae, sextae, nonas & cōpleriorio, pro qua libet hora dies indulgentiæ contulit quadragesima. Illis aut̄ qui per octauas huius solennitatis interfuerint officijs matutinaz, Missaz, uesperaz, ac ceteraz horas, pro qualibet die centū dies indulgentiæ concessit. Has indulgentias postmodū papa Martinus duplicauit, quas & successor ipius dñs Eugenius m̄ auxit, quantū prædecessor ipius Martinus. Et qđ sancta m̄ ecclesia filios suos spirituales non decipit, p̄e firmiter qđ credendū, qđ indulgentiæ ista tantundē ualēt ut pronuncia. Præterea hoc sciendū, qđ in hac solennitate merito sic auctē sunt indulgentias ista, qđ celeberrima ista festiuitas est de eo, aī quo oēs indulgentiæ efficaciā sortiuntur ac orūritur. Indulgentiæ nanc̄ sunt remissiones peccatorum quae culpis debentur. Et sunt indulgentiæ ista de spirituali thesauro ecclesiæ, qđ thesaurus est infinitus atq̄ indeficiens meritū Christi. Qui thesaurus summo pontifici tanq̄ generali, pleno & summo Christi uicario est a deo cōmissus, ut sc̄dm exigentiā seu cōdecētiā cauāt, ac tempore occurrentiū, eū fidelibus gratiōe eroget ac dispensem. Quocirca pensandū, qđ secundum regōrē iustitiaz, pro uno mortali p̄fētō imponenda esset p̄fia septem annos in pane & aqua, nec tamē sc̄dm meaz iustitiae rigorem p̄fia illa sufficeret. Ino ut sanctus ait Hieron. sc̄dm meram iustitiam non sufficeret totus mundus pro unius hoīs mortalitati satisfacere culpa, quanuis mille annis abstineret in pane & aqua, eo qđ mortale p̄fētō quo deus offenditur, inhonoratur ac spernitur, sit gravitas quodammodo infinita. Propter quod æterna & infinita ei poena in inferno infligitur ac debet. Videmus nanc̄ in seculo isto, qđ quāto maioris dignitatis ac sanctitatis est is in quem peccatur, sc̄dm p̄fētō in eum cōmissum, est grauius, & grauiori dignum supplicio. Cū ergo deus altissimus, opotens & æternus sit dignitatis ac sanctitatis penitus infinita, certū est, qđ omne p̄fētō mortale sit quo dammodo immensa enormitas. Itaq̄ sc̄dm temperatum rigorem iustitiae, pro uno mortali pecato imponenda esset septem annorum penitentia, satisfaciō seu abstinentia in pane & aqua. Sed cum homo sit fragilis creatura, prona ad malum, uitaq̄ pr̄sens sit brevis, indigemus magna & grātiosa dei clementia. Idcirco dñs noster Iesus Christus unigenitus dei, misericordissime nobis prouidit atq̄ subuenit, thesauro meriti sui committendo summo suo uicario Romano pontifici, ut merito Christi faciat indulgentias prefatas fidelibus. Deniq̄, quoniam indulgentiæ ista nō dantur nisi uere penitentibus & cōfessis, seu in charitate & gratia dei existentibus, exhibere se debet unusquisq̄ fideliū indulgentiæ istaz capace, per uera contritionē & cōfessionē se preparando ad eas.

Hinc

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

FO. CCXLIII

AHiū p̄fatus papa Vrbanus in sua bulla sue ep̄la distriktē precipit universis pr̄latis, ut p̄ seipso & aliōs in diuina p̄raefatū festum præcedēte, videlicet in octauis Pentecostes hortent subditos suos, vt per uerā & p̄p̄a cōfessionē, per elemosynaz largitionē, atq̄ assiduas orōnes, & palia deuotiōis pie tatis opera, se disponat ad canti celebrationē ac indulgentiā sacri. Itaq̄ cū tanta sit excellētia ac indulgentia festiuitatē præsentis, iustum ac decentissimum est, ut Christianū in hoc festo & per eius octauas p̄ solito eccliam & diuina frequētē officia, quantū eoz statuū extat possibile, nec omitat facere, ppter indulgentias tantas, qđ nō omitteret ppter pecunias modicas. Idcirco nō nimis facilē se excusat. Præterea qđ Ch̄rī sacrum istud instituit in cōmemorationē suę ad nos ardētissimæ dī Matt. 26 & lectiōis, & suę p̄ nobis acerbissimæ passiōis, propertea oīs uerē Christifidelis nō solum die ista san Marc. 14 & cōfessissimo & per eius octauas, sed toto etiā anno in officio Missaz memor esse debet quātū filius dei sp̄m dilexit, quātū pro ipso sustinuit, & q̄liter ac properte quid istud saluberrimum instituit sacrum. Quātū ergo ubiq̄ & semper, spealis tñ in Missa habere se debet timorat̄, reverent̄, deuot̄ & amōrosa, grātiaq̄ corde in sacri præsēntia stare, ac deo se præsentare. Ideo v̄, & æternū v̄e infensatis, ingratias & pueris hoīibus, qui tñ indigni sunt hoīes appellarī, cum sint diaboli mēbra ac serui. V̄e inquā eis, qui in ecclesia, p̄s̄ertim in Missa, hincinde lasciuē aspiciunt, libidinose cōcupiunt. V̄e eis qui tunc cōfabulationibus uacāt, & intmorat̄ se habent. Conformit̄ v̄e viris ac foeminas, iuuenibz ac puellis, qui ita se ornāt & uestiunt, qđ intuētes puocāt ad cōcupiscentias prauas. Et grauiſsimū v̄e eis, si ex p̄posito agant hoc, quātū vt sanctus testa Hieron., si vir aut mulier se ornauerit, Hieron., & vultus hoīm ad se prouocauerit, etiā nullum inde sequat̄ damnū supplicium tñ patet æternū, quātū venenū attulit, si fuister qui biberet. Nam (vt etiā loquit̄ beatus Aug.) qui in cōspectu populi August. male agit, tantos quātū in ipso est, spiritualit̄ perimit, i.ad peccatiū inducit, à quātū cōspicit. O qđ ar Matt. 7. cta est uia salutis, & qđ detestabilis est cōsuetudo ista infelix aperturæ rogare à latere uno super dīplōmed, ita ut corpus uiri ante & retro circa pudicitia loca aspiciat, quod qđ prouocatiū sit, nūl ius sapiens nescit. Idcirco (iuxta doctrinā Ap̄li) cum metu, timore & tremore nīam opereremur salutem Pilip. 2. & om̄i custodia custodiāamus cor nīm, potissimum in diuino officio & in Missa. Postremo qđ Prou. 4 facrum istud in die Cœnæ a Ch̄fo est institutum, idcirco die illa est hæc solēnitas celebrāda, si fieri Lohā. congruē potuist̄. Sed quia ecclesia die illa circa alia occupat̄, videlicet circa penitentiaū recōciliati Matt. 26 & on, circa sacri christiū cōfessionem, & adimplētione mandati, lotionemq̄ pedū, & circa domini Marc. 14 nīca p̄fisiēm, idcirco Romanus Pontifex rōnabilit̄ statut̄ hoc agi feria quīnta post octauas (vt dictum est) Pentecostes. Itaq̄ festū tñ gloriosum cū omni deuotioē ac reuerentia celebremus, & Christi accēdāmūr amore, eiusq̄ bñficijs gratiē esse conemur, uitando quāe disiplēt̄ ei, & faciendo que eius uoluntatis sunt placita. Ad laudem & gloriā omnipotētis.

S E R M O III. De gratitudine exhibēda, & quō ex bñficijs magnitudine colligūt.
Quid retribuā dño pro oībus qđ retribuit mihi. Psal. cxv. Ingratitudine grāde & detestabile ui- tium est. Maxima aut̄ ingratiudinis pars est oblitio seu inconsideratio bñficij exhibiti. Alia ingratiudis pars est, bñfactori nō pro posse rependere vicem. Sanctus ergo rex David multitudinem ac magnitudinē bñficij, sibi dñs p̄fūl collator̄ inspiciēs, dixit: Quid retribuā dño pro om̄ibus psal. 115 que retribuit mihi q.d. Nihil condignū retribuere quo. Deniq̄ ipse bonoꝝ nō eger, & quicquid ei retribuere possumus, nō nisi ab eo habemus, à qđ orñe profuit bonū. Itaq̄ qlibet Christianus ne Ch̄fo existat ingratus, totis debet uiribus cōsiderare uniuersa bñficia dei generalia & spe cialia, naturalia & supnaturalia, corporalia & sp̄itualia, temporalia & æterna, atq̄ pro oībus s̄tōtis p̄cordijs deo regratiani, & se ei hūlter subdere, prompte qđ obedire, & qđquid a deo accepit, videlicet corpus & aīam, & qđquid habet, ad dei honorē expendere. Cumq̄ fecerit oīa ista, fateat̄ ex intimo corde qđ nil cōdignū retribuit deo, sicut & Ch̄fis in euāgeliō loquit̄. Cum feceritis oīa, qđ p̄ Luke 17 cepta sunt uobis, dicit: Serui inutiles sumus, qđ debuum facere, fecimus. Ideo deuotissima mente dicat: Quid retribuā dño pro om̄ibus qđ retribuit mihi? Itemq̄ Brūdacia mea dño, & nō oblit̄. Psal. 115- uisci oēs retributiones eius. Qui sic gratis esse studuerit deo, maiora plane beneficia sorties ab eo, Psal. 102 Ch̄fo protestāt̄, qđ loquit̄: Habēti dabit̄, & abūdabit̄; nō habentī aut̄ i. ingrato, & qđ uideat̄ habe- re, auferet̄ ab eo. Præterea inter om̄ia bñficia saluatoris est maximū, qđ ipse in sacro tribuit uerē sc̄ipsum. Sed ut excellentia ac munificētā bñficij, vñigenitū filij dei, quātū nobis possibile est, profundius in tueamur, magisq̄ grātia esse nitamur, pensare oportet, qđ magnitudo beneficij ex tri- bus perpendit. Prīmo ex parte bñficij, qđ quantū ille est dignior atq̄ sublimior, tanto dona eius sunt magis appreciāda, reuerentialius accipienda, diligētū custodiāda, quēadmodū & vide- mus in mundo hoc, qđ si imperator, rex aut̄ princeps præstiterit alicui aliqd munus, ualde hoc pon- derat, appreçiat̄, regratifiā, custodit. Secundo attendit̄ magnitudo beneficij ex parte recipiētis, qui quāto minus promeruit illud, & quanto inferioris est conditionis ac indulgentiæ, eo benignius, libe- raliusq̄ cōsistit bñficij ei, & bñficij ei collat̄, tanto amplius est magnificādū. Tertio attendit̄ magnitudo bñficij ex propria cius natura ac specie, ut cū dāt̄ supnartularia grātia dona, & maximē dum ipsem om̄iū fons bñficij dat̄, ita qđ idem est dator & donum, bñfactor & bñficij.

S. iiiij Ex

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO III.

DEx omnibus ipsis ostenduntur beneficia Christi esse incomparabiliter magna, quia ipse Christus benefactor & dator, est uerus deus, ideoque dignitatis, perfectionis & excellentiae penitus infinita. Eius igitur humanitas prelata est omni creature. Nos autem quibus beneficia sua largitur, sumus creaturae miserabilius defectuosa, uitiosa, fragiles, & ad omne malum pronissimae, & per consequens maxime indigentes, & tamen indignissimi beneficij dei. Nihil minus indefinire beneficia sua communicat nobis, sed & preciosissima charismata gratiarum nobis largitur, & tandem corpus suum ac sanguinem nobis largiri dignatur. Hinc ait papa Urbanus quartus: Immensa diuinæ liberalitatis beneficia exhibita populo Christiano, inestimabilem ei conferunt dignitatem. Denique olim sanctus Moyses legislator Iudeorum, considerans multitudinem ac magnitudinem beneficiorum Israëlitico populo in uero testamento diuinatus concessorum, gloriantur dixit: Non est alia natio tam grādū quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut adest dominus deus noster nobis seu cunctis obsecrationibus nostris. Vnde & Psalmista locutus est: Quanta audiuius & cognouiūs, ea & patres nūi narrauerunt nobis, Itemque: Non fecit taliter omni nationi. Multo plus nos Christiani hoc dicere possumus tempore noui testamenti ac gratiae, in quo præ cunctis ante actis temporibus deus omnipotens & æternus liberalissime ac abundantissem beneficet, subuenit, donavit hominibus. Eis quoque in sacramento præsentiliter & ueru personaliter adest uerus deus & integer homo, atque scriptum eis inestimabili charitate ac liberalitate largitur in iaticum, in remedium, in alimento, in subuentione atque salutem. Hinc ait Urbanus papa: Unigenitus dei filius suus diuinitatis nos uolens esse particeps, naturā nostrā assumpit, ut homines deos faceret, factus homo. Et hoc insuper quod de nostro assumptis, totum nobis contulit ad salutem. Corpus nāc suum pro nostra reconciliatione in arā crucis hostiam obtulit deo patri, sanguinem suum fudit in precium simul & lauacrum, ut redempti seruiture diaboli, a peccatis omnibus mūdaremur. Et ut tanti beneficij iugis in nobis remaneret memoria, corpus suum in cibum, & sanguinem suum in potum sub specie panis & uini sumendum fidelibus dereliquit. Porro de eminentia sacramenti huius effat: O preciosum & admirabile coniuicium salutiferum, & omni suauitate repletum. Quid enim hoc coniuicium preciosius esse potest, in quo nobis sumendum proponit Chrs uerus deus? Nullum utique sacrum est isto salubrissimum purgantem peccata, uirtutes augentur, & mens omni spūtūlūm charismatum abundatia adimplitur, in quo ad memoriam reuocat excellētissima charitas Christi ad nos, ex qua pro nostra salute obtulit semetipsum deo patri per oblationem & hostiam in odorem suauitatis. Offerturque sacramentum hoc in ecclesia pro uiuis & mortuis, ut omnibus proficit, quod est pro salute omnium institutum. O diuini amoris immētias, diuinæ pietatis superabundantia, diuinæ affluētia largitatis. Quāta singularis & admiranda liberalitas, ubi donator uenit in donum, & datum est idem penitus cum dare. Quanta largitas, cum tribuit quis seipsum! Insuper de cōgruentia huius festi ait Urbanus papa: Conuenit deuotioni fideliūm solenniter recolere institutionem tam salutiferi, tamq; mirabilis sacramenti, ut ineffabile modum diuinæ præsentiae in sacro ueneremur, & laudem̄ dei potentia, quæ in sacro eodem tam mirabilia operat, atque de tanto beneficio persoluanit deo gratiarum debite actions. Postremo, quāto maiora & gratiōsiora sunt beneficia domini nostri Iesu Christi in nobis, & por̄fissim quo maius est beneficium istud, uidelicet sacramentum eucharistiae, eo uirtuosior ad amabilior est ingratitudo nostra, si tanta charitati, tanta liberalitati ac pietati, tantisque beneficij eius inueniamur ingrati, ei uidelicet inobedientes, peruersi & negligentes atque carnales. Ei itaq; gratia, subiecti, uniti semper esse conuenit, atque in Missa officio unusquisque spirituālē sacrum accipiat, si de & charitatis affectu illud complectendo & suscipiendo. Nec mirabilia dei in sacro hoc discutere quis presumat, sed sufficiat nobis autoritas sacre scripture & sancte ecclesie, tamq; innumerabilium patrum sanctissimorum, & cetera omnia per quæ probat fides Christiana esse à deo. Sufficiat aut nobis ad cōfitemendum omnia quæ de hoc incomprehensibili sacro sacrosancta docet ecclesia, quanque ad demonstrandum ueritatem sancti istius deus omnipotens innumerabilia egisse miracula valde præclaras, non ignoret. Infinita autem potentia dei adorandi & superexaltati nihil impossibile, nihil potest esse difficile; & eadem potestare qua uniuersum condidit mundum, agit quæ in hoc sacro creduntur. Estque facilius, unum existens in aliud uertere & trāsubstantiare, quam rerum naturas ac ordinem de nihilo produxisse. Verumtamen & tanta mirabilia in sacro isto creduntur, quod nec summi angelici spūs, nec Cherubim, nec Seraphim ea cōprehendere queunt. Quid ergo miser homo talia perscrutari conat aut penetrare, non aduertens quod Salomon loquitur: Sicut qui multū comedit mel, non est ei bonum; sic qui perscrutator est maiestatis, opprimet à gloria! Ipsius domino nostro Iesu Christo cum patre & spiritu sancto honor & gloria in æternum.

AD RELIGIOSOS.

SERMO III. De condigna debitatu ad venerabilis sacramenti celebrationem aut sumptionem præparatione.

Quid manducat & bibit indigne, reus erit corporis & sanguinis dñi. 1. Corin. xii. Vnuerſalitatem uideamus, quæque quis in quacunq; uirtute excat perfectior, tanto uehementius uirtutis uirtus.

IN FESTO CORPORIS CHRISTI.

FO. CCXLV.

Agnata, in aliquibus caræ uidebatur Elisabeth major uirgine gloriæ. Nam senior erat ac ditionis, multum famosa, & sacerdotis eximij uxoris; Maria uero erat iuuençula fabrio lignario desponsata, nec opulenta. Verum sancta Elisabeth excellentijs suis post positis, considerauit seipsum, quo ad Lucas. 1. ea, in quibus inferior fuit uirgine sacra, uidelicet in quantum cuipabilis, fragilis, defectuosa ex se & Matt. 1. minor in gratia; sed uirginem benedictam considerauit ut gratia plena, ut Christi matrē, ut prestantissimam creaturam, & electissimam atq charismatam dei. Ideo iuxta has considerationes repauit se indignata uisitatione Marie. Luxta hunc sensum Paulus dixit: se minimum apostolorum, & 1. Cor. 15. indignum uocari Apostolum, imo & primum seu maximum peccatorum. Venit, inquiens, Iesu in hunc mundum peccatores saluos facere, quod primus ego sum. Conformiter & nos faciamus, perpendat unusquisq propriâ mala aliorumq bona, penitus sui corporis uilitatem, immunditiam, foxitatem, & sua animæ fragilitatem. Intueatur quanta mala commisit, quanta bona omisit, quæ frequenter & gravior peccat quotidie, quam ingrate, irreuerenter, incustodie & uiciose se habeat coram deo, etiam sœpe in diuino officio. Itemq, q̄ boni nil habeat a seipso, sed ad omne malum pro elius sit. Qui ista pensauerit uigilanter, quotidie abhorrebit superbiam, spernet seipsum, displicebitq sibi salubriter, alios uero honorabit ac præferet sibi; quia si mali quid perpetrauerunt, cogitat, q̄ p̄conuerterunt fortasse; idcirco eos temere iudicare non festinabit. Sed prohdolor multi sunt execrati, oppositi huius agentes, & si quid eminentissime si in eis, hoc intuentur, & magis quā est pondarant, sic gloriorunt & extolluntur de hoc, quasi id habeant a seipsum, non pensantes quod sapiensissimus dicit Ap̄l: Quid habes quod nō accepisti? Si autem accepisti, quid gloriariis quasi non accepisti? Porro alios considerat quo ad ea in quibus forsitan eis sunt inferiores, q̄uis secundum ueritatem simipli citet loquendo, sint eis multo meliores, perfectiores & honorabiliores, ut si unus forsitan sit diutor aut carne nobilior, aut ingeniosior, eloquentior sive formosior, que bona sunt fortuna sive natura, per quæ hō non cōplacet deo, nec alicuius sunt reputationis, respectu donorum, gratiarum ac uirtutum. Is talis præfert se alteri, quia pauperior, ignobilior, obtusior, infatidior sive deformior est, quanvis sit multo humilior, timoratior, deuotior, atq in donis sapientia, scientia, intellectus & consilii major. Idcirco iniuste & stulte se præfert, fatue iudicat, dñmabiliter intumescit. Denique occulta aliorum bona nescimus, & quales sint in prædefinitiōe dei, penitus ignoramus. Cur ergo nos ipsos præferimus eis, qui ignoramus an simus in charitate & gratia, & in prædictiōe uel reprobatione diuina? Sit igitur unusquisq timoratus semper & humilis, imo aliorum confortio se arbitretur indi Mich. 6. gnum. ¶ Postremo, infinitam bonitatem, perfectionem & beatitudinem dei pensantes, omnemq eius circa nos misericordiam & beneficentiam ponderantes, magnificemus cū Christifera uirgine do- Luc. 1. minum, & gloriemur in eo, ita ut in sanctitate & iustitia ei iugiter seruamus, & factis magis quam uerbis protestemur ac demonstremus, quam uere & summe metuendus, honorandus ac diligendus sit dominus deus noster omnipotens, ac per hoc alios adfiscimus, atq ut ad dei timorem, amorem ac reuerentiam inducamus. Ideo nanci ait: Saluator: Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificant patrem uestrum qui in celis est. Qui uero ita nō faciunt, sed impie conuersantur, & scandalizare alios non uerentur, desi quantum in ipsis est spernunt, paruifacient atq commaculant. Nam quantum in ipsis est, per opera sua ostendunt deum non esse timidum, amandum ac uenerandum, alios quoq ad dei in honorationem alspernationemq incitant. Vnde per Ezechiel propheta frequenter facinoris Iudeis improperat, q̄ nomē suum Eze. 36. polluerint iater ḡtes. O quam ingrati sunt tales proprio creatori. Sed iniuriant uirginē summam, deum totis magnificantes præcordijs, nec tñ quicquam condignū nos agere opinemur, q̄m ipse in infinitum maiori dignus est reuerentia & amore, quam ei quispiā ualeat exhibere. Hinc in Ecclesiastico scribitur: Terribilis dñs & magnus uerbaenter & omnipotens super oīa opera sua. Glos. Ecc. 4. rificare dñm quantumcumq poterit, superualebit adhuc. Benedicēt dñm, exaltate illum, quan tū potestis Major est enim omni laude. ¶ Legitur q̄ quidā Iudeorum puer à pueris Ch̄riano rum coeūs suis inductus est ad hoc, q̄ cū eis ecclesia intrat, corpus Ch̄ri cū ipsiā fācēdote accepit, ac domū reuersus, id patri suo retulit, qui ob id indignans ac furens, propriū filiū in ardente proiec̄it fornacē. Quo cognito, mater pueri ad fornacē currens, puerū cupiebat extrahere: qd dum non posset, miserabiliter eiulabat, ita q̄ Christiani uicini accurrentes, & quid cause esset uidentes, retracto igne, inuenient puerum quasi super plumas mollissimas discubentem. Cumq puerum extraxisset & dñm benedixisset, patrē pueri in fornacē iactabat. Qui ab igne statim cōsumptus est, i tan tū ut uix aliquid de ossibus eius uideret mālisse. Interrogaueruntq pueri, quād in igne mālit illis. Respondit: Illa dñna uenerāda sedēs cū puerulo in gremio suo posito, in cathedra in basilica, ubi de mensa panē accepit, pallio suo operuit me & defendit ab igne. Tūc puer cū matre sua Christianus effusus est. Multi quoq Iudei in illa urbe hoc miraculo fuerunt conuersi, ad laudem altissimi.

¶ A D RELIGIOSOS.
S E R M O tertius: De Visitatione beatæ Marie gaudio/a ac utili, item de solitudinis, silentij, cælestiumq appetitionis commendatione.

Exurgens Maria, abiit in montana cum festinatione. **L**uc. I. Cocepto in se unigenito dei purissima virgo, non corpore iam grauata, sed mente exhilarata, abiit cum festinatio in montana ad visitandum sanctam Elisabeth. Quemadmodum enim de sua supernaturalissima fecundatione gaudebat in domino, & praecordialissimas grates retulit ei, sicut in sua testata est cantico: Magnificat anima mea dominum, Et exulta spiritus meus in deo salutari meo: Sic supernaturali fecundatione sua neptis Elisabeth congaudebat in deo. Quanvis autem imprægnatio Elisabeth erat supernaturalis & miraculosa, quoniam duplēcē habuit causam infecunditatis, ut pote ingenitam sterilitatis causam & senectutem, nihilominus fecundatio Mariæ dulcissimæ multo supernaturalior & incomprehensibilior fuit. Primo, quia incognita fuit uero, Secundo, quia personam prælubentem cōcepit. Tertio, quia non qualecumque talem concepit personam, sed deū uerum, quod omni mirabilis mirabilius est. Deniq; de sua tamsupernaturalissima fecundatione gloriabatur Maria, non tantum in quantum fecundatio illa fuit admirabilis & præclarissima exaltatio sua personæ, sed specialiter ualde, in quantum fuit inchoatio saluationis generis humani totius. Abiit igitur mente iucundissima, cum alacritate deuotissima in montana. Sed unde abiit? Utq; à loco in quo sedis contemplationi orationis assidue uacans, in quo & annuntiatio ei facta fuit dominica. Quāvis ergo pudicissima esset, & in suo secreto libentissime latitaret; quippe in quo inestimabiles sentiebat hubertum consolationes diuinæ, atq; ad exercititia uitæ contéplatiua esset indicibili modo apūlissima: nihilominus charitate eam impellente, pietate mouente, ratione dictante, a sua mansione & quietis ac contemplationis secreto exurgens, iter ad cognatam suam arripuit, ut ei congratularetur, deseruiret, spiritualiterq; prodesset. Nempe, quantum Maria & Christi in ea cōcepti præsentia ac trium mensum permanentia seni Elisabeth & infantulo suo in ealatenti conculerint, constat ex hoc, quod ex primo benedictæ Marie ad Elisabeth sanctam ingressu mox illuminatus, ratione praeuentus, & miro modo gauisus est sanctus infans Iohannes, eiusq; mater Elisabeth repleta est spiritu sancto, & gratia reuentionis propheticæ tacta. O quantum in sacratissima iuuencula Maria Christifera, edificabatur quotidie uetus Elisabeth! Quantuor oratio & hospitatio quotidiana præstantissimæ uirginis profuerunt Elisabeth & eius infantulo ac marito! Quantum gratiae incrementum meruit omni die Elisabeth, tam amoroſe ac reuerenter, tamq; humilimè tractando sanctissimam uirginem, potissimum propter Christi in ea præsentiam, & qm unigenitus dei ea nouerat concepisse! Nunc ergo trahamus hac oīa ad nostrā informationē, atq; ut ualeamus salubriter surgere & exire, ac alios fructuose accedere, discamus in primis cū sapientissima ac deuotissima uirgine bone & uirtuose sedere, & in cellæ secreto libenter hilariterq; quiescere, ibiq; à fonte gratiarum haurire, ac intus colligere, quod loco & tpe opportunis effundamus cōcūmuscq; proximis, non solum loquendo, sed & per modū uenustatē, silentiū grauitatē, operę irrepræhensibilitatē, exemplares & fructuosos eis nos exhibendo, iuxta quod Princeps in epistola loquitur. Vnusquisq; sicut acceptit gratiā, in alterū illam administrans. Et itē: Ex bonis operibus uītū considerantes, glorificantem deum. Sichq; iuxta Salomonis doctrinam, diriuēnt uirgines fontes nostri foras. Atq; ut iubet Saluator: Luceat lux nostra coram hominibus, ut uideant opera nostra bona, & glorificent patrem. Nonne lux pulchra est morum honestas, condecoratio gestuum, uenustas cōpositionis membrorum corporisq; totius, inceſsus maturitas, actus quoq; bonorum alacritas! Hic est exterior pulchritudo moralis, quæ intuentes delectat, insipientes edificat. Nil igitur levitatis, insolentie nihil, nec inquietudo, mortuum corporis in nobis appareat. Porrō qualiter debeamus uirtuose sedere, & delectabiliter residere in cella, docet Hieron. sanctus dicendo: Sedebit solitarius & tacebit, quia leuitas se super se. Solitarius ergo, immo & oīnū religiosus est, sedere, tacere, & se super se leuare. Sedere (inquit) id est, à mundi huīus tumultibus ac mundanis operibus proſus qescere, corporaliter quoq; in manu sculpa sua quantum convenienter fieri potest, libenter manere, & discursus exitusq; uitare, qm in suo secreto potest deo multo quietius, purius, stabilius ac deuotius esse intentus. Poras autē egredit se cito occurrent euagationum & inquietudinum occasiōes. Hinc quidam deuotus dixerit: Fons & origo omnium bonorum est monachus iugiter in sua cella sedere, Nam & sancto protestante Antonio, quam mortiferum est pescibus extra aquā manere, tam pericolosum est monacho extra celum tardare. Experiētia quoq; docet, q; quanto quis diligenter uitiat occasiones egrediendi de cella, tanto in breui libertius ac delectabilius manerit in ea. Sicut consuetudine sibi facit egrediendi de facili, uelociter incipit eam horrere. Deniq; nec in ipsa cella debemus hincide sine rationib; causa moreri, aut in exterioribus superflue occupari, nec inane quid curiosumve agere, sed magis ad meditandū, orandum, scribendū, legendū, psallendum, contéplandū, federe, stare siue quicquid, nisi aliqui manualis operatio alia iniungatur, necessaria sit aut incumbat. Insuper debemus tacere, qm sancti patres obseruationem silentiū inter obseruantias regulares statuerunt de præcipuis unā, eiusq; uiolatione mox grauitate puniendam sanxerunt, per propriis culpæ proclamationem, & disciplinæ publica in capitulo susceptionem, cum tñ non nisi pro enormibus ualde excessibus forsan hoīis uirilis & carnis dorso nudari & uirgis cedi. Prauissimum ergo est in religioso, silentiū facilius

A ciliter frangere, uerbisve paucis sine necessitate & licentia uti frequenter. Ex quo derestibili usus homo sic excecat, q; quis frequenter per pauca uerba suū reuera frangit silentiū, cū omnis oratio intelligibile ex se habens sensum sine licentia dicta, fractio silentiū sit censenda, non tamen attendit hoc, nec sua inde culpam facetur, nec suscipit disciplinā. Videat qui talis est, quomodo id à morte tali ualeat excusari. Quidam uero pro eo quod saepius frerunt silentium, nō nisi semel suam culpam procilamant, dicendo in generali: Fregi silentium, cum deberet uices, loca & personas exprime re. Iste non custodiunt ab angustiis & contaminationibus animas suas, quia nō relinquant os suum, nec sua labia moderantur, & sepe sunt alijs occasio similis culpæ, distractiōis, inquietudinis, indeuotionis, scandalizantq; pluim. Redeat ergo præuaricato es isti ad cor, & linguas suas custodian, in uisu omnīs sensu scipios colubent. ¶ Præterea sicut coram hominibus tacemus ore à uerbis, sic mente coram deo silēamus à cogitationibus uanis, in fructuosis, phantasticis ac peruerbis, atq; ab omni affectione non bona, à desideriorum prauorum tumultu, à recordationibus iniuriarum, à recidivatione interiorum culparum. Præterea, cum homo solus sit deus aut beatia, ne in cella be. Thren. 9 stialiter maneamus, in ea leuemus nos super nos, non per elationem extollendo nosipos, nec presumendo de meritis nostris, aut magnifice sentiendo de nobis, sed aspirando ad deū, contēplando æternā, gustando q; dulcis est dñs, cōsiderando q; summè & infinite bonus, amabilis, speciosus, pōcens, sapientius, iustus, pfectus & felix si dñs deus conditor noster, eumq; cōtis uiribus diligēdo, & intra nos charitatis brachij amplectendo, atq; ad eius clarā intuitionē, felicē fruitionē, sempiter nā ac securissimā possessionē seruētissime anhelando, ut cupiamus dissolū & esse cum deo, omnīs hora q; indeſinenter propinquamus ad naturalē corporis mortē, tā incessanter ac seruide approxim. 1. Petr. 2.

B memus ad beatificā aīa uitam: & hoc per exercititia actuū præfatorū cōtinua. ¶ Præterea, cum talis cum beatissima uirgine Maria in secreto federimus, & actibus uitæ contéplatiua immorari fuisse, exurgamus dū causa r. quirite, obediētia exigite, ratio posulat, ad opera uitæ actiuae, ad cōsulēndū, auxiliandū, seruēdū proximis, nec cū illis diutius q; oporet & expedit maneamus, sed ad secretū nřm regredi festinemus, ubi in ablemōrū facie dei deo uacemus. ¶ Postremo, abeamus in montana ad uitūtū cacumina, ad spiritalēs profectus, ad theorias cælestes, ut quotidie in omni humiliat, patiētia, māsu etudine, deuotione, dilectione, cōstantia, puritate, iustitia, pietate proficeremus omni cū diligētū enitamur: & feci unusquisq; indeſinenter super cordis sui custodiā, examinetq; frequenter ac uigilante conscientia suā, quā & expurgare, ornare, excolere nō moret. Veruntamē non sic ad præacta cella ac contemplacionis exercititia afficiamur, ut ea debito charitatis aut obediētia præferamus. Idcirco dū iuſſerit presidens, aut indigens frater roguerit, cum glorioſa uirginē protinus exurgamus, eentes ad opera q; iubentur ac postulantur, cum nec oīum contemplatiōis, nec lachryma compunctionis, nec feruor orationis extra obedientiam deo complaceant, aut contra charxatis fratrem debiti grata & accepta sint ei. Itaq; glorioſissimam uirginē affectuolas preces fundamus, ut & nos ipsa uisita re dignetur, gratiam & uirtutes adimplendi omnia nunc prædicta, nobis p̄iūlissime impetrando. Ad laudem & glorialem omnipotentis.

¶ SERMO III. Quomodo diuinam erga nos dignationē admirando debemus humiliari in receptione uenerabilis sacramenti, & huiusmodi uisitationibus.

C Vnde hoc mihi, ut ueniat mater dñi mei ad me! Luc. I. Ista sunt uerba S. Elisabeth, de corpore reali Chirerae uirginis aduentu ad se admiranter, gloriātis, glās agētis; & se tanta dignatio ne ac grā recognoscēt indignā, præsertim q; ex p̄io Marie occurru tāta in se Elisabeth mirabilis. Luca. 13. sensit, ut pote infantuli sui in suo utero exultationē, suūp̄sū a spū fōtō repletionē, reuelationē ppheticā. Et certe grādū fuit ista dignatio, ista hūilitas, pietas ista in uirgine bñdīcta, q; nō obstat oī excellētia sua, potissimum cū sā facta cēt uerū dei genitrix uera, p̄ tā lōga itinerā uenit uisitare Elisabeth maritatā & cognitā uiro. Hac dignatio, humilitate & pietate uenit postea Chrs ad Iohannē Elisa. Iohann. 1. beeth filii, ut suscipereit eius baptis̄m. Et proportionabiliter, sicut Elisabeth ad Mariā, ita Iohānes dicit ad Ch̄m: Ego te de beo baptizari, & tu uenis ad me! Quis igit̄ nīm int̄ū poterit elatōe propria exēcāti, aut tñm de cetero repurare seipsum, ut p̄t ut nīm magnū ad accedēdū, & suo oble quio cōfouendū q̄slibet alios? Deniq; si Elisabeth à Maria sanctissima uisitata, p̄ admiratiōe gratiā Luca. 1. aratq; actio atq; plētū loquuta ē ei: Vñ hoc mihi, ut ueniat mater dñi mei ad me, qmā magis nos pauperculi & pusilli, Chis ad nos in sacro quotidie uenīti dicere ex p̄fundissima humilitate & præcordialiss. gratia, & actio debemus, Vñ hoc mihi, ut ueniat dñs meus dei p̄ris unicus filius ad me! Insup q̄cūq; experimur nos desuper uisitari, & insolita, ḡia quadā perfundi, diuinæ pietatis dignationē & mām circa nos admiranter, & ḡas int̄mo corde agētes, dicamus nos sp̄uūlitter uisitanti: Vñ hoc mihi, ut ueniat dñs meus ad me! Ex hac quippe radice S. Iob dñs dixit: Quid est hō Iob. 7. quia magnificas eñ, aut quia ponis erga eum cor tuum? Et Psal. Dñe, quid est hō quia innotuisti ei, Psal. 143. aut filius hominis quia reputas eum? Itemq; Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis, quia uisitas eum? Nonne si prepotens rex aut p̄fūl eximius descendat ac uisiter pauperem, Matt. 8. pauper ille, si probus est, uisitatione tali se facetur indignum? Hinc Centurio dixit C H R I S T O:

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO III.

Non sum dignus, ut intres sub tecum meum. ¶ Præterea deus omnipotens accedit & uisitat nos, D non solum dum charitate, gratiam & uirtutes nobis de novo infundit, sed etiam dum infusas auget ac perficit, aut speciali quodam lumine nos perfundit ad contemplandum sublimiter, ad dele-

Ioh. 14. Et cum sinceriter, ad amandum feruenter. Propter quod de obediēte ministro ait Saluator:

Acto. 14. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit. Et pater meus diligit eum, & ad eum ueniemus, &

Ioh. 10. mansio[n]em apud eum faciemus. Vnde & Christus in die Pentecostes dicitur misse Apostolis spi-

ritum sanctum, quem iam ante utique habuerunt, sed non in plenitudine tanta, neque ad tot effectus, sicut ex die illo ac postea. Veruntamen specialissimo ac dignissimo modo uenit ad nos in sacramento altaris, non solum per suos effectus, sed substantialiter quoq[ue] deus incarnatus, qui in hostia sacra torus continetur, tractatur ac sumitur. Si ergo Elisabeth virginem gloriosam cum tam summa reverentia, cum tam profunda humilitate, cum tam feruida dilectione, cum tam præcordiali gratiarum actione suscepit, quanto magis debemus deum propter nos hominem factum, cum summa ueneratione in sacramento accipere, cum feruentissima dilectione complecti, cum omni reverentia contrectare, cum humilitate plenissima sumere, & gratias ei agere infinitas! Thalamum quoque cordis nostri ei seruare immaculatum, ne phantasmibus uanis & inutilibusphantassis nostra anima depingatur, ne extraneis speciebus formet, ne uiliter occupetur, potissime in diuinis, & ne noster iniciatur affectus, aut cor passione aliqua obruitur, præfertim ne rancor, discordia, diuisio locum sortiatur in nobis, ne per haec gratissimum Christi præsentiam mereamur amittere! Propterea hospitem istum dignitatis ac maiestatis immensae, apud nos & in nobis incessanter seruare infatigabiliter laboremus, faciendo iugiter quæ eum delectant, ut sunt opera charitatis, pie-tatis, pax, concordia, humiliatio magna, contemplatio diuinorum, omniumq[ue] actus uirtutum. Quod E si sit egerimus, semperq[ue] gratiæ ac diligenter fuerimus, libenter ualde manebit nobiscum, & gratianæ suarum charismata augebit in nobis atq[ue] perficiet, qui per Salomonem testari dignatus est: Deli-cite meq[ue] esse cum filijs hominum. Et per Iohannem in Apocalypsi: Ego sto ad ostium & pulso. ¶ Præ-

Profe. 8. Apoc. 3. si sit egerimus, abundantier ac celeriter ualde crescemos in omni uirute, præfertim in chari-tate & dono sapientiae: ita quod deus in corde nostro quasi in thalamo tota die morabitur, & in-

Cant. 2. Esaie. 60. ter humeros nostros quieteet. In intellectu nostro quasi in cherubim resplendebit, in affectu no-stro superiori quasi in Seraphim incalceret, in memoria quasi in throno residebit cœlesti. Tūc sua-tissime consolabitur corda nostra, & gratiosissime mentem nostram præueniet, excessibus quoq[ue]

inopinatis, repentinis, ualidissimis rapiet q[uod]cunq[ue] aliquando in se, ita ut nec ipsa queat resistere, fed deflu-ens atq[ue] deficiens a seipsa tota transeat, transformetur, absorbeatur in dilectum, & lucis immensæ in-tueatur abyssum, & igne amoris superamabilissimi dei totalicer incendatur, ita ut ei non sapiat nisi deus, & cum sponsa decanet: Læua eius sub capite meo, & dexera illius ampliœcata est me. Tūc anima tam piissime desuper uisita, uidebit & affluer, & mirabitur maiestatem dei in se, dignatio-nemq[ue] eius ad se, & dilatabitur cor eius amplitudine charitatis in tantum, ut omnes etiam inimicos in se comprehendat, uniuersorum salutem cordialissime appetendo, atq[ue] pro cunctis coto affectu ro-gando. Deniq[ue], quanto tunc deus gratiosius agit nobiscum, quanto splendidius cor nostrum illu-strat, & sua diuinitatis altitudinem infinitam clarius ei ostendit, tanto lympidius propriam cōspicit paruitatem, uilitatem, defectuositatem & culpas. Vnde & tanto profundius se ipsam humili-
at, gratissima ac humilia loquens: Vnde hoc mihi, ut ueniat dominus meus ad me, & calice agat F

Luke. 1. Iob. 9. mecum? Tunc certe in mente omnia sunt serena. Si autem prædictis obijciatur, quod sanctus Job loquitur: Si uenerit ad me, non uidebo eum: Quomodo ergo poterimus uisitationi dei grates refer-re, præfertim cum sine revelatione certitudinaliter scire nō ualeamus, quod simus in charitate, aut aliiquid charitati inseparabiliter iunctum habeamus? Respondetur, quod teste Apostolo electi sp̄i-
tum non huius mundi, sed spiritum qui ex deo est habent, ut sciant quæ eis à deo donata sunt. Et:

1. Cor. 2. Roma. 3. Ipse sp̄i[u]s testimonij reddit spiritui nō, q[uod] filii dei sumus. Ut sciat (in qua) scia sufficienti & satis pro-habili, quāuis nō penitus certitudinali. V[er]e q[uod] supernaturaliores, gratiore[s] & intensiores uirtu-ti infusa[re] operationes, sapientiæ, charitatis inflammatiōes, raptus & extases operat sp̄i[u]s

scitū in cordibus deuotor, eo probabilitus & quodammodo certius sciunt se desuper uisitari, & gratiore ac supernaturaliter agi, ita ut subinde de hoc ambigere nequeat, quia q[uod]cunq[ue] sentiunt reuelationi quo-dammodo æquipollit. ¶ Postremo, ut mereamur ad ista pertingere, sicq[ue] p[ro]fectionis arcē cōtingere, & ta-le à sp̄i[u] scitō testimonij intus percipere, elaboremus interiora nra ab oī passionū impietu & irrefre-natiōe restringere, & priuato prorsus purgare amore, ab oī mundana affectione esse imunes, quo-zidianas uitare negligētias, defectuositas, pigricias, uires aiae, corporis mēbra, sensusq[ue] oī secundū dei p[re]cepta ac scripturarū regere documenta, singula uerba in horis, psalmodijs & Missis distincte, attēte, deuote proferre, & q[uod]cunq[ue] ex proprio corde cū ingēti affectu & gustu interno formare, atq[ue] in primis sacrofandū uirginis humilitate in-tueamur, discamus, lectemur, q[uod]cunq[ue] cunctis indicibilis sanctor erat ac dignior, ita & ineffabiliter fuit uniuersis humilior. Inspiciamus ergo & sp̄i[u]ciamus assidue defectuositates, æruminas, negligētias, immunditias, sordes & culpas, errores, ignorantias, indigentias

DE VISITATIONE B. MARIAE VIRG.

Fo.CCLXIII.

A indigentias & instabilitates nostras. Ex quarum omnium uiuaci intuitu humiliemus & uilipenda-mus nos in immensum, & in sola creatoris mā iugiter confidamus. Ad laude & gloriam eius.

¶ SERMO V. De cauenda uanitate, & quomodo beata Maria multifariam magnificauerit, id est, magnificentissime honorauerit dominum.

Magnificat anima mea dominum; Et exultauit sp[iritu]s meus in deo salutari meo. Luc. i. Q[uod] beatissimam uirginem, utpote dei matrem, S. Elisabeth preclarissimis & condignis extolle-ret laudibus, ipsa sapientissima atq[ue] humilissima uirgo nequaquam mente elata est, aut aliqua uanita-te tacta, negi inaniter gloriata, sed deo omne bonum ascribēs, & dona incomparabilib[us] super-naturalissime præstata, tanto plenius ac deuotius ei attribuens, quo amplius conditionem excede-bant fragilitas humana, non seipsam magnificauit, sed omnis boni datorem, & in eo duntaxat gauisa est, præcordialissimas ei retribuens grates: Magnificat, inquietus, anima mea dominum. Nec ait, magnifico dominum, sed magnificat anima mea dominum; insinuans magnificationem illam ex intimo sui cordis prodire affectu, & ad superiores animæ uires potissime pertinere, quæ à corpo-ris communione sunt liberae, utpote potentiae inorganicas separatae. Ex his docemur in primis, ut omnem uanitatem & laudem humanam atq[ue] inordinatam lexitiam cordialiter fugiamus, nec ap-petamus coram hominibus apparere, sed magis nesciri, negi oblatis laudibus inaniter delectemur: Imo quo ab hominibus magis quis reputatur, laudatur, honoratur, eo plus expauescat occulta dei iudicia, ne forte nos sit talis ut aestimatur, & ex hoc uehementius confundatur ac pereat, præfer-tim cum certus non sit se in charitate consistere, & item, ne forte in uita hac suam miser mercedem recipiat. Etrursus quia iudicia dei tunc occultiora sunt, quando electis in præsenti uita eveniunt, Tim. i. prospera, & etiam quoniam soli deo debetur omnis honor & gloria, dicente Apostolo: Regi secu-
lo immortalis, inuisibili, soli deo honor & gloria. Ideo nemo sibi usurpet, quod creatori debetur, q[uod] per Isaiam facetur: Ego dñs, hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo. Itaq[ue] quo am Isaia. 42. plus quis famatur, honoratur aut collaudatur, eo plus seipsum in cunctis humilem, deumq[ue] roget, ut talis sit aut protinus fiat coram ipso, qualis ab hominibus esse putatur. Præterea evidens signū quod quis humanis laudibus, honoriscentijs, rumoribus non infletur, est si nec uituperijs, iniurijs, dissipationibus irritetur, tristetur, aut à bonis actibus retradetur. Ideo cum Apostolo Paulo exhibe-beamus nos dei ministros per diffamiam & bonam famam, & dum maledicimur benedicamus, Rom. 12. nec alterius improbitate uincamur ad iram, impatientiam, rancorem, aut turbulentiam corruen-tionibus maxime allit. ¶ Præterea sacratissima uirgo Maria deum magnificauit mente, ore & ope-re, totu[m] corpore, & omnibus corporis sui mēbris, tota anima & omnibus uiribus eius. Incircum-scriptibilem enim & inuariabilem deum magnificare, est eius maiestatem, perfectionem, gloriamq[ue] cognoscere, uenerari, extollere. Magnificauit ergo magna & summa Maria deum mente, id est, in-tellectu, uoluntate, memoria, quia per intellectum infinitam excellentiam dei splendide contem-plabatur, & omnibus incomparabiliter præferebat, alia nil reputans diuinitatis respectu, & deum reputans superbeatissimum atq[ue] interminabiliter magnum in semetipso. Magnificauit quoque deit[er] voluntate, eum super omnia syncerissime diligendo, feruentissime desiderando, affectuissime con-stringendo, & quicquid diuino amore contrariatur aut dissider, totis respondendo præcordijs. Con Psalm. 4

Formiter magnificauit deum memoria, iugiter recordando ipsius, & omnes recordationes inutiles à sua excludingendo memoria, in qua uerlabatur ac deambulabat cum domino in latitudine cordis sui. Ore etiam suo deum magnificauit perfecte, nunquam loquens nisi licita, salubria & honesta, psalmis quoq[ue], hymnis & orationibus semper insitens, & uerba consolatoria ac instructiva alijs proferens. Operæ autem deum magnificauit, non solum omne opus prauum uitando, sed etiam in san-ctitate & iustitia deo incessabiliter seruendo, irreprehensibiliter conuersando, exemplarissime se habendo: sicq[ue] toto posse eum honorando in cunctis, nec aliiquid offensuum unquam agendo, nec unquam per omissionem peccando. Adhuc autem magnificauit deum toto corpore suo, quod ratione in cunctis subegit atque in anima seruitute rediget, cultu[m]q[ue] diuino plenissime mancipauit, nec unquam illud occupauit illicite. Similiter magnificauit deum omnibus suis membris, exhibens ea arma iustitiae deo: nec indecenter unquam quicquam aspiciens, nec aliquo sensu abutens. Magnificauit demum tota anima sua deum, quam spiritualissime occupauit, & creatori in sacrifici-um quotidie obtulit, ab omni carnali & feculari affectu seruans eam prorsus immunem. Omnis-bus item animas sue uiribus deum magnificauit, quia per appetitum sensituum, concupisceb[i]b[us] iem & irascibilem nunquam mouebatur contra rationis iudicium: habuitq[ue] passiones uniu-er-sas plenissime reformatas, ad nihil sensibile unquam mota, nisi secundam censuram sapientiae & ordinem charitatis: omnium etiam interiorum exteriorumq[ue] sensuum actus habuit rite dispositos, ac ordinatissime moderatos. Sic ergo dignissima uirgo fuit iuissima, quoniam quicquid fuit & quicquid à creatore accepit, hoc ei per deuotissimum famulatum, per reuarentissimam subiec-tionem, per ordinatissimam reductionem, per omnimodam magnificationem ipsius iam

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO unus.

Iam tacitam rependit. Insuper specialiter magnificauit, & magnificentissime honorauit deum dei filium ex se incarnatum, cui ex purissimis suis sanguinibus ministrauit humanæ carnis substantiam, Iohann. 1. seruile cinctarium, diuinitatis templum, de quo filius dixit: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc quippe (ut euangelista adiecit) dixit de templo corporis sui. Nec possumus resistire quam humilissime, reverentissime, affectuotissime deo incarnato filio suo in omnibus etiam corporaliter ministrauit, lac uirgineum praebuit, materna impedit obsequia. Studeamus ergo & nos, quantum deo præstante ualemus, modis prætactis dominum magnificare, sancti facere, honorificare, & beatificare, ita ut uerbis & factis & omni modo nobis possibili protestemur ac demonstremus deum super omnia incomparabiliter esse magnum, sanctum, honorabilem, & beatum, ut pote uerbis atque operibus ipsum reuerendo in cunctis, & alios inducendo ad idem quæcum in nobis est. Quod totum ad nos religiosos ualde specialiter spectat, ut simus Christi bonus odor ubique, & omnes edificantur in nobis, scilicet conuersatio nostra ad inuicem omnino charitatem, uia, quieta, pacifica, exemplaris, facta, ut quicunque a spexerit nos, glorificet deum in nobis, & proxuocet ad meliora. Ideo custodi simus in omni sensu, fructuosi in uerbis, morigerati in uniuersis, Ecclesiast. 19. quia per exteriora de interioribus iudicatur, quemadmodum in Ecclesiastico legitur: Ex uisu cognoscitur uir, & ab occurrso faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis & risus dentium & incessus hominis enuiciant de illo, id est, qualis sit intus ostendunt. Itaque tam summe & incomparabiliter afficiamur ad deum, ut ad aliud nihil afficiamur, nisi in eo & propter eum. Tam cordialiter quoque delectemur in contemplatione & cultu & laudibus dei, & occupando nos circa ipsum, ut extra eum delafari & consolari renuat anima nostra. Sic cum Maria dignissima exultet spiritus noster in deo, id est, in contemplatione & dilectione ipsius, in orationibus & laudibus eius. Imo in omni opere bono ei placente. ¶ Postremo quilibet nostrum canticum istud Mariæ deuotissimum ac compendiosissimum dicere & cantare potest propria in persona hoco modo: Magnificata anima mea dominum, eius magnitudinem, perfectionem & eminentiam recognoscendo, extollendo, laudando ac uenerando, sicut ait Psalmista: Magnificate dominum mecum. Et exultauit spiritus meus, scilicet anima mea rationalis, simplex & spiritualis, in deo salutari meo, id est, in deo in quo salus mea consistit. Quia respexit humiliatem ancillæ sua, id est, animæ quæ creatori suo ministrando, cuius ancilla est. Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quicunque enim deo fideliter seruit, & cuius humilitas seu humilis recognitio propria paruitatis accepta est deo, ac cunctis electis beatus asseritur, & nunc quidem in merito & spe, postmodum in premio & re, si perfuerauerit usque in finem. Quia fecit mihi magna qui potens est, id est, deus omni potest multa & magna beneficia mihi largitus est, maxime unigenitus dei in hoc, quod propter me dignatus est in carnari, in mundo conuersari, crucifigi, qui & in sacramento seipsum quotidie trahuit mihi. Verum de sensu & excellentia cantici huius, & qualiter unusquisque in propria possit personam proferre, super Lucam plenius scripsi. Itaque intuitu & amore uirginis glorioissimæ canticum tam præclarum decantemus assidue cum deuotissima intentione, tam in uirginis summa persona quam in nostra, & cum congratulatione & gratiarum actione reminiscamur, quam magna deus donauit benedictæ Mariæ præsertim unigenitus dei, qui eius se filium fecit, & quam magna præstit omnibus nobis per eam, ipse qui est æternaliter uiuens & glorirosus.

SERMO unus De uita S. Margareta uirginis & martyris, & quam sit potens ad imperandum a deo.

 Iicut sol oriens in mundo in altissimis dei, sic mulieris honestæ species in ornamentum domus sue. In his uerbis beatissima Christi martyrsponsa ac filia Margaretæ à duabus laudatur: Primo, quoniam in se fuit omni virtutum luce repleta. Secundo, quoniam sicut sol ornat atque illuminat mundum sensibilem, sic ipsa sacratissima Margaretæ domum suam, id est, ecclesiam cuius ipsa filia fuit & membrum, illuminauit sua uirtuosa exemplarior uita, sua sacræ Legenda seu fama, qua ubique bonus est Christi odor, sua sapientissima locutione ad præsidem, à quo fuit martyrizata, & suo patientissimo ac uictorioso martyrio. Sed nunc eius uirtutes & laudes & excellentiae seriatim sunt prosequenda ac gloriam sponsi sui.

¶ Prima iaus eius, est uirtuosa contemptio atque relatio honorum fortunæ ac naturæ, in quibus eminebat. Erat enim illustris, opulenta, pulcherrima, & præses eam sibi optauit in uxorem accipere. Siquidem filia fuit Theodosij patriarchæ gentilium, qui eam plurimum adiebat, quoniam ipso inuito fuerat Christiana. Cumq[ue] palceret oves sua nutritoris, & præfector tam speciosissimam uidelicet pueram, in eius exarsit amorem: & tamen electa haec uirgo omnia illa conserpuit, uidelicet tantam diuitiarum deliciarum copiam & honores tam magnos, ut Christum meretur sponsum habere, & deo posset pura ac libera mente uacare.

¶ Secunda iaus eius, est fortitudo, patientia atque constantia in passione. Cum enim præfector eam ad decorum sacrificia horaretur, ipsa dixit: Christum adoro. Cui præfector: Cur crucifixum uadomas? Et illa: Vnde scis quod Christus sit crucifixus? Respondit præfector: Ex libris Christia-

DE B. MARIA MAGDALENA.

Fo. C CLXIII.

¶ Christianorum. Et Margareta: Cum in ipsis libris legatur resurrectio & gloria ascensio eius in celum, quæ perueritas quod unum credis, non aliud? Cumq[ue] diceret Christum sponte pro mundi salute passum, indignatus præses, cam incarcerauit, & die sequente sacrificare nolentem, fecit in equuleo suspendi, deinde uirgis crudelissime cædi, ferreisq[ue] peccinibus usq[ue] ad ossium nudationem dilaniari, ita quod sanguis de roto eius uirginali ac sancto corpusculo tanquam de fonte emanauit purissimo, in tantum q[uod] impius præses chlamyde uultum suum operuit, ne tantam sanguinis effusione conspiceret. Tunc fecit eam denudo incarcerari, & petente beatissima Margareta, dæmon us sibiliter apparuit sibi, quem pedibus conculcauit. Sequenti die presentata præfecto, & sacrificare idolis spernens, præside præcipiente exiit, & corpus eius usq[ue] ad intestina ardentes combustum est facibus, cunctis qui aderant admirantibus, q[uod] tenebris puella posset tam crudelissima ferre tormenta. Deinde iussit eam in uase frigida aqua pleno ligari, quatenus ex commutatione poenarum cresceret ei augmentum doloris. ¶ Tertia laus eius est uirtus miraculorum, quæ in eius passione sibabant. Cum enim posita esset in dolio aqua frigida pleno, subito mota est & contremuicit terra, ad de monstrandum, quam impissime contra puellam sanctam atq[ue] tenerimam ageretur, trementerq[ue] terra uirgo exiuit de dolio illo illæsa. Eadem hora uisitatis prodigijs, quinq[ue] millia astantium gentium sunt conuersa, & pro fide Christi decapitata. Metuensq[ue] præfectus ne & alij conuerterentur, præcepit sacratissimam Margaretam subito decollari. Ipsa uero orandi spatio impetrato, oravit pro se & pro persecutoribus suis, & pro orantibus sui memoris: specialiter quoque ut feminæ in partu periclitacionem patientes, eamq[ue] inuocantes, prolem illæsam emitterent. Tunc uox de celo insonuit, quod eius oratio esset a altissimo exaudita. Surgensq[ue] ab oratione, capite pro Christo truncata est, & gloria martir effecta. Præterea de hac uirginis sancta in diuersis libris ac uisitibus multa leguntur sublimia, q[uod] sit apud deum præcipue potes ad succurrentem tam uiuis quam mortuis, & specialiter pia ac prona ad exaudiendum ac suffragandum. Quod item multis animas de purgatorio in liberauit poenam. Idcirco hanc inclytam, uictoriolam ac præamabilem Christi sponsam, amicam ac filium singulariter diligamus ac deprecemur, tuisq[ue] patientiam, constantiam & feruorem sectemur, sed & prospera mundi eius exemplo despiceremus, & nulla aduersa formidare discamus. Pensemus quam brevis, fallax & uitiosa sit præsens uita; ideo eam uilpendamus cum suis diuitiis, deliciis atq[ue] honoribus, ut æterna ualeamus tormenta euadere, angelicamq[ue] beatitudinem nunquam suspendam acquirere, ad laudem & gloriam saluatoris.

IN FESTO BEATÆ MARIAE MAGDALENAE.

¶ Enarrationem epistolæ, Mulierem fortem quis inueniet habes pulchre in Dionysij commentarij super Proverbiorum libro capitulo ultimo, cum tripli elucidatione.

¶ Enarratio euangelij: Rogabat Iesum quidam de phariseis, ut manducaret cum illo. Lucas septimo.

Vangelium istud hodie legitur, quia in eo de felicissima Maria Magdalena multa scribuntur. Itaque Lucas dicit: [Rogabat Iesum quidam de phariseis] quorum secta fuit inter ludicos solennis, in tempore Christi fuerunt pro maxima parte hypocritæ, Christoq[ue] inuidentes, eo q[uod] fama, sapientia eloquentia atq[ue] miraculis ipsos præcessit. Euocabatur phariseus hic Simon, ut infra in texetu habetur. [C]ut manducaret Iesus [cum illo] scilicet phariseo. ¶ Eringressus domum pharisei, discubuit id est, cum ipso comedit. [Et ecce mulier quæ erat in ciuitate] illa in qua Christus cum phariseo discubuit, [specatrix] quia hucusq[ue] fuit multis ac grauibus peccatis assidue seruens & intenta. Denique secundum Gregorium, Augustinum & Bedam, mulier ista fuit Maria Magdalena, quod etiam suus Gregorius per Mattheum ex euangelio evidenter probauit, quanuus nonnullum opusculum dixerint. Itaq[ue] Ma. Augustini Magdalena, ut assertit Beda alij communiter, Christum his uinxit. Primo, in principio suis conversionis in ciuitate quadam Galilee, de qua unctio iam loquitur Lucas. Secundo, in Bethania in domo Simonis leprosi, sabbato ramis palmarum, prout Iohannes scribit. [C]ut cognovit quod Iesus accubuit id est, manducans fuit [in domo pharisei] præfati, [artulie] id est, secum portauit, Lalabastrum unguentum id est, uas saepe factum de marmore candido, in quo unguenta optimè conseruantur. In hoc uale habuit Maria Magdalena unguentum, & stans retro secus id est, iuxta spedes eius] quoniam proper peccata sua reputauit se prorsus indignam coram Christi facie appetare, eiusq[ue] uultum aspicere, quemadmodum publicanus nec oculos suos audebat ad celos leuare. [Lachrymis cepit rigare pedes eius] Nam ex contritione interna, humiliante præcipua, deuotione præteruda seipsum in terram circa pedes Christi prostrauit, & super eos lachrymas huberes ac calidas fudit, & capillis capitum sui tergebat pedes saluatoris, per quod eum honorauit ut potuit, & pedes ipsius aspergos pulueribus, quoniam nudis incessit pedibus, optauit mundare, ut sic aptiores essentungi. Fuit enim ex Christi prædicatione conuersa, compuncta ac ualide inflammatara, atque de suis excessibus in tantum contrita, quod non erubuit coram conuiuantibus non

Luke 7.

Johann. 12.

Luke 18.

D. DIONYSII CARTHUSIANI ENARR. IN EVANG.

non vocata intrare, sed in terram prosternere, & tam abundantissime flere, quod pedes domini suū dī lachrymis irrigauit. [& osculabatur pedes eius] ex dilectionis seruore: fiduciatus quoque accessit ad pedes, tanquam ad insinas corporis partes. Osculabatur igitur, pedes CH R I S T I, quasi regatans eis qui cum cerebant, per cuius prædicationem ipsa fuit conuersa, & unguento ungebat] pedes Christi, quia unguentum istud fuit refrigeratum ac corporis delinitium, & boni odoris. [Videl autem pharisæus qui uocauerat eum: id est, qui Christum inuitauit ad prandium, omnia ista quæ fecit hæc mulier, [at] ita se fidei est, cogitauit[dicens] uerbo mentali: [Hie] Iesus quæ invitauit[si] es propheta, [c] ius est ex reuelatione diuinâ cognoscere aliorum sererat, [sic utique] deo reuelante[quæ] in proprio nomine[& qualis] in conuersione[es] et fuit mulier quæ tangit eum] pedes ipsius irrigando, tergendo, osculando, tangendo. [Quia] id est, quod peccatrix est[id est, sci- ret eam uitijs plenam: ideo non permetteret se tangi ab ea, quod quis permittit, constat quod ne- sciat qualis sit, ideo nec propheta est. Ista fuit intentio pharisæi istius, qui taliter cogitando multi- pliciter ualde peccauit. Primo, falle ac temerari iudicando, quia tam Christum quam Mariam iudicauit in hoc facto culpabilem. Secundo, uitiose indignando, quia tam Christo miserentem quam mulieri poenitentem fuit indignans. Tertio, culpabiliter reprehendendo. Nam Christum de actu misericordia, & Mariam de actibus poenitentia reprehendit. Quarto, duplicititer mentiendo, quia nō sequitur ut si quis propheta ex istat, idcirco omnia aliorum gestia cognoscat: nec ista Maria iam fuit peccatrix secundum pharisæi intentionem, sed per intimam concordiam tam fuit iustificata ac diuinu amore succensa. Verum ut sanctus dicit Gregorius, uera iustitia habet compassionem, falsa indignationem. Vnde si ista Maria pharisæi se pedibus prostrauisset, eam forsan calcibus re- pulisset. [Et respondens Iesus] non uerbis, sed cogitationibus pharisæi, per quod ostendit se plus quam prophetam, non solum facta, sed & cogitationes alterius propalando. [dixit ad illum: Si- mon, habeo tibi aliquid dicere.] Ecce Christus uirtutum & totius discretionis magister, pharisæum reprehensurus, dulciter eum familiariterq; affatur, & nominatim exprimens eum, capit bene- uolentiam eius, & facit eum intentum, ad innuendum quod qui alium cupit corripere, chari- tatiue ac p[ro]h[oc] facere debet, nisi alterius duritia incorrigibiliter oppositum exigant. Ideo scri-

ptum est: Corripet me iustus in misericordia & increpabit me. [At ille ait: Magister, dicit.] Deinde Christus ponit parabolam, quæ secundum sensum superficialem non habet difficultatem, sed sp[irit]ualis intelligentia eius tangenda est. Est autem parabola ista de quodā p[re]iissimo creditore & debi- toribus duobus pauperibus. Ait itaque Christus: [Duo debitores erant cuidam foeneratori, unus debebat denarios quingentos, alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donauit utrisque] id est, ambobus debita illa dimisit. Mystice per foeneratorum intelligitur deus omnipotens, liberalissimus dator omnium boni, atq[ue] iustissimus ultor omnis peccati, qui dicitur foenerator du- pli ratione: Primo, quia pro culpa exigit satisfactionem, inflixit p[ec]cata. Secundo, quia pro do- nis naturæ & gratiae, quæ nobis largitur, exigit famulatum, gratiarum actionem & debitum usum eorum. Porro debitores sunt qui pro suis peccatis tenentur satisfacere deo, uel pro bonis a deo factis collatis tenentur eis seruire ac gratias agere. Et per debitorem quingentorum denariorum, intelli- guntur qui uel gratis peccauerunt, uel plura ac maiora beneficia sunt sortiti. Per debitorem uero quinquaginta denariorum, designantur qui uel minus transgressi sunt, aut beneficia minora ade- pti. Ipsi non habent unde restituant seu persolvant, quoniam ex seipso seu propriis uiribus seclusi auxilio gratiae dei, nequeunt satisfacere deo aut ei condigne seruire. Sed si ueniam poscant, & quod in seipso est facient, deus ignoscit aut suscipit seruitutem iporum. Imo & ampliora graciariu[m] charisimata ipsi largiuntur. Deinde Christus uolens concludere pharisæo, interrogat eum: [Quis ergo cum plus diligit?] id est, quis horum duorum debitorum foeneratorum istum magis diligere obligatur? [Respondens Simon, dixit: Aestimo] Sobrie loquitur pharisæus, timens ex propriis uerbis conui- ciā Christo, cuius sapientiam nouerat esse magnam, [quia] is cui plus donauit] id est, cui magis in- dulsi ac prestatit foenerator. Nam quanto quis plura aut maiora beneficia accepit ab aliquo, tanto plus eum amare tenetur. [At ille] [c] ilicet, Christus] dixit ei: Repte iudicasti] id est, ueraciter respon- disti, & uerum à falso discreuisti. [Et conuersus ad mulierem] id est, faciem suam uertens ad Ma- riam iuxta pedes suos prostrataim [dixit Simoni:] parabolam preinductam ad propositum appli- cando. [Vides hanc mulierem?] id est, diligenter eam aspicere debes, & opera eius perpendere, ue- cognoicas quām uirtuose & amorose se habuit circa me. [Intravi in domum tuam] iniuratus à te & tñ [aquam pedibus meis non dedisti, hæc aut ex quo intrauit] hanc domum, [lachrymis rigauit] pedes meos.] quasi dicat: Tu nec exteriori aqua quæ in promptu habetur, pedes meos lauisti aut lauari fecisti, cum tamen cognoscas quod Abraham & Lot dixerant ad angelos, quos in pri- cipio homines esse putabant. Lauate pedes uestros. Hæc autem mulier aqua proprii corporis, u[er]a delicit, lachrymis ab interiori defluentibus, lauit pedes meos. [& capillis suis tergit.] quos tu nec linteo tergere curasti. [Oculum] quod pacis & amicitiae est signum, [mihi non dedisti] in uultu: [hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos,] Quo patet quod

Gen. 18 Gen. 19

lauanisti, cum tamen cognoscas quod Abraham & Lot dixerant ad angelos, quos in pri- cipio homines esse putabant. Lauate pedes uestros. Hæc autem mulier aqua proprii corporis, u[er]a delicit, lachrymis ab interiori defluentibus, lauit pedes meos. [& capillis suis tergit.] quos tu nec linteo tergere curasti. [Oculum] quod pacis & amicitiae est signum, [mihi non dedisti] in uultu: [hæc autem ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos,] Quo patet quod

rium, facitq; hominem desiderare, ut deus ab uniuersis ac singulis debite ac plenarie honores. **D** Psal. 138. tur. Amicorum equidem est eadem uelle & nolle. Hinc scriptū est: Mihi nimis honorati sunt amici tui deus. Quintus, quoniam facit hominem esse dei filii adoptivum, assimilando eum supernaturaliter diuinā naturā, quae est charitas inreata, cuius supernaturalis similitudo ac nobilissima participatio est: charitas ista infusa. Filiorum namq; est assimilari naturę parentis. **D** Deut. 14. Hinc in Deuteronomio loquutus est Moyses: Filii estote domini dei uestri. Et Chrs in Euans gelio: Scitis, inquit, filij patris uestrī qui in cælo est. Sextus, q; animam hominis efficit dei spon sam per spiritualem aplexum, fidelem adhesionem, & supernaturalem ac uirtuosam fecundationem à deo. Hinc Cantica Canticorum de quauncq; anima amorosa ueraciter exponuntur. Septimus, q; facit hominem Christi membrum, ita q; regitur ac mouetur spiritu Christi & Christo connectitur. Octauus, q; efficit hominem esse templum ac habitaculum spiritus sancti. **Iohā. 4.** Et, quia qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. Nonus, quia incorporat hominem mystico corpori Christi sui ecclesię, ita q; membrorum Christi cōmembrum efficitur, & p̄ximis suis coniungitur, unumq; cum eis aſteritur, quia per charitatem, secundum Apostolum, Iohān. 17. sumus inuicem membra. Christus quoq; orauit: Pater sancte, serua eos in noſte tuo q; dedisti mihi, ut sint uirtūs uicti & nos. Decimus, nam mente amātis transformatis in deū, cum sit uirtus cōformativa, tēdens atq; ingredens in dilectū. Ponit namq; cor amātis qdāmmodo extra se ipsum, & alienat illud à ſe, euehēs & transponens ac mutans illud in cū quē diligit. Hinc diuinus non Dioniſio contestante, amor diuinus extra ſin facit, gañ sinit amātē esse ſuipſius, sed eius quē diligit, quē ad modū Paulus Apost. ait quibusdam: Nō eſtis uestri, sed eius qui dilexit uos. **E** Roma. 8. Vndeclimus est, amātem deo indiſſolubiliter colligare, ita ut fiducialiter dicat: Quis nos separabit à charitate dei? Charitas nancq; ſpūale est uinculum. Idcirco quo amplius crescit ac inualescit, eo, amātem deo fortius in diuīſibiliaſq; conſtrigit, atq; continuā quandā ipsius recor dationem & affectionem parit in mente amātis, ita q; nec prospera nec aduersa eā à diuīnitatis poſitū ſeparare amore: imo ſi occiderit deus amātem aut occidi permiserit, nihilominus ſperaret in eo, que modum inlytū ſquidam martyr in ſupplijs constitutus, diueruit. Nō eſt rex p̄ter Christum: pro quo ſi millies occidat, mihi de corde eum auferre nō poteris, imo quemadmodum ignis fortius agit dum ſuum ſibi applicatur contrarium, ſic charitas fortius feruet, dum quis amātem à deo conatur auertere. Duo decimus eſt, amātem p̄ magnis ſtudine affectionis uulnerare amore dilecti, que ad modum ſcriptū eſt: Vulne rata charitate ego Can. 4. ſum. Et denuo: Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponsa. Nempe ipſa uis aculeuſq; amoris affectiuam amantis nonnunq; ſic penetrat, tamq; impetuose accedit, tranſfigit atq; tranſuerberat, ueruſideriorum ſuorum ebulalliones, geſtus ac ſigna reprimere nequeat, cælare aut diſſimulare nō ualeat, ſed intra ſe ferueat, & ſuet. Et ſi ſepiuſ interrumptur, tñ pauporū fortior p̄dominantiorq; reuertitur. Tertius decimus eſt, amātem p̄ amore languidū reddere. Post uulnerationem quippe ſequitur languor, propter quod ſponsa ait in Canticis: Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langeo. Hinc languor eſt mœror de carentia claræ ac beatiſcia inspectionis dilecti ac plenæ fruitiōnis iſpius, deſideriumq; ſuipſiosum & anxiū ad perfectā, ppetuā ac ſecurā ſuperdilectiſimi dei poſſeſſionem: quē quanto amans nūc p̄ fidem ac ſapientiē donū ſympatiū contemplatur, eo ad faciālem iſpius intuitum uehementius inflammatur, ita ut dicat: Infelix ego homo, quiſ me liberabit de corpore mortis huius. Et rure Plal. 14. ſuſt: Educ de carcere animam meam ad conſitendum tibi. Interduum quoq; ſpōſuſ ille cæleſtis gratiſam & dulcem ſuſtentiam, confeſſationisq; luce & feruoris alacritatem ſubtrahit diſpenſatiue amāti, qui tunc p̄r deſiderio rediſtus ac pſentia pristinæ ſponsi, languet, mceret, aſſigitur, extra iplum remuens conſolari, & orans: Vſque quō dñe obliuſceris me in finē: uſque quo uertis faciem tuam à me: Quartus decimus eſt, à ſeipſo deſciere atq; deſfluere p̄r amores ſicq; ſib; ſpōſi mori in dilecto. Infirmitatē eīm mors concomitatur. Intuens eternū deus ſe tā feruidiſſime deſiderari ab amātore ſyncero, ſeipſum illi ſubinde tam gratioſe oſtendit, tam muſiſcenter cōmunicat, tam familiariter applicat, ut amator ferre nō ualeat, ſed p̄ admiratiōne ac diſtinctiōne ſuperamabilissimi dei deſfluat à ſeipſo, totaq; mente tranſeat & feratur, imo & abſorbeatur in dilectum, & in opulētiam maiestatis ac gloriæ eius demergatur liquefacta & reſoluta à ſe, atq; in illo obdormiens ac quiescens, ſuperbeatissimam quoq; trinitatem con templans, & mutuam eius intuitionem, diſtinctiōnem, complacentiam, fruitiōnem, conſistentiam ſpeculari. Ecce omnes iſi ſanctæ diſtinctiōni effectus in beatissima Maria Magdalena ex cellenter fuerunt, quae in charitati & pietatiſ ſeipſum tota fuit quasi conuerta, tota ſpiritua lis, cæleſtis, diuina effecta, cuius uita in iſto exilio, p̄ſertim in eremo, fuit angelis proxima & ſemibeaſta. Nam quali incessanter fuit actualiter deo per confeſſationem, diſtinctiōnem, ſau dem,

A dem & orationem intenta. **¶** Postremo, cum tam nobilissimos ac ſaluberrimos habeat in ho minē charitas actus, ſtudeamus fortiflime in charitate indeſinenter proficere, omnem carnalē & ſecularem affectum, omnem priuatum amorem radicito, omnem negligētiā pigritia mēg uitando, omnes leuitates, diſſolutiones, euagations penitus fugiendo, & omne opus dei exequēdo quotidie cum reverētiā ac diligentiā ampliori. Sanctissimam quoq; Mariam Magdalena, & inter omnes sanctos post Mariam Christiferā, ut credo, altissimā, ſemper in ſpeciali habeamus honore, memoria & dilectione, eamq; quotidie invocemus atq; ſalubriter imitemur. Ad laudem & gloriā creatoris.

¶ In festo sancti Iacobi apostoli.

JENARRATIONEM Epif. 1. ait: iam non eſtis hospites &c. cum ſuo ſermonē require in festo Cathedræ sancti Petri.

Enarratio Euangelij: Accessit ad Iefum mater filiorum Zebedæi. Matt. xx.

Vangelium hoc hodie legitur, quia in eo de beato apostolo Iacobō aliquarē citantur, Itaq; Mattheus dicit: [Accessit ad Iefum mater filiorum Zebedæi] uidelicet uxor Zebedæi, noīe Maria, ſoror uirginis glorioſa [cum filiis suis] Iacobō & Iohanne, [adorans] eum adoratione latræ, ſi credit eum eſſe deum, uel adoratione dulcæ, ut pote magnam ei uerentiam exhibens, tanq; pro p̄phete potiſſimo, & ſapiēti ſanctoq; uiro. Et forte in terra proſtrauit ſe coram ipſo, & petens aliiquid ab eo, [q]ui ſua adoratione inſinuant ſe aliquid deſide rare, quod tam non ſtatim exprefſit, ſed ſua humilatione benevolentiam Chri capere, eōq; delinire optauit, ut ſic magis exaudiretur ab ipſo. Veruamente Marcus ait, q; ipſi filiū accessit. **Marc. 14.** runt ad Iefum, dicens: Magiſter, uolumus ut qdācūq; petierimus, facias nobis. Quod ideo dictum eſt, qm̄ in ſtantibus filiis, mater petitionem proposuit. Si quidem matrem putabat honorandam à Christo, tanq; mater terram eius. [Dixit ei Iefus: Quid uis?] Non ex ignorantia hoc Chri petuit, ſed ut ad uerba mulieris congruum daret reſponſum, uel ut ſe expedi ret de ea. [Ait illi] ſ. Christo: [Dic]. i. dicendo cōcede & fac, [ut ſedantib; duo filiū mei, unus ad dexterā tuā & alius ad ſinistrā]. i. tibi collateralēs cæterisq; maiores exiſtunt, [in regno tuo]. i. in regno cæleſti. Vnde & latro dixit in cruce: Domine, memeto mei, cum ueneris in regnum tuum. **Luce 23.** Cognouerunt enim apostoli & ſeimā ſanctæ Chriſtū ſequentes, ex q̄tidiana ipſius p̄dicatiōne, q; regnum cæleſte promiſi fidelibus, non regnum terrenum. Idcirco nō arbitror uerum quod aliqui dicūt, ſeimā iſtā eiusq; filios petiſſe regnare cū Christo in ſeculo iſto. [Repon dens aut Iefus, dixit] non matri, ſed filiis, à quibus ſciuit matrem eſſe induc̄ta. [Neciſit qd p̄e ratis]. i. q; inordinate rogetis, non aduertitis. Nam de carnali propinquitate ad Christum p̄ ſumebant, atq; ex quadam elatione petiſſe uidentur, uolentes coaſtoliſ anteferri, & uolentes ſummi eſſe in p̄mio, q; adhuc imperfecti & parui fuerunt in merito & quantū ad hoc, te nebat typum eorum, q; ad dignitates petunt ecclesiasticas promoueri propter cōſanguinitatis propinquitatē. [Poteſtis bibere calice quem ego bibiſtis ſum]. i. ſuſtinere passionē quam uſtinebo. [Dicunt eiſi: Poſſumus]. i. pro ueritate fidei, pro deo, pro iuſtitia mortem pati parati ſumus. Hoc incaute dixiſſe uideatur de propriis uiribus p̄fumendo, ſicut & Petrus in cenā: **Par. Mat. 26.** ratus ſum tecum in carcerem & in mortem ire. Nam paſſione inſtante, omnes fugerunt à Chriſtō. **Mat. 14.** Sto. [Ait illi]: Calicem quidem meum bibetis]. i. propter me patiemini, & tribulationes mul tas habebitis, aut etiam martyrium tolerabitis, per effectum uel affectum. Nam Iacobus pro. **Acto. 12.** Christo occiſus eſt gladio, Iohannes autem promptiſſimum habuit animum patiendi. p Chriſtō, pro. **Roma. 2.** R. Sto, pro. **Gala. 2.** q; in feruidiſſimi olei miſſuſ eſt dolium, deinde in exilium. [Sedere aut ad dexteram Gal. 2. meam & ſinistram] iuxta ſenſum p̄tactum [non eſt meum dare uobis]. i. nō pertinet ad me Ephe. 6. iudicem iuſtum, q; ſine personāe acceptiōne ſecundū meritā rediſſo, dare tantū p̄mum uobis Colo. 3. talibus quales adhuc eſtis, uidelicet imperfectis & defectuſis. [ſed quibus patat] eſt à patre **Acto. 10.** meo]. i. uirtuofis & ſanctis, ad hoc à deo patre electis & p̄aſtatiſ. Sed nōne Iacobus & Iohannes de illorum numero fuerunt, ut pote glorioſi apſtoli, ipſis quoq; prophetis maiores? Quomodo ergo non fuit Christi, dare Iacobō, & Iohanni hanc ſeſſionem? Dicendum q; nō fu it Christi dare eam illis eo modo quo eam petebant, uidelicet ratione consanguinitatis, & ſe cundum diſpositionem, in qua tunc adhuc fuerunt; quia, ut dictum eſt, imperfecti erant & de feſtuſi, nec tanto adhuc p̄mio digni.

S E R M O primus: Quod nulla eſt uirtus hominis ſine deo, de laudibus quoq; & uita beati Iacobi apſtoli.

O ccidit Herodes Iacobum fratrem Iohāni, gladio. **Acto. xii.** Dñs noſter Iefus Christus conſanguineum ſuum beatum Iacobū multis gratijs priuilegijs ornauit. **Pri**

D. DIONYS. CARTHV. SERMO I.

Prima est, quoniam trium apostolorum Christo magis familiarium fuit unus. Petrus egde D
 & Iohannes ac Iacobus iste præ reliquis apostolis Christo familiares fuerunt, ut ex Euæglio
 cōprobatur, quia saluator ad sua secreta eos magis uocauit, qui transfigurationi eius in mōte
 Teabor, & suscitioni pueræ filiæ Iairi interfuerunt. Similiter passione instantे hos tres
 Marci. 17 assūmens, coepit coram eis cōfrictari atq; panere, & ad eos ter rediit cum orasset. Magnū omnis
 Marci. 14 no fuit tantum regis, tanti magistri, ut pote unigeniti filii dei, esse tam familiaria rem discipulum. Se
 Lucae. 22 Acto. 11. cunda laus & gratia eius est, qd inter apostolos primus pro Christo sustinuit mortem. ¶ Tercia laus eius est, qd instantē quam habuit in Iudæa atq; Samaria. Deinde in Hispaniam est pfectus, in qua dum se parum proficeret cerneret, rediit in lumen dæam. Et in isto possumus considerare, qd mirabilia ac terribilia sint iudicia dei. Propter quod dixit Prophetæ: Venite & uidete opera dei, terribilis in consilio super filios hominum. Ecce enim gloriosus iste apostolus CHRISTO tam familiaris, eiusq; consobrinus, in Hispania prædicans, non nisi nouem homines ibi conuertit; imo ut ait Iohannes Beleth, unum dum taxat, cum tamē apostoli alij in regnī Gentilium ad quæ profecti sunt, tot millia conuertentur, & post mortem huius apostoli per miracula circa eius corpus examine facta, tam multi in Hispania sint conuerti. Deinde per eius discipulos innumerabiles ibi ad fidem perducti sunt salutarem. ¶ Porro aliquid simile huic legitur in Actibus apostolorum: Verati sunt, inq; Lucas, Paulus & Silas à spiritu sancto loqui uerbum dei in Asia, & non permisit eos spiritus Iohan. 6 Ibdem Psal. 95: fuisse: & tamen postea, deo inspirante, prædicauerunt in ea. Ex quibus ostenditur, qd nihil ualeat homo sine gratia dei, & qd in fructuosa sit prædicatio exterius sonans, nisi misericorditer assit spiritus sanctus intus docens. Propterea prædicator deum debet affectuissime deprecari, ut audientium corda illustrare, mouere, inflammare dignetur ad laude & gloriam nominis sui, & nec debet prædicator de efficacia sua præsumere, neq; de fructu prædicatiois sua inaniter gloriarri. Audientes quoq; deum exorent, ut ipse eorum erudiant corda, deriq; eis uerbum prædicatiois audire salubriter. Hinc filius dei fatetur: Nemo potest uenire ad me, nisi pater meus traxerit eum. Itemq; Omnis qui audiuit à patre, & didicit, uenit ad me. Hinc quoq; Psalmista loquitur deo: Beatus homo quem tu eruidieris domine, & de lege tua dñeueris eum. ¶ Quarta laus & gratia eius est fructuosa uictoria, qua Hermogenem maximū Magum deuicit. Cum enim beatus Iacobus ab Hispania reuersus, prædicaret denuo in Iudæa, Hermogenes magus præcipuus discipulum suum Philemum misit ad Iacobum, ut eum coram Iudaïis conuinceret, ac deceptorem probaret. Sed Iacobus superauit Philemum, qui s. apostoli prædicatione audita, & uisis eius miraculis compunctus est corde, rediitq; ad Hermogenem, assuerens se uelle fieri discipulum Iacobi. Indignatus Hermogenes magus, suis artibus fecit Philemum immobilem. Quo cognito, Apostolus misit ei sudarium suum. Quo cum tactus fuisset, solutus est, & insultans Hermogenem, properauit ad Iacobum. Tūc Hermogenes dæmones adiurauit ac misit, ut Iacobum cum Philemo sibi adducerent uinctū, qui ad Apostolum uenientes, ululare cœperunt in ære. Quibus precepit Apostolus, ut Hermogenem sibi uinctū adducerent, sed illæsum. Quo facto, Hermogenes sterit confusus. Sed apostolus iussit Philemo, ut eum dissolueret. Visis tot mirabilibus, Hermogenes est conuersus, ornesq; libros suæ magicæ artis proiecit in mare, atq; ad Iacobum rediens, coram ipso prostrauit se, & tenens pedes ipsius, dixit: Animarum liberator, accipe penitentem, quæ inuidentem ac detrahentem ac sustinuisti. Cui libenter indulxit Apostolus, pleniusq; instruxit. Cūq; baptizatus fuisset, coepit in dei timore & omni uirtute proficere: atq; in breui ad tātam peruenit perfectionem, qd etiam deus ipsum multa fecit miracula. ¶ Præterea, ex hoc facto certissimum accipi potest Christianæ fidei argumentum, Tanta namq; est frequētia & excellētia mirabilium quæ in euangelica lege ad Christianæ fidei facta sunt robur ac probationem, qd subtiliores ac doctiores aduersari, nosti & sanctissimæ fidei Porphyrius, Celsus, ac alij quidam, aliam inuenire euasionem non potuerūt, nisi qd asseruerunt facta esse huiusmodi signa arte opereq; magica. Cum ergo expertissimi Magi visis mirabilibus discipulorum Christi, sint sepe conuersi, utpote certissime cognoscētes, talia facta non esse nec fieri posse magica arte, constat quod falsum ac fruolum sit, quod dicunt præfati. Vnde & in Actibus fertur de Simone Mago, qd visis miraculis Philippi diaconi, stupens admirabatur, adhæsere. Postmodum uidens qd per impositionem manuum apostolorū datur spiritus sanctus, obtulit copiosam pecuniam Petro & Iohanni apostolis, eicens: Date & mihi hanc potestatem, ut cuicunque manum imposuero, accipiat spiritum sanctum. Cui syncretissimus iustissimusq; Petrus apostolus dixit: Pecunia tua tecū sit in perditionem, quia donum dei existimat pecunia possideri. Vnde & postea duo fratres sancti Clementis, discipuli Simonis Magi, Nicetus & Aquila, uisis sancti Petri miraculis, & cognitis Simonis Magi versutis,

DE S. IACOBO APOSTOLO.

Fol. CCLXXI.

A futis, ipso relicto, facti sunt S. Petri discipuli. ¶ Quinta laus Iacobi apostoli, est gloriosum eius martyrium, uidetes namq; obstinati peruersi, qd Iudæi conuersione Hermogenis, inuidia mosi contra apostolum, cōuenerunt, & cur Iesum esse Chrm affereret, reprehenderunt eundem. Quibus quā sanctus apostolus ex scripturis prophetar; probaser, qd Iesu sit Chis, multi eoz conuersi sunt. Abiathar uero p̄tis sex Iudæoz, fune in collo sancti Iacobi missio, ad Herodē Agripam fecit eum perduci. Qui iussit apostolum decollari. Cumq; in uia apostolus curas et paraz Acto. 12 lyticum unum, Iosias scriba qui trahebat apostolum, credidit: & cum apostolo decollatus, coronā martyris est adeptus. ¶ Sexta laus eius, est excellētia miraculorum, quibus Deus eum post suū decorauit martyriū. Nam eius discipuli corpus ipsius posuerunt in naui, & sine remige angelō duce deuenerunt in regnum reginæ, nomine Lupæ: & hoc fuit unum miraculum. Dein de corpus de naui posuerunt supra lapidē grādem, qui instar ceræ calefactæ corpori cessit, seq; in sarcophagum corpori sacro mirabiliter coaptauit: quod fuit secundum miraculum. Cūq; discipuli ingressi ad Lupam reginā, dixissent: Dominus Iesu Christus mituit ad te corpus apostoli sui, ut quem noluiti suscipere uiuum, suscipias uel defunctum. Et recitatē eidem, qualis miraculo se illuc uenisset, petierunt cōgruum locum pro apostoli sepultura. Tunc Lupa misit eos ad principem quandam saeuissimum, atq; (ut aliqui dicunt) ad regem Hispaniæ, ut super hoc eius obtinerent cōfensem. Quod tamen fecit dolose, ut scilicet ab illo principe occideretur. Cumq; uenissent ad eum, eos in carcerauit. Angelus uero aperuit carcere, & ipsos fecit absire: & hoc fuit miraculum tertium. Porro princeps ille misit milites qui caperent illos. Milites bus uero super pōtem trāeuntibus, subito fractus est pons, & mersi sunt milites quod fuit qd tum miraculum. Tunc princeps ille perterritus, subiç; metuens, reuocauit discipulos illos ad se, & quicquid perierunt, eis concessit. Qui reuerti ad principem, populum ciuitatis suæ conuerterunt ad Christum. Quumq; cum principis cōfensi uerissent ad Lupam, illa dolens dixit ad eos: Accipite boues quo habeo illo in monte, & iungite eos ad currum, sicq; super currū corpus dñi nostri afferte ac sepelire. Quod lupina cogitatione loqua est Lupa, sciebat enī qd boues illi erant tauri indomiti ac sylvestres, à qbus sperauit discipulos trucidari. Discipulis ergo ascendentibus mōtem ostensum, occurrit draco ignem exuflans. Super quē quum crucē fessi sunt, diruptus est: quod fuit quintum miraculum. Similiter signo crucis edito super tauros, facti sunt mansueti ut agnī: quod fuit sextum miraculum. Tauri autē currū iuncti, sine humano ducatu currū cum corpore sacro in Lupam traxerunt palatium: quod fuit septimum miraculum. Lupa autē reginā, tot uisis miraculis, Christiana effecta est, atq; in bonis opibus uitam finiuit. Ecce quātis miraculis Deus hunc beatū mirificauit apostolū, tam in uita sua qd in morte, et p̄fertim post mortē eius. Seq; mur ergo uirtutes huius gloriis apostoli, & sicut ipse Hermogeni mago reddidit bona pro malis, nec eum à dæmonibus ledi permisit, sic & nos discamus in imicos nfos diligere, eisq; pro malis bona rependere, ut simus filii patris æterni, qui solem suum facit oris super bonos & malos, & impios cōseruat in esse, ac puidet eis de necessariis uisitate, oīmq; transgressione emendationē p̄stolatur p̄fissime. Oportet qd; uniuersa mortalia uitare Miche. 6 peccata, & Deo altissimo timorate seruire, perseveranterq; obediare. Quod meritis ac preciibus gloriosi apostoli huius nobis p̄stare dignetur dñs noster Iesu Chis, qd cum patre & spiritu sancto unus est Deus super omnia benedictus & æternaliter regnans.

B ¶ Sermo II. Qd utiles sint ierationes & sanctis optāde, & qd cauenda ambitio.

C ¶ Otestis bibere calicē, quē ego bibiturus sum. Matt. xx. Quād modum s. Augustinus testatur, omnes hoies naturaliter beatitudinē appetunt, & miseria fugiunt. Nam eti; hoies uirtuosū miseria p̄cenū, uidelicet tribulationes & aduersitates, cupiunt in hac uita, hoc tñ nō faciūt, iniquū tribulationes & aduersitates sunt quādā miseriae ac tormenta, sed iniquū sunt quādā peccati purgamenta, & satisfactio atq; remedia cōtra peccata, ac media impretrādi gratiā ampliore, & facilius p̄tingendi ad gloriā æternā, imo & obtinendi beatitudinē pleniorē. Quā ergo tā multipliciter utiles & salubres sint tribulationes & aduersitates uitæ s̄sentis, qd mīrum qd hoies uere sapientes ac uitiosi, appetat eas, & gaudiose eas sustineant: uitiosi uero & fasti sunt, qd eas abhorret ac ppeti dedignātur. Nā solū cōsiderant eas ut tribulationes & penas ac qdā miseras. Itaq; cūctis hoib; beatitudinē appetentibus, multisq; Christianis eā qdī ad ipsi p̄tētibus respōdet dñs Iesu Christi uniuersis & singulis: Poteſtis bibere calicē, quē ego bibiturus sum: hoc est, poteſtis seq; uestigia mea, patēdo libēter aduersa, & arcta uiam salutis strenue incedēdo: Quasi d. Aliter non potestis saluari, quū Paulus fateatur Ap̄l: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū cælorū. Itaq; Oēs, inq; quolunt pie uiuere in Chis, p̄secutione patientur. Hoc est qd princeps ait apostolox: Chis passus est pro nobis, uobis reliquæ exemplū, ut seq; min uestigia eius. Itaq; Chis in euāgelio hodierno nos docet, qd per

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO III.

laboriosa peneitiae opera, per difficiles actus uirtutum; per aspera & aduersa oporteat nos ad **D** **Matt. 11.** beatitudinem proficiisci. Nam regnum cœlo uim patitur, & uiolenti rapiunt illud: hoc est, q. **Proue. 4.** fortiter uincunt seipso, & concupiscentias edomant carnis, ac prava in se desideria frangunt, co **Galat. 5.** ram Deo quoq; corde ambulat custodito ac timorato. Ideo dixit Apostolus: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixurum cum uitio & concupiscentijs. Sed & Psalmista loquitur Deo: **Psal. 65.** Trahiuius per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Hinc per Zachariam loquitur dominus de electis: **Zacha. 13.** Duc eos per ignem, id est, per grauen tribulationem, & uram eos sicut ursi tur argenti, & probabo eos sicut probatur argentum, & exaudiā eos, & dicam eis: Populus meus es tu. Hoc est quod Sapientia ait: Tanq; aurum in fornace probauit electos dñs, & quasi holos **Sapla. 3.** cauti hostiū acceptis eos. Ecce q; arcta est uia salutis, & q; pauci perambulanteam. Idcirco in euā **Matt. 7.** gelio asserit Christus, q; pauci eam inueniunt, & q; pauci electi. Nam paucissimi inueniuntur, q; & q; nimis patiatur aduersa, qui in continuo steti timore ne Deum offendat, qui solliciti sint seruare unitate spiritus in uinculo pacis, & dominetur mortibus animis sui. Sed pro dolor, oēs cito irascimur, indignamur, turbamur, atq; ad uaria peccata dilabimur. Si ergo æternā dānam **Ephes. 4.** tentationem evadere, si celestem felicitatem obtinere appetimus, accingamus nos ad patientiam sanctam in omnibus, præparemus nos ad pferendum tentationes diuersas, uincamus propriam animositatē, iram, auaritiam, omnem gulam atq; luxuriam, aediā & rancorem, simus humiles, misericordes, casti, sobri, atq; ad Dei obsequium prompti, temptationibus p̄p̄ia carnis & mundi ac dæmonum uiriliter reluemur, ac Dei subdium in omnibus fugiter deprecemur. **Luce. 6.** Præterea in euangelio hodierno docemus, q; iustus in omnibus erat Christus, q; nec precibus sororis sua matris, nec filiorum ipsius, à tenore iustitia flectebatur, sed strenue tarduguit eos, dicendo: Nescitis quid petatis &c. Sic ergo & nos Christi exemplo, justi & constantes esse dicamus, nec amore consanguinitatis, nec adulantium linguis, nec propter munera aliquid contra Dei p̄cepta agamus, nec iustitiae derogemus. Sed heu huius oppositum agunt multi, qui aliquo sibi p̄pinquo offenso & lasso, mox currunt ad arma, & propria authoritate contrarius ordinē ac processum, uolunt exercere uindictam, quod est mortale peccatum, ex quo sēpē grauissima oriuntur facinora, sicut inuidia, traditiones, homicidia, &c. Insuper in euangelio isto p̄cipue edocemur omnem superbiam ac ambitionem uitare: cuius contrarium agunt, qui uel in spūalibus uel in secularibus aspirant ad prælationes, ad officia, ad superioritates & dignitates, non formidantes horrendum ac districissimum Dei iudicium, de quo Sapientia asserit iudicium durissimum in ijs qui plūnt, fiet. Tales ambitionis, superbii, uani homines frequenter alios scandalizant ac contra se excitant, & in officijs cōstituti, multoties iniuste se habent, proprios honores & lucra terrena magis q; bonum cōmune atq; iustitiae exquirētes. Vnde & **Matt. 10.** thæus describit, q; decem apostoli auditi petitione Iacobij ac Iohannis, indignati sunt contra eos. Quibus omnibus ad se uocatis, dixit Salvator: Scitis quia principes gentium dominantur eoꝝ & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos? Nō ita erit interuos, sed qui uoluerit interuos maior fieri, sit uester minister & qui uoluerit interuos primus fieri, erit uester seruus. Deinde Christus dominus pponit seipsum in humilitatis & dilectionis communis boni exēplum, dicendo: Sicut filius hominis non uenit ministrari, sed ministrare, & dare animam suā redēptionem pro multis. Itaq; quanto quis cupit plus exaltari Deo in præsenti in donis grāz, & in futuro seculo in felicitate & gloria, tanto profundius humiliet seipsum: nec dignus est alijs p̄fici & p̄esse, qui de dignatur subiici ac subesse. Discamus ergo obediēre in omnibus, & humiliēre sentire de nobis, quia reuera innuerabilibus defectuositatibus, uilitatibus, uitio & immunditio plenisimultis quoque circundatis laqueis inimici, atque periculo æternæ damnationis expositi, nec aliquid boni habemus à nobis, sed solum deficere & peccare, eternaliterq; perire. Postremo Christus gloriosum apostolum Iacobum & sanctum eius sepulchru innumeris ac p̄claris decorauit miraculis, quæ alibi satis leguntur. Nam & quemdam qui ad uisitandum sanctum Iacobum gradiebatur, & in uia ex deceptione diaboli occidit seipsum, suscitauit à mortuis. Alium quoque peregrinum sancti Iacobi in uia iniuste suspēsum, beatus Iacobus per trigintas dies conseruauit in columem, quousque à ciuibus depositus est & qui eum mendaciter accusauit de furto, suspensus est. Sed & aliud grauissime incaseratum & uinctū, sanctus Iacobus de profundo carceris ad summitem eius perdixit, qui inde saltauit in terram, nec in aliquo latitatu seipsum, cum tamen turris plus quam quinquaginta cubitorum altitudinem possideret.

AD RELIGIOSOS.

Sermo III. De familiaritatibus & grā Dei cōcilianda, quā fidutia, spes, delectatio, atq; desideria sancta erga Deū sequuntur, & q; Missa sacrificium sit frequentandum.

A **Iacob** dilexi. **Malach. I.** Dilectio Dei æternā ad homines, est causa omnis boni quod inest hominibus, cum diligere sit alicui bonum uelle: idcirco quo inuariabilis Deus uoluit, et ab æterno decreuit alicui dare plura maioraq; bona, eo plus illum dicitur dilexisse. Deniq; quando aliquem ad altiorem gloriæ gradum in cœlo præordinauit, tanto eminentiora gratiæ gratiæ sum facientis dona ei in hoc mundo largitur. Quoniam itaq; sanctum apostolum Iacobum nō solum elegit in apostolum Christus, sed & familiarem sibi cōstituit, sicut Petrum & Iohannem, cum quibus transfigurationi Christi, & suscitatione puellæ interfuit, quem & passione immixtente Christus cum Petro & Iohanne assunxit, copitq; coram eis cōsistari, & dixit: Vigilate mecum & orate: Hinc de ipso Iacob merito ait, Iacob dilexi. Studeamus ergo & nos ita habere nos, taliter ambulare, tam sinceriter ac regulariter cōuersari, ut efficiamur etiā Deo in p̄sona eius non solum chari & amabiles, sed item familiares, familiaritatē autem amicitia facit non quæcunq; sed specialis atq; p̄cipua. Et quāuis debeat homo amicitia, quantum potest, habere cum omnib; non tñ familiaritatē, sed cum paucis duxitatis & hoc ppter uitandum periculū, ne fallatur, familiares namq; sua sibi inuicem reuelat secreta, & nisi mutuo sint fideles, cælareq; sciat, reuelatio huiusmodi esset piculosa. Pauci uero inueniuntur uere fideles, cōstantes ac probi, Salomone testante: Vige unum de milie inueni fidelem. Porro bonus ac infallibilis Deus, cuius sapientia non est finis, nullum se ad hoc aptantē, à sua familiaritate repellit, quoniam fali non potest, nec est apud eum personaz acceptio. Non ergo desperemus, sed humiliter cōficiamus, efficacitq; concemur ad eius familiaritatē pertingere. Quod ut fieri queat, oporter nos laborare ad p̄fectorū charitatis cōdignum, ad omnipotentis amicitia specialē, ad exercitationē deuotiss. ac internā, ut infinitè supergloriosissimi creatoris beatitudini rotis cōgratulemur p̄ cordis, cōmunicemusq; Deo in actibus spūalibus ac diuinis, nam amicitia in aliqua cōmunicatione fundatur. Præterea, ad familiares pertinere uidetur, se inuicem specialiter ualde diligere, de mutua charitate, fidelitate, assistentia multū cōfidere, secreta sua sibi inuicem insinuare, libēter simū loqui & esse, cōuisci & coambulare, fidelitatē mutuo cōseruare, atq; omnia qd poterunt bonum sibi inuicem imparti. Studeamus ergo, ut ista sint inter dñm Deum nostrum, & nos eius paup̄ulos imbecillesq; seruos. Et enitamur in primis in sancta Deitatis dilectione crescere quotidie uehemeter, qm̄ quicq; de eo scimus, audimus, legimus aut uidemus, si rite consideremus, eius nos charitate potest accendere, qm̄ omnia illa sunt honesta, sancta, sapientialia, pia ac iusta, nec est reprehēsto ulla in eis. Vniuersa etiā creature attestantur bonitati, sapientia, & excellētia creatoris. Si ergo uehementer diligimus hoīem, de q; multa bona p̄cepimus, nec inhonestū quicq; audiūimus, qm̄ nūq; uiderimus eū, nec quicq; cōulerit nobis, & cupimus eū uidere, atq; cum ingēti usq; p̄cipuum gaudio si diuerterit ad nos, quāto magis debemus creatorē nřm Deū, perfectionis, bonitatis, sapientie & eminētiae penitus infinitē, de q; nil nisi incōparabiliter bona, sancta, uirtu ofa & gloriofa agnoscimus, cuius bñficiis utimur incessantē, & qui intātum dilexit nos prior, & tam ineffabilē plenissimāq; beatitudine nobis p̄misit ac p̄p̄a rauit, totis amare p̄cordijs: Bruta amāt eos à quibus fructū accipiūt panis, pauperes quoq; diligunt eos ualde, à quibus interdum bene reficiuntur. Et quae ista ingratitudo, peruersitas, insania hominum non diligētū Deū, à quo fortit̄ sunt, quicq; habent & sunt, cuius dominis reficiuntur quotidie: Veruntamē ea quæ unigenitus Dei p̄ nos assump̄tus, fecit, sustinuitq; salutē, super omnia inflamare nos possunt & debent charitatis ardore, si efficaciter perpendantur. Et item, q; Deus unicuiq; nřm tātum & tam diu in suis p̄cepit peccatis, tantā quoq; pietatem impendit a gratiā, & ad hunc sanctum ordinē introduxit. Cōtemplemur demum bonitatem, sapientiam, suauitatem, perfectionem, beatitudinem Dei in seipso quantū ualemus, sicq; eius accēdāmur amore, & ipsum om̄i hora rogemus, ut nos sua saluberrimā dilectionē inflamer, & q̄cūd charitati & eius profectui ac feruori contrariatur, tollat à nobis. Præterea, si ita dilexerimus Deum, ualde confidenter sperabimus, quod utique amet nos per p̄fectorū nationem æternam & secundum præsentem iustitiam. Et quāuis de hoc non habuerimus certitudinem absolutam, habebimus tamē certitudinem inde ualde probabilem. De gratiosa quoq; Dei assidentia, ope, fidelitate, & exauditione plenarie confidemus, dicentes dominos Suscep̄tor meus es tu & refugium meum, deus meus sperabo in eum. Itemq; In Deo salutare meū & gloria mea, deus auxiliū mei, & spes mea in Deo est. Etrursus: Si ambulauerō in medio umbras mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Longe igitur erit à nobis timor nocturnus, puerilis formido, paor effeminatus, qui oritur sepe ex fulta imaginatione & apprehensione phantastica, imo frequenter propter uitia nostra p̄mittit nos deus tam stolidē occupari & timere, ubi non est timor. Præterea, hūano modo loquendo de deo, si nos p̄si fuerimus deo constanter fideles ac amōrosi, inciper & ipse quasi de nostra fidelitate & assidentia quadam

D. DIONYS. CARTHV. SERMO III.

confidere, cum inuenierit nos frequenter fideles, sicut confisus fuit de fidelitate David, quod D*Reg. 15* faceret omnes suas uoluntates, de quo in primo Regum loquitur Samuel: Quæsiuistib[us] domini uirum fidem. Sunt autem nonnulli instabiles & nutantes, similes illis de quibus euangelista iohannes fatetur, q[uia] credebant in Iesum, sed Iesu[n]s non credebat se illis, ideo in Apoc*13* lypsi Deus hortatur: Esto fidelis usq[ue] ad mortem, & dabo tibi coronam uite. ¶ Amplius, secreta nostra Deo insinuemus, seu potius fateamur & offeramus, effundentes coram ipso cor nostrum, indigentias, defectuositates, infirmitatesq[ue] nostras, pericula nostra, delicta etiā nostra ei cognita faciamus, accusando, dijudicando, discutiendo & corrigitudo nosipos in eius presentia, in confessione quoq[ue] sacramentali, & in capitulo cōfiteamur plenarie, humiliiter & contrite nostra peccata. Si ita egerimus, proficiemus quotidie in cordis munditia, in dono sapientiae, in charitate feruente, erimusq[ue] capaces illustrationis diuinæ, ita q[uia] Deus manifestabit nobis in certa & occulta sapientia suæ, sensus mysticos scripturarum, mysteria fidei, connexionem & ordinem credendorum. ¶ Deinceps assuecamus libetissime esse, habitare, proficisci, & loqui cum Deo, ambulare & iugiter occupari cum ipso, orationibus, meditationibus, cōtemplationibus assidue immorando, in abscondito cellæ, in sepulchro solitudinis, in loco abstracto quantum cōgrue fieri potest, libeter manendo, discursus uitando, & aliquid boni semper agendo, etiam in eundo, ut sit Deus custos ac socius nostri itineris, quo cuncti perrexerimus. ¶ Præterea, q[uia] Christus stat ad ostium nři cordis pulsans, quatenus, si apuerimus ei, intret & cerner nos, aperiamus ei anū cordis nostri, atq[ue] in mensa sapientia cum ipso cerneremus, contemplatione, dilectione, ac delectatione diuinorum reficiendo animas nostras, quibus & Christus resicit animam suam, sanctis quoq[ue] operibus ipsius reficiendo ac oblectando, quoniam hæc est uero luntatis sua refectio, nostra sanctificatio: & delicia eius sunt, esse nobiscum si ita egerimus. In Prole*8*, mensa quoq[ue] altaris reficiamur cum Christo, imo ipsomet Christo, q[uia] ibi est cibator & cibus, coniuia atq[ue] refectio, qui se nascens dedit socium, conuictus in edulium. Exhibeamus ergo nos, quantu[m] fragilitati nře est possibile, idoneos ad celebrandum quotidie, nec leui occasione postponamus tam saluberrimum, fructuosissimum, ac diuinissimum opus. Absit uero ut ex proposito aut acedia postponat quis opus tam excellentissimum, quo Deus maxime honoratur, Christi mysteria ac beneficia recoluntur, uiuis ac mortuis & toti eccl[esi]æ subvenitur, ipseq[ue] celebris gratiam promeretur p[re]cipuum & gloriari præminentem, quemadmodum sanctus Thomas in Antiphona deuotissime ac cōpendiosissime loquitur: O sacrum conuivium in q[uia] Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futuræ gloria pignus nobis datur. ¶ Postremo, omni modo nobis possibili procuremus ac promoueamus Dei honorem ac cultu, atq[ue] ad eius honorificantem & amorem alios inducamus. Si prædicta egerimus, erimus Deo cum sancto apostolo Iacob uere familiares. O quanta est ista nobilitas, esse familiarem altissimo. Nonne magnu[m] reputatur in seculo, esse familiarem alicui principi auctoritati prælati? Quid ergo est, esse familiarem d[omi]no Deo æterni? Ideo semper intus exerceamur & occupemur cum eo, nec negligamus dignitatem hanc maximam.

Sermo III. Q[uia] diuinæ prouidentiæ atq[ue] eius dispositioni oia debemus committere, item cōtra ambitionem, quam inuidia comitatur, eruditio monastica,

Mortuus prophetauit corpus eius. Eccl*xlviij*. Veri istud ad literam scriptum est de beato Heliseo propheta, cuius corpus dicitur idcirco etiam examinare, p[ro]phetasse, quia scis tuus defunctum. Legitur egdem q[uia]to libro Regu, q[uia] dum Iatriculi corpus occisi proiecissent in tumulum Helisei, & tetigisset ossa corporis eius, reuixit uir ille, quo Deus miraculo demonstrauit, Heliseum fuisse uerum prophetam. Quanto magis uerbum istud dici potest de sanctissimo apostolo Iacobu, qui post mortem suam tam multa & magna, tam præclarissima soleritatem omnipotenti possibili fecit miracula: inter quæ etiam plures suscitauit defunctos, & tatis honorauit omnipotens Deus sepulchrum sacratissimi Iacobi huius, prodigijs, ut illud Esaiæ*11*, Christo ad literam dictum, in ipso uideatur impletu[m]: Ererit sepulchr[u]m eius gloriosum. ¶ Des. Rom*ii*. n[on]q[ue] in hacre cōsiderare est, q[uia] uere mira & incomprehensibilia sunt omnipotens iudicia. Nam eccles. Iacobus iste adhuc uiues ingressus Hispaniā, paucissimos ibi cōuertit, utpote sept[em] tantu[m], ut ali qui dicunt, aut unu[m] cōtaxat, secundu[m] quoq[ue]dā, nec legitur ibi tunc coruscasse miraculis. Eo autem in ludu[m] occiso, corpus ipsius illuc angelo ducce miraculose delatu[m], tatis ibidē radiauit prodigijs, utr[um] hoc plurimi sint cōuersi. ¶ Porro, solēt philosophi dicere, q[uia] actus secundus, uidelicet opari, subuenire, curare, suscitare, atq[ue] huiusmodi, p[ro]supponit actu[m] primu[m], q[uia] est esse. Si ergo sancta tam glorioza operatur miracula iam occisi, nō utiq[ue] penitus mortui sunt, sed uiuent in anima, & uerius iustusq[ue] Deus talia opando, p[ro]sternatur fidei & cōuersationem ipsorum, sibi præcipue complacuisse. Ex his edocemur, dispositiōne diuinorum iudiciorum stāte contenti, nec præsumere illa

DE S. IACOBO APOST.

Fol. CCLXXXIII.

A illa immoderatè scrutari, sed nosipos deo fiduciāliter humiliq[ue] cōmittere, nec īgerere nos ad impertinentia nobis, imo potius tota diligentia adimplere q[uia] deus requirit à nobis, i.e. cōversationem nře uocationi professioni, congruam. Hæc ideo tanto, q[uia] solent interdū non nulli religiosi phantasias habere diuerfas, quasi īfructuose quodāmodo sint in clauſtro, ut po te qui in seculo maiorem possint facere fructum, alios īstruēdo ac gubernando. Utinam tales phantasticæ interim bene regant seipso[s], nec de aliis directione se occupet, quoq[ue] deo dis ponente ac dispensante, uocentur ad talia. Etemi teste scriptura, Nemo sibi assumit, i.e. assumere debet honorē, nisi q[uia] uocatur à deo tanq[ue] Aaron. Nam & Chfs non clarificauit semetipsum ut pontifex fuerit, sed qui locutus est ei, Tu es facerdos in æternum secundum ordinem Melchise Psal*109* dec. ¶ Insuper omnis creatura comparatur ad creatorē, sicut instrumentum ad artificē, ita q[uia] Dei est applicare suum plasma ad hoc uel illud. Non ergo se ingratu homo ad ea quæ impertinen tia sunt occupati, ad quam exercendā deus applicauit eundē. Nam & sancti patres in eremo cum omni fulgerent sapientia atq[ue] miraculis, nō proprio motu egredi uoluerūt, ut instrueret alios aut præfessent, imo uocati, reddiderūt se satis difficiles. Multi in coenobij mirabiliter & la mentabiliter impediunt à sp[irit]uali profectu, q[uia] nō fundant se in uero ac saluberrimo uite monastice fundamēto, i.e. in mortificatione plenaria, in humiliatōe omnimoda, in abdicatiōe completa, nec interiora sua plene expurgat à fatuitate existēdi, ac apprehēdendi aliquid in hac uita, & ab ambitionis stultitia, ideo nunq[ue] decorat uera ac perfecta iustitia, imo paulatim p[ro]faramen laſionis sua ambitiōis ingreditur cor eoz callidissimus hostis cum copia iniquitatis, B nec numerari possunt peccata, q[uia] incidunt ex radice tam prava. Expellatur ergo, radicibus morsis hoc uenēnū, & p[er]severus q[uia] religiosus est ciuiliter mortuus, teneturq[ue] seipsum mūdo mortuū exhibere, ne quippiā huius mūdi desideret, sed omnem suum affectum in Deo simplificet & defigat. ¶ Insuper sanctus iste apostolus Iacobus, cum cōsanguineus esset salvatoris, nequa[m] est contristatus aut moritus de hoc, quod salvator notis se aut fratrem suum Iohannem, sed Pe trum toti p[ro]fecit eccl[esi]æ, sed iniūctum sibi à dño opus fidelissime adimpluit. Nemo ergo in religione tristetur, si à superioribus suis in officijs non ponatur, sed potius granuletur, q[uia] in sua humiliatōe relingtur, & solis sp[irit]ualibus uacare permittitur. Teste quippe Gregorio, Omnipotēs Deus s[ecundu]m eos quos tenere diligit, ab exteriorū occupatione custodit. Quae est ista fatuitas, q[uia] non recordamur cur hoc uenēnū, quid Deo promisimus, quid à nobis exigit ipse, & q[uia] nesci mus diem & horam, uerum sub habitu religioso cor gerimus seculare. Qui talis est, sciat se coram Deo monstrum esse deformē. ¶ Porro dum quempiam uideamus ad officia proximato, & oremus Deo applaudamus ut prosperato, sed potius compatiamur ut periculis proximato, & oremus Deo um pro eo, ut fructuose se habeat. Qui autem cupit à Deo æternaliter exaltari in cælo, nō molestie ferat temporaliter humiliari in mūdo. Qui cupit magnus & admirabilis coram Deo & sanctis omnibus apparet, atq[ue] in sempiternu[m] laudabilis inueniri, studeat seipsum plene relinquere, salubriter mortificare, priuatim amorem cum omni sua uanitate proflus euellere, sc̄p[er] in cunctis humiliatōe sub uniuersis. Intueamur o[ste] fratre, q[uia] desiderabile & salubre sit Deo perfecte seruare. Ecce quantum mirificat & honorat altissimum sanctos suos, ut prouocet & inflammet nos ad fidem certissimam, ad uitam purissimam, ad profectum indefinitēm. Cur ergo torpet cor nostrum ignavia, cur inordinate reflectit ad propriā comoda? Quare amore ac desiderio summi & incomparabilis boni beatitudinisq[ue] æternæ ac cælestis honoris non aspernatur homines fugitiuos, caducos, breuissimos, & humanos. Ecce gloriostis apostoli, qui fuerunt primi ac summi prælati eccl[esi]æ, qualiter contempserunt uniuersa terrena, & sola paupertate se diuities arbitrabantur, atq[ue] totius humilitatis se p[ro]buerunt exempla, sicut verbis & operibus, patientijs quoq[ue] quas in suis habebant supplicijs pro Christo eis illatis, ostenderunt esse uitia aliam post præsentem, uitam utiq[ue] sempiternam ac gloriosam, cuius intuitu & amore uilipendēda essent cuncta præsentia, carnalia & mūdana. In his ergo indefesse sectemur beatissimos patres, principes & doctores nostros apostolos, nil glorię temporalis, nil humani honoris, nil sensualis delectationis, aut mundanæ prosperitatris in hac uita querentes, sed subiectione, abiectione, obeditio[n]e, inopia, correptione & correctione gaudentes, ut non solum mortuus, sed & crucifixus nobis sit mundus, & in solo Deo sit semper tota spes & consolatio, tota intentio & affectio, omnis occupatio & operatio nostra.

Sermo V. Quod proficiendum sit, ne supplantet nos diabolus.

I

Vste uocatū est nomē eius Iacob, supplantauit emē in altera uice, Gen*xxvij*. Verba ista ad literā scripta sunt de Esau & Iacob filijs Isaac, in q[ui]bus ybi cōqueritur Esau bis supplantatū se esse à fratre suo Iacob, vnde in Genesi p[ro]alleghatis uerbis subiugit: Primogenita mea ante te sit, & nunc secundo subripuit benedictionē meā. Hinc afferit enim iuste Iacob uocatū. Nā Iacob

Z iii sup

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO V.

supplātator interpretatur. In qbus p̄ Eſau intelligi potest diabolus p̄ Jacob, sanctus iſte ap̄ls Ia, D̄ cobus, q̄ in Hebreo Jacob uocatur, q̄ ſi primogenita tulit, q̄i caeleſtis beatitudinē dignitatē p̄meruit, quā diabolus peccando amisit. Ad quā etiā aptitudinē habuit q̄ndam, ratione perfeſtiōis & ſublimitatis ſuę ſpecificę. Secūdo q̄q̄ ſi bñditionem ſubripuit illius inīg S., iſte apoſtolus, q̄n abundantia infusionis ſp̄ſi ſancti in die fortitūs eſt pentecostes, quā, ſi nō peccasset, exhuberatē accepit in celo ille malignus. Atq̄ in his duabus uicibus, loquēdō in ḡfie, ſupplātauit ſeu uicit Jacob ſanctus diabolus. Supplātauit q̄q̄ diabolus in uita ſua p̄dicando, māgicas artes Hermogenis detegendo ac ſuperādo, plurimos cōuertendo, ac ludeoꝝ confutando perfidiā, ut etiā ducēdo ſanctissimā. Ruris ſuperauit diabolus poſt mortem ſuę, poſt quā plura ac meliora fecit miracula, ac plures cōuerit, q̄i uiuēs in carne. Elaboremus ergo & nos Jacob. 4. hiſ modis (quātum poſſibile nobis eſt) ſupplantare diabolus, cum ſcriptū ſit: Refiſte diabolo, & fugietā uobis. Quod tñ nō niſ auxilio gr̄e Dei implere ualemus, atq̄ a Deo principaliſ agi Rom. 16 tur. Paulo cōteſtantē qui loquuntur Deus conteret ſatanā ſub pedibus neſtris uelociter. ¶ Porro, Roma. 8 in baptiſmo ſupplātauiſimus eum primo, q̄n de filiis ira facti ſumus filii gratia. Verum ad ratiōnis uolum perduci, q̄i mortaliter peccando innoſentiam ac gratiam perdidimus baptiſmalem, ſupplantati ſumus ab impio: ſed q̄nties uere pœnitendo recuperauimus gratiā, ſupplantauimus illum. Et quis turpe atq̄ damnable fuerat nobis in ſeculo ſupplantari à diabolo, tam men incōparabiliter q̄i turpius dñabiliusq̄ conſtitit, ſi nanc poſt religionis ingressum, poſt monaſtice professionis emiſſione ſupplantem ab ipſo. Religiōem nūq̄ ſumus ingressi, & regularem uitam profiſi, non ſolum ut priſtina uitia fugiamus, ac diuo obſequiamur, verum etiam ut pro præteritis ſatisfaciamus peccatis, & tempora infructuose ac uitioſe cōſumpta laſcivitatem, quicq̄d in illis neglectā eſt reparantes. Deo quoq̄ ſerviuamus perfecte, ſcientes q̄ non ſit noſtrum circa communia immorari, aut p̄ceptorum obſeruātiōnē contentari, ſed euangelica quoq̄ implere conſilia, puritati ſtudere, ſpirituali inuigilare profectiui, perfectioni quoq̄ die propinquare, ut dominetur quilibet animo ſtro, nec paſſionibus ſuperetur, imo inordinata deſideria omnia frangat. ¶ Porro, ſi hoc ita ſe haberet, ponderemus o frātēs, qđ ſit, quād da mnabile, deriſibile, impluimq̄ existat, in coenobio negligentijs & pigritijs locū dare, precioſiſima tēpora, in qbus tam ſaluberrime negociaſi & occupari poſſumus ac tenemur, fabulādo, dormitando, aut irreligioſe ſeu curioſe nos occupando expendere, & nō ſolum non agere bona, non adjicere ad uitutes, non progredi in itinere Dei, non recuperare præterita mala, nec il Matth. 3. la deflere, atq̄ cōdignos agere pœnitentię fructus, ſed in ſuper praua cōmittere, malum malo adjicere, regredi in ſtar canceri, & que deſteuant auger. Memor ſit unuſquisq̄ quid uouerit Deo, nec tardet illud implere, q̄n diſplicet Deo ſtulta & infidelis p̄missio, atq̄ ſolennis monaſtice p̄missionis trāgredio magis q̄ uolatio iuramenti. Conetur igitur quilibet noſtrum, ut iuste ſupplantator mereatur uocari, ſuperando dæmonum tentamenta, mundum & carnem, Eccles. 5. propriam uoluntatem, ac uitia uniuersa. Nempe ut aſſerit Eſaias, Hic eſt omnis fructus, ut auferatur iniquitas: non quod uitijſ carere, ſeu malum nō agere, ſufficiat ad ſalutem. Alioquin in fantuli non baptizati, ante uolum rationis decedentes, ſaluarentur nec dictum eſtet. Omnis arbor q̄ nō facit fructū bonū, excidetur, & in ignē mittetur: ſed quia in ablatione peccati datur intelligi inuictus gratia, ad impletioꝝ p̄ceptorum, uitatio omnis pigritiā & omissionis. Quo conſtat, q̄ quanto uigilantiores ac agiliores fuſrimus ad uitandum omne peccatum, quanto libet paruum, tam cōmissionis q̄ omissionis, eo plus gratia Deus, p̄tinus nobis infunderet, meliora p̄ſtabit chariſmata, atq̄ uitutum incrementa majora, p̄ſtentim cum nihil phibet. Eſaias. 59 at bonum gratia ac uitutum a nobis, niſi peccatum, & ſolē nře iniquitates diuidant inter Deum & nos, imo cum Deus unicuiq̄ influat ſecundum ipſius capacitatē ac diſpoſitionē, certū eſt q̄ quanto gratia ac uitutum ſpiritualium p̄fectorum impediſt, i.e. peccata diligentius inceſſabilisq̄ uitamus, tāto amplius in omni gratia ac uitute p̄ficiemur. Quid Pro. 4. igitur reſta, quid nobis neceſſe eſt, & qđ agendū incumbit, niſi ut omni custodia custodiām uor cor nřm, & ut ſint interiores oculi nři ſemp ad dñm, in omni q̄q̄ obſeruantia ſanctæ religiōis diligētes ſumus ac feruidi, & q̄ maioris ſunt ponderis, amplius ponderemus: q̄ maioris ſunt me Psal. 7 turēs & mētes, & cogitationē nū discretor ſit, affectionē iudex, prouideamus in primis & ſup oia enitamus, ut corā Dei cōſpectu habeamus iugis cor ſyncex, charitatiū, iuſtū, ſimplex ac p̄iū, ab omni cogitationē illicta, ab uniuersa affectionē obliq̄, a cūctis pigritijs, negligenſijs, carnaſalitateibus duplicitatibusq̄ immune. ¶ Porro caueamus, ne ſupplātor nos propria lingua, ne ad diabolice malitiositatis prouata yba, hoc eſt, ad detractionē, discordiæ ſeminationē, rixas, contumelias, cōtradiictiōes, excuſatiōes p̄p̄ix culpaz, aut yba medoſa, p̄uocatiua, aut p̄gūtiua.

Neg

DE S. MARTHA.

Fol. CCLXXXIII.

A Nec ſolum h̄ec horribilia mala fugere nos oportet, ſed uerba demū ſcurtilia & in riſum moſuentia, ab oīm patre religiōrum ſanctissimo Benedicto in omnī loco anathematizata. Imo & uerba ocioſa, de qbus ſummo iudice comminante eſt in die iudicij rō requirienda. Propter. Matth. 12; ea pro iugis lingua custodia dñm exoremus, q̄ uir ſapiente dicentes: Quid dabit oris eo cui ſtodiā, & ſup labia mea ſignaculum certum, ut nō cadā ab ipſis, & lingua mea me pdat? Hinc orauit uir ſanctus: Pone dñe custodiā ori meo, & oſtium circumſtantia labiſ meis. O q̄ noſi uus eſt anima ſuę, q̄ periculus eſt fratribus ſuis, q̄ iniuriuos eſt deo, q̄ incoſideratus eſt ad loquendū, q̄ paſſionum ſuę uehementias mox effundit, q̄ auerſionā ſuę, diſpergit ueenena, q̄ mala ſub ſpecie boni nouiſ euomere, q̄ diuibus loq̄tūr linguis, q̄ detracțoria aut odiū & diſcordia ſeminaria pſert. Talis nō ſolū neſcat ſeipſum, ſed inſtar pelliſimi baſilici inficit alios, in expertoſ iuuenesq̄ ſeducit, ſimplices fallit, & animas Chri ſanguine liberatas, tāquā latro cru deliſiſimus iugulat. Ecce q̄ta mala incurrit religiōrum lingua ſuę incontinēs, paſſiones nō uina cens, deiū non meruens. ¶ Poſtemo proſpiciamus ne aliq̄ ſenſu peccemus, nec mēb̄to aliquo abutamur, neq̄ ea militemus dæmonibus & peccatiſ quæ deſup data ſunt nobis, ut per ea obsequamur altiſſimo, ne uentriſ maculemur in gluuię, & crapula grauetur cor noſtrū, ſed indeſinenter orando, ſapienter meditando, Chri uitā ac paſſionem inſpicio, dei iudicia formiſando, æternę ueritatis contemplationi, incretae q̄ bonitatis feruentia amore aſſidue inſiſtendo, reſiſtamus diabolo, omniq̄ impietati, uanitati & omiſſioni, ut conteratur ille iniquus dei Jacob. 4. virtute ſub pedibus noſtris. Ad laudem & gloriā omniptētiſ dei. Rom. 16

B SERM O unus de beatissima Chri hospita ſancta Martha, & de uita p̄zconijſ eius.

soli Augustino concessum est, sed & alijs multis millibus electoꝝ, ad tantam gratiam extera literordinatoꝝ. Eis tñ singularius ac eminentius istud uidetur esse concessum, p q̄s deus de cœruit alios edocere & cōfirmare in fide p yba seu scripta sive miracula. Cū equidē fides Chfia na sit de difficultimis, secretissimis ac supernaturallimis rebus, p̄ hos supēnaturales, inter nos ac secretissimos actus potissimum coprobatur ac certificatur. Verū nō omnibus, sed his q̄bus datur hæc experiri, & his q̄ pie credere uolunt eore testificatione, q̄bus & aliunde satis constat eis esse certū. ¶ Porro fides proprie dicitur p̄bari per miracula, quā ut sufficientia sint fidei argumenta, necesse est esse euidentia, solīq; deo possibilia. Et ista sunt fidei argumenta generaliter corā q̄buscumq; etiā in foro contentionis, de q̄bus in Euangelio ait Salvator: Opera quā dedit, mihi pater ut faciat, ea testimoniu perhibent de me. Et rursus loquens Iudeus: Si mihi inquit, non creditis, operibus credite. Ac denuo: Si opera nō fecissem in eis quā nullus alias fecit, p̄ctū non haberent. Præfati vero actus interiores, qui sunt ualde supernaturales atq; mirabiles, multoq; mirabiliores & eminentiores q̄ exteriōra miracula, non in proprie miracula nuncupantur, cū non sint effectus euidentes, sed latentes, solis experientibus elucescentes. De talibus actibus logitur August. Cum te p̄mū cognoui, reuerberasti infirmitate aspectus mei, et diuans in me uehemēter, & cōtremui p amore & horrore, & inueni me longe esse à te in dissimilitudinis regione, tanquā uocē tuam audirem in excelsis: Cibus sum grandis, cresce, & manducabis memectu mutabis me in te, sicut cibum carnis tua, sed tu mutaberis in me. Hinc iterat: Sero te amau pulchritudo tā antiqua, & tā noua sero te amau. Vocasti & clamasti, & rupisti tarditatem mē. Coruscasti & splenduisti, & fugasti cœcitatem mē. Flagrasti, & duxisti ī spm meū, & anhelo tibi. Gustavi, & effurio ac sictio te. Tetigisti me, & exarsi in pacē tuā. Age aie, & fac, excita & reuoca nos, accēde & rape, flagra & dulcesce. ¶ Deniq; de his rursus testifati Sagittaueras tu cor meum charitate tua, & gustabam uerba tua trāfixa in uisceribus meis, & exempla seruorū tuorum. Nec satiabar in illis diebus dulcedine mirabili considerare altitudinē cōfisiū tui super salutatiōne generis humani. Quantū fleui (o dñe) in hymnis & canticis tuis suauē sonāris ecclesie, acriter commotis uocibus eius. Voces illarū influebāt auribus meis, & aliquas bātūt lachrymę, & bene mihi erat cum eis, & clamabāb̄ ab alto cordis mei clamore: O in pace, o in idipsum, o qui dixit, dormi& & requiesce. Tu es em̄ idipsum q̄nō mutaris, atq; in te reges laborum oīm obliuiscēs. Legebam totum psalmū illum, & ardebā leſu Christe adiutor meus. Quām suave mihi subito factum est carere suauitatibus nugacū mearum, & quā amittere metuebam, iam dimittere gaudium est. Ei sciebas illa à me, tu uera & summa suauitas, & intrabas cor meum pro eis, tu om̄i uoluptate dulcior, om̄i luce clarior, om̄i secreto secretior, om̄i honore sublimior. ¶ Præterea, ad p̄ta actus interiores, supernaturales, secretos, fidei certificatiū, qdā paulatim proficiendo tandem post lōga uirtutū exercitū purificationemq; cordis, ptingūt: quidā uero statim in sua cōuersione, aut etiā in pueritia sua adhuc in seculo conuersantes, quemadmodū sanctus David cū adhuc paſceret oues in agro, freqūtēr sensit hūusmodi actus & anagogicos motus, & præfertim quando in tribulatiōibus erat, à facie Saul. Acto. 9. Paulus aut̄ apostolus mox in sua conuersio exordio, cum esset tribus diebus non uidens, nec manducans nec bibens, usq; ad cælum credit tertii raptus. Itaq; q̄ tam gratiose præueniuntur, grās agant deo, custoditiq; sunt & indefinenter p̄ficiant, neq; inaniter gloriētur, ne periculosis corrūat, nec proprijs illud attribuant meritis, sed ex hoc deo humilius obsequantur. Qui uero nō p̄ueniatur hoc mō, paulatim conetur, & q̄ humilitate plēdariā, per patientiā fixā, per mortificationē uiuiscam, per priuati amoris eradicationē completam, per quotidianum profectum, ad tantam deitatis uisitationē & ḡfam perducūtūt. Verūnū multi inueniuntur deuoti, q̄ si quærāt hoc gratiæ culmen, nunquam tamen pertingūt ad ipsum in uita presenti: nec tamen deſciantur aut pusillanimes fiant, q̄ fortassis sic expedite eis, & post uitā hæc tanto plenius conſequuntur, q̄nto hic fidelius queſierunt. Nec proprijs experientijs quis nisi in iūniū innitatur ad credendum, sed authoritatē diuinā. Itmo nec aliquis nimia assertione affirmet sibi huiusmodi motus & actus in fundā à deo, & ex hoc in charitate se esse, ne periclitetur præsumēt certitudinaliter dignū se esse amore, q̄ nō oībus q̄bus hæc dantur, cōfertur & certitudo, q̄ sint à deo & charitati annexa. Nā & sensibilis quædā deuotio cū suauitatibus suis alliquādo ingerit nō à deo, nec charitati est semper coiuncta. Amor q̄q; naturalis, & sapia acquisita in multis tantam habet conformitatē in actibus suis cū amore inſufo & sapia dono, ut sine reuelatione discerni non ualeat. Nihilominus uiris deuotis & exercitatis, præstatutur certitudo consolatoria satis ac multum probabilis, quaūnū non penitus certa, ut semper sint timorati, cū ſtodiūt ac humiles.

SERMO III. In q̄bus S. Augustinū imitari debeat anhelans ad p̄fectionē.

A **I**N uocaui, & uenit in me spiritus sapientiæ. Sapientiæ 7. Quāuis cunctis uirtutibus septemq; donis sp̄s sancti fuerit beatissimus doctor ecclesiæ. Augustinus repletus, specialissime tamen summa uirtute & summo dono, hoc est, charitate & sapientia fuit ornatus, abundans, refertus. Ideo fuit contemplator altissimus, q̄ & sapientia expedit ac dirigit charitatem ad unionem, introgressionē atq; amplexum. Charitas quoq; mouet & excitat sapientiā ad elevationē ac intuitionē. Cū ergo actus sapie & charitatis inseparabiliter sint connexi, & se in uicē iuuent, ac in ipsis nostra cōfistat perfectio, studeamus ad hūc sp̄ualis & dīcīj uerticem cū sancto ascendere Augustino per eosdem gradus, per quos ipse illuc ascendit. Si enim nemo perfectus fit subito, oportet gradatim ac paulatim ascendere. ¶ Primo igitur sequamur Augustinū, quantum ad eius conuersiōnē, quae fuit plena & ualde mirabilis. Propter qđ dixit Ambrosius: Magnis centiā tuam dñe in mortificatione Augustini adoramus, tua in omnibus operante uirtute, ut nullis blandimentoz & fallacium promissis uir sp̄u tuo ignitus uinceretur, q̄ ita eum omni genere pietatis imbueras, ut ipse tibi atra & sacrificium, sacerdos eset & templum. Unde sane etius uir iste, qui ante suam conuersiōnem erat carnalibus uoluptribus multū uictus ac subditus, poeticis nugis, eloquentiæ curiositate, uarijsq; iactationibus mentis occupatus ac pressus, mox ut ad Chrm conuersus est, oīa illa nō solum abiecit ac dereliquit, sed etiam cordialiter fastidiūt, & facta sunt ei molestiam fortiter deo inhæsit, & sp̄ualibus exercitijs se inuoluit, guſtans quām dulcis sit deus, atq; quām dulce sit ei syncera & tranquilla conscientia adhærente. Psal. 30. Hoc ergo tanti patris exemplo, & nos q̄ iam religionē sumus ingressi, & uitā uituoſam ac regularem professi, post tam sublimē genus conuersiōnem, omnem pristinam debemus ab horre re ac fugere carnalitatem, uanitatem & curiositatē, nec rursus philosophia aut secularis scientiæ studijs immorari, sed cōpunctioni, orationibus meditationibusq; falubribus insudare, ea q̄q; uoluminalibentius legere frequentiusq; studere, ex q̄rum informatione ad cordis emulatiōnem, compunctionis assiduitatem, devotionis feruorem, & omnem sp̄uale magis excrescentem, re ualemus pfectu, & impleamus quod in Ecclesiastico continetur: In supuacis rebus nō scributur multipliciter, sed quā p̄cepit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus dei ne fueris curiosus. Non est enī tibi necesse sarium ea quā abscondita sunt, uidere oculis tuis. Aptiora sp̄uali pfectui & uiciniora perfectioni quāramus. Impeditu uero ab his & que distractiū sunt mētis, quantum possumus, fugiamus, nechis q̄ nostro usui concediſt, implicemus affectum, ita ut absq; turbatione patiamur ea nobis auferri, quemadmodū de magno hoc patre Augustino conscriptum est: Noua fabrica ne nunquam habuit studiū, deuitans in eis implicatiōnem sui animi, quem semper libet, esse uolebat ab huiusmodi moleſtia exteriori, ut libere posset uacare continua meditationi atq; assidua lectiōi. His q̄q; quā habuit, per amorem intentus non fuit. Hinc demum ad ciuitates epo carentes refugiatib; accedere, ne in episcopū asumptus, à sp̄ualibus suis exercitijs impeditur. Desinat igitur unusquisq; a curiositatibus, noū uiratibus ac superfluitatibus q̄rumlibet regi in cella sua. ¶ Secundo sectemur sanctissimū Augusti, quantum ad exercitū eius exteriora ac sp̄ualia, in q̄bus post suam conuersiōnē se p̄tinuit exorsus est occupare. Mox namq; post eā ad sua & ad agros suos reuersus, ieiunijs & oronibus ceperit uacare, lectioni & conscriptioni libere insistere, corpus domare, ab om̄i passionum immoderantia, impetu & ingetudine abstinere. Nam mēsa frugali ac parca iugiter uelutatur, oleibus ac leguminibus contentus communiter. Carnes uero ppter infirmos & hospites habuit sp̄e. Interē claustrum insituit clericoz, cum q̄bus uiuere ceperit in uita communi, secundū regulam sub sanctis apostolis constitutam. In quanta autē mansuetudine, humilitate, pace, patientia, concordia, sobrietate, paupertate, dilectione spirituali, studio atq; munditia mentis & corporis uixerūt ibidē, patet ex sermonib. Augustini ad fratres illos de eremo. Itaq; si in his sc̄nū uigilie seculi fuerimus, cito cū eo ad pfectiōis monte erimus, p̄pinq; quātes. Oportet omnino, fundamentaliterq; regritut, ut religiosi uolens, p̄ficer, fatigat primū carnē suā cum uitis & cōcupiscentijs crucifigere, & cibū ac potū accipiat moderate ac timorate, tanq; q̄tidianāe ruinā corporis sui remedium, non tanq; delectationis obiectum, aut resolutionis mentalis materiā. Et quis ad hoc diligentiam grandem adhibeamus q̄tidie, adhuc tñ culpam in toto nō euadimus uel inordinate delectationis, aut superfluitatis, aut nimia immorationis, aut aliaq; circūstantijs actuum uirtuosog; quanto magis qui intmorata & incustodite se habet in cibo ac potu q̄tidie, multum ac multipliciter in eis peccabit, ac corrueat om̄i die! Propter qđ loquitur Augustinus: Crapula nonnūq; subrepit (o dñe) seruo tuos. Misereberis, ut longe de cætero fiat à me. Et q̄s est dñe, qui non rapiatur aliquantulum extra metas necessitatis? Quisq; ille est, magnus pfecto est, magnificet nomen tuum. Ego aut̄ non sum, q̄a homo p̄ctō sum. Veruntū cū pure naturalia non sint p̄cta, & ex unione potētia cū obiecto cōuenientiōriatur delectatio, idcirco

D
circo si ex pceptione cibis ac potus oriatur ac sentiatur delectatio naturalis, nō est in se culpa
bile, nec impedit comedionē ac potationē esse virtuosam, seu temperantia sobrietatisq; actum,
dūmodo referatur delectatio illa ad finē spūalem ac debitū, puta ad dei honorē & congruam
corporis cōfortationē, ut ad dei obseq̄a extē idoneū. Specialiter q̄q; caendus est supflus po
tus, & ne nimis tarde bibatur, ne etiā consuetudo bibendi extraordinarie admittatur. Imo su
perfluo potui sicuti & superfluo somno, oportet per assuefactionē ad cōtrariū repugnare. ¶ Præ
terea oportet nos oēm irā impetū, impatientia turbinē, ingetudinem scādalosam, discordiā
& animi uehementiā pr̄lus uitare, charitatue, humiliter, p̄e & concordiā insimul conuersari.
Ira m̄ nō habet miām, nec erūpens furor. Imo sp̄m ad irascendū faciem q̄s poterit sustinere.
Certe ira uiri iustitiae dei nō opatur, sed irascēs ppria iracūdia excectatur & infatuat, ita q̄ cōtra
iustitiae dei agere, sociale uitam cōfundere, cōcordiā dissipare, & alios scandalizare mōstratur.
¶ Tertio Augustini sequamur, quantū ad exercitū eius interiora. Meditationibus nāq; scri
pturaz, cōsiderationibus diuinis, deuotioni i interna totus erat in fētus, int̄m ut fateatur: Cū
acciderit mihi, ut magis me moueat cātus q̄s cantatur, i. sensus designatus p̄ uerba, specia
liter me peccare cōfiteor, & tunc mālē non audire cantantē. Conemur ergo & nos deo ac sen
sui magis q̄ cantui esse intenti. Discussioni p̄p̄rā cōscientiā & expurgationi ipsius insitatus
assidue, & mirabilia legis diuinā nō immoderanter, sed humiliter pscrutemur ac speculemur.
Sanctus q̄q; Augusti, uisceribus charitatis ac pietatis totus exhuberavit, atq; mirabilis in cūctis
uiguit discretionē. Eius igitur imitatione spūaliter amors, benigni, discreti simus in cibis.
Sicq; in istis pseuerando ac p̄ficiendo q̄tide, ptingemus cū ipso ad uerticē pfectiōnē, ad plenī
tudinē charitatis, ad tm̄ sap̄ gradū, ut ea q̄s dei sunt p̄fundissime cōtemplemur, & deus in
certa atq; occulta sap̄ suę nobis reueler. Tunc erimus iugur introuersi, mente erecti, in deo
simplificati ac p̄p̄ri, ad considerandū ac sobrie ad mirandū p̄funditatē decreti infinita sap̄ie
tiae dei, sup modo saluationis ḡfis humani, p̄ unius adorandā p̄sonā incarnationē ac passio
nem: & q̄litter p̄sonā illa incarnata ppter uarias p̄gnantissimas ratiōes instituit eucharistiae
sacramētū. Tūc etiā erimus eminenter dispositi ad contemplandū sup̄gloriosissimā trinitatē
felicitatē, maiestatē & gloriā, emanationē & cōmunicationē eius ad intra aētēnā, mutu
amq; ipsius intuitionem clarissimā, dilectionem feruentissimā & inuensam, cōplacentiamq;
dulcissimā & fruitionem superpurissimā, sed & coeternā ac sup̄beatissimam cōsistentiā eius,
quę oia cū summa reverentia oñiq; humilitate, charitatua congratulatione, puritate inter
na ac stabili mente sunt contemplanda. Ad laudem &c.

¶ In festo decollationis sancti Iohannis Baptista.

¶ Enarrationem Epistolæ, require in communī sanctorum unius martyris.

¶ Enarratione Euangelij: Misit Herodes ac tenuit Iohannem. Marci 6.

Matt. 14.
Lucæ, 1.


N Euangelio hoc qđ post Matthæū Marcus scriptis, beatip̄cursoris Iohannis
decolatio merito lamentabilis describitur. Dicit igit̄ Misit Herodes ac tenu
it Iohannem. Herodes iste Antipas, filius fuit Herodis Ascalonitæ, cuius tpe
natus est Ch̄s, qui & infantes occidit. Hic misit seruos suos & tenuit, hoc est,
comphendit ac cepit Iohānem, [& uinxit eum in carcere, ppter Herodiadē
uxorem Philippi fratri sui, q̄a duxerat eā]. i. ad instantiā Herodiadē coniū
gis Philippi, q̄ fuit frater Herodis. Huius esti legitimā coniugē noīe Herodiadē, abstulit iste He
rodes, & cū ea in adulterio sedidit. Vel, ppter Herodiadē, hoc est, ppter amore carnalē, q̄e habu
it ad eā, quā tanto carnalitatis amore amauit, q̄ incréptione de hoc ferre non potuit. Vel, p
pter Herodiadē, i. ut Iohāne occiso, cū illa querit atq; securius delectaret. [Dicebat enī Iohān
nes Herodit: Non licet tibi q̄ legē Moysi recipisti, [habere uxorē fratris tui] in coniugem, q̄a
hoc phibet lex, ne q̄s uxorē fratris illo uiuente accipiat. [Herodias aut̄ insidiabat eī], i. Iohāni
& uolebat occidere eū, nec poterat.] Impotentia causam dicit Matthæus: Herodes uolens oc
cidere Iohānē, timebat populū, q̄a sicut prophetā eū habebat. i. cōis populus prophetā illum
esse reputauit. Vez nō solū illa causa fuit, sed hæc etiā quā Marcus hic dicit: [Herodes enī me
tuebat Iohānē, sc̄is eū uirḡ iustū & st̄tū, & custodiebat eū. Et auditō eo multa faciebat, & libe
ter eū audiebat.] Hinc iā patet, q̄a mulier ista nefaria Herodias (q̄ insidiabat Iohānē, uolēs eū
occidere) primo cōceperat odīū cōtra Iohānē cōcupiscētia sua inimicū. Vidēs enī q̄ Herodes
Iohānē liben̄ audiuit, eōq; auditō multa operabat, cēpit timere, ne prop̄ p̄dicationē Iohānē
Herodes cā abijceret, & primo redderet uiro. Quod ergo apud Mat. dicitur, q̄ Herodes q̄rebāt
Matt. 14 Iohānē occidere, intelligendū est processisse ex Herodiadē suggestione. Effēminatus q̄p̄
Herodes instantium uictus est luxuriosæ mulieris concupiscentia & amore, q̄ contra legem &
contra rationis iudicium acq̄euīt mulieri, & insidiabat ipse q̄q; Iohānē, q̄e antea liben̄ aus
diue.

A diuerat atq; timuerat. Ideo seq̄tur: [Et cum dies opportunus] insidiarum eius [accidisset] He
rodiā natalis * sui]. i. anniuersarius dies nativitatis suę, [cenam fecit principibus & tribunis
& primis Galilæz. Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis] ex alio uiro [& saltasset]. i. choriz
zando tripluasset in medio aulæ seu alterius loci in medio eorum qui aderant, [& placuisse
Herodiā simulq; recubētibus] saltans filia meretricis & saltatio eius, [rex] Herodes [ait puel
la] saltant: [Pete à me quod uis, & dabo tibi. Et iurauit illi] ex hac uana complacentia, [quia
quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Qua cum exisset] consultura matrem,
[dixit matri sua]: Quid peras? At illa] Herodias mater puellæ, [dixit: Caput Iohānis Baptista.].
Cumq; introisset puella, [statim cum festinatione ad regem, petiū dicens] Herodit: [Volo us
protinus des mihi in disco]. i. in hoc loco caput Iohānis Baptista] quod fieri non potuit ni
si decapitaretur. [Et contristatus est rex] Herodes, quod tam incōsulte iurasset ac promisisset,
& quod illa tam crudeliter postulasset. Quidam dicunt, quod Romani abstulerūt à ludōis no
men regium. Et tamen hoc loco Herodes dominus ludōrum dicitur rex. [Propter iusser
dum] quo iurauerat puellæ, [& propter simul recumbentes,] ne in tantorum uirorum presen
tia uideretur periurus & mendax: uel, ne ipsi turbarentur, qui fortasse consenserunt Herodias
diū mortem Iohānnis noluit eam contristare.] Secundum Hieronymū & alios plures do
ctores, cum Herodiade ordinauit, quomodo posset Iohānem occidere. Et inuenio concordi
consilio, fecit coniūvium, in quo filia Herodiadis tripudiat. Qua saltante, fixit se rex ultra
modum delectatus in saltatione illius, moxq; iurando promisit dare illi quod peteret. Qua
caput Iohānnis petente, simulauit se rex contristari, ut populu haberet eum excusatū de mor
te Iohānnis, cum th̄ corde gauderet. Et hoc alij p̄bant: Primo (ut scribitur in Matthæo) quia Matt. 14
Herodes ante saltationē, accubūt ac postulationem puellæ, uoluit Iohānem occidere. Secundo,
qm̄ nisi optasset mortē Iohānnis, non occidisset eum propter iuramentū, q̄a sub promissione
huiusmodi nō intelligitur aliqd illicitum cadere. Tertio, q̄a non est probabile quod propter
saltationē promitteret puellæ tm̄ donū. Verum Augustinus sentire uidetur, q̄ Herodes uere
metuebat & libenter au diebat Iohānem, & ex animo tristis effectus est postulatione illa au
dita, qd ybis euangelicis magis cōsonare uidetur. Quod igitur dicitur Herodes uoluisse occi
dere Iohānē, intelligi potest de uolūtario pmixto inuoluntario, quō Pilatus uoluit crucifige Agusti
re Ch̄m, quem utiq; voluntarie crucifixit, aliter non peccasset, sed erat voluntarium illud in
uoluntario mixtum. Deniq; sicut iuxta Salomonem, uult & nō uult piger, si talis uult & non
uult, hoc quoq; qd uult, efficit q̄ microrē q̄ē modum negotiator cū tristitia p̄n̄git mers
ces in mare. Habuit ergo displacentiam contra Iohānem, propter incréptionem ipsius, & in
clinationem ad occidendum eum propter Herodiadē preces. Sed non tm̄, quod absolute de
creuit uel optauit eum occidere, secundum Augustinum. Ideo contristatus est, audita petitione
petulantis puellæ. Ad secundum dici potest, quod reges, principes & superbi uolunt p̄missa
& iuramenta sua implere, quanuis illicita, ne ab hoībus iudicentur piuri aut mendaces. Et qđ
opponitur, Si puella petisset caput patris & matri, Herodes non consensisset ergo quod iuraz
uit puellæ dare q̄cūd p̄teret, insidiando fecit: hoc solueretur, dicendo q̄ intentis Herodis
nō erat absolute promittere, sed dummodo nō esset penitus irrationalis & absurdū. Ideo enī
dixit, Licit dimidium regni mei quisque diceret! Si aliqd maius petieris, non p̄stare. Ad ter
tium diceretur, quod reges cū uino calefacti sunt, faciliter inclinantur ad promittendū, ut pas
ter de Assuero, quomodo promiserat Hester. Quanuis autem caput Iohānnis dare saltati, fu
it maxime irrationalis, tamen Herodes non reputauit hoc tam irrationalis, ut alia multa;
[sed misso confessim spiculatorē, p̄cepit affteri caput eius in disco. Et decollauit eū] per ma
num spiculatoris in carcere. Et attulit spiculator caput eius in disco] Herodi, [¶] Herodes
[dedit illud puellæ] nequissimā saltatrix, [& p̄ella dedit matru suę] Herodiadi, ut uiso capi
te incrépatōr sui, gloriaretur de condigna vindicta. O qualia sunt iudicia dei, & quomodo
permittit deus iustus & sanctus electos suos in p̄senti seculo tribulati, à reprobis oprimi
multis iniurijs affici. Scit enī quām salubre & meritorium hoc eis existat. Ecce sanctissimū uis
rum consanguineum Ch̄fi, p̄r̄conem, p̄r̄cursorē, Bapt̄istam saluatoris, q̄ inter natos mu
tierum maior non fuit, permisit ad suggestionem adulteræ in carcere, ad instantiā petulantis
ac uilis puellæ occidi. Nemo ergo seruorum Christi murmurēt, cōtristetur aut pusillanimis fiz
at, dū aduersitatibus atq; iniuriis fatigatur. Multe enī tribulatiōes iustorum, & tanq; auḡ in for
nace, probuit deus electos. [Quo auditō, discipuli eius] Iohānēs uenerūt, & tulerunt corpus Sapiæ 33
eius de carcere, uel de loco carceri propinquō, [& posuerunt illud in monumēto] in urbe Se
baste, ut dicitur, quę oīm uocabatur Samaria. Nec dubium quin fecerint plāctum magnum
super tam dilectum & sanctum magistrum.

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO I.

SERMO primus circa Euangelium: De beatissimi Iohannis Baptista & innocentis martyrio, de Herodis brutalitate, deq[ue] speciebus iuramenti.

Quare non respicis domine contemptores, & taces concilante impio iustiorē se: Abacuc primo. Sanctus propheta Abacuc considerans, qualiter in hoc mundo electi & sancti à reprobis ac impiis opprimuntur & occiduntur, quasi admirans q[uod] deus iustus hoc patitur, & tam diu dissimulat, locutus est prætacta ad eum, dicens: Quare o domine non respicias contemptores, id est, cur transgressores legis diuinæ non statim castigas, ostendendo per hoc quod eorum facinora scias ac detesteris, sed taces, non exercendo vindictam, dum impius iustum conculcat? Veruntamen hanc questionem ac querisionem mouet propheta in persona imperfectorum, qui diuinorum profunditatem ac subtilitatem iudicitorum necdū p[ro]ximaliter contemplari, sed prædictum effectum considerant absolute secundum seipsum; sic enim omnino irrationabile & peruersum uidetur, sanctos opprimi ab iniquis. Si uero cōsidereremus ob quām rationabiles causas hoc fieri deus permittat, glorificamus iudicium eius. Hoc etenim deus permittit ob maximum incrementum meriti ac præmij electorum suorum, quibus utilissimum saluberrimumq[ue] consistit, ut per temporalia momentaneaq[ue] uitæ præsentis supplicia & aduersa, eternæ beatitudinis copiosissimum fortiantur augmentum, martyris quoq[ue] aureo lam, & multiplice ac abundantissimum fructum. Hinc ad Corinthios ait Apostolus: Id q[uod] in præsentis est momentaneum & leue tribulationis nostra, supra modum in sublimitate æterni glorie pondus operatur in nobis. ¶ Deniq[ue] ista ad præpositum applicando: Si consideremus beatissimi Iohannis excellentissimam sanctitatem, exhuberantisissimam gratiam, præclarissimas prærogatiwas, atq[ue] Herodis & Herodiadis uitiosissimam uitam, qui in adulterio tam incestuoso fecerant ac inquinabantur, quis non uehemeter miretur, quod uicium illū tam singularissimam sanctitatis ac gratiae, deus à tam sceleratissimo adultero pmisit occidi. Si uero cōsideremus, quantum meriti, quantum beatitudinis & gloriae beatissimi Iohanni ex tempora li sua incarceratione & momentanea decollatione acceruerit, quantum uero demeritum, quātum eternæ damnationis infernalisq[ue] p[re]cau[n]tia facinorosissimo Herodi adultero incestuoso, & eius adulteria, ex persecutione & occisione, quās iniustissime intulerunt sanctissimo præcursori, uidemus quām amoro[rum] & gratio[rum] egit deus cum amico suo diuino & magno Iohanne, quem per tam brevia supplicia, ad tam copiosam sempiternamq[ue] promovit felicitatem. Et item quām terribiliter ac districte egit cum præfatis Herode & Herodiade, quos ad tam impissimum facinus cadere, atq[ue] ad tantam suæ damnationis eternæ accumulationem in tam breve uita permisit corrue[re]. Sed iam historiam festi præsentis pensem. Itaq[ue] sicut beatus Euangelista Marcus describit, Herod Antipas filius Herodis, qui occidit infantes, incarcerauit sanctum Christi baptistam Iohannem, quia Iohannes acriter reprehendit Herodē de hoc, quod contra legem Moysi habuit secum uxorem fratris sui nōdum defuncti, quam dolo absulit ei, quæ scemina Herodias uocabatur, & formidabat q[uod] Herodes dimitteret ipsam propter prædicationem & reprehensionem sancti Iohannis, quia Herodes metuebat Iohannem, sciens eum esse uiuum iustum & sanctum, propter quod eo auditu multa agebat, & audiuit eum libenter, ut Euangelista fatetur. Hinc Herodias insidiabatur Iohanni, excogitando q[ui]libet posset Herodem inducere ad occidendum beatum Iohannem. Cumq[ue] Herodes in die antiuentisatio[n]is nativitatis suæ fecisset principibus suis grande conuiuum, filia Herodiadis saltavit, id est, curialiter chorizauit. Quod cum placuisse Herod ac coniuuantibus, promisit ei cū iuramento quod daret ei quicquid postularer ab ipso. Qua informata à matre sua uitiosissima feedissimamq[ue] adultera, dixit Herod: Da mihi caput Iohannis Baptiste in disco. Qua petitione audita, tristabatur Herodes, siue ueraciter propter innocentiam sancti Iohannis, & enormitatem tantu[m] facinoris siue simulatorie, ne uideretur tam iniustus atq[ue] crudelis. Nihilominus quia iuravit ne contristaret pueram uiuercam, misit confessorem spiculatorem, qui decollauit in carcere electissimum dei Iohanne, caputq[ue] eius portauit sceleratæ iuuençula, quæ tulit illud matri siue turpissimam. Quo auditu, uenerunt sancti Iohannis discipuli, corpusq[ue] eius sepelierunt inter corpora sanctorum prophetarum Helisei atq[ue] Abdiae. ¶ Posset hic quæsti, an Herodes excusetur a crimine, quia ne infringaret iuramentum suum ac promissum, occidit Iohannem. Respondendum, quod nullatenus excusat[ur], quoniam iuramentum ac uotum licitum habet tres coniunctas, scilicet ueritatem, iustitiam & iudicium, id est, discretionem, sine quibus nec licite emituntur, nec sine peccato implentur. Quicquid ergo contra ueritatem aut æquitatem seu discretionem promittitur aut iuratur, nequam est obseruandum. Et qui taliter iurat siue promittit, non fit perius aut promissi transgressor, non impledo quod iurauit seu uouit: sed eo ipso quo taliter iurat seu promittit, perius fit aut promissio transgressor, quia tenetur non adimplere.

IN DE COLL. S. IOHANNIS BAPT. Fol. CCCI.

Amplere, priout hoc sanctus Thomas in Secunda secundæ diffusus docet. Vnde si quis ueret se alteri nōcūtū, aut religione non ingressus, nō tenetur implere, nec debet nocere. Hinc, ut lessitur primo Regum, cum Dauid ira commotus, iurasset se occidere virum peruersum nō nomine Nabāl, à quo magnā passus fuit iniuriam, audita humili excusatione & supplicatione uxoris ^{1. Re. 25.} Nabāl, mutauit propositum, immo & g[ra]tas egit deo, q[uod] preferuauit se ab adimplectione temerarij iuramenti. Propterea ait Isidorus: In malis p[ro]missis rescinde fidem, in turpi uoto muta decretū. q[uod] incaute uouisti, nō facias, impia est promissio, que scelere adimpleatur. Insug nō solum pec[un]ia enormiter q[uod] per iurat aut falsum iurat, sed etiā qui aliquem ad hoc inducit scienter, quoniam am homo plus tenet deum & aīam proximi sui diligere, quām terrena. Idcirco ne deus tam grauitate offēdatur, & ne proximus in culpā iurationis seu falsa iurationis labatur, debet homo potius damna oīa pati, quām aliquem ad illicitam iurationē scienter inducere. Et de hoc refert Augustinus exemplum, quod in ciuitate sua Hippona contigit tempore suo, uite enim ibi Augut: iur simplex & bonus, q[uod] quādam induxit ad iurandum, q[uod] negauit sibi rem suam. Ille ergo false iurauit, & uic ille bonus per hoc pdidit, quod sibi ille debet. Nocte sequente uir ille simplex ad iudicium raptus est Chri, & interrogatus: Cur prouocasti hominem ad iurandum, quem falsum noueras iuraturum? Respondit: Quia negauit mihi rem meam. Cui ludex: Nōne melius us sibi fuisset rem tuam amittere, quām illius aīam falsa iuratione occidere! Tunc iudice p[ro]sciente prostratus atq[ue] tam grauiter c[on]fusus est, ut in dorso euigilatis plagiæ appareret uestigia. Deinde dictum est ei: P[ar]citur innocentia tua, Causa ne amplius tale quid agas. ¶ Postremo, non solum periuria, sed & inanis iuramenta uitare tenemur, præsertim cum unum decem pre Exod. 10. ceptor[um] sit nō uane iurare, id est, sine necessitate aut uera utilitate. Et etiā, q[uod] qui faciliter iurat, Math. 5. faciliter per iurium incidentur. Hinc ait Salvator: Ego dico uobis non iurare omnino, neq[ue] per cælum, neq[ue] per terram, neq[ue] per caput tuum iuraueris. Sit aut sermo uester! Est est, non non: Quod his abundantius est, à malo est. Hoc ipsum apostolus Iacobus in sua ait Canonicitate An Jacob. 5. te omnia nolite iurare. Constat ergo q[uod] uitiosa atq[ue] damnabilis sit consuetudo multorum faciliiter ualde iurantium. Imo q[ua]dam uix proferunt aliqd nisi cum iuramento, quod ad magnā diuini nominis irreuerentia ptiner, s. tam incōsiderate, uane & immoderate nomen dei aut sanctorum assumere, & pro teste adducere. Aliqui quoq[ue] iurant per membra Chri, quod prouersus damnabile est. Imo cum uane iurare sit directe contra diuinum præceptum, & per consequētus ex suo genere peccatum mortale, facile est pensare quām mortale & uitiosum sit habere cōsue tuidinem uane iurandi, cum & consuetudo uenialium sit frequenter mortale peccati, pugnet igitur unusq[ue] contra consuetudinē suam malū, & ut uerbis utar Augustini, malū malam, & ualde malam. Et in huiusmodi pugna laudabilis deum in uocet adiutorem, ut uirtutem nō ius randi præstare sibi dignetur. Imo sanctissimum patrem nostrum gloriissimum inuocemus lohannem Baptista, ut hanc grām, uitam deo placentem, patientiam sanctam, stabilem & inuictam, ac siue beatum impetrer nobis, ut impliam illud Ecclesiasticulacioni non affuerat Ecc. 22. os tuum. Multi enim casus in ea: quoniam uir multū iurans, replebitur iniquitate, & nō deficit de domo illius plaga. A quo malo meritis & precibus sanctissimi p[ro]curoris nos tueatur Deus omnipotens super omnia benedictus.

A D R E L I G I O S O S.

Sermo II. Quod electis omnia cooperentur in bonum, item de mundi contemnitu, de diversis bonis, & de patientia in tribulationibus habenda.

Male tractauerunt eum, qui ex utero matris consecratus est propheta. Eccl. 49. Vere misericordis deus in sanctis suis, & iudicia dei abysmus multa. Imo terribilis deus in consilio Psal. 67. suis super filios hominum, qui ita pmisit reprobos ac sceleratissimos in uita hac prosperari, regna Psal. 35. Psal. 65. re ac præualeare. Electos uero atq[ue] iustissimos uitios permittit, in seculo isto sic opprimi & affligi, sic despici & occidi. Quid autem sacratus sanctificato in utero, innocentissimo ac diuinissimo Iohanne Baptista? Et tamen hunc tales ac tantum pmisit altissimus ab illis impiissimis sic tractari, sic capi, incarcerari ac decollari. Verum ut ait Apostolus, Omnia cooperantur electis in bonum. Roma. 8. Reprobū uero secundum suas duritias & impenitentias corda sua thefaurizant sibi iuram in die Roma. 2. iusti iudicij dei. Deniq[ue] nouit deus qui sunt eius, nouit quid electis suis expeditat, nouit quām 2. Tim. 2. saluberrimum eis sit in uita hac momentanea tribulari, iniuriari, humiliari & pro ueritate occidi, ut eternaliter coronetur: & tanto sublimius exaltentur sine fine in cælis, quāto magis humiliari, deieci, afflitti fuerint ad horam in terris. Ecce Hieremias propheta sanctissimus, q[uod] solus in veteri testa mēto legitur euidenter in utero sanctificatus, quāta sustinuit in hac uita, quātan Hier. 1. Hier. 2. Hier. 26. Hier. 37. tas iustitiones, subsannationes & odia, detractiones, p[ro]cussiones & maledicta, incarcerationes, im-

Hiere, & pessones, famem, siti & vincula, & tandem (ut fertur) est lapidatus. Ex his multipliciter ac D saluberrime edocemur. Primo, ne mundum & ea quæ mundi sunt, appetamus, ne temporale Psal. 14. prosperitatem apprecedemur, sed potius ad nihilum deducatur in conspectu nostro malignus. T. Ioh. 5. hoc est, iniquos secundū quod tales sunt, quispendamus. Totus etenim mundus in maligno positus est. Ideo sancti patres fugerunt à mundo, tanquam ab infernali incendijs loco, tanquam à periculissimo ac turbulētissimo mari, tanquam à campo laqueis latronibusq; replete. Regnum mundi & omnem ipsius spreuerunt ornatum, tanquam interioris decoris obstatulum. Diuitias temporales & carnales delicias atq; humanos honores, uelut retinacula mortis, & sicut usq; inferni ac uenena diaboli, quibus alliciuntur, decipiuntur, ac pereunt multi & innumerabiles, oīs noī fuderunt. Ea quoq; illis contrariātur, uide licet paupertatem, afflictionem, deiectionem, toto sunt amplexati affectu, tanq; media ad uirtutes, & uelut spūliū profectuum instrumenū, & sicut perfectiōis p̄zambula, totiusq; sanctitatis & custodiaz inferioris subsidia. Huius sauberim⁹ fugæ primum ac p̄clarissimum in noui testamēti exordio exemplum p̄stitūt nobis sacratissimus Iohannes Baptista, qui nec parentū sanctitate securus, nec suip̄fus in utero ac circuncisione sanctificatione contentus, cum adhuc esset puerulus, cremū est ingressus, factus demonstrans, q̄ difficile sit saluari, ac uita superare, uirtutibus infigi in mundo, & quantū proficit ad h̄c om̄ia sollicitudo. ¶ Præterea non solum debemus mundū & ea quæ mundi sunt, nō appetere, uerū etiā totis præcordijs abhorrire tanq; impedimenta uirtutum ac gratiæ & salutis æternæ. Et quanto illa cordialis detestamur, tanto uere sapientiores ac spūliaiores esse probamur. Ecce quantum nocuit filijs Israeli societas, communio sive admixtio Chananeorū, quod Deus p̄noscent, prohibuit filijs Israei habere amicitiā, cōmixiones & soñalitates cum illis, ad figurandum q̄ religiosis qui p̄ filios Israei designantur, non expedit, imo per maxime nocet, inundanis hominibus, qui per Chananeos signati sunt, admisceri, aut frequenter cōfabulari, societate & familiaritate coniungi. Religiosus ergo sit mortuus mundo, totusq; uiuat, intendat, cōiunctus & immersus sit Deo. Et quācūd cū eo gratiōsus ac misericordius egit Deus, tanto & ipse cordialis compatiatur mūdanis hominibus, & omnibus iniqrat ac uanitate deuictis, incessabilitate ac ardētissime intercedēt pro eis, nec tamē sit quēpiam temerari iudicans, neq; lib̄p̄si q̄ianiter cōplacens, aut se insipieter extollēs. ¶ Secundo ex p̄factis instruimur, quē admodum mundus iste infelix sit reprobo & impiorūq; paradisus, electo & uero ac uirtuosorum carcer atq; exilium. Habet equidem summus p̄familias Deus oīpotens bona duplicita, ut p̄ te corporalia ac spiritualia, exteriora & interiora, temporalia & æterna, terrestria atq; celestia. Quemadmodū itaq; p̄familias secularis dat bono ac docili filio, meliora hereditaria bozna, seu terras magis fructiferas, filio autem in docili & peruerso hereditaria uiiora, ita omnia potens Deus p̄familias celestis, reprobis & iniquis hominibus temporalia, carnalia ac terrena largitur, eos quoq; frequenter ex iusta iudicio in talibus prosperari, ad granorem eorū damnationem permittit. Electis autem & bonis bona dat spūlia, interiora, celestia & æterna. Atq; ut amplius crescant in istis, & gloriōsius coronētur in eis, facit eos frequenter temporalium pati penurias, corporales afflictiones, inhonorations, iniurias, p̄sersertim quia interdū ex fragilitate peccant humana, à quo indigent purgari per transitoria ista aduersa. Insuper, quoniam reprobis subinde aliqua faciunt bona ex genere, & per eos temporalia admisuntur, ac mundi cursus protrahitur, quousq; electorū numerus compleatur, hinc iustus & supersapientissimus Deus permittit, imo & facit multoties impios ac reprobos temporaliter praesidentes, terrenis rebus ac prosperitatibus abundare. Cum igitur mundus iste sit carcer atq; exilium electorum, utamur eo ut carcere & exilio, ut terra aliena & hospitio, ut ualle lachrymarum & uia, nō ut loco risus aut deliciae ac patria, ita ut toto affectu ad beatorum patriam asperemus, totis ad illam uiribus festinemus, & instar sapientium uiatorum faciamus quotidie unam bonam diaetam, processum condignum, uirilem laborem, diuerticula caueamus, fabulationes extraneas evitemus. Nihil carnalis requiramus solatij, sed qualiter sancti patres nostri p̄cesserunt, oculo intueamur peruigili, ac tritam ab eis uiam uestigij sectemur indefessis ac strenuis. Frequenter quoque, p̄sersertim de sero, iter nostrum & dñe quam fecimus, qualitatem examinemus, & quicquid torporis ac negligencie, quicquid obliquitatis aut retrocessoris admisimus siue incurrimus, deploremus, emendemus, & recuperare non omittemus nec differamus. ¶ Postremo ex p̄zinductis doceamur, omnem aduersitatem amplecti, in tribulationibus gloriarī, nec aliqua unquam pusillanimitate desolatione ne tangi ex hoc, q̄ bonis & iustis multa contingunt aduersa, ac impis prosperissimo in hoc laudare debemus iustū Dei iudicium, & sapientie eius admirari abyssum, ipsum quoq; humiliiter deprecari, ut cū suis eleis in p̄senti uita dignetur nos paternaliter castigare, pie purgare, gratiōse implere, in omni bus

A bus conferuare, & usq; in finem dirigere. Contemplemur quā ineffabiliter peccata homini bus noceant, quā mirabiliter p̄sens uitæ flagella eis proficiant, quā p̄issime Deus nūc cum suis agat electis, quos exercet aduersis, & intelligemus quā sapienter atq; salubriter dixerit Christus: Beati estis cum maledixerint uobis homines, & p̄secuti uos fuerint, & exp̄s Matt. 5. brauerint, & dixerint omne malum aduersus uos mentientes, & eiecerint nomē uestrum tan Luke 6. quā malum propter me. Gaudete in illa hora & exultate, quoniā merces uestra copiosa est in cælis. Nullus ergo nūc relingtur religioso locus impatientia aut querela, turbulentia siue ira, malitia siue tristitia. Hoc sanctissimum ac perfectiss. patronus, pater, ductor ac doctor noster Iohannes Baptista optimè sciens ac profundissime pensans, captionē, incarcerationē ac decollationē patientissime ac promptiss. tolerauit. Si ergo uere eius serui ac discipuli, amatores ac imitatores esse optamus, ipsius sectemur uestigia, cum ipso gaudenter pariamur aduersa, iuxta eius doctrinā ac opera totam nostrā cōversationem rectissime dirigamus.

¶ Sermo III. Quomodo iustitia & iudicium obtenebrentur, quid sit iustitia uera, quid exigat, & quid sit sanctitas, quomodo uite obtineatur.

Herodes metuebat Iohannē, sciens eum uig. iustum & sanctū. Marci 6. Tanta est uis probitatis, tanta dignitas honorabilitasq; uirtutū, ut etiam ab improbis ac peruersis reuerētia formidetur timore ac honoretur, quānus interdū per accidentis contingat oppositum. Lūstitia autē est p̄clarissima uirtus, & p̄fertim ipsa uirtutum perfectio, ut pote sanctitas honorabilis est. Sed ecce quomodo passiones ac uitia corrumpunt humanum iudicium siquidē non obstante q̄ Herodes iste Iohannēmetueret, sciretq; cum esse uirum sanctū ac iustum, tamē decollauit eundem, & propter incestuōsam adulteram uinxit et incarcerauit eum; quem diu libēter audierat, & propter quem multa fecerat bona. Caeamus ergo & nos, ne ratio nostra proprijs uitis ac passiōib; obtenebretur, iudicetq; peruerse, & iam ex irrationalib; dis̄plicientia, auerſione, ambitione, ira seu impatiētia incipiat temerarie iudicare, aut facta aliquis interpretari in peius, aut aliquē p̄sequi propter aliquam excellentiam gratiæ sibi collatæ, qua p̄zeminet noī bis uita, fama &c. ita q̄ eius respectu uidemur uilescre, propter quod eum deprimerē cupimus. Solent quippe nōnulli religiosi irreformati & periculose passionati, aduersus ualem zelari, & querere qualiter eius facta ualeant denigrare; atq; in hoc quidam int̄morati sibi instar squamæ cohæret, ut in sermonē sanctus tangit Bernardus. Ideo patres experti dixerunt, q̄ in religiosis in uerā humilitate ac internā mortificationis fundamento nō radicatis, passiones uigent periculōsiores, quām in mundanis hominibus. Vereamur ergo cū sancto Iob om̄ia opera nostra. Abhoreamus stulta iudicia. In profundā humilitate, iuūifica lob. 9. mortificatione, abnegatione plenaria, reformatione interna fundemus nos ipsos, & proficiamus quotidie. Nihil ambitionis, nil uanæ appetitionis, nil inordinatæ reflexiōis inhæreat cor dibus nostris. Alioq; gratiæ atq; p̄fectiū cōgratulemur ex corde. Bonā quā quisq; in seipso non habet, in alio diligat & collaudet, quatenus om̄i cupiditate ac priuato amore expulsis, regnet charitas sancta in cunctis. ¶ Præterea intueamur, qualiter hunc exceilētissimum sanctū, gloriōsissimum Christi baptistam p̄misit omnipotens Deus manibus subiici impioj, imo uilis illiusq; impiissimæq; femina & petitionibus tradi. Unde merito exclamat Iohannes os aureis Iohannes schola uirtutū, magisterii uita, sanctitatis forma, norma iustitiae, uirginitalis speculum, pudicitia, titulus, castitatis exemplū, p̄cenitētis uia, fidei disciplina. Iohannes maior homine, par angelis, legis summa, euangelij sanctio, apostolorū uox, prophetæ silentium, lucerha mundi, p̄cursor iudicis, & totius medius Trinitatis. Hic talis ac tantus datur incestui, traditur adulteria, adiçitetur saltatrici. Hoc ergo intuitu nullus quantificunj in donis Dei videatur excellens, indigenet, turbetur, impatiens verreddatur, si etiā ab his qui longe inferiores aut uilliores putantur, exercetur, irrideatur, aut tale iniurium qđ patiatur, attendat Iohannē Baptisti, imo & Christum, quæ & quanta à uilissimis atq; prauissimis sustinuerunt hominibus. ¶ Deniq; quia in Euangeliō hodierno sacratissimus iste Iohannes commendatur potissime de duobus, uidelicet de iustitia & sanctitate, cōtemur eum sequi in istis duobus. Quemadmodū autē iustitia est uno modo uirtus communis, sic iniustitia ei opposita, est uirtus generalis, ita q̄ om̄e peccatum est iniustitia quedā, cum sit quædam obliquitas & recessus à directo uitatis, & per ipsum aliter habet se homo quā debet. Si ergo optamus esse sincerū iusti, op̄petet nos om̄e peccatum uitare, quantum possibile est fragilitati humanae, & pro quotidianiis culpis quotidie p̄cenitēre ac satisfacere, & eas deflere. Requirit autem uera iustitia, ut ei ramte naciter ac amorose inhæreamus, ut p̄pter nullum tempore, creatum, caducumq; bonum recedamus ab ea, nec ex timore neq; amore cuiusquam, nec ex cupiditate aut uoluptate, nec propter munera neq; obsequia, nec propter precēs aut blandimenta, ne assimilemur huic impiissimi

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO I.

mo Herodi, qui ob adulterio instigatiōem, & ne uitiosissimam contristare puerā, occidit beatissimum sanctissimū lohānem. Nulli igitur applaudamus in malo, nec alicui partialiter quād adhēreat, aut in illiciōis assistentiā praebeat ei. Nemo ex timore dispicēdi aut ex affectu cōplacendi cuiusq; homini, siue superiori, siue familiari aut alteri, aliquid dicat uel faciat contra ueritātē uitā, doctrinā siue iustitiā, nec ex tali radice faceat ueritatem, quando dicēda est. Exigit demum iustitia ista, ut creatori impendamus debitam reuerentiam, honorificētiā seu cultum decentem, ac meram subiectionem, prälato ueram obedientiam, dilectionem uenerationemq; cordiale, cæteris consilium & auxilium, tempore opportuno orationem & edificationem. Exigit quoq; ut diligentes ac strenui sumus in obseruantia sancti ordinis nostri, nec aliq; ex contentis in regula seu statutis uiolemus, ne transgrediamur terminos quos nobis prefixerūt patres nostri. Inteameur ergo qualiter sancti patres nostri sint conuersati in ordine, & quid regulā continet rigor deinde, quantum distemus nunc à plena obseruātia stas tutorum ac regulā, & an habeamus sufficientem coram Deo rationem tanta deficiētiā a pleia obseruatione, ita ut dispensatio queat nos excusare. Mater autem & ratio dispensationis, est uera necessitas euidentis utilitas. Præterea, quia reuera non possumus nos excusare in toto, Pſal. 138. supereft ut imperfectū nostrum inspiciant oculi nři, & humilemus nos uehemēter, neq; sufficiat nobis cōmendatio hominum, sed interrogatio cōscientiā bonae in Deum. Itaq; quicquid Eccl. 9. potest nostra manus, operetur in stanter. ¶ Amplius, sanctitati gloriōsi ac summī lohāni Ba p̄fītē appropinquare semper conemur. Sanctitas autem proprie nō aliud esse uideret, quam actio undiquaq; hoc est, ex omni parte perfecta, quēadmodum beatitudo dicitur optima opera ratio optimā uirtutis secundū statum perfectum. Nihilominus q̄a beatitudo hæc in hominibus multa includit ac p̄supponit, propterea oīm illoq; collectio seu adunatio qñq; beatitudo uocatur, ut cum ait Boēthius: Beatitudo est status omnīu bonorū aggregatione perfectus. Sic quia sanctitas hominis p̄supponit & includit q̄ plurima, utpote omnium terrenorū carnali umq; affectuum extirpationem, omnium passionum plenaria reformationem, omnium q̄ uirtutum in termino excellentiā cōplementum, hinc sanctitas etiam dici potest omnium uitiorum plena expulsio, interioris reformationis consummatio uirtuosa, omniumq; uirtutum perfecta possesso seu actualis perfectio. ¶ Præterea, sicut in exercitu unus homo p̄rabet alteri robur atq; subsidium, ita in acie uirtutum uirtuosorūq; actuum una uirtus & actio sua grande confert subsidium, protectionem ac fulcimentum alteri uirtuti, eiusq; actui, & omnes se inueniunt perfeccū, ornant, scut ad hoc q̄ quis sua peccata per uirtutem penitētiā digne deploret, & per abstinentiā uirtutem pro eis satisfactorie abstineat ac ieiunet, & per uirtutem latrīe ore ac celebret, maxime confert fides illuminata, qua creditur Deus esse index actuū humanorum, & penam eternam pro mortali culpa infligere, & charitas feruens, qua à Deo separari non acquiescit, & q̄ ab eo se unquam auertit tristatur, eiusq; cupit reconciliari & facere recompensam nec potest quis esse perfectus in charitate, nisi à passionibus plene fuerit reformatus, atq; in humilitate, patientia, maniūtudine, sobrietate, continentia, cæteris quoq; uitutibus moralibus ac alijs pfectus. Ut ergo conuersatio nra sit Deo summe accepta, & opa nostra bona promptissime ac delectabiliter siant, conemur ad sanctitatem, ad omnium uitutū consummationem, ad intensissimam cum Deo adhäsionem, ad uniuersaq; passionum refractionem ac regulationem omnimodam, ad indefessum in omni bono profectum, fortissimāq; & incessabilem cordis custodiā, ad seruentissimam dilectionem. Quæ omnia in præstantissimo patre nostro lohāne Baptista excellētissime erant. Eius ergo intercessiō ac meritis ista desuper impetrare conemur. Ad laudem & gloriam omnipotentis.

¶ In Solennitate Natiuitatis Gloriosissimæ Virginis Marī.

¶ Enarrationē epistolæ, Ego q̄s uinit &c. cū suo sermone, regr supra in festo Cōceptionis.

¶ Enarrationē autem Euangelij, Liber generationis, cum suo sermone, ibidem.

¶ Sermo I. De benedictionibus beatæ MARIAE, de plenitudine gratiarum eius, & quantum debeamus illam amare & honorare.

Benedixit te dñs in uirtute sua, q̄a p̄ te ad nihilū redēgit inimicos nřos. Judith xiiij. Sicut beatus ait Gregorius, Benedictio Dei est collatio mune & eius, & multiplicatio eorundem. Merito ergo de gloriōsissima uirgine Maria asseritur, quod Deus benedixit eam in uirtute sua, id est, ualde copiose in omnipotētiā sua. Benedixit eam beneplacitum ante suā natiuitatē, in natiuitate sua, & post natiuitatē suam. Primo ita benedixit eam ante natiuitatē suā, id est, cum adhuc clausa fuit in utero matris sua, uide letat sancta Annæ. Hæc aut̄ benedictio fuit eius à peccato p̄seruatio. Et quanuis sacra scriptura hoc euidenter non dicat, tamen ex his quæ in scripturis continentur, hoc rationabiliter certum

IN NATIVITATE B. MARIAE VIRGINIS. Fol. CCCIII.

- A titudinaliē probatur. Deniq; Christo excepto, nō legitur in diuinis scripturis quispiā sancti Hier. 1. ficiatus in utero, nisi sanctus Hieremias propheta, sanctissimusq; lohānus Baptista. De seipso Luca. 1. Hieremias quidem restatur deum dixisse ad se: Priusquam te formare in utero, noui te & ante tequam exires de uentre, sanctificauit te. Sed de sacratissimo lohāne Baptista scribit hoc Lucas 1. euangelista, qui ait angelum Gabrielem dixisse de lohāne ad Zachariam: Spiritus sancto replebitur ex utero, id est, in utero matris sua. Ex his facile est probare, gloriōsissimam uirginem materno in utero fuisse sanctam. Primo, quoniam quicquid gratia & uirtutum, quicquid interioris decoris & perfectionis à Deo collatum est serui suis, multo plus prestitum est uirginis illi in comparabili atq; dignissimā, quam sibi ipsemet Deus elegit in matrem, pura Macaria. Secundo, quoniam ipsa p̄ omnibus sanctis Christo fuit propinquior & consimilior, & prima ac summa post eum in ordine ac uniuersitate sanctior: ideo sanctificationi & sanctitatis Christi hominis fuit propinquior, utpote sanctificata p̄ alijs in utero matris. Tertio, quoniam decor & honorificētiā parentum redundant in prole eorum, similiter in honorificētiā. Propter quod scriptum est in Ecclesiastico: Gloria hominis ex honore patris sui, & deedes Eccl. 5. cui filii, pater sine honore. In Proverbijs quoq; Gloria filiorum paretes eorum. Quemadmo dum ergo ad irreuerentiam Christi pertineret, si suam matrem p̄ ceteris sanctis nō sanctificasset in utero matris, ita ad gloriam & honorem pertinet saluatoris, q̄ propriam matrem excellenter sanctificauit in utero genitricis. Ex his itaq; cōstat, nō solum uirginem gloriosam in sua matris alio sanctificatam, imo & ualde excellenter sanctificatam esse ibidem, quæadmodum & lohāne Baptista excellētius sanctificatus fuit in utero Hieremias, quoniam de lohāne Luca. 1. ne retulit angelus Replebitur spiritus sancto ex utero matris sua. Veruntameni multo plus excellit sanctificatio uirginis sacræ sanctificationem beati lohāni Baptista, quam sanctificatio Baptista, sanctificationem Hieremias prophetæ. Etenim matrem ueri Dei oportebat ualde in omnibus p̄fulgere. Cum ergo sanctus lohānus sit in utero spiritus sancto repletus, ualde mirabiliter in utero suę genitricis sanctificata est mater Christi Dei omnipotentis, ad quod pertinet illud in Psalmo: Sanctificauit tabernaculum suum altissimum. Deniq; tam copiosa uirtus & psal. 45. gratia infusa est uirginis summa in utero matris, q̄ nunquam peccauit nec mortaliter nec uenialiter, ita q̄ nūquam in ea surrexit aliquis inordinatus motus sensualitatis aut fomitis, nunquam illicita cogitatio, nunquam mala affectio, nunquam inordinatum uerbum loquuta est, nec negligētia aliqua ei subrepit. Hæc sanctificatio fuit benedictio eius in utero. ¶ Secundo benedixit eam Deus in sua natiuitate, in qua à suis parentibus Deo deuotissime fuit oblata, & in qua uerē magna & noua lux orta est mundi: ut creditur) Deus gratiam suam auxit in ea. In ueteri equidem testamento masculi p̄ circuncisionem ab originali purgabātur peccato, & gratia gratiā faciētiē ac uirtutes accepērunt per infusionem seu creationem à Deo. Nam sine charitate & gratia Deo placere, in statu salutis esse, & salutem cōsequi non ualebat. Foemella uero saluabātur fide parentum, quoq; fide purgabātur ab originali, non sine infusione (ut tacitū est) charitatis & gratiae. Certumq; est, uirginem sacram in originali natam non esse, imo nec lohānem Baptistam, quem tamen constat circuncisum fuisse, in cuius circuncisio (ut creditur) gratia Dei in ipso non modice aucta est. Vnde & in gloriōsa uirginis natiuitate, dum eam parentes sui Deo tam deuotissime obtulerunt, creditur Deus magnū grē suę incremētū posuisse in ipsa. ¶ Tertio copiosissime eam benedixit post suam natiuitatē, mox nāq; ut ratiōe uti ceperit sacram, uirgo, spūsanctus (cuius actuali motione indigemus in omni meritoria actione) direxit, & gratiōissime mouit eam ad omne bonum, p̄sūtē ad Dei notitiam seu contemplationem, & actualem feruendumq; ipsius amorem: tuncq; spūliter cresceat cōceptus, atq; quotidie in omni uirtute uehemēter proficerē. Habitauit autem in tēplo, in quo oblatā fuerat Deo, ubi cunctis admirabilis fuit, & grōissima nimis, iugiter Deo intēta, orando, meditando, contemplando dulcissime, diligēndo p̄seruādo. Porro in annūciatione dominica quarto Christum Dei unigenitum concepit, exuberantissimum gratia ac uirtutum ei collatum est incrementum, quia tunc uera Dei effecta est mater, atq; ex tunc cōceptu incomprehēnsibilis Deus incomprehēnsibiliter operari in propria matre. Idecirco ab illo momēto, quo in ea incarnatus est Deus, gratia Dei in eius utero quiescentis redundauit ualde in eam, & utique tam copiose, ut decūt a tali filio tali matris redundantiam communicationēmq; bonorum in ipso existentium fieri. Hinc ait Hieronymus: Cæteris gratia per partes p̄stātur, Marī uero se totam infidit gratia plenitudo. Nam sicut diuinus Dionysius in pluribus ait locis, quanto quid magis propinquat alīcui primo in quolibet ordine, tanto plus p̄participat uirtutem & effectū illius primi. Idcirco angelici spiritus de ordinib; primæ hierarchie, uidelicet Seraphim & Cherubim, abundatiūs participant illuminationem & influentiam gloriosam à Deo, q̄ an-

geli ordinum inferiorum. Cum itaq; Chfsecundū suam deitatem sit causa & fons totius gratiae. **D**acuitutū, p; authoritatē & creationem, secundum humanitatem uero per modum instrumentum talis ac meritoria cause, certū est q; præelectissima ac sacratissima genitrix eius, præ ceteris incomparabilem gratię plenitudinē ab ipso sortita sit in vita presenti, incomparabilem q; felicitatem & gloriam in regno cœlesti. Nec solum accepit à deo filio suo dona gratiae gratum facientis, sed etiam dona grā gratis data. Quod em̄ fuerit prophetissa, patet in Cäto cius, ubi inter cetera uaticinabatur: Ecce ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Postremo, quis ualeat ex cogitare, q; abundantanter benedixit eam deus in die Pentecostes, quando cum apostolis ac ceteris utriusq; sexus qui būdā sanctis spūmā sanctum accepit, & eo repleta est tanto exhuberantius, quanto ad eius susceptionem deuotius se paruit, & supernæ infusionis capacior fuit ac dignior? Quum ergo tam ineffabiliter gratiarū plenitudine, omnīq; liberalitate, charitate & pieta te plena sit beatissima uirgo, eam cum omni fiducia accedamus, eius misericordiam imploremus, ut pro nobis orare, gratiam & uirtutes nobis impetrare dignetur, nec sua defensio nos unquam destituat. Gloriemur in hac sanctissima solennitate in domino, quia in die hac nata est nobis tam præclarissima uirgo, tam affectuosisima mater, tam fidelissime aduocata, tā misericordissima mediatrix, tam potentissima ac liberalissima auxiliatrix, qua iugiter orat pro peccatoribus, ita ut si quid gratia aut uirtutis in nobis est, per ipsam nobis cōtulit Deus, qui ei misericordie regnum commisit. Ipsam ergo post Christum Deum & hominem summe diligere ac uenerari & inuocare debemus, eiusq; humilitatem, mansuetudinem, pietatem, castitatem, charitatem, ac ceteras sequi uirtutes, ut ei deuotio & ueneratio nostra complaceat, ne caliter salutem obtinere poterimus. Idcirco deuotissimus ait Bernardus: Altius intuemini fratres, quanto deuotionis affectu beatissimam Mariam Deus à nobis uoluit honorari, qui totius boni in ea plenitudinem posuit, ut proinde si quid in nobis est spel, si quid gratia aut sa lus, ab ea nouerimus redundare. Totis ergo medullis cordium, uotisq; omnibus ueneremur Mariam, quoniam sic est uoluntas Dei, qui totum nos uoluit habere per illam. Quidam uir sanctus cōtemplatiū uitā dicens, audiuit singulis annis sexto Iduſ Septēbris angelorū dulcissimā melodiam. Cumq; Deum deuotissime exoraret, ut sibi reuelare dignaretur, cur specialiter illo die audiret concentus angelicos, reuelatū est ei q; ideo, quoniā illo die nata fuit in mundo sacrificiū uirgo, præcepit ei Deus, ut hoc ipsum reuelaret sancta matri ecclesiæ, quatenus etiam ipsa in hac die solennitatem de nativitate Mariae uirginis celebraret. Quum ergo hæc summo intimasset pontifici, ille ueritate indagata atq; comperta, præcepit hoc festum sexto Iduſ Septēbris uniuersaliter celebrari. Celebrat autem ecclesia nativitatem Christi, & uirginis gloriose, Iohannis quoq; Baptista, quia hi tres sine peccato originali sunt nati.

Sermo II. Q; beata Maria cōtrierit caput serpentis, q; sit mediatrix nostra, & de sanctitate eius testimonia ex epistolis Ignatij martyris.

Benedicta es à dñō Deo excelsō p; omnibus mulieribus super terram. **Iudith 19.** Verba ista ad literā dicta sunt de illa uirtuosa atq; castissima uidua Iudith, quæ cū (Deo auxiliante) occidisset imp̄issimum Holofernem, ac per hoc populum suum filios Israel à maximis liberasset angustias, & à crudeliss. morte, & ultra hoc ad copiosissimam spoliortū abūdantiam eos iuuaserit, principes populi sui & omnes conciderent eam benedixerūt, & yba p; racta Ozias princeps dixit ad eā: Per hanc Iudith uidua p; figurata est dignissima uirgo Maria, & per Holofernem designatur diabolus, quē prostrauit & uicit uirgo sanctissima, p; fersit in hoc, q; Chfpm peperit q; salvator est mīdi, spoliator inferni, uictor diaboli. De ipsa etenim in exordio seculorum Deus p; dixit hosti antiqui: In nimis citias ponam inter te & mulierem. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Deniq; sicut diabolus per unum uiz; hominē protoplastū uici, infecit ac p; dedit genus humanum foia mediante, uidelicet Eua uiz; ad peccatum hortatē, sic pater misericordia & Deus totius consolationis, per unū uiz; dñm Iesum Christum foemina mediante, utpote uirgine gloria, carnis substantiam Dei filio ex suis purissimis sanguinibus ministratē, liberauit genus humanum à iugo diaboli, à fœditate & seruitute peccati, à damnatione inferni, & ultra hæc omnia ad gratiam copiosam in presenti, & gloriam sempiternā in futuro illud reduxit. Hinc Sapiens ait: Inuidia diaboli mors introiuit in orbē terrarū. Et ad Romanos ait Apostolus: Per unū hominem peccatum in hunc mundū intravit, & per peccatum mors. Itaque Deo summe regat aridebemus, quia non solum prouidit nobis de omnipotente salvatore, atq; idoneo mediatore & reconciliatore inter se & nos, sed insuper nobis concessit benignit. mediatrix Mariā, quæ tota p;issima est, omni charitate, misericordia, dulcedine, liberalitate plenissima. Nempe ad mediatore hunc dñm Iesum Christū indigemus hac mediatrice, q; in mediatoꝝ iste non so luim

Ibidem

Sapij. 1.
Roma. 8

Alum est homo pius, sed etiam iustus metuendusq; deus, nec solū est salvator ac aduocatus, sed etiam iudex terribilis, habens potestatem & corpus & animam projicere in infernum, qui nul̄ illum peccatum relinquit inultū, & pro uno mortali flagitio uiciscitur dei patris iniuria aeterna. **Matt. 10, 26** **Iob. 1, 4** Ilū supplicio. Indigemus ergo mediatrix ad mediatorem tā iustū ac metuendū, quæ nos ei p;as cificet, ipsius mitiget ira, & nobis obtineat gratiā ac salutē. Et certe grās deo, qui talem nobis donauit, q; tota ineffabiliter misericordissima existit, ac p;ropōtes ualde. Nā mediatori huic tā chara est, & tā singulariter honorāda, q; ab ipso repulsam pati nō ualeat, utpote p;dilectissima ac p;stutissima mater ipsius, cuiā tā optimo filio nil decet negari. Cū ergo tor & tanta nobis proueniant bona per mediatrixent istam p;issimam, rationabile prorsus ac iustum est, ut eius sa luberrimam nativitatem deuotissime celebremus. Præterea bellus historiæ nativitatis uirginis sacræ, à p;ibus sanctis est itiner apocrypha cōputat: aliqua th̄ ex his quæ ibi narrantur & credibilia satis uidentur, nūn breuiter referam. Itaq; sicut dicitur ibi: loachim ex ciuitate Nazareth oriundus, coniugem duxit Annā ex ciuitate Bethleem natā. Erantq; iusti & irreprehensibiliter cōuersantes, & substantiam suam in partes tres diuidentes: Quarū unam dederūt templo & eius ministris, aliam peregrinis & pauperibus, tertiam sibi & suæ familiæ referabant. Cumq; per uiginti aut circiter annos nullā potuissent acquirere prolem, dñs promiserūt q; si eis p;role concederet, diuino ēā manciparent obsequio. Cumq; in quādā solenitate legis loachim cū alijs oblationem suam uellet offerre in templo, sacerdos cū indignatione repulit eum, eo q; infecundus existens, inter fecundos apparere, hostiamq; in templo offerre esset indignus. Qui p;ra confusione domū redire nō audens, abiit ad suos pastores, & per aliquā dies cum ipsius permāst, ibi cū apparuit ei angelus dei, p;rānūciās ei q; ex sua cōiuge filiā generaturus esset, dīcēst: Anna uxor tua pariet tibi filiā, quā uocabis Mariam. Hæc (ut uocis) erit à sua infansia domino consecrata, & ex utero matris suæ spiritu sancto plena, nēc fornicatus inter populos, sed in templo dei morabitur, ne de ea quisquam sinistrum quid suspicetur. Et sicut ipsa ex sterili matre nascetur, ita ex ea filius altissimi mirabiliter generabitur, qui Iesus uocabitur, per quem erit omnibus gentibus salus. His dīctis, angelus ab ipso discessit, eiusq; coniugi de uiri sui absentia lamētā apparuit, eadem referens ei. Tunc loachim & uxor ipsius ucheinētissime gloriante in domino conuenierunt, & filiā generantes, uocauerunt eam Mariā. Post hæc cōplete triennio, filiam ablactatam duxerunt ad templū dñi in Hierusalē cū oblatiōibus congruis iuxta legē, & eā ibi dñs obtulerūt, atq; cū ceteris uirginibus dimiserūt. Erat autem ibi quindecim gradus quibus ascendebat in templū, quod situm fuit in monte. Itaq; uirgo Maria triennis, omnes gradus illos per seipsum expeditē ascēdit, acsi perfectē fuisset atātis. Cōstituta uero in templo, quotidie in offīi sanctitatem profect, & ab angelo sancto uisitabatur assidue. Deniq; p;räinducta ualde in credibilitia sunt. Cum em̄ Christus p;cursorē suū uoluerit à sanctis parentibus nasci, eiusq; nativitatem p;rānūciauerit suo patri, dubitandū nō est, quin à sanctis parentibus uoluerit propriā matrē nasci. Estq; credibile, q; eius nativitatem per angelum p;rānūciauerit suis parentibus, & cetera iam narrata de uirgine sacra, à sanctis multis & magnis doctoribus afferuntur. Amplius, quād uirtuosa fuerit uirgo sancta, ostenditur ex epistola quā gloriōsus Martyr Ignatius misit magistro suo beatissimo Iohāni apostolo, in q; inter cetera scribit: Sunt hic multæ de nīis mulieribus, Mariā Iesu uidere cupientes, ut eam contingat, & hubera eius trahent quā dominum Iesum laetauerunt & etiam ut quādam se cretiora eius percontentur. Ipsa enim Salome (quā diligis) filia Annæ, Hierosolymis quinq; mensibus apud eam cōmorans, & alia quādam referunt Mariam omnīi gratiarum abundātia, & omni uirtute fecundam. Et, ut dicunt, in tribulationibus & afflictionibus est hilari, in penuriis & in indigentiis non querula, iniuriaribus grata & nō molesta, letam p;ns se exhibet, & afflictis coafflcta condelet, & subuenire non pigescit. Contra uitiosos & pestiferos in pugna fidei enītēscit. Nostra noua religionis & p;onitentia est magistra, & apud fideles omnīū operū pietatis ministratrix, humiliib; est deuota, & deuotis humiliatur. Et in modo ab omnibus magnificatur, cū à scribis & pharisæis ei detrahatur: & sicut nobis à fide dignis narratur, in Maria Iesu humanæ naturæ excellētia sanctitati angelicæ sociatur. Et hæc talia excitauerūt desideria mea & cogunt ualde desiderare aspectū huius (si fas sit sic loq;) prodigiū & sanctissimi monstri. Rursus idem beatus martyr ac p;eful Ignatius in alia epistola scribit Iohāni apostolo: Ioh: Si licitum est mihi apud te, ad Hierosolymæ partes uolo ascendere, & uidere sanctos qui ibi sunt, p;ræcepit Mariam Iesu, quā dicunt uniuersis mirandas & cunctis desiderabilem. Quem uero nō delectet uidere & alloquiā eā, que deū deoꝝ peperit, si sit nostra religiōis amicus. Heu q; dñ moror: cur detineor? Bone p;ceptor, p;operare me iubeas & ualeas. Ex istis p;batur epistolis, q; seruēter utriusq; sexus personæ ex gentilitate ad Christum conuersæ, desiderauerunt sacratissimam

tissimam virginem Mariam uidere, & alloqui adhuc uiuentem in carne mortali, & quā longe ac late confluxerunt ad eā. Vnde & legitur qđ diuinus Dionysius, qui in religione Christiana fuit tā ardēns, accessit Hierosolymā loca ad uidēndā beatissimam virginem. Fuitq; ei ostēna in tātā claritate & gloria, qđ p̄ admirationē deficiens dixit: Nisi aliunde aliam esse deitatem nouissem, nō aliam putassem deitatem qđ virginem benedictam. ¶ Postremo, cum non sit cō dignus virginis huius laudator aut uenerator, nisi qđ eius fuerit deuotus ac stabilis imitator, studeamus in p̄tactis uirtutibus, de qbus eam magnus & ualde electus collaudat Ignatius, ipsam sectari. Itaq; eius exemplo simus in tribulationibus afflictionibusq; iucundi, iniurianti bus nō molesti nec indignantes, sed gratias referentes, qđ maximi meriti nobis p̄bent occasiōnem, & p̄ eos purgantur ac coronantur à deo. Nō simus faciliter querulosi, imo paupertatē & famam, sīm ac nuditatem qđnūmīter (si opus fuerit) toleremus, afflictis & indigētibus cōdoleamus, & succurrere nō tardemus. Et si uiri sancti in uita hac à locis tam remotis uenerunt, ut eam uiderent & alloquerentur adhuc mortalē ad modicum tempus, qđ magis ad incūdīs simum eius aspectum in cālis inseparabilē & ēternū ardere ac festinare debemus, qđ indubitanter eā uidere oīa mundi gaudia ināstimabiliter superat ac transcendent! Porro de generatiōne virginis gloriōsa dicta sunt aliqua suprā in his, quāe de solennitate suā conceptionis sunt scripta, ubi epistola & Euang. festi p̄sens extant exposita, & sermones eis ibi annexi, post funt hīc deferuiret idcirco ut uite prolixas, hic plura non scribo.

AD RELIGIOSOS.

SERMO III. Quanta fecerit Christus sua matri, & de humilitate eius imitanda.

Beatam me dicent omnes generationes. Luc. i. Quanto sacratissima uirgo erat Ch̄ro p̄ ip̄inquier, tanto fuit ei similiōr. Fuit autem p̄p̄inquisitissima Christo, utpote uera mater ipsius, portauitq; eum in utero suo, & carnis suā substantia illum induit ac uestiuit. Deniq; rationalis creatura est in circumscribili deo tanto propinquior, qđ plus ad eum accedit, & quāto amplius ei unitur. Accedit autem ad deum nō corporis gressu, sed mentis affectu, non locali incessu, sed spirituali pfectu, nō materialiter ambulando, sed spūaliter diligendo. Et quo feruētius amat, quo affectuosis ad summū bonū aspirat, eo celerius currit, magis procedit, proprius quiusq; unitur. Porro Christus secundū qđ deus, essentialiter & interminabiliter est beatissimus, secundū assumptam uero humanitatem fuit ab incarnationis exordio, qđtum ad superiorem suę aīe partem, beatus, seu deum per speciē uidens, & ipso beatifice fruens. Credendū est ergo qđ nunq; aliqua rationalis creatura tm̄ in hac uita propinquavit beatitudini aīe Christi, quād modum p̄stantissima eius mater, sacratissima uirgo. Et sicut in utero excellentius fuit sanctissima gloriōsos Baptista & Hieremias p̄pheta, sic in uita ista (ut credo) clarius uidit deū qđ Moyes legislator, aut Paulus Ap̄st. quis uter qđ ex deū p̄ speciem uiderit in hac uita. Erat namq; cūctis in charitate feruentior, in puritate p̄clarior, in dono sapientiae, in mystica theologia, in omni uirtutē p̄fectione sublimior, & omnibus charior, deo secretior, ac familiarior spiritui sancto. Et propriē genitrici deus incarnatus clarius demonstrauit, liberalius cōmunicauit, eminētiusq; cōlunxit seipsum qđ alij qbuscunq;. Hinc ipsa in spiritu p̄cognoscens Ch̄rm̄ suū à cūctis mundi gēribus adorandū, p̄phetauit se qđq; beatificandam ab uniuersis in filium suum credituris. Et hoc ideo: Quia respexit, inquit, humilitatem ancillæ suæ. i. me suam humilem, modicam pauperemq; ancillam benignè aspergit, & meam approbavit humilitatem instantum, qđ seipsum circa me & in me ineffabiliter exinanivit, faciendo seipsum omnis um creatorē filium meum, assumens ex me & in me naturam humanam. Hinc sanctissima uirgo subiunxit: Quia fecit mihi magna qui potē est, & sanctū nomen eius. Quāe sunt magna ista quā unigenitus dei fecit suā matrē? Primum & summum est, quod fecit eam suā matrem, per quod fecit eam deo patri comparentalem, ita qđ eundem cum patre ēterno habet ac genuit filium, illumq; p̄peritā quo spūs sanctus uere procedit, quod est dignitas quodāmodo insinuata. Secundum est, quod fecit eam matrem ac virginem. Quod nunquam contigit, nec contingit amplius in hoc mundo. Supernaturaliter quippe fecundauit eam altissimus, atq; ex mūs diffissimo eius sanguine corpus Ch̄ri formauit, prout sanctus angelus Gabriel nunciauit eidē: Spūs sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Et in isto habet similitudinem magnam cum patre ēterno, qđ sicut ille solus est pater sine matre filij existētis secū eiusdem naturae, sic ipsa sola est mater sine pātre filij secum existētis naturae eiusdem. Tertium est, quod fecit eam cooperatricem reparationis salutis uniuersorum. Nam sicut p̄ primam decē p̄matē matrem, omnes perditi ac damnationi obnoxii, & filij irā eramus, ita per matrē istam uirgineam dāemonum deceptricem reparata est oīm salus, & per eam reformata sunt omnia. Ipla nanc̄ sua profundissima humilitate, purissima uirginitate, ardentissima dilectione, p̄ficiens

Exo. 17.
2 Cor. 12

Lucr. 1

Luc. 1.

Luc. 1.

Gene. 1.
Ephic. 2.

etiam conuersatione dicitur, p̄meruisse, ut ex ea dei filius incarnaretur, & qđ ex ea Saluator est natus, non qđ proflus id meruit de condigno, sed magis de congruo, & quantū poterat p̄mereri, & qđ p̄ ceteris qđ incomparabiliter meriti erat maioris. Ipsum qđ saluatorē concepit, enixa est, educavit, & pro communī salute ac redēptione singularissime exorauit. Merito ergo à cūctis generationibus fertur beata, utpote p̄ quā oīm est recuperata beatitudo. ¶ Quarum est, qđ p̄tulit eam oīm purā creaturā, ita quod eo ipso quo facta est mater uerī dei, consti tuta est dñia mundi totius, imperatrix angelorum, regina cālorum, principissa cīm hoīm, ac dāemonum concūlatrix. ¶ Quintum est, quod fecit eam aduocatam ḡnis humani, custodem & protectricem totius ecclesie, & oīm matrem fidelium. Idcirco ecclesia eis p̄ sternit humi liter, & p̄tatis eis pedibus se prouoluit. ¶ Sextum est, qđ regnum misericordiaē ei commisit, reginam misericordiaē, matrem pietatis & grāe, mediaticem iniquorum eam efficiēs, ita qđ ins numerabiles miseri & iniqui, imo desperati ac imp̄iūlūi per eā saluantur & qcquid pietatis ac misericordiaē, qcquid grāe & salutis deus omnipotens & eternus nobis largitur, p̄ eam nobis p̄stare disposuit. Idcirco uult eam à nobis post se ipsum singularissime honorari, devoutissime inuocari, ac unice p̄zamari tanquā benignissimam p̄curatricem, per quā quicquid gratiae ac salutis in nobis exenterit, à fonte omnis boni sortimur, ac defuper obtinemus. ¶ Septimum est, quod tantam diuinorū charismatum exhuberantiam, tantā eminentiam in grā gratiūfa ciente, omnīq; uirtute infusa, ac dono spūs sancti ei contulit & infudit, quantum eum cōdecus it dare proprie genitrici, i. ineffabiliter copiosam p̄zuniuersis electis. Decentissimum etenim erat, ut eam quā sibi elegit, p̄uidit, assumpit in matrem, p̄z ceteris qui sunt famuli & ancillæ, omni munificentia ac opulentia grāe suā impleret & superimpleret. Istud quoq; oportuit, ex quo constituit eā reginā regni misericordiaē, matrem pietatis ac grāe, mediaticem peccatorū, aduocatricem ecclesie ac matrem Christianorum, ut esset tam plena ac opulenta, tam grātissima ac liberalissima, qđtus de plenitudine sua possit oībus subuentre, communicare, influere. ¶ Octauum est, quod in triumphanti ecclesia, in regno cālesti, in patria beatoꝝ exaltauit eam mirabiliter & p̄clare super omnes ciues cālestes, super uniuersos angelicōrum spirituum choros & quanto hic excellentior erat in grā, quanto in humilitate profundior, in charitate ardentior, in omni uirtute perfectior, tanto facta est ibi maior in gloria, in sua exaltatione sublimior, in beatifica uisōne perspicacior, in gloriosa fruitione repletior, in omni felicitate diffusior. Ecce, quā magna, quām mirabiliter & ināstimabiliter magna, p̄clare ac maxima fecit virgini benedictia, qui omnipotens est & solus essentialiter sanctus. Idcirco hanc sacratissimam virginis Mariae excellentiam uniuersam iam tactam sapientialiter contemplatur, frequenter intueasur, ipsamq; deiferam & incomparabilem dominā syncretissime inspiciamus, affectuissime diligamus, tuauissime ueneremur, & omni felicitati ac eminentiā eius cordialissime congrega tulemur. Ipsam quoq; cum omni fidutia & feruore iugiter inuocemus, & quantum tota cālestis curia eam diligat, laudet, honoret, pro posse consideremus. ¶ Postremo eius uirtutes totis uiribus assequamur. Ecce quām prona est ipsa omni quantumcumq; reo in se & in filium suum ignoscere, misereri, succurrere, imo qđ benignissime p̄zuenit multos. Eius ergo exemplo sit qđ libet nostrum omni in se aut in suis peccanti, atq; quantulibet iniurioso ignoscens, cōdolens, ac tempore opportuno succurrens saltē orando, & opera sua bona ei cōmunicādo, si non potest alio modo. Iterum, non cessamus humiliare, reprehendere, accusare, ullipendere, dījū dicare & castigare nosip̄os. Improperet unusquisq; libip̄si in conscientia sua, omnia peccata sua, & exaggeret earīcū ex assidue assuefactione uehementissime humiliandi, ullipendendi, increpandi, corrīgendi nosip̄os, pertingemus ad humilitatem habitualem, profundam, completam, quā apta, non erit in nobis ira, neq; tristitia propter iniurias seu aduersas, imo in talis bus erit gloriatio nostra, quoniam omni confusione, aduersitate, iurisōne, & tribulatione reputabimus nos esse dignissimos, & tunc deus erit uere ac gratissime semper nobiscum, ita qđ cum ingenti alacritate, cum stabili attētione, cum cordis feruore & iubilo mentis, psalmos diam, horas, orationes, celebratiōnes, & qcquid diuini existit obsequiū, persoluemus, & p̄ficiemus quotidie in omni charismate spiritus sancti.

SERMO III. De actiūe contemplatiōe uirtutē exercitijs, & quām multiplex

sit profectus in dōno sapientiā.

Maria optimam partem elegit, quā non auferetur ab ea. Lu. x. Quā est hāc optimā pars quam elegit non solum Maria Magdalena, de qua dicta sunt literaliter uerba p̄zata, sed & summa ista Maria, quā p̄z cūctis & singulis elegit hāc optimā partem p̄ficiens. Quā, inquam, est hāc optimā pars, nisi de qua in Threnis loquuntur Hieremias: Pars mea Thren. 3. p̄f. 15. dīs, dīxit anima mea. Et Psal. Dominus pars hāreditatis meā, quippe Moysen est locutus: Ego Num. 18. pars

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO III.

pars & hæreditas eoz. Nec dicitur deus omnipotens pars suorum, q̄ si non sit totale, pfectum ac sumnum bonum eorum, sed q̄ ipsi ex omnibus bonis occurrentibus elegerunt pro se bonū illud æternū, increatum, immensum, nec alia amant nī illi in illo & propter illud. Hoc bonum elegit & plegit p̄stantissima virgo, atq̄ tam integrē, tam firmiter & intense illi bono adhæsit & inhæsit, q̄ non sufficit bono illi esse ipius Mariæ, tanq̄ obiectū contemplationis & dilectionis ipius, & tanq̄ finis totius cōuersationis eius, nec solū esse pars eius tanq̄ eius hæreditas, nisi si esset & filius eius. Deuotissime ergo dixit hæc virgo: Deus cordis mei, & pars mea deus in æternū. ¶ Deniq̄ quælibet creatura aliqd habet bonitatis, aliqd amabilitatis, dulcedinis ac decoris, sed nulla pura creatura habet uniuersalem, pfectam & absolutā infinitamq; plenitudo dinem totius bonitatis, amabilitatis, dulcedinis & decoris, sed hoc soli est proprium creatori, q̄ solus uniuersis ac singulis supereminerit incomparabiliter & penitus infinite. Hoc illuminatissima virgo profundissime intuens, illi integrissima ac affectuissima mente adhæsit, cū Psal-

Psal. 72.

Ibidem.

Sapia 14

Psal. 33.

1. Pet. 2.

Lucæ 10

Præterea si per impossibile essent duo bona infinita, increata & æque pfecta, & ab uno illos rum essemus creati, adhuc illi nostro creatori præ alio inhærente atq̄ intēdere deberemus. Cū ergo sit unus duntaxat uerus deus, pater spirituū, creator omnipotens, qui est nostræ institutiōnis principiū, & totius uitę nostrę finis, beatitudi, & totū bonū nostrū, debemus illi soli summe & seruissime adhærente, ipsum præ cunctis eligere, nihil ab eo impediens, elongans sive auertens aspicere, ne fallamur, aliamur aut supere mur amabilitate, deliciositate aut pulchritudine, quæ in rebus reperiatur creatis, ne imploratur in nobis illud Sapientia uerbū: Creatura facta sunt in laqueū, & in muscipulam pedibus insipientiū. Hoc quippe est insipientia, ad creaturā sic affici, aut eius amabilitate, dulcedine, speciositate, dispositione sic allici aut moueri, ut p̄ hoc impediatur aut retardetur mens a summi & increati boni intuitu & amore, cultu ac ueneratione. Cœueamus itaq; ne ad cibū, potū, uestitū, structurā, imaginē, librū, aliudve quodcuq; afficiamur inordinate. Et si alia sit psona ex naturali dispositione specialiter amabilis, attractiva, iucunda, suavis, affabilis, socialis, oīno cauendū ob omni sensuali affectu, incauto at tactu, periculosa familiaritate ad eā. Cū itaq; deus sit bonū n̄m finale, propter qđ cetera cuncta, imo & nosipso reliquias, q̄ tenus ipsum purius, pfectus ardentiusq; amemus, sincerius atq̄ stabilius contēplēmur, incessabilius atq̄ excellētius ueneremur, colamus, laudemus ac in uocemus, abh̄iciamus omnē inordinatū affectū, omnē cōplacentiā uanā, omnē mortuū inanem, omnē dissolūtiōnē, negligentiā & torpore, totaq; animi seriositate, instantia, & conatu exercitū temus cor nostrū circa hoc bonū finale, p actus uitutum, orando, meditando, cōtemplando, diligendo, psallendo, & q̄cūd est ordinis peragēdo. Nec in ijs fatigetur animus noster, imo q̄tidie ualidius inardescat. ¶ Præterea pars ista, quā summa & incomparabilis plegit Maria, est uita cōfēplatiua, deo uacare, sapientia immorari, summo & incomutabili bono mente amoro sa intendere, internā ducere uitā, gustare & uidere q̄ dulcis sit dñs, angelicā & cælestem in terris habere cōuerlatione, exterioribus relictis, circa interiora uersari. Eternū optimā ista pars est illud unum, de quo ait Salvator: Vnum est necessarium. Hoc eternū unū obiectū est deus. For maliter uero est cum deo unio amorosa seu intrinseca deo uiuere ac uacare. Istud est finis om̄i exercitiōi, & nos troy, finis solitaria ac monastica uitā, finis propter quem adipiscendū in uita hac, mundum & omnia quæ sunt mundi reliquias, atq̄ nosipso abnegauimus, quatenus ab omni terrena solitudine liberi, à corporali prouisione abstracti, ab omni occupatiōe mūdana remoti, soli omnipotenti quieta ac stabili, amorosa, pura illuminataq̄ mente uacemus, obsequiamur, adhæreamus. Ad qđ requiritur, ut memoriam denudemus à recordatione impertinentium rerum, distrahentiū phantasiaz, perstrepentiū speciez. Intellectū quoq; nudare oportet ab informatione formarum circa creatuā uersantium, à reflexione ad sensitioe, ac terrena, à cōsideratione transitoriorū ac uolubiliū entium, solisq; speciebus illis intelligibilius acī intellectus habere depictam seu informatam, quæ in creatoris contemplationē dirigunt, elevant & deducunt. Istud est se ab exterioribus cūctis abstrahere, intus recolligere, in deo simplificare ac figere. ¶ Præterea cū istud sit ualde sublimē, p̄clarum, diuinum ac supra vires humanas, non potest homo ad uertice in tanta pfectionis cōtingere, nisi cōtinuo speciali, adiutorio singulari grā dei, q̄a necessit̄ est, ut stet quasi in indesinente cōtactu increata sapientia om̄is potentis, q̄ huberrime illustretur, impletatur, eleuetur & accēdatur, imo & manu teneatur in alto. Ad hāc uero approximationē, siue contactū istum cū sole sapientia necesse est hoīne esse uitutibus in termino excellentiā perornatū ac roboratū, p̄fertim charitate ac sapientia, quæ est doce numiqua sapientia est habitus supnaturalis infusus, diuinorum cognoscitius per affectū & gustum, per quem habitū si homo facilime illuminabilis à spū sancto, ac dirigibilis ab eodem ad

IN NATIVITATE B. MARIAE VIRGINIS. Fol. CCCVI.

A ad intuendum ac sapiendum sublimia dei & inuisibilia eius, omnipotentiam, sapientiam, ac cetera attributa ipsius, & quicquid fides catholica docet esse in deo. ¶ Insuper, in hoc sapientiae dono proficit homo primo per hoc, q̄ crescit in charitate: quia quanto q̄ fuerit in charitate pfectior, tanto in dono sapientiae inuenitur sublimior. ¶ Secundo per hoc, q̄ proficit in puritate interna. Nam q̄ haec sapientia maleuolam nequaquam ingreditur animā, nec in corpore pecatatis subiecto moratur, oportet mente à uitiois emūdarī, à q̄bus q̄to p̄seruatur immunior, rāto ad sapientiā huius augmentū & confortationē est aptior, magisq; iradiatur à sole iustitiae. Idcirco oportet inge ac forte studiū adhibere ad p̄caudētū om̄e p̄ctū, omnē euagationē, resolutionē, inquietudinē cordis. ¶ Tertio per hoc, quod assidue se exercet ad cogitandū deo, & ad meditandū diuinā, ita ut incessanter pro posse studeat deū apprehendere, admirari, extolle, considerare, laudare, & contemplari. Ex talibus quippe actibus habitus ille sapientialis, q̄ donū sapientiae cōcupatur, in seipso uigoratur, inualescit, pfectur, & in exercēdo actus suos prop̄ptus & expeditus ualde efficitur, ita ut fiat homini facilimū, iucundissimum atq̄ dulcissimum apprehendere, cōtemplari, mirari, extollere deum. ¶ Quarto per hoc, q̄ cogitationes extraneas, cōsiderationes minus necessarias, apprehensiones p̄z utiles uitat, meliora & uicinios rationis salutis attendens. ¶ Postremo ad charitatē ac sapientiā huius pfectionem nō potest homo ptingere, nisi & passiones habeat fortissime refrenatas, penitus reformatas, ratiōi prorsus subiectas, sicut in om̄i uirtute moralē, in sancta humilitate, in uera mansuetudine, in patientia inconcussa, in sobrietate & continentia pfecte fundatus, lmo in om̄i sua cōuersatione sollicitus, custoditus, ac timoratus. Exempli igitur sacrofancē uirginis, unū istud summe necessarium in gramus, amplectamur, & possidere semper conemur, hāc optimā partem feligamus, custodiamus, seruemus, quicquid ab ea retrahit detestemur, atq̄ in monastica conueratione sapienter ac fructuose iugiter gradiamur ad p̄fatum finem ipsius.

¶ SERMO V. Quæ uitutum diuitia sunt congregandæ, q̄modo ne ueterascantur

neu amittantur, sunt seruandæ.

M Vlt̄ filiæ congregauerunt diuitias, tu supergressa es uniuersas. Proverb. 5. Si corpora diuitia & opulentia hominum, quantum ad corpus, sunt bona terrena, quanto magis spirituales diuitia & opulentia hominum, quantum ad animam, sunt spiritualia dona, cælestia bona, angelica opera, participations opulentia ac perfectionis diuinæ. Huiuscmodi autem diuitias congregauerunt in cordibus suis filiæ multæ electæ, quæ ab exordio mūdi creatori in sanctitate & iustitia seruierunt. Verum has omnes sanctissima uirgo Maria est ineffabiliter supergressa in omni spirituali opulētia. ¶ Deniq̄ diuitia hominum appellatur ea quæ possident, quibus resciuntur, uestiūtur, & necessaria uitæ adipiscuntur. Hinc uitutes & dona spiritus sancti, virtuosa opera, sanctæ affectiones, sincere contemplationes rite uocantur diuitia animarum, quia ex eis spiritualiter resciuntur, nutritur, crescunt, roborātur, atq̄ ad debitam seu cōgrauam spiritualiū altitudini magnitudinēq; mētrā in pertingunt, uestiūtur quoq; ornantur & armantur ex eis, ac cōtra libidinum æstus, cōtra iracūdiam, flamnam, cōtra ignem impatiētia, ac furoris, contra impulsum propria voluntatis, sed & cōtra torporis & acediz frigus, contra pigritiæ & inuidiæ gelu per eas tenuerit ac muniunt. Vnde anima his diuitijs destituta, dicitur nuda, confusa, & ignominia plena. Propter quod in Apocalypsi dñs ait cuiusdam: Tu es pauper, cæcus & nudus. Ideo suadeo tibi emere aurum ignitum, probatum, ut nō appareat confusio nuditatis suę. Studeamus ergo & nos, has in nobis cōgregare spirituales diuitias, & eis animas nostras ornare, ut cælesti complacēt sp̄s. Receptaculum ac repositoriū um diuitiarum istarum sicut anima nostræ, seu uires earum, & in appetitu sensitivo congregemus uitutes morales, quæ circa passionum refractionem ueruantur, ne ab ira, tristitia, impatiētia, cōcupiscentia, avaritia quacunq; passiōe uulneremur aut superemur, iuxta illud in libro Iob: Virum stultum interficit iracundia, & paruolum occidit inuidia. Item qđ Nō te superet ira ut aliquem opprimas, nec multitudo donorum inclinet te. Neminem nostrum decipiāt species, ut ad aliquem sensualiter afficiatur, aut in aliquo carnaliter delectetur. Propter ea scriptum est: Noli orbi homini intēdere in specie, nec cōcupiscentia cor alicuius subvertat, ut aliqd eo rū, q̄bus uitur aut uti potest, teneat uel affectet priuato amore, aut immoderata appetitiōe, ga ex hoc uitia oriūtur diuersa atq̄ enoria, utpote inobedientia, rixa, cōtentio, indignatio cōtra superiorē ac alios, cura supflua, distētio uaga, occupatio curiosa, & inquietudo aliorum. Si istud egerimus, innumerabilia euademus p̄ctā. Cōgregemus itaq; in appetitu cōcupisibiliū tēperantia fortē, ne excedamus q̄tidie in cibo & potu, & ne in somno aut alio quāramus repausationē carnalē. ¶ Præterea uitutes theologicas & intellectuales, septēq; dona sp̄s sancti cōgregemus in intellectu ac uoluntate, ut in primis intellectus illustrēt ac decorēt fide cōtra uerſos

Apoc. 3.

Iob 5.

Iob 38.

Ecc. 42.

D. DIONYS. CARTHV. SERMO V.

uersos errores perfidiae, & contra intentiones obliquas, quatenus cuncta quæ agimus fide dirigente, ad ueram beatitudinem referamus, atq; in omnibus dei queramus gloriam & honorem. Omnia quoq; tentamenta uirtute fidei superemus, & firmi in fide omniem puerile abjectio-
Psal. 16. amus formidinem, decantantes: Dñs protector uita mea, à q; trepidabo: Si consistant aduersum me castra, nō timebit cot meum. Hinc nanq; hortatur Apostolus: In omnibus scutum fi-
Ephe. 6. de, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguiere. Denique iustus ex fide uiuit, per fi-
Habac. 2 dem & misericordiam purgantur peccata. Fide deus purificat corda, fides saluum facit, exau-
Roma. 1 Heb. 10. diriç facit. Quicquid non est fide, peccatum est. Hæc est uictoria quæ uincit mundum, fides
Acto. 15. nostra. Ecce quanta bona affirmat scriptura de fide, quæ & omnium fundatum est uirtus-
Heb. 11. tum, basis structuæ interioris, radix spiritualis conuersationis, radius increatae ueritatis, oca-
1. Ioh. 5. lus rationis, lux animæ, sapientia nutrita. Simus ergo in fide illuminati, certissimi atq; firmissimi in tantum, ut quis angelus de cælo aliquid fidei Christianæ contrarium euangelizauerit,
Gala. 1. non credamus, & præsertim nunc mille clypei pendent in propugnaculo fidei, nec ipi q; credi-
Canti. 4. mus modo, torsumus, quot testes fidei ueritatis nostra habemus. Deinde congregemus in intellectu nostro prudentiam, qua in cunctis discrete agamus, & uniuersa secundum ordinem & honeste siant in nobis, congruo loco & tempore agenda agentes, & modū in omnibus obseruantes, ne imperitus feruor precipitet, nec remissio sub specie discretionis retardet. Hæc uitus secundum beatissimos patres Antonium & Bernardū potissime est necessaria monacho, eumq; compendiosius dedit ad perfectionem. Cōgregemus quoq; in intellectu nostro do-
Gregori. na scientia & consilij, ut per salutarem illam sanctorum scientiam, bene & connaturaliter iudi-
1. Cor. 14. cemus de rebus creatis, uidelicet q; ex se & in se uanae sint, & uanitatis subiectæ uanitas ua-
Ecclesi. 1. nitatum, iuxta qd fertur in Psal. Homo uanitati similis factus est. Et rursus: Veruntamen uniuersa uanitas, omnis homo uiuens. Et q; ideo finaliter non sit eis inhærendum, sed tantu[m] dem quærendæ sint, in quantum necessaria utiliesse consistunt ad ultimi finis adepctionem aut posses-
Psal. 143. sionem. Per donum uero consilij prompte dirigamur à spiritu sancto ad inquirendum ac inueniendum, quid in dubijs & in his quæ rationem trascendunt humanā, magis expediat, pos-
Psal. 38. tiusq; agendum sit. Amplius congregemus in intellectu donū sapientia, per quod affectio-
ue ac dulciter sapiamus, & rite per connaturalitatem mente iudicemus deo, puta q; ipse solus sit sumnum infinitumq; bonum, finis finium, felicitas omnium, cui soli pura ac tota men-
te & finaliter inhærendum, uacandum atq; uiuendum. Insper in superiori & intellectu ap-
1. Cor. 15. petitu, si uoluntate congregemus ante omnia & super omnia charitatem, sine qua nulla uitus est meritoria, formata aut uiua, quæ sola directe ac intime unit deo. Deinde in uoluntate congregemus iustitiam, per quā deo quæ dei sunt, & eius uicario quæ ei debetur reddamus:
Tobiq. 4. proximis quoq; sic faciamus, sicut ab illis nobis fieri uolumus, & ne cōtentii simus facere quæ te-
Matt. 7. nemur. Congregemus quoq; in uoluntate nostra pietatem, per quam opera misericordia uniuersis pro posse extotius impenitamus præcordijs, inquantu[m] sunt summe trinitatis imagine in signiti. At uero quoniam timor dei sanctus & filialis, est omnium honorum cōseruatiu[m], ut pote diligenter parens, & faciens declinare à malo, ac uitare pericula, & dei offensam abhor-
re & fugere, hinc & castu istum timorem in nostra anima & uoluntate congregate non desistamus. In hac autem spiritualium congregatione diuitiarum, uideamus, ne impleatur in nobis quod per Haggæum prophetam loquitur deus: Qui cōgregauit merces, misit eas in sac-
Hag. 1. culum pertusum. In facculo pertuso qd à superiori parte infunditur, per inferiorē effunditur. Ideo talis facculus non impletur. Imo & labor congregationis in eo deperditur. Sacculus er-
go pertusus est cor negligens atq; instabile, quod nunc quidem deuotum, nunc indeuotum exigit. Vnde quod in una congregator hora, perdit in alia: & qd desuper ei ex diuina infunditur pietate, infra amittitur ex humana infirmitate, ignorantia aut prauitate. Vitemus ergo omnē negligentiā, instabilitatem, ignorantiā, & præsertim uniuersam malitiā mentis, & dona dei diligentissime conseruemus, ne per negligentiam ac reciditionē perdēdo, de ingratis-
dine grauius iudicemur. Postremo, si inuestigetur qualiter fiat cōgregatio spiritualiū diui-
tiarum præfacta, de qua in Euāgelio asserit Christus: Thesaurizate uobis thesauros in cælo. Et rursus: Facite (inge) uobis sacculos q; non ueterascunt, thesaurū non deficien tem in cælo. Respondendum, q; orando deu cum omni fidei firmitate, instantia & feruore, cum omnium dator & consecuator uirtutum sit deus, à quo bona cuncta procedunt, qui operatur in nobis uelle & perficere, à quo est omnis boni incepito, persecutio & perfectio. Pro insuſione igitur & cōseruatione ac perfectione supernorum charismatum, perseveranter ac deuotissime deprece-
Matt. 6. mur. Secundo fit congregatio ista per diligentem iuuentiam in omni actu laudabilis, omni hora adjicendo ad merita, & omne tempus fructuose pertransiendo, ut quotidie cum receti-
Ibidem.
Iacob. 1.
Philip. 2.

IN FESTO EXALTATIONIS S. CRVCIS. Fol. CCCVII.

A feruore, ac intentiori deuotione ea quæ diuini sunt cultus, exequamur. Tertio, per internas ad Deum aspirationes feruidas ac frequentes, imo per interiorem exercitationem & occupationem cum deo indefinitem, quæcumque possibile est, & iugiter actualem, ut ab interna dei invocatione, laude, allocutione, meditatione, contemplatione homo non cesset. Quartio, faciendo se eminenter participem omnium quæ in ecclesia Dei sunt honorum, orando feruenter, & omni modo sibi possibili laborando pro communī bono, ac reformatione ecclesiæ. Et quia tota radix merendi pender præsertim ex charitate, ita q; unusquisque est spiritualiter tanto melior ac dicitur, quanto fuerit in charitate perfectior: idcirco congregatio ista per hoc potissimum exercetur, quod quis in charitate sincera crescit atq; perficitur. Ideo in actuali & puro Dei amoris amore incessanter conemur proficere. Ad laudem & gloriam eius.

¶ In Feste Exaltationis S. Crucis.

¶ Enarrationem Epistolæ, quæ De inuentione eiusdem.

¶ Enarrationem autem Euāgeliū cum suis sermonibus, ibidem.

¶ Sermo primus. De uexillo S. crucis, & quām multipliciter crucem suam in mundo Christus exaltauerit.



Euabit dominus signum in nationes, & congregabit dispersos Israēl. Esaïæ xi. Reges & principes seculi huius propriæ habent uexilla, quæ & ante eos feruntur quando ad prælia graditūr. Sic & unigenitus patris eterni dominus noster le-
sus Christus rex regum & dominus dominorum, suum habet uexillum, uidelicet sanctam crucem, per quam superauit diabolum, uicit mortem, saluauit genus Apoc. 19.

B humanum, caelitatis regni aperuit fanum. Et quoniam (teste Apostolo) abiecta & contem-
ptibilia mundi elegit Deus, idcirco ipse Christus omnium dominus, non uexillum de argen-
to uel auro formatum, non pulchre ornatum, non humano iudicio preciosum, sed humana reputacione abominabilissimum uillissimumq; elegit. crux nanq; fuit latronum patibulum, propter quod dixerat Moses: Maledictus omnis qui pendet in ligno. Hoc ergo signum Christus Deut. 21. sibi in uexillum elegit, ut mundi gloriam confutaret, uanitatem iactantiaq; seculi condemna rei quia ad hoc Christus uenit in mundum, ut humiliatis, paupertatis, contemptusq; munus in omnibus demonstraret exemplum, ac traderet documenta. Præterea signum istud leuauit Deus in nationes, quia beati apostoli Deo iubente ubiq; terrarum predicatorerunt gloriam crucis Christi, qualiter s. per passionem & mortem suam in cruce mundū redemit, & per cru-
cemi à suo principatu eiecit diabolum. Vnde passione sua imminentे differuit: Nunc princeps Iohā. 12. huius mundi ei cietur foras. Et secundū Apostolum ad Hebreos, Christus per mortem suam Hebre. 2. destruxit eum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum. Princeps quoq; apostolorum 1. Petri. 2. in prima sua canonica: Chrs (inquit) peccata nostra perteuit in corpore suo super lignū. Hoc est Apoc. 1. quod in Apocalypsi asseritur: Chrs dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Hac doctrina instructæ gentes ad Deum conuerse, signum crucis sibi leuauerunt & erexerunt ubiq; in suis ecclesiis. In sup Chrs per apostolog. predicationem prefatā ac sui uexilli exaltatio-
nem prætractam, congregauit dispersos Israel, i. electos Israëliticæ plebis p diuersas mundi par-
tes diuisos, & uitios à dño separatos, in sua domo, puta ecclesia, adūnauit per fidem, spem & cha-
ritatem, imo ex ipsi & electis gentilibus unam sibi fecit ecclesiam. Hinc scriptū est: Iesu mos-
riturus erat pro gente, & nō tantum pro gente, sed ut filios Dei qui erant dispersi, congregaret Iohan. 11. in unum. De quibus in exordio primæ epistolæ beatiss. Petri habetur: Petrus apostolus IESV 1. Petri. 1. Christi electis aduenis dispersionis Ponti, Galatia, Cappadocia, Asia & Bithynia: Gratia uo-
bis & pax multiplicetur. Hæc ergo crucis leuatio, est quædam exaltatio eius. Sed aduentu[m] q; filius Dei Iesu Chrs crucem suam frequenter ac uarijs modis exaltauit in mundo. Primo eternam exaltauit, id est, dignificauit, honorabile ac preciosissimā fecit p[ro]p[ri]o corporis conta-
ctu, uidelicet humeri suis eam baileando ad crucifixionis sue locum, & in ea sustinēdo mor-
tis suppliciū. Idcirco in hymno profunde ac deuotissime ait sanctus pater Ambrosius: Arbor Marc. 15. decora & fulgida, ornata regis purpura, electa digne stipite tam sancta membra tangere. Bea Ambro-
sia, cuius brachijs sceli pepedit precium, statuta facta est corporis &c. Hinc S. Andreas apostolus Ius quando ducebatur ad mortē, uisa emitus cruce, repletus spiritu sancto, deuotissime dixit Salue crux q; in corpore Chri dedicata es, & ex membris eius tanq; margaritis ornata. O bona crux, quæ decorē & pulchritudinem de corpore dñi suscepisti. Secundo Christus suam cru-
cem exaltauit, suo roso ac preciosissimo sanguine eam copiosissime perfundendo, atq; p hoc cam purpureā faciendo, idcirco cātatur in hymno: Crux fidelis inter omnes arbor una nobis-
lis, quam sacer crux per unxit fusus agni corpore. Tertio, tam multa saluberrima ac precla-
ristima peragendo, in ea, quia (ut tactū est) per crucē deuicit aeras potestates, satisfecit p pecca-

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO I.

ris humani gñis, reconciliauitq; illud patri æterno, cōfregit portas inferni, aperuit portam ex D
lestis regni, promeruit quoq; hoib; ineffabilē gratiā & salutem. Prop̄ quod Petrus scribit
¶ Peri. 3 Christus semel p̄o peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret Deo, mor
tificatos qđem carne, uiuiscatos autē spiritu, deglutiens mortem, ut uita æternas efficeremur
Ephe. 1. h̄eres. Vnde & ad Ephesios afferuntur Christus p̄ crucem dissoluit inimicitiā in seipso.
Iohā. 12. Hinc apud Iohānem Ch̄s ait: Si exaltatus fuero à terra, i. leuatus in cruce, omnia trahā ad mea
psum. ¶ Quarto, per apostolos prædicationē atq; miracula hominibus toto orbe terrarū glo
riam & uirtutē crucis insinuādo, eosq; ad uenerationē crucis multiplicem, & eius ubiq; erēctā
onem, præsertim in ecclesiis, inducendo, quatenus eam conspiciendo, passionem Christi ius
giter recordentur, & ipsi diaboli signo crucis & eius uirtute perterritantur ac perterritantur, imo
tantam in cruce confidentes habent fideles, ut eius impressione & signature se ab aduersis
tatibus tueri, in bonis firmari, à dæmonibus protegi credant ac sperent. ¶ Quinto, eam homi
nibus manifestando. Et hæc exaltatio sanctæ crucis, facta est in eius inuentione, quoniam u
q; ad tempus Constantini imperatoris fuit abscondita, & per diligentiam sanctæ Helenæ mas
tris suæ est inuenta, atq; per miracula diuinitus declarata, sicut de hoc plenius dictū est supra
in sermonibus de inuentione sanctæ crucis. ¶ Sexto fecit hoc per Heraclium imperatorem, eam
de manu perfidi regis Persaḡ ei piendo, atq; ad sanctum templum suum, quod tunc in Hieru
salem fuit, eam reducendo & constituyendo in eo. Quod totum cum præclarissimis copiosissi
misq; miraculis gestū est. Nempe (ut legitur) dum Cosdroē rex Persaḡ diuersa regna uastas
set, partim ligni sanctæ crucis, quam B. Helena regina ibi reliquerat, tulit secum. Tunc Hera
clius impator Ro. congregato grandi exercitu, contra exercitū Cosdroē processit, & Deo au
xiliante præualuit, sicut populum Cosdroē infidelem conuertit ad Christū. Deinde ipso Cos
droē uicto & perēpto, Heraclius imperator lignum crucis recuperatum, secum ad Hierusalem
reportauit. Deniq; cum de monte Oliveti descendens, & super regium equum ornamētis im
perialibus decoratum sedens, ingredi uellet per portam, per quam Christus intrauit passus
in crastinum, ecce lapides porta descendenter repente, & operietes ingressum, quasi unus pa
ries sunt effecti. Propter quod admirans uniuersis, angelus Dei signum crucis tenens in
manibus super portam apparuit, dicens: Quū rex cælorum ad passionem per hanc portam in
cus, & multo ordinatus qdā Lucas, ita qd in conscribendo & recitādo magis obseruat ordinem
rei gesta & loci ac temporis, qd sanctus Lucas. Nec mirū, qd interfuit. Fuit quoq; sanctus Mat
thæus pastor, quia prælatus & præfūl dignissimus, & uerbo & facto, fama, oratione ac sacras
mentorū administratione paut uos saluatoris spirituales filios suos quos convertit, primo
in Iudea, deinde in Aethiopia. Et ualde specialiter paut eos per conscriptionem Euāgelli sui,
per quod uniuersam usq; in p̄fens pascit atq; illustrat ecclesiā. Hinc etiam fuit doctor, nō
solum uerbo prædicationis ut ceteri apostoli communiter, sed & conscriptione Euāgelli, ut
tactum est. Nec solum his gratiis & excellentiis deus ornauit sacratissimum istum Euangelis
tam, sed & gratia miraculorum, dono linguarum, splendore sapientiæ excellentis, & triumi
pho martyrii. Nec in aliquo alio inueniuntur hæc omnia simul: nō nullus preter eum fuit si
mul apostolus & Euangelista ac martyr. Iohannes quippe apostolus fuit & Euangelista, sed
non martyr. Petrus uero & alijs quidam apostoli fuerunt ac martyres, sed non Euangelistæ.
Marcus autē Euangelista fuit & martyr, sed non apostolus. Poret ergo de Matthæo sancti
fimo specialiter uerificari illud Ecclesiasticū: Non est inuentus similis illi, qui conferuerat le
gem excelsi. ¶ Præterea in hodierna epistola multa contenta sunt documenta præclarā. In
hoc nanci quod dicitur, Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensuram donationis
Iesu Christi, primo insinuatur, quantā sit charitas & liberalitas domini nostri Iesu Christi, qui
uerus est deus, & unus cum patre ac spiritu sancto totius gratia dator. Quidammodum enī
pater & filius & spiritus sanctus sunt unus deus, ita sunt & unus creator, ac unus omnis boni
creati dator. Itaq; per hoc qd unicuiq; electorum datur gratia secundum mensuram donationis
Iesu Christi, non secundum propria merita, ostendit charitas dei, qui absq; præuīs hominū
meritis gratiarum suarum charismata multa & magna eis largitur. Itemq; liberalitas eius in
eo, qd tam copiose hoc agit. Deus nanci dat omnibus affuenter, ut Iacobus dicit. ¶ Secun
do per idem uerbum ostendit libertas summi omnipotentisq; Christi, qui cui uult, & quan
tum uult, dat secundum beneplacitum suum. Vnde in Exodo protestatur: Miserebor cui uos
Exo. 33. Iacobi, & clemens ero in quem mihi placuerit. ¶ Tertio, per idem uerbum designatur, quantā Rom. 9.
sunt sapientia Christi, qui dona gratiæ suæ tam ordinatæ multipliciterq; largitur, uni plus, alteri
minus secundū dictamen & ordinē infinita sapientiæ suæ, sicut in naturalibus dedit unī rei ma
jorem

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. IN EVANG.

Item eminentiam in donis naturæ, q̄ alteri. Et secundum quod p̄destinavit aliquem ad beas. **D** titudinem maiorem sive minorem, secundum hoc dat ei maiorem aut minorem gratiam gra-
tum facientem in vita præsentis. Insuper per hoc q̄ Christus tam uarios, pulchros ac altos gra-
dus, status ac ordines in militanti ecclesia posuit, quosdam uidelicet apostolos, quosdam p̄-
phetas, quosdam Euangeliæ, quosdam pastores, quosdam doctores, quosdam miraculorum
operatores, quosdam in alijs diuersis officijs, manifestat immensam sapientiam suam, infinita-
tam quoq; potentiam suā. Sapientis quippe est ordinare, & opera sua ordinante disponere, pul-
chre distingue, ac debito ordine collocare, scit in ecclesia sua saluator. Vnde in psalmo
Psal. 103. habetur: Omnia in sapientia fecisti, Sapiens quoq; ait: Omnia in mensura & numero & pon-
dere cōstituisti. Hinc præcordiales deo gratias referamus sup uniuersis beneficij eius, toti ec-
clesiæ & quibuscumq; eius suppositis condonatis, & ipsum in suis operibus glorificemus, cum
Psal. 91. Psalista dicentes: Quām magnificata sunt opera tua dñe, tñmis profunda facta sunt cogita-
Psal. 85. tiones tuæ. Et rursus: Non est similis tui in dh̄ domine, & non est secundum opera tua. Po-
strem, qm̄ deus est liberaliter & opulentia penitus infinita, paratissimus ad præstandum,
Mat. 25. dum modo inueni nos ad suscipiendum dona sua paratos, studeamus nos preparare ad sus-
ceptionem charismati spiritus sancti, qui unicuiq; dat secundum propriam uirtutem, seu ca-
pacitatem ac dispositionem. Propter quod primo Regum Samuel exhortatur: Præparate cor-
da uestra domino. Haec autem præparatio fieri debet per discussionem conscientiæ, per conti-
tionem internam, per ueram confessionem, per recessum à pristinis uitis, per inuocationem di-
uini auxilij, per auditionem verbi dei, per sui ipsius humilationem & castigationem. Itē alijs E
ignoscendo, & virginem gloriosam sanctosq; alios inuocando. Vnde & nunc specialiter bea-
tissimum Euangelistam apostolumq; Matthæum exoremus devote, ut ingriter intercedat pro
nobis. Eius quoq; imitemur uirtutes, Christo celeriter obediendo, terrena despiciendo, p̄ uia-
as iustitiae perseveranter ac uiriliter gradiendo, quia haec oīa, & alia multa sublimia in beatissi-
mo cōsiderantur & fuerūt Matthæo, prout infra tangetur, ubi & de eius miraculis referetur.
¶ Enarratio Euangelij: Cum transiret Iesus, uidit hominem sedentem in teloneo

Mattheum nomine, Matth. nono.

Sanctus Euangelista Matthæus in Euangelo hodierno suis suis conuersionem describit.
Ibla: q; in Matthæo sic legitur: [Cum transiret Iesus] à ciuitate Capharnaum, [uidit hominem] f. Matthæum, [sedentem in teloneo]. i. occupatum in exigendo & colligendo uectigalia seu tri-
buta. Et forte ad literam sedet tunc in teloneo. i. in domo sive ad mensam, ubi uectigalia leua-
bantur, [Matthæum nomine], qui alio nomine dictus est Levi, siveq; Lucas & Marcus eū ap-
pellant. [Et ait illi: Sequere me] gressu corporali, & conuersione mentali, nec solum per obser-
uantiam præceptorum, sed Euangelicorum quoq; consiliorum. Aspergit itaq; Iesus Matthæum
oculo corporali, & multo profundius oculo spirituali compatiendo eidem. Et sicut eum extra
uocauit, sic per diuinitatem sua potestatem ac gratiam ipsius intus attraxit, & per alloquitio-
nem internam edocuit, per charitatem accendit. [Et surgens] Matthæus à loco atq; negocio
telonei, à pristina conuersatione iniusta, ab omni cupiditate terrena, [sequutus est eum]. Jus-
pote Christum mente euota & corporerationi subiecto. [Et factum est discubente eo in
domo], i. Christo manducante in domo Matthæi, qui (ut Lucas refert) fecit Christo grande
conuictum, [ecce multi publicani]. i. publici transgressores, seu quibusdam publicis & pericu-
losis negotijs, uidelicet exactionibus teloneorum aut uectigalium occupati, [& peccatores]
i. minoribus peccatis intenti, aut cæteri quiq; transgressores, [uenientes] ad domum Matthæi
ab eo inuitati, qm̄ socij ac noti eius fuerunt, atq; Matthæi exemplo Christum sequi ac penite-
re ceperunt, [discubebant cum Iesu & discipulis eius] in domo Matthæi. Sic & tertio Regis

3. Reg. 19 Heliseus ab Helia uocatus, legitur conuiuū exhibuisse socijs, mactauitq; eis duos boues. [Et
uidentes pharisej] Christum cum publicanis discubere, [dicebant discipulis eius]: Quare cū
publicanis & peccatoribus manducat magister uester? Quasi dicant, Hoc indecens est & in-
iustum, cum dicat Psalista Superbo oculo & insatiabilis corde, cum hoc nō edebam. Etrur-
sus ait scriptura: Virti iusti sint tibi commensales. Et Solomon in Proverb. Ne comedas, inquit,
Psal. 100. cum homine inuidu. [At Iesus audiens] uerba haec phariseorum, auditu interiori ad minus,
Ecccl. 9. [aite eis], Jeorum presumptionem & elationem redargendo, [Non est opus ualentibus medi-
cus]. i. sanis medicus necessarius non est, [sed male habentibus]. i. infirmis. Itaq; sicut corpo-
raliter languidi invident medico, corporalibus infirmitatibus remedia applicant, sic spiritus
alter ægri. i. uitis laeti, passionibus subdit, ad uitia proni, invident medico spirituali, uidelicet
bono instructore, uirtuoso plato, qui animarum uulneribus queat mederi, eas à uitis ad uit-
tures trahendo. Et quoniam Christus fuit optimus medicus animarum, idcirco publicanis

IN FESTO S. MATTHAEI APOST. ET EVANG. Fol. ccc. xiij.

A & peccatoribus necessarius fuit, nec debuit illos uitare, sed eis se misericordissime applicare. Et p̄ hoc confutauit pharisej errorē. Porro authoritates inducitæ ad hoc, q̄ cum peccatori-
bus nō sit edendū, intelligēdæ sunt de peccatoriis penitus obstinatis, et qm̄ sic rationabiliter
fieri potest, de his q̄q; qbus p̄iculorum est cum talibus māducere, ne puertantur ab eis, iuxta il-
lud: Cum pueris peruerteris. [Euntes autē], i. recedētes corporaliter à me ac à uestro errore ac Psal. 17.
p̄sumptione, [discite quid est], i. qualiter intelligi debeat & seruari, quod in Osee loquitur De
us: [Misericordiam uolo], i. cōpassionem & subventionē circa proximū indigentē. [Et non sa-
crificium] legale, quasi illud sit p̄ se acceptum ac meritorū, imo tale non fuit, nisi ex offerentis
deuotione, & p̄cipue tempore euāgelicæ legis sacrificia legis Mosaica cessant, & opera miseri-
cordie Deo placent. Vnde & in Esaiā loquitur dñs: Holocausta arietū & adipem pinguitum no-
lui. Sed quid uelit Deus, subiungitur ibi: Subuente oppreso &c. Hinc Micheas clarus dicit: Nunquid offerā dño holocausta: nunqd placari potest Deus in millibus arietū? Quasi dicat: Nequaq; In quo ergo placatur, subiecitis! Indicabo tibi homo quid sit bonū, aut quid dñs requiri-
rat a te: ut facere iudicij, & diligere misericordiā, & sollicitū ambulare cum Deo tuo. Conse-
quēter subditur causa, uel potius lignum, q̄ Deus uult misericordiā magis q̄ sacrificium. [Nō
enī uocare iustos, sed peccatores.] Hoc est quod alibi ait saluator: Venit filius hoīs que
rere & saluū facere quod perierat. Sed nonne Christus uocauit ad suum discipulatū Iacobū iu-
stum, & Petru diligentē legi obseruatorē, q̄ nunq; cōedit ofie cōmune & immundum? Non-
ne ad Romāos ueraciter dicitur: Quos p̄destinavit, hos & uocauit? Quomodo ergo Christus
non ueni uocare iustos? Respondet duplexiter: Primo, quia secundum Ambrosium, per ius-
tos intelligit scribas & phariseos, de sua iustitia p̄sumentes, q̄ tamen uere iusti non erant, sed
elati, præsumptuosi & uani, quos Christus non uenit uocare per salutarem effectum seu conse-
quutionem salutis, iuxta quem modū non est crucifixus pro reprobis. Siquidem de taliter ius-
tos ait Apostolus: Ignorantes Dei iustitiam, & suam uolentes statuere, iustitiae Dei nō sunt sub
iecti. Porro per peccatores intelliguntur humiles penitentes, quos Chrs uocauit efficienter, seu
per consequutionem salutis finalem. Lucta hunc sensum ait saluator: Cōfiteor tibi pater, quia
abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Vbi p̄ter sapientes & pru-
dentes intelliguntur, qui in p̄prijs oculis tales sunt, propterea uere sunt futili paruuli uero, id
est, humiles, uere sunt sapientes. Secundo dicendum, quod Christus hic loquitur de uocatione
ad penitentiam, quæ peccatoribus competit, & non iustis, secundū quod tales sunt. Vnde in
Luca legitur respondisse: Non ueni uocare iustos, sed peccatores in penitentiam, iustos uero
uocauit & uocat ad perseuerandum in bono, ad proficiendum in eo, ad salutem aeternam.

¶ Sermo I. circa euangelium: Quod singularis gratia in Matthæo emicuit, & q̄

ubi est maior uis charitatis, uerboq; est maior efficacia.

Sanctus Matthæus, sequutus est Iesum, Matth. ix. Euāgeliū fuit sacris doctrinis atq; my-
steriis plenus est, siquidem in exordio eius in sinuatu infinita misericordia saluatoris, quo-
nia hoīem publicanū ex officio telonarij uocauit ad suū discipulatū, & paulo post ad apostola-
tū officium. Nam sp̄us ubi uult spirat, & ḡfa Dei nullis arctatur limitibusimo frequenter ubi
plus abundauit culpa, postmodum abundant plus ḡfa. Vocauit itaq; Christus Matthæum p̄u-
blicanum ad suum discipulatū & apostolatū, ut per hoc cunctis peccatoribus spem uenire lar-
giretur. Hac quoq; de causa uocauit et Paulum adhuc in itinere imp̄issimo constitutum, quo
uit ad persequendū fideles. Vnde ad Timotheū fatetur: Chrs uenit in hunc mundū peccato-
res saluos facere, quoq; ego primus sum; sed ideo misericordiā consequitus sum, ut in me pri-
mo ostenderet Chrs omnē patientiam ad informationē illoq;, qui credituri sunt illi in uitam
aeternā. Hinc etiam Euāgeliū sancti Matthæi in ecclesia amplius frequenter seu frequen-
tius legitur, quēadmodum psalmi sanctissimi David prophetæ, & epistolæ Pauli apostoli. Sūt
nanc̄ tria peccata, q̄ magis abundant in mundo, puta superbia, luxuria, auaritia. Peccato sup-
bia peccauit Paulus ante suam conuersionem, unde ad Timotheū: Fui, inquit, blasphemus, & Ibidem
peccator, & cōtumeliosus. Peccato luxuria David peccauit, adulteriū cōmitendo cū uxore 1. Reg. 17.
Vix, ut secundo Regū habetur. Peccato auaritia peccauit Matthæus, terrenis lucris immode-
ranti uacando, ut constat ex dictis. Hoc ergo trium scripturarē in ecclesia sancta abundantius
frequentantur, ut nullus, cuiuscumq; subiectus sit culpa, desperati quoniam tres uiri p̄fati, à pec-
catis grauissimis ad specialissimā gratiā sunt perducti. ¶ Præterea in p̄tactis uerbis exordij
euāgeliū huius innuitur, quām immensa potestas fuit in ybis Iesu Christi, p̄fertim in ope-
ratione sua interna, & maxime in Deitate sua aeterna. Ecce enim ad prolationem unius uerbi
saluatoris nostri Iesu Chri, quo dixit, Sequere me immutatū, compunctum, cōuersum est cor
sanctissimi Matthæi, ita q̄ usq; ad huius uerbi auditū cupidus exitit & mūdanus, subito cœ-

D. DIONYS. CARTHV. SERMO I.

pit terrena despicer, ad spūalia affici, ad Deū cōverti. Nec mihi, q̄ tāta uis fuit in ybis saluator. **D**iris nī leſu Chī, quoniā ipſem est eternum & unicum ybum Deipatris, de q̄ ait scriptura. In principio erat uerbum. **S**ecundo, quoniā tanto maior est uis in hominū uerbis, quanto ex ardentiori charitate, maioribꝫ sanctitate & salutaris sapientia proflunt uerba ipsa. Chīs autē eī am secundum naturā suam humanam, fuit p̄r om̄ibꝫ sanctis incōparabili sanctitate, ardētissima charitate, summa sapientia plenus, ut pote pfectissimus cōprehēſor, id est, Deitatis essentia per speciē clarissime cernens, & ea beatissime fruens, quantū ad superiores suā animā uires. **T**ertio, quoniā sanctitas suā internē splendor refluit in eius uultu, secundum qđ uoluit, & ex hoc yba eius plus mouere audientes ualebat. Vnde & tempore passionis suā, cum dixisset ḡt̄libus perfidissimisq̄ Iudeis, Quem queritis illisq̄ respōdissent, Iesum Nazarenū, & ipse dixisset, Ego sum: uno hoc uerbo om̄is Iudeos defecit in terrā, quoniā igneus splendor in uultu eius resplenduit, & omnipotens sua Deitatis potestas ad hoc specialiter operabatur. Si mili modo cōpescuit atq̄ perterruit corda eoz quos ciecit de templo. **Q**uarto, quoniā tanta fuit fama saluatoris nī leſu Christi, & magnificentia miraculorum ipsius, q̄ ex hoc in uerbis eius efficacia fuit maior. Itaq̄ nemo quantumcunq; iniquis aut debilis, dicit: Non possum cōuersti, non possum illa aut illa peccata relinquere, non possum facere bonū istud uel illud, sed potius diligenter attendamus ac perpēdamus infinitam misericordiam ac omnipotentiam Dei nostri, in cuius manu sunt omnia corda filiorū hominū, & quoq; uoluerit, ea repente conseruit ad libitum suum, sicut cum beatissimo Paulo apostolo fateamur: Omnia possum in eo qui me confortat. Idcirco unusquisq; faciat quod in se est, ad Deī gratiā se aptando, & eius auxiliū iugiter inuocando. **P**ræterea in Euangeliō isto docemur, quām uelox & prompta fuit obediētia beatissimi apostoli & euangelistæ Matthæi, qui ad unicum Christi præceptum ac uerbum breuissimum, protinus sequutus est saluatorem nīm leſum Christum, sicut in hō diēno legitur euangelictimo (ut in Luca habetur) statim relictis om̄ibꝫ, sequutus est eum. Discamus ergo & nos exemplo huius sanctissimi Matthæi apostoli, Deo omnipotenti propter ac celeriter obediēre, eius diuinis instinctibus, angelicis quoq; inspirationibus, & sacra scriptræ eloquio obtemperare, sed & uicarijs Dei, episcopis, prælatis & superioribus nostris, tanquam Deo parere. Nam ut primo Regum Samuel contestatur, Melior est obediētia quam uictimæ: quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi celus idololatriæ, nolle accueifere. Nempe quam grāe sit, præcepit Dei non obediēre, tangit propheta David loquēs deo: Maledicti qui declinant à mandatis tuis. **I**nsuper in euangeliō isto docemur, quam magna fuit reuerentia & liberalitas sanctissimi Matthæi ad Christum, quia (ut Lucas refert) fecit ei & discipulis eius coniuinum sic & fideles liberales & pij esse debent ad eos, à quibus audiūt uerbum suā salutis, tales uere inter tractare. Propter quod ait Apostolus: Si nos uobis spiritualia seminauimus, magis carnalia uestra metamus. Tanquam dicat, magnū non est. **P**ræterea per corporale coniuinum, qđ beatus euangelista Matthæus Christo exhibuit, designatū spirale coniuinum, quod quotidie facit Christo in tota ecclesia, ubi eius euangeliū legitur, ex cuius auditione corda hominū compunguntur, conuertuntur, proficiunt, deo se offerunt, & eum in cordis suis sumunt hospitio, atq; cū ipso ibidem spūaliter epulantur, glorianto in contemplatione & dilectione ipsius, seq̄ in actibꝫ bonis reficiendo ac confor-
tando in dñio. Hinc in Prouerbijis loquitur deus: Deliciæ meæ, esse cum filiis hominum. Et in Apocalypsi: Ego, inquit, sto ad ostium & pulso, si quis ap̄cruerit mihi, & audierit uocem mē, introibo ad illum, & scenabo cum illo, & ipse mecum. Istud spiritale coniuinum p̄fet & debet quilibet nostrū quotidie deo exhibere, ipsum intra se suscipiendo ac contineendo per meditationes deuotas, per desideria sancta, per obſeruantiam præceptorū, sicut mente suam reficiendo ac roborando in cōtemplatione & amore altissimi. Quod agendo, quasi ipsi deo præbemus delicias, quia (ut dicitur est) deliciae eius sunt, esse cum filiis hominū. Itē: Christo conuiuum facimus, dum membra ipsius, uidelicet pauperes & peregrinos, infirmos ac deuotos, propter deū charitatue fuscipimus, hospitamus, reficiamus, repausamus, qm̄ ipſem Christus fatetur: Quod uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Ecce q̄ p̄nus ac liberalis debet quilibet Christianus esse ad misericordiæ opera. **A**mplius, ex hoc euangeliō docemur, q̄ infinita fuit charitas, dignatio & misericordia Chī, q̄ cū publicanis & peccatoribus federe, manducare & logi nō spreuit. Nullus ergo tā perfectus, tā magnus & sapientis in suis sit oculis, ut alios aspiceret, affari, & socios ad collōquendū ac cōuēscendū dedigneatur habere, nisi sint tales, cū q̄bus eccl̄ia aut scriptura habere uerat cōmunionem. Tamē causa exhortatiōis et salutis, cū talibus admittitur quibusdā accessus. Itaq̄ Christiani inter se charitatue, socialiter, pacifice atq; humilitate uiuere debent & ambulare, & implere quod ait scriptura: Quāto maior es, humili te in om̄ibꝫ bus

DE S. MATTHAEO APOST. ET EVANG.

fol. ccxiij

Abus. Quod item ait saluator, Qui maior est uestrū, sit uester minister. **D**eniq; sicut charitatē Luce 1.2. & misericordiam Christi docer nos euangeliū p̄sens, sic & eoz qui facte & false iusti sunt, hoc est, hypocrita & p̄sumptuosoz & peruersitatē nos edocet, nam scribae & pharisei murmurabat aduersus Chī, q̄ tam benigne ad peccatores se habuit. Tales adhuc sunt multi, q̄ me liores & sapientiores se reprehendere, eorumq; opera bona sinistre interpretari nō erubescit. Quoq; stultitia magna est uehementer, qm̄ seipso non intētūr, imo putant se aliquid esse, ut ait Apostolus, cum nihil sint. Hoc ergo uitemus uitia & errores, & discutiat unusquisq; cōsciētiā propriam, eamq; purget, ornet, custodiat. **P**ræterea, qm̄ male habentibus medicus necessarius est, nos q̄ spūaliter ægri sumus, fragiles, defectuosi aut uitiosi, ad cælestem ac summū medicū leſum Christū configuiam, eius gratiā ac misericordiam inuocādo, ut intus nos saneret à uitis. Eius quoq; amplectamur medicamenta, i. ſacra, ſpecta ac documenta, in primis ſacramēta pœnitētæ post baptismū & lapsum. Sed & exēpla ſeu opera Chī ſunt medicamenta peroptima, p̄ſertim paſſio eius ſalutifera, Idcirco qui uulnera ſuperbiæ laſus est, considerando & imitando Chī humilitatem, curare ſe ſtudeat. Sic qui inuidia, ira, incōtinētia, auaritia, aut alio q̄uis peccato animā habet uulneratā, intuendo atq; ſectando Chī ardentissimā charitatē, maximā mititatē, mundissimā castitatem, ſummā liberalitatē ac ſpōtanēam paupertatem, ſanare ſe enitatur. **D**eniq; Deus eſt fons misericordiæ, in quo noſ oportet à peccatis lauari, fons sapientiæ, in quo illuminari, fons oþpotentiæ, in quo roborari, fons opulentia ac beatitudinis, in q̄ nos ſpiritualiter ditari ac beatificari oportet. **I**n ſup, qm̄ misericordia magis placet Deo, q̄ ſa Oſec. 6. B rificium, debet unusquisq; pro uiribus ſuis operibus misericordiæ tam ſpūalibus q̄ corporali bus eſte intentus: & qđ nō poteſt effectu, agata affectu, qui frequētē reputatur pro opere, & acceptatur a Deo. Opa autē misericordia ſpūalia, ſunt hæc ſeptem: Conſiliū dare petenti ſeu duabitanti aut indigentibꝫ, docere ignoratē, corripiere uel corrigerē delinquentē, consolari mœſtum, ignoscere iniuriati, ſupportare oneroum, orare pro om̄ibꝫ. Opera uero misericordiæ corporalia ſunt hæc: Cibare eſurientem, potare ſitientem, uelire nudum, ſepelire mortuū, hō ſpitare peregrinos, uifitare infirmos, liberare captiuos. In hoc exercitio conſiſtit pietas Christiana, certiūq; eſt, q̄ opera misericordiæ ſpūalia ſint principaliora & magis coram Deo meritoria & accepta. **P**oſtremo, qm̄ Christus uenit peccatores ad p̄cidentiam uocare, dicēdo, P̄cidentiā agite, appropinquabit enim regnū celoꝫ: hinc nullus desperet, eo q̄ penitus inſi- Mart. 4. nita ſit bonitas & misericordia Dei nři, ſed q̄ in peccatis eſt, ſtatim p̄cident, & rato cordialius, quāto maiora & plura ſunt eius peccata. Vocat eterni Chī ſtide, imo & indeſinēter, peccatores ad p̄cidentiā, p̄ inſtītu diuinū, p̄ angelicas inspiratiōes, p̄ platos & p̄dicatorēs, per ſacras ſcripturas & documenta ſanctorū, p̄ beneficia atq; miracula, p̄ bonoꝫ q̄q; exēpla, & p̄ adueraſa. Durus eſt ergo & nimis durus, q̄ tot uocatiōibꝫ nō aſſentis, ſed in ſuis p̄manet uitis. Hinc talibus loquitur Deus in Prouerbijis: Quia uocauī, & renuifis, despexitis om̄e conſilium meū, Prou. 4. & increpatiōes meas, neglexiſtis, ego quoq; in interitu uō ridebo & ſubſannabo, quum uo- bis qđ timebatis, eueneris, Itaq̄ p̄cidentamus, & cōuertamur ad dñm, eīq; iugit adhæreamus. **S**ermo III. De uita S. Matthæi euāgelizæ, cum exhortatione ſalutari.

A Ethiope puenit manus eius Deo. Psalmo LXVII. His uerbis in Psalmo ſmittitur, Ve- aient legati ex Aegypto, unde Propheta celerrimam ac gratiſſimam Aethiopū conuerſionem p̄noscens in ſpiritu, loquitur eſt hæc uerba praetacta. Aethiopes quippe conuerſit beatissimus euangelista Matthæus, de cuius excellentijs atq; uirtutibus in p̄inductis ſermonibus dicta ſunt aliqua, & nūc aliqua ſunt addenda. Hoc autē in iſto apostolo ſpeciale fu- it & ualde mirabile, quia tam gratiſſime ac uiuituſiſime Deus omnipotens aſtitit ei, q̄ uale de celeriter conuerſit Aethiopum plebem, in qua uſq; in p̄ſens Christiana uiget religio. Cum enim gloriolissimus iſte apostolus ciuitatem Aethiopum Nadeber nomine, introiſet, repperit ibi duos magos, qui homines loci illius ſic ſuis magicis artibus dementabant, ut quos uel- lent, membroꝫ motu, officio ac ſanitate priuarent. Qui in tantū ſuperbiæ eruperunt tumore, q̄ ſe adorari fecerūt à populo, tanq; deos. Quorū falsitates & magicas artes detexit apostolus. Cumq; Magi illi ex hoc indignati, duos adduxiſſent dracones, ignem ſulfureum ex ore ac na- ribus euomētes, occurrit apostolus. Quo uifo, coruerunt coram eo dracones, & dormierūt, dixitq; Magis: Vbi eſt ars uerſtra? Uſcirete eos, ſi potestis, & niſi oraffem p̄ uobis, hoc uobis fe- ciffent dracones, quod mihi per eos facere intendiſſiſt. Deinde p̄cepit draconibus, ut nemi- nem laedō abirent, feceruntq; ita. Tunc p̄dicante apostolo, ortus eſt rumor & mēror, eo q̄ regis filius obiſſet. Quē cum refuſiſtaret apostolus, ſcripſit rex om̄i populo ſuo: Venite & ui- dete deū in hūana effigie latēnē. Cumq; uenirent cū aureis coronis, ſacrificijsq; diuerſis, ut ſa- crificaret apostolo, copescuit eos. Ego, ingens, deus nō ſum, ſed seruus leſu Chī filij Dei uiui,

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO III.

Itaq; instruente eos ac præcipiente apostolo, de auro & argento allatis construxerunt grandē ecclesiam, in qua per trigintatres annos sedis & prædicavit beatus Matthæus apostolus, & cotam ad Christum conuerit Aethiopiam plebem. Nam rex nomine Egippus, cum uxore sua ac sobole omnīq; populo suo, accepit baptismū. Ecce quanta mirabilia Iesu Christus per suum egit apostolum & euangelistam Matthæum. ¶ Præterea excellentia sapientiæ atq; constantia præclarissimi huius apostoli innotescit ex hoc, q; cum S. Ephigeniam p̄fati regis filiā, se conuersam, & sacro uelamine consecratā, quam plus q; ducentis p̄fecit uirginibus, nollet in cōgiūgium dare successoris regis p̄dicti, eo q; regis æterni sponsa esset effecta, successor ille uehemen ter indignās, misit spiculatore, qui Matthæum sanctissimū post celebrationē iuxta altare stan tem, & manibus in cælū expansis orantē, occidit à tergo, eum p̄sodiens gladio. Quo cognito, plebs properauit ut regis incéderet domū, sed à presbyteris & diaconibus sunt detēti. Rex uero, cum nec per magos, nec per matronas possit Ephigeniæ uirginis animum ad cōiugij inclinare assentum, domū eius incēdere nūs est. Sed apostolus uirgini sancte apparet, ignem de domo eius excusit, & protinus ignis ille regis inuasit & cōbussit palatiū, solo rege cum unico filio uix euadēt. Qui filius à dāmone obseſsus, coepit patris cōfiteri facinora, & ad apostoli p̄perauit sepulchrū. Porro rex leprosus turpissimus factus est, qui cum curari nō posset, interfecit gladio semetipsum. Ecce quō Deus misericordiauit sanctū suum beatū apóstolum ante suā passionē, & in ea, atq; post eam. Insuper frātē Ephigeniæ ab apostolo suscitatum ac baptizatum, populus cōstituit regē. Qui per LXX annos regnauit, & pprium filium Ch̄ianum reliquit regni hæredē ac successorem, sicut Ch̄ianæ fidei cultum per totam Aethiopiam auxit magnificē, & eam replete ecclesiis. Nunc igitur gloriōsū huius apostoli sc̄iūm doctrinā, & eius exemplo sync̄e ac firmum habeamus iustitiae zelum, nō solum uitādo ea que manifeste sunt mala, (quēadmodum fuit q; rex cum populo suo uoluit sacrificare apostolo) sed etiam ea que bona uidetur, & tamē in veritate extant illicita, sicut boni uidebatur dare Ephigeniæ uirginē regi uxorē, eo q; rex pmisit cum populo suo se Ch̄ianum futurū, si apostolus induceret uirginem illā ad suum cōfensem. Itaq; sicut apostolus phibuit sibi in impendi honorem Deo debitus,

^{Psal. 4.} ita & nos iuxta doctrinā Apostoli, soli Deo impedi optemus honorē & gloriā, & oēm superbiā, q; est propria excellentiæ amor inordinatus, abhorreamus. Veruntamē hoībus virtuosis ac p̄sidentibus honor est impendens, sed in Deo & propter Deum, ut solus Deus finaliē & propter seipsum honoretur. Amplius, ea q; euidenter sunt mala, sicut supbia, inuidia, luxuria, acedia, auaritia, uitemus tanquā æternā mortis uenena. Specialiter quoq; exemplo beatū Matthēi debemus auaritiae detestari ac fugere, quam idologr; seruitutē uocauit Apostolus, nā sicut p̄ idolatriam subdit se homo nō creatori, sed idolis uanis: ita per auaritiae subiicit mentem suā rebus uilibus & caducis, sensibilibus ac terrenis, non summo & incōmutabili, increato infinito bōno. Et sicut idolatria, ita & auaritiæ multa magna uita sunt annexa. Prop̄

^{1. Tim. 1.} quod ait Innocentius Pap: Radix omnium malorum est cupiditas: Hēc sacrilegia committit & furta, rapinas exercet & p̄das, bella gerit & homicidia, Simoniæ uendit & emit, inique petit & rapit, iniuste negociat & fecneratur, in stat dolis & imminet fraudibus, dissoluit paciū & uiolat iuramentum, corrumpit testimonium & peruerit iudicium. Atq; (ut afferit Augustinus) nō solū auarus est qui diripi aliena, sed etiam qui seruat cupide propria. estq; auarus inferno consimilis, quoniam sicut in inferno non satiatur perenitum animabus, ita nec auarus terrenis diuitias. Merito itaq; ait scriptura: Auaro nihil est scelestus, nihil est iniquius quam amare pecuniam. Nam auarus animam suam habet uenalem. Obediamus ergo Apostolo exhortantis

^{Ecccl. 10.} ^{1. Tim. 6.} Habentes uictum & quibus tegamur, his contenti simus, soli Deo stabiliter atq; finaliter inhae reamus, nec aliquid cupiamus aut diligamus, nisi in ipso & propter ipsum.

¶ A D R E L I G I O S O S.

Sermo IIII. De fructu atq; utilitate scientiæ, de euāgelica perfectione,
de dilectione inimicorum, patientiæ malorum.

^{I. Co. 8.} Quidam fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamentū & qui ad iustitiam eruditū mul tos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Daniel. xii. Est quēdam scientia informis & nuda, nō ornata charitate atq; laudabilu uita, de qua ait Apostolus: Scientia inflat. Qua multi contenti sunt, cupientes docti reputari, honorari, & carnalia comoda cōsequi, qui ex sua scientia damnabiliores redduntur, sicut ait saluatoris: Seruus qui sc̄it uolūtatem dñi sui, & non facit, plagi uapulabit multis. Et princeps apostoloz inquit: Melius erat illis non cogno scere uiam iustitiae, q; post agnitionē retrorsum reuerti. Timeamus hanc yba, o fratres, nos qui sc̄imus scripturas, & eas audimus quotidie, & tamē negligētes, pigri & reprehensibiles inueni mur, nec iuxta notitiam cōuersamur idonee, necq; cōdigne proficimus. O q; multi sunt secula

^{2. Cor. 9.} res, idiotæ ac simplices, qui si scirent decimā partē eoz q; sc̄imus, q; diligenter ac seruide deo seruirent. In ardescat ergo cor nūm, & strenue operet q; deo sunt placita hilarem nanc ac seruidū seruit. Iohā. 13. uitem deo diligit deus. Nō simus cōtentis scientia hac informi, sed sc̄itiam formata, actualē, approbatuā operatiuā boni, possideamus, tū Ch̄is testes: Si hæc sc̄itis, beati eritis si feceritis ea. Nemo scientia sua ad uanitatē uita. Est autē & alia quēdam naturalis scientia seu philosophica peritia, in qua etiam multi in ordinatae atq; superflui occupantur. Sed in primis sc̄ire & considerare curemus ea ad quā tenemur, & quā deus requirit in nobis, quēadmodum scriptū est: Quā p̄cepit tibi de Ecl. 3. us, illa cogita semper. Horū nanc ignorātia, est ignorātia iuris, quā à uito non excusat. Propter quod loquitur Paulus: Qui ignorat, ignorabit. Et per Osee loquitur deus: Quis tu scientiam repūti. Co. 14. luti, repellā & ego te, ne sacerdotio fungaris mihi. Vere utilis ac salubris scientia est seipsum cognoscere, nō philosophice tñ, uidelicet q; sit animal rationale mortale, sed theologicē quoq; uirtute, quare & qualiter sit creatus ac liberatus, & propriā defectuositatē ac culpā: & itē ad q; passiones, & ad quā uita ex sua sit naturali dispositione aut usu proclivior, & quō possit ac debeat illis reniti ac p̄uale. Certe desiderabilior est ista scientia, utilior atq; salubrior, p̄sæcūlū religioso, quām omnium philosophorum doctrina, q; etiā medicinæ iuriumq; peritia, quāc̄ heu multi ea neglecta, studeant illis quā deuoctionē nō nutrunt, nec charitatis augent feruore, sed instabilem, uagam, inā nem efficiunt mentē, curiositatē, fuent. Satagā igitur unusquisque uere cognoscere, iudicare, castigare seipsum, nec alios audeat temere iudicare, contēnere, obseruare. Quis em̄ sc̄it quid agatur in 1. Cor. 1. homine, nūs sp̄s eius? Deniq; est tertia scientia formata salubris, illa p̄fissimæ, quē est unum de se. Esate. 12. p̄tem donis sp̄s sancti. Qua q; fuerint docti, fulgebunt ut splendor firmamenti. Est em̄ scientia Danie. 13. ista charitati semper annexa, de qua ait scripture: Dedit illi scientiam sanctior. Et dñs per Osee: Mi. Sapie. 10. sericordiā uolui & non sacrificium, & scientiā dñi plus q; holocausta. Præterea qui ad iustitiam eruuntur multos, docendo eos qualiter debeat inter bonum & malū discernere, peccata uitare, uitribus inhaerere, iuste q; uiuere, itē fulgebunt instar stellarum in regno beatitudinis æternalis. Nā sic ut cœlum ornatur sideribus, sic patria beatorum electis & ciuibus sanctis. Propter quod loquitur Paulus 1. Cor. 15. Ius: Aliā claritas solis, aliā claritas lunæ, aliā claritas stellarū. Stella em̄ differt à stella in claritate, sic erit & resurrectio mortuorum. Porro secundū philosophos stellā ē clarior pars sui orbis. Quēadmodū ergo stellā ē clarior reliq; sui orbis parte, sic p̄clararius diuinus: cōsistit altos in iustitia erudire, q; in seipso dūtaxat doctū existere, & hoc ceteris paribus. Nā q; eruditū alios, Ch̄o magis assimilat, q; illuminat oēm hoīem uenitē in hūc mundū. Poteat autē quis alii erudire ybo & scripto atq; exēt. Iohā. 16. plo, & nūc de illa eruditio est mēto, qua q; nō yb̄is dūtaxat, sed operibus q; q; instruit alios. Imō uerbo docere, & iuxta doctrinā propriam nō facere, est ualde damnable. Ideo loquitur Leo papa: Facili sit ratio ad persuadendū, efficacit ad loquendū: maius tñ est docere opere, quām sermone, & ualidiora sunt exempla q; uerba. Felix ergo est religiosus, qui tam charitatue atq; pacifice, tam humiliter atq; benigne, tā patienter, exēplariter & deuote inter suos fratres iugiter cōuersatur, quod ipso facto alios ad idem informat, & peruersos, auersions, discordiam, superbiā, duritias, impatiētiam indeuotionemq; tacite increpat & confundit, corrigit & reformat. ¶ Præterea beatissimus euāgelista & apostolus S. Matthæus in seipso erat doctus, mo doctissimus, tanquā unus illogi cui Iohā. 16. Ch̄is sp̄ponderat: Cum uenerit paracletus sp̄s ueritatis, ille docebit uos oēm ueritatem. Ipse etiā ad iustitiam plurimos eruditū, quia Nubianos cōuertit Aethiopes, & conscriptione gloriosa euāgelij sui sanctissimi, usq; in præsens uniuersam docet ecclesiā, atq; in euāgelio suo p̄r̄ ceteris euāgelistis ordinata procedit in descriptiō uerborū & miraculorū ac opere Ch̄fi, euāgelistæ etiā fidei ueritati p̄r̄ illis probat ac roboret authoritatis propheta: quos copiose allegat. Id eo iuxta tantū Euāgelistæ doctrinas conuerteruntur in oībus. Nam ipse sermonē Ch̄fi in mōre de Matt. 5. scripti p̄ficius, in quo sermone includit quicquid ad recte uiuendum exigit. Vbi & inter cetera Matt. 6. 6. 7. 8. per euāgelistam suum loquitur Ch̄is: Si quis percussit tē in unā maxillam, p̄r̄b̄ ei & alteram. Ibide. 1. Itē: Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis. Ardua sunt hēc, & tā ista est uia salutis, de Matt. 7. qua itē ait: Nolite iudicare. Et cetero perfecti, sicut & pater tu cōfessus perfectus est. Quē utiq; de Matt. 5. Luce. 6. formis nra perfectio maxime in charitate cōsistit, quarens sicut omnipotens deus benignus & p̄f. us est super ingratos ac impios, sole faciens oris super bonos ac malos, pluensq; super iustos & in iustos, & sceleratissimos conseruans in esse, ac prouidens eis de necessariis uita, multaq; dona natu rae ac bona fortunæ cōferens ipsis, nec permitteis eos statim à dæmonibus strangulari, atq; in tarca rum trahi sicut meren̄, sed conuersationem eoz misericordissime p̄stolans, & per instiūtū diuinos, per inspirationes angelicas, per allocationes humanas, per prospera atq; aduersa inuitans ac hortans eos ad meliora, ita & nos nō solū amicis, sed inimicis quoq; nostris & persecutoribus, de Matt. 5. detractoribus, ingratīs, molestīs, improbīs & peruersis hominibus, simus ex corde synceriter charitati, benevoli, benefaciui, omniq; modo nobis possibili ad meliora eos trahere enitamus. Veruim hoc nemo potest implere, nisi perfectus, hoc est, à passionū immoderatīs expurgatus, in suis affectis onibus reformatus, sapientiæ dono perfusus, & deo plene subiectus, ab omni animositate, ira, inimicitate, & patientia.

GG in patientia.

B. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO V.

patientia, indignatio, amaritudine alienus. Nisi enim quis humilis ualde extiterit, ex alterius improbitate, irrisio, inflatione, cōtumelia, iniuriatio, cito ad animositatem, ita ac indignationem prouocabit, & alter se opponet, si potest & audet. Similiter nisi sit mansuetus plurimi, iniuria sibi illatam vindicare optabit, & propter aduersa fieri impatiens, ac praua subiacebit tristitia. Oporter ergo nos obtemperare documentis sancti euangelista Matthaei ex ore Christi, ut nos ipsos diligamus pure in deo, & omnes affectiones & passiones nostras habeamus reformatas & simplificatas in eo, & nostris uitis, negligentiis & peruerteritatisbus trascamur, indignemur, & propter eas tristemur, Propter aduersa uero pena, propter opprobria nobis illata, propter dana regis temporalium, propter corporales infirmitates & persecutions nequam moueamur ad elationem, iram, impatiens, tristitia, uel ad alia cordis ruina, cum omnia illa nobis multipliciter excent salubritimo & saluberrima ac fructuofissima, dummodo aequanimitate tolerentur. Attendamus quod Christus dixit apostolis: Ecce ego mittro uos sicut agnos inter lupos. Et iterum: Eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Et: Venit hora, ut omnis qui interficit uos, arbitret se obsequium praefare deo. Si ergo cupimus cum apostolis coronari, & cum eis in die iudiciorum in iudicib[us] solis ad iudicandum sedere, conuenir in omni patientia & mortificatione uiuifica, in omni humilitate & paupertate spontanea, in omni diligentia & seruore sequi eorum uestigia. Beatissimum quoque euangelistam & apostolum Matthaeum specialiter diligamus, honoremus, ac inuocemus tanquam quotidiani nostrum magistrum per Euangelium suum. Et sicut ipse post suam ad Chism conversionem factus est tanto liberalior, uirtuosisq[ue] arct[er] perfectionis, quanto ante erat auanior ac culpabilior, ita & nos sumus in religione tanto humiliantes, patientiores, deuotiores ac ardenterores, quanto magis superbi, impatiens, indeuoti, ac peruersi eramus in mundo.

SERMO V. De sapientia supernaturalis excellentia, de pace, & uitæ beatæ perpetuitate. Sapientia ubi inuenitur, & quis est locus intelligentie? Iob uice simo etauo. Multa magna & pulchra dixerunt philosophi de sapientia, intelligentes per sapientiam naturalem notitiam primæ cause, uidelicet dei, & substantiaz separataz, quæ apud illos intelligentie, apud theologos angelis nuncupantur. Hanc sapientiam dixerunt esse finem & capitaneam ac praeceptricem omnium scientiarum, & quod mirabiles habeat delectationes actu suo admixtas. Vnde secundum Aristotele, uir contemplatiuus & sapiens non querit extra se delectari, quoniam in se plenus est theorematibus & cōtemplationibus dulcibus ac iucundis. Sicut habet in proprio in diuinis ac spiritualibus delectari, in actu quoq[ue] sapientie huius posuerunt beatitudinem hominis, ut pote in speculacione optimi speculabilis, ut patet decimo Ethicoru[m]. Si ergo rata ac talia dixerunt summi philosophi de sapientia naturali & acquisa, q[uod] & aliquo modo uerificant de ea, quantu[m] in cōparatione ad naturales sciencias, & de naturali ac speculativa hominis felicitate loquendo: quoniam magis secundum theologicam ueritatem ista & multa sublimiora sentienda atq[ue] dicenda sunt de sapientia supernaturali theologicâ, ita q[uod] iusta & iustitia seu acquisita, i.e. sacrae scripture doctrina, praesertim legis euangelicæ theoria in euangelio scripta ac tradita, q[uod] de sapientia supernaturali infusa, quæ est donum spiritus sancti, quæ secundum gradum suum perfectum est id est in re quod mystica theologia, quæ est sapientia flammigerâ, affectuosa & unitiu[m]. Et maxime uera sunt hæc de sapientia ista, quæ donum est. Qui vero utramq[ue] hanc supernaturale sapientia habet, uidelicet acquisita & infusa, in proprio habet considerare mirabilis legis diuinæ, & admirari inco[m]prehensibilitate fidei Christianæ, ac contemplari ea quæ sunt simplicissimæ deitatis, ac superbeatissimæ trinitatis. Et habet in suis considerationibus ac contemplationibus mirabiliter magnas delectationes spirituales admixtas; si tamen in habitibus istis sapientialibus notabiliter sit perfensus, reformatasq[ue] habeat atraures ac passiones. Vnde & plenus est theorematibus & notitias diuino[r]u[m] iucundis ac dulcibus. Propter quod ei opus non est, ut in exterioribus sensibilibus & cadiocis que rat solatia, sed intra se habet suor[um] materia gaudior[um]. Hinc Ionathas & q[uod] erat cū eo, dixerunt se nullo indigere istorum, q[uod] solatio habebat S. libros, qui erat in manibus eorum. Et Paulus ait ap[osto]l[u]s: Deus spei replet uos omni pace & gaudio in credendo. i.e. in considerando & contemplando per fidem ea quæ cadunt sub fide. Studeamus ergo in hac utraq[ue] sapientia taliter abundare, hoc est, in dono sapientiae & in notitia seu doctrina sacrae scripture, & in eis actibus, considerationibus seu contemplationibus tanta propte & assidue delectari, ut carnales & uiles cōsolatiunculas detestemur. Nec in humani colloquio aut seculari uisitatiis omnibus recreari quereramus, sed in cellulis nostris occupemus nos hilatiter ac deuote, orando, psallendo, meditando, cōtemplando, studendo, scribendo, legendendo. Certe ut ait philosophus, sapientia est diuina possessio, & uir contemplatiuus uerely sapientia est amantissimus deo, atq[ue] ut Eccl. loquitur, uir eruditus suavis est anima sua. Sic gloriofiss. euang. Matthaeus sapiens fuit utraq[ue] hac sapientia, sublimiter contemplatiuus, & amantissimus deo suo, & de plenitudine sapientiae sua communicauit toti mundo per Euangelium quod descripsit, tanq[ue] splendidissimus sol, illuminans uniuersum orbem terrarum, prophetas, oracula euangelicis alterioribus copiose innescens, ita ut si inquiratur, sapientia ubi inuenitur, & quis est locus intelligentie, rite r[es]pondeat, in euangelio S. Matthaei. Ibi em[er]it euangelicæ legis sapientia plane describit, ibi Christus sapientia æterna, increata, immensa,

DE S. MATTHÆO APOST. ET EVANG.

Fol. CCCXVI.

A mensa, addiscit, loquitur & audit, ibi ueteris testamēti scripture exponunt, & prophetas uaticinia intelligunt. Ecce q[uod] cōpendiose, q[uod] magistraliter & deuote descripsit euāgeliū S. Matthæus. Eius ergo doctrinas imprimamus nostris memoris, & in eis meditetur die ac nocte, ut deliciose cōside remus ac firmiter cognoscamus mysteria & miracula, testimonia & præcepta, documēta & consilia, uirtutes, sanctitatem, uitæ & opa Christi, atq[ue] utraq[ue] ipsius natura. Et in oībus his iugis occupemur, totaq[ue] uitæ famam iuxta h[oc] dirigamus. Preterea si cupimus q[uod] Baruch ait: Disce ubi sit sapientia, ubi circuere, ubi intellectus, ut scias ubi sit longiturnitas uitæ, ubi lumen oculorum & pax; si, inquit, istud implere, seu ista addiscere cupimus, legamus & intelligere studeamus euāg. S. Matthæi ap[osto]li. Ibi nāq[ue] est sapientia salutaris, nō in libris philosophorum, ibi q[uod] est uitus, potestas & uiror cōtra aduersarias potestis, ibi fides & uirtus saluatoris, eiusq[ue] uirtuosissima uita describit, ibi est intelligentia prophetarum, & eorum cognitione quibus innititur fides. Per q[uod] omnia edocemur, ubi sit longiturnitas uitæ, ubi lumen oculorum & pax. Hæc quippe sicut in euāg. suo S. docet Matthæus apostolus, p[ro]fecte & Matt. 5. plene sunt in regno celorum, in patria beatorum, ubi fulgebunt iusti sic sol in regno patris eorum. Vnde in Mat. 13. die nouissimo dicturus Christus iudex aeternissimus: Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis Mat. 13. regnum a cōstitutiōne mūdi. Et tunc ibunt iusti in uitâ æternâ, in q[uod] uere & plene est longiturnitas uitæ P[ro]f. 9. gloriose. Vnde cuilibet electo, pmisit deus: In celo glorificabo eum, longitudine diei, implebo eum, & Cor. 1. ostendā illi salutare meum. Hoc salutare dei patris, est Christus dñs, uerbū & sapientia genitoris. Qui Christus uere est lumen splendissimum interior, ac intellectualiū oculorum. De quo cecinist Simeon iustus: Quia uiderit oculi mei salutare tuum, i.e. lumen ad revelationem getiū. Ipse q[uod] est pax nostra, q[uod] fecit utraq[ue] L[et]ucia 2. unū. Imo secundū suæ deitatis natura, ipse est sustentatiliter pax super dulcisissima & immēta. De qua Ephe. 2. loquitur Paulus: Pax Christi q[uod] exuperat omnia sensum, custodiat corda uitæ & intelligentias uestras. Quāuis Philip. 4. in diuinis pax appropriet spūi sc̄tō quādūdū charitas, gaudii, uisus, & carera quādā ad uoluntatē spectatā, eo quod spūi sanctus sit emanatio uoluntatis, quæ in parte & filio una est, & ipse p[ro]p[ter] filio q[uod] p[ro]cedit per uoluntatē. Sic ergo sciamus actualiter p[ro]seguimus, ubi sit longiturnitas uitæ, i.e. uita beata uere perpetua & secura, in qua deus absterget omnia lacrymā ab oculis electorum, ubi mors ultra nō erit, nec dolor nec timor, nec gemitus, q[uod] cōsideratio & desiderio uitæ illius despiciamus uitâ p[ro]sternē cū omni sua uianitate, ambitione & oblectatiōne. Nec q[uod] cōspicimus in ea, nisi id nos Apoc. 7. ad uitâ gloriosan ad sempiternā cōpēdiosius p[ro]t[er] cōducere, ut pote paup[er]atē, subiectiōne, obeditio[n]ē, aspernatiōne, correptiōne & correctiōne. Atq[ue] in tempore isto breuissimo, q[uod] cōparatiōne duraciōne uitæ beatae, uix unū momētiū ē, deo uigilatissime obsequiamur in omni humilitate, seruore, cū spūali p[ro]fectu & peruerteria fructuosa. Deniq[ue], ubi & in quo longiturnitas ista uitæ felicis cōsistat, Salomō Prou. 8. in Prou. p[re]dictis: Preciosior, inq[ue], est sapientia cūctis opibus, & oia q[uod] cōsiderat, h[oc] nō ualeat cōparari. Longitudo diei in dextera eius, & in sinistra eius diuinitas & gloria. Hæc longitudo dies est unus dies p[er]petuus, de quo Zacharias ait, p[ro]pheta: In die illa erit dñs unus, & nō nomē eius unū. In caelesti eternitate Zachi. 14. ē dies & longitudo dies nō ex circuolatiōne solis aut orbū, sed ex illuminatiōne solis iustitiae, q[uod] est deus, & ex participatiōne suæ eternitatis, q[uod] dicit auct. Vnde Isaia p[ro]pheta pdixit: Nō erit tibi sol Isaia 6. amplius ad lucēdū per dīc, nec splēdor lunæ illuminabit te; sed erit tibi dñs in lucē sempiternā. Hoc est, id in Apoc. fact[er] Ioh. ap[osto]l[u]: Ciuitas nō erit sole neq[ue] luna, nā claritas dei illuminabit eā. In hoc Apoc. 2. die est unus omni beato[rum] deus, q[uod] mō in eccl[esi]a militante nominā multa habet, & uarijs designat no[m]inibus, secundū q[uod] ex diuersis suis effectibus diuermisimode innoscit, & ex creaturis easq[ue] formis & actibus, diuersis modis agnoscit. Sed in triūphate eccl[esi]a, ubi in seipso per seipsum cōspicit, q[uod] p[ro]p[ter] sp[eci]e, i.e. ppriā essentiā cernit, & facie ad faciem uident, nomē eius est unū, quia ibi una cognitio de multis de ipso nolcunt, q[uod] & uno nomine ibi signant inco[m]parabilitet clarius, quā hic per diuersas cognitio[n]es & appellatiōnes. Idcirco ad h[oc] beatissimam dei notitiam incessabiliter aspiremus ac festinemus, q[uod] p[ro]p[ter] VI. De suauitate gustus diuinæ p[re]sentia, de subtracione eiusdem,

de lachrymarum varietate, & de perfectiorum deuotione.

Nunquid possunt filii sp[iritu]i ieunare q[uod] diu cū illis est sp[iritu]s: Matth. 9. Ista y[ea] fuenterit Christus ad pharisæos, q[uod] increpabat Christi discipulos quia nō ieunabant. Quibus r[es]pondit saluator: Nō quid possunt filii sp[iritu]i ieunare q[uod] diu cū illis est sp[iritu]s? Quod Christus ad literā de corporali dixit discipulo rum ieunare, & de corporali sua cū illis plēntia, in quibus etiā y[ea] bis insinuat se ēc sponsum eccl[esi]e, & discipulos suos esse suos filios, filios utiq[ue] adoptiuos. Per quae omnia mystice designat, q[uod] filii sp[iritu]i, deuoti religiosi q[uod] diu cū illis est sp[iritu]s, ieunare & lugere nō ualeat. Deniq[ue], q[uod] quis sp[iritu]s caelestis uniuersis aliis ac in istis fidelibus charitatē habentibus, & existentibus in g[ra]tia dei, specialiter tñ dicit tñc ad istis q[uod] per sp[iritu]ale consolationē, atq[ue] sensibilis deuotionis iucundā alacritatē adeat credentibus, p[ro]fertur ueris religiosis, ita quod quodā seruore ac p[ro]p[ter] studiū animi cū gaudio ferunt ac mouent ad oia quæ diuinū sunt cultus ac obseruatiōne regularis, & festiva eis sunt omnia. Surgunt ala crister, & uia mādatorum, semitas consiliōrum, exercitū ordinis non solū incedunt, sed etiā currunt ac uo[rum] Psal. 118. h[oc] nō inueniunt, quæ aliis dura uident, & experient ueritatis quod ait saluator: lugum meum suave est, & orationis nō inueniunt leuc. Cum igit[ur] res ita se habet cum eis, ieunare nequunt nec lugere, loquendo de in-

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO VI.

teriori ieiunio, quod est inedia cordis seu desiderium audiendi verbum dei. Nam ipsi copiose sunt D
angelorum exercitus seruit omnipotēt, & quanta est pulchritudo ac gloria paradisi caelis. ¶ De
quarto sciendum, quia (vt ait Apostolus) oēs sunt administratori sp̄is in ministerium missi a deo
propter electos, tamen non oēs mittuntur ad exteriora obsequia, sed aliqui de superioribus ordinib
mittuntur ad ordines inferiores, & illi ad exteriora ministeria transmituntur. Insuper quilibet or
do accepit nomen ab eo, quod libi magis specialiter conuenit. ¶ De quinto considerandum, q̄
angelii de infimo ordine multis habent actus circa homines fibi cōmissos: & non solum a spirituali
bus nōumentis, videlicet à peccatis, sed etiam a multis corporalibus nōumentis eos p̄sideruant.
Vnde & pueri adhuc in utero clausi, angelos habent custodes, quia in utero materno possunt pue
ris nōumenta accidere, ita ut exire non possint, aut moriantur. Similiter indigent angelica subuen
tione, ne a baptismi susceptione impedianter. Post baptismū uero angelii uarios habent actus in ho
minibz quos custodiunt. Primus est, quia (ut tertius) a diueris periculis & corporalib. malis ac da
mnis p̄siderant eos, ne s̄ruina, dimerione, p̄alio, aut simili modo intereante improuise. Secun
dus actus est, q̄ corporalib. bona procurant hominibz, videlicet sanitates, & expedita itinera, ac
necessaria uitæ. Vnde Tobias orauit, ut angelus dei cōmitaret filium suum. Tertius actus est, q̄ a Tobie. 5
diueris uitij retrahant hominē, & hinc actum habent in omni homine quantūlibet uitioso. Nam
& angelus bonus retrahet Antichr̄m ab aliquibus uitis. Quartus actus est, q̄ ad bona incitāt ho
minē, & hoc uarijs modis, videlicet intellectu illuminando, de poenis inferni & futuro iudicio me
morā ac timore incutendo, p̄sitionē Chri & alia salutaria ad memorā reducendo, affectum
quoq̄ dispositiue inflammando ex cōsideratione bonitatis dei, beneficiorū & ceteris. Quintus actus est,
q̄ adiuuant & confortant hominē contra crudelitates, calūdites & tentātē diaboli, & demo
num luxuriā ac potestate refrenant, ne hominē cōtent quantū cupiunt & possent, si permetterent.
Sextus actus est, q̄ protegit, & specialiter astat hominī tempore mortis, ne tunc a dæmonibz super
pet, p̄sertim ne cadat in desperatione nem aut infidelitatē, ad quā peccata tunc maxime conat̄ dia
bolus infirmantē inducere. Septimus actus est, q̄ ofones & desideria, bonāt̄ opera hominis offere
deo, & hominis imperfēctum excusat. deīs gram ei reportat, & conferuat eam in homine. Octa
vus est, q̄ animā hominis egreditur de corpore pro posse consolat, prosequit, & adiuuat coram
deo. Nonus actus est, q̄ animā in purgatorio existentem interditū uisitat, & de suffragijs quāe fiunt
pro ea, futurā liberatione ac beatitudine sempiterna ac certa eam, ut credit, confolat. Cum ergo
tot bñficia nobis impendant angelii sancti, merito eos diligere ac uenerari atq̄ fideliter eos inuoca
re debemus quotidie. Et ut ad eos beatissimā societatem pertingere ualeamus, nēcessē est, ut eōe
beatitudine, amabilitate, & de huius festi institutione.

Nemo est adiutor meus nisi Michael princeps uester. Dañ. xi. Cum dicat saluator, Gaudet erit
angelis super uno peccatore penitentiam agentē: rōnabile ualde est, ut de angelis sanctis fe Luc. 15.
stum agamus in terra cū gaudio, qui de nřa conuersiōe & salute tam charitatue ac solemnitate gau
det in celo. Denique de hominibus sanctis festum tenemus, quiaq̄ sanctitatem deus per miracula
monstrat. Cum ergo de angelorum sanctitate ac beatitudine sumus certissimi, dignum & iustum est,
ut solemnitatem de ipsis faciamus deuotissimā & iucundam. Ad qd etiam alij rōnes p̄tracte sunt,
quia uidelicet tot bñficia ipsi nobis impendant, & dignissimā charitate nobis ministrant, cum
enī sint protectores, doctores, & dñi nři. Propterea ministeriū quod nobis impendant, est minist
erium charitatis & pietatis, dignationis & humilitatis, non inferioritatis aut vilitatis, seu indigētis
proprietate, iuxta quem modum Chri ministrauit discipulis, & prelati ac principes, serui dicū
tūr subditoz suo, quia eoz dignitas atq̄ officium, ordinat ad subditoz cōmune bonum, nō ad
p̄sidentiū priuatum cōmodum vel honorem. Hinc pontifex summus vocat se Seruum seruoz
Iohā. 13.
Luc. 14.

HH. iij. def.

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO IIII.

Bernas, dei. Praeterea, ut in serm. sanctus tangit Berñ, propter tres causas angelii sancti libenter ministrat. D. hominibus. Primo propter deum, quē uident propter homines hominē factum, atq; hominibus obsecutum. Secundo, quia eiusdem natura cū angelis sumus, sicut in genere, ut pote rōnis & intellectu&alitatis participes, beatitudinē capaces. Tertio, qn̄ ex hominib; eorū instaurandi sunt ordinēs. Hinc ait sanctus Berñ. Cuius tanti ministri, videlicet Chrl̄ gratia, nil mirū si dignāter, inō & libenter angelī sancti nobis ministrēt, nam & ipsi nos amant, quia Chrs nos amauit. Dicit vulgari puerio: Qui me amat, amat & canem meū. Nos ergo ō beatī angeli, catelli sumus dñi, quem summe diligitis; catelli, iniquam, cupientes saturari de misis, quae cadunt de mensa dominorū nōrum, qui effis uos. Hæc dico, ut ampliorem de cætero erga beatiss. angelos habeamus fidūtā, & familiarius in omni necessitate eorū inuocemus auxilium: dignus quoq; in eorū praesentia conuarsi conemur, & magis ac magis eorū nobis cōciliare ḡam, captare b̄uolentia, exorare clementia studemus. ¶ Insuper institutio solennitatis hodierna sic habuit ortum: In Apulia vir diues perditum quæserū, cum eum in monte Gargano repperisset, sagittam ex ira direxit in eum. Sagita ait retorta est, & uirum illum, à quo emissa fuerat, uulnerauit. Quod cū ciues retulissent epo. ille indixit eis triduum ieiunium, ut interim deum cōcorditer exorarent, quatenus eis reuelare dignaret, qualiter res illa admirabilis cōtigisset. Quo peracto, sanctus Michael apparuit episcopo, dicens: Sciatis hominem illum mea uoluntate proprio celo esse Iesum. Ego ēm̄ sum Michael archangelus, qui locum hunc, scilicet monte in praesatum, tuū seruare & honorare decreui, & isto miraculo demonstrauit me esse inspectorem atq; custodem huius loci in terris. Cumq; episcopus retulisse hæc ciuib; ipse cum eis professionaliter iuit ad montem praedictum, usq; circa uerticem eius. B ubi erat spelunca. Et ingredi non præsumēs, præ foribus ōtoni uacauit, & rediit ad urbem suā, iuxta quā situs fuit mons ille, quę uocabat Sipontus. Postmodū Sipontani cōtra Neapolitanos tūc adhuc gentiles præliaturi, patronū suum Michaelē instanti orabant, ut eis auxiliaret. Apparuit epo. promittens ei triumphi. Cumq; Sipontani cōtra Neapolita nos inissent certamen, copit mons Garganus tremore uehementissimo cōcuti, cooperunt & fulgura cerebra micare, igne sagittæ uolare, & tenebræ monte obducere, ita ut sexcenti uiri de Neapolitanis interierunt. Ceteri uero tot mirabilibus uisis, ad fidē Christi conuerti sunt. Tunc Sipontani deo & Michaeli archagelō gloriose grās deuotissime referentes, dubitare coepérūt an locū præsatūm in Gargano monte intrare deberent aut dedicare. Super hoc ergo ep̄s cōfūluit summū Pont, qui iudicat: Si locus ille esset ab homine dedicandus, hoc cogrueret fieri in die præfatae uictoriae: si aut̄ aliter placebat beatiss. Michaeli, de hoc eius esset requirenda uoluntas. Cumq; dñs papa & ep̄s, eiusq; ciues ōmibus insisterent atq; ieiunijs, sanctus Michael apparens epo, dixit: Non opus est uobis dedicare ecclesiam à me adificatam: nam ego qui condidi, dedicauit. Tunc dic sequenti iuxta Michaelis præceptū, ep̄s cum ciui bus locū illum cum ingenti deuotione ingressus est, & sicut sanctus Michael ei prædictus, inuenit in spelunca cryptam magnā ac tria altaria, quōq; duo in parte australi fuerāt sita, tertii in parte orientali, venerandū & rubeo circūctum. Celebratus ergo ibi Missa, sacerdotes, cum sacram cōionem singuli accepissent, ōs ad propria eum immenso gaudio redierunt. Ep̄s uero constituit ibi sacerdotes ac clericos, ut diuinū ibi officium iugiter celebrent. In eadem demū spelunca aqua emanat dulcissima, qua populus post cōionem potat, & gratitudinē diuersæ curant. Tunc ōmibus his auditis, dñs papa instituit ac præcepit hunc diem in honore sancti Michaelis, ōmniūq; angelicō spirituū in tota esse ecclesia celebrandū. ¶ Amplius de beatitudine angelōꝝ cognoscimus, atq; ab exordio quo statim post suam creationē conuertunt se deuote ad suum creatorē, beatifūrunt, & regem gloriae, deum maiestatis immensae, fontē pulchritudinis infinitae, principem opulentiae ac deliciositatis prorsus interminatae, uiderunt clare & fruitiv per speciem, infinita dei bonitate, & in creata eius dulcedine delectabilissime & plene ad libitum perfruentes; cū summa securitate, & inseparabili ac ardentissima charitate. Sunt ergo uultui gloriae dei incessanter, inauertihi literis intenti, in abyssum lucis immensae cum inestimabili iucunditate demersi, atq; totaliter de um sublimem ac bñndictum cōuersi, transformati, absorpti. Ecce quanta est beatitudine & gloria angelōꝝ sanctorū, quanta est dignitas hominū, qui uallant talium custodia ministrōꝝ, quāta est charitas atque dignatio dei ad hōies. Cur ergo negligimus nosmetipsos, carnalia & terrena magis q̄ spiritualia ac diuina bona amantes? Cur deo & angelis sanctis sumus ingrati, in eorū praesentia tam irreuerenter, tam indeuote & culpabiliter conuertantes, turpiterq; agentes? Sed præacta penitentes, uitam in omnibus emēdemus. ¶ Praeterea patet ex præinductis, q̄ magna sit honorabilitas angelōꝝ. Primo, quia in ordine creaturarum locum fortius supremū, & in omni naturali perfectio ne, sapientia ac uirtute præfulget, suntq; mundissimae, splendidissimae ac fortissimae creature. Secundo, præhonorabiles sunt propter supernaturalia dona gratiae ac gloriae eis collata, quae faciunt eos incomparabiliter honorabiliores, q̄ dona naturæ præfacta, q̄a per illa beatissimi sunt & cōfundissimi deo. Tertio, ualde sunt honorabiles propter dignitatē officiorū suorū, quibus circa regimē mundi generis hūmani, subministrant altissimo; prout in sermone præcedenti est dictum.

Praeterea

DE S. MICHAELI ARCHANGELO.

Fol. CCCXXII.

A Praeterea de amabilitate angelorum, persicile esset plura inducere: cum ēm̄ unumquodc; tantum habeat de amabilitate quantum de honestate, constat q̄ uehementer amabiles & præamabiles sint angelii sancti, tam in donis natura, q̄ in muneribus gratiae & gloriae tam sublimiter præfulgentes. Oꝝ amandissimæ sunt sacratissimæ illa mentes angelicæ, que nunquam aliqua culpa sunt iniquitate, que à sua creatione in tanta manerunt puritate & perfectione, atq; à primo suo beatificationis instance, deum naturaliter infinitèp; bonum tam ardentissime dilexerunt, tam incessabiliter inspererunt, tam promptissime honorauerunt, q̄ regi seculorū immortali, inuisibili iugiter in cun̄. ¶ Tim. ii. &is obediunt omnino plenissime, & eum deuotissime laudant, atq; humiliter ac profundissime admirantur. Hæc ergo eorum tanta bonitas naturalis ac supernaturalis, est prima ratio eos amandi ualde intense. Secunda est, beneficentia eorum ad nos, quod tam dignanter nobis ministrant, tantatq; nobis bona impendunt, sicut prædictum est. Tertia est, qm̄ ipsi priores nos dilexerunt, & ualde nos diligunt, de quorum conuersione tam cordialiter gratulantur, & quorum salutem tam ardenter appere cognoscunt. Quarta est, quia eorum uicem frates existimus & concives. Diligamus ergo & honoremus cum omni reuerentia & feruore angelos sanctos, tanquam gloriosos dei filios, tanquam speciosissimos ac strenuissimos creatoris altissimi milites, tanquam charissimos eius amicos, fidelissimosq; ministros, tanquam secretarios & consiliarios eius, ac obedientissimos ueras, ei externalis ac reuerentissime assistentes, & tanquam patronos, magistros, rectores, custodes ac dominos nostros. ¶ Postremē pensamus, quām inlyta & præclarā sit ista solennitas. Si ēm̄ cuiuslibet angelī tanta est dignitas, tanta celebris, quanta est ista uniuersorum angelorum solennitas. De quorum inestimabili multitudine dictum est præcedenti sermone, quibus nunc addo, quia ut in reuelationibus S. Brigittæ legitur, tanta est angelorum multitudine, q̄ quantis homines uniuersi qui unquam fuerunt, sunt uel erunt, nunc simul essent in mundo, adhuc euilibet possent pro custodia deputari decem angeli sancti. Hinc quoq; sanctus Thomas dicitur diuinū Dionysii probat esse credendum, q̄ in quadam incomparabili multitudine angelii sancti excedant inferiorum multitudinem rerum, quemadmodum corpora celestia quasi incomparabiliter excedunt in magnitudine corpora inferiora. O quām gloriosissimum est, tanto summi regis exercitu associari, adesse, misceri, atq; inseparabiliter adunari. Vere decentissimum est, regem maiestatis immensem tam innumerabiles, tamq; præclarissimos milites habere ac possidere. Ad quorum beatissimam societatem cupimus feruide ac iugiter laboremus pertingere.

JAD RELIGIOSOS.

SERMO V. De triplici hierarchia angelorum, de eorum perfessione, beatitudine ac dilectione, & quō illis sit congratulandum.

C Onsurget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui. Dan. xi. Creator sublimis & bñdictus, cuius sapientia non est finis, uniuersitatem creaturas & machinam mundiale pulcherrime ordinavit, atq; a summo usq; ad infimū sapienter distinxit, utiliter quoq; diuersa entium genera concatenavit, & omnia conuenienter locauit. Deniq; quia effectum decet sua cause aliq; modo proportionari, conformari, cum agens producat simile sibi, omnisiq; processio causalior, a suis principijs causalibus per similitudinem fiat: hinc deus qui est simplicissimus spūs & supersapientissima mens, omnipotens virtus, liberrimāq; voluntas, in supremo creaturarū ordine, creauit ac statuit entia quādā simplicita, intellectualia, incorporalia, immortalia, libera & robusta, splendidissima ac nobilitissima: & hac entia a philosophis Intelligentiae nuncupant, eo q̄ sint omnino, intellectualis natura, & mentes à materia separatae, sapientia plena: vnde & substantiae separate ab illis vocant, à theologis uero appellati sunt angelii. Has præclarissimas creaturas, supgloriosissimum Deus in tres hierarchias diuise, & qualibet hierarchiam in tres ordines. In quolibet etiam ordine sunt superiores, inferiores ac medi, ita q̄ nouē sunt chori seu ordines angelorū. Porro in fine hierarchie angelicæ subordinavit a iunctū altissimus humana seu ecclesiastica hierarchiam, ut regat ab illa & purget, illumine ac perficiat ab ipsa. Nam Angeli insimi chori, singulis præsentū hominibus: Archangeli, personis sublimibus: Principatus, regni atq; prouincias. Hinc Michael qui in ueteri testamento præfuit synagoge, nunc præest militanti ecclesiæ. Est enim de supremo ordine infirmæ hierarchie. Praeterea quāuis harum creaturarum magna sit dignitas, perfectio, beatitudoq; naturalis, prout de hoc doctiores philosophi multa uera iurantur sunt & scriberūt, nihil minus qualis incomparabiliter maior est earum dignitas, sublimiorq; perfectio, ac plenior beatitudo supernaturalis, prout diuina testatur scriptura, & sancti edocuerunt. Quod ut clarius intelligatur, aliquid breuiter est tangendum de naturali dignitate, perfectione ac beatitudine angelorum spirituum, quorum excellentia, nobilitas atque felicitas naturalis, constat ex hoc, quod inter cuncta creatura fortius primatū, & creatori maiestatis immensae sublimity, intimi propinquissimū cōsistunt. Vnde, vt afferit Augustinus, Deus fecit angelum prope se, materiam prope nihil. Idem constat ex hoc, q̄ ea natura est pura, quia sunt simplices formæ, incorporei spūs, immateriales essen-

H. iii. tis

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO V.

etiam & intellectus separati in se absq; communione & connexione ac contagione materiæ subsistentes. Hinc sicut calor consequit' ignis natura, & cognatus est ignis, sic intellectualis perfectio consequit' an gelorum natura, ita q; intelligibiles species sapientia atq; scientia, & uirtutes naturales eis sunt concretae. Hinc magna uehementer est eosq; actualitas, uigor, agilitas. Creatore quoq; tam clare contemplant & noscunt, sicut ex ordine uniuersi & ex rebus creatis, ac per formas intelligibiles craatas conspici potest siue agnoscit. Porro secundum theologicā ueritatē multo excellentior est eosq; dignitas, perfectio & beatitudi supernaturalis, qm non in solis naturalibus sunt creati, sed dona gratuita ijs sunt concretae. Nec solū contemplant deitatis essentiam per creatas intelligibiles formas, sed quid sit deus clare cognoscunt, eiusq; inaccessibilē luce, incircunscriptā substantiam, interminabile maiestate in seipso clare ac facialiter, immediate & per speciem increata feliciter intuentur, ita q; diuina essentia eis loco intelligibiles speciei coniungitur, etq; eis qd uideat, & quo fit usio seu species & obiectum. Præterea, quia ad hoc conditi sumus, ut in hac uita conuersationē habemus in cælis, id est, uitā spūalem & puram circa diuinā atq; cælestia fugiter occupatam, & ad cælestē patriā anhelantē, & post uitam p̄sentem angelicis coniungamur spiritibus in cæli empyrei m̄stionibus gloriosis, debemus in desinenter ad angelicā uitā imitationē conari, & hoc primo & maximē p̄ charitate feruēt. Est nanci in angelis sanctis charitas ardentissima & perfecta, & instar ignitissimi ferui inflammatissimi carbonis diuini amoris ardore accensi sunt, charitatisq; igne totaliter penetrati, & flamma dilectionis operi. Hinc acutissime & intensissime feruēt in creatorē, & instar calidissimæ bullientissimæ aquæ, amorisvero impetu flammigerog; affectu in ipsum transfluit, ascendit, uolat, iactant, quemadmodum bulliens aqua uī caloris sibi impressi extra seipsum iactari uideat, & impetu quodam ferri in altiora se. Denicē eis angelorum natura sit intellectualis duntaxat, non sensuia aut uegetativa, uis affectiva intensissima ac uachementissima est in eis, ne retardatur per sensuia, vegetatinarumq; viriū actiones aut affectiones. Ideo iuxta diuini & magni Dionysij documenta suū perfuerū dñsime & superacutissime & superextauissime mouentur in deum, & cius amore totaliter transformant, ut quasi in sanctissima dilectionis affectum uideantur cōuerti, p̄scentiū cum deitatis substancialē, bonitatiē, amabilitatiē, dulcedinem, maiestatem & gloriam tam clare intueant, sc̄p tam p̄selectos à deo & tot beneficia consequutos ab ipso non solū certissime sciant, sed & felicitate experiantur. Taliter ergo & uere ineffabiliter altiori, perfectiori, ardenter ijs gradu ac modo quam excogitare aut exprimere ualeamus, diligunt deū. Insuper se inuicē ineffabiliter amant, & in charitatis uisceris se mutuo suauissime complectuntur. In huius itaq; geminae dilectionis p̄fectione eos sequi conemur, ut siue deus est summe & incomparabiliter, infinite ac substancialiter bonus, amabilis, pulcher, dulcis, sapiens, pius, sc̄tūs, perfectus, liberalis & felix, sic incomparabiliter, pure & calidissime afficiamur ad ipsum, oēs affectiōes, actiōes & occupationes retardantes, retrahen tes aut impedientes ab cius amore dignissimo, quantum possibile est uitemus. Cū enī dicat Apostolus, Qui in carne nō possunt: oportet iū primis carnalia desideria rephare, & spiritualibus inhēre, sc̄p super oīa sensibilia eleuare, & mente in deo desigere. Deinde nos inuicē affectuolissimi atq; sinceriter diligamus, & unusquisq; alteri cooperem̄ in bonum, nemine scandalizās, sed oēs ybo & factis ædificans. Hinc princeps apostolorū hortat: Ante oīa mutuā in uobis meti ipsi charitatē cōtinuā habentes, qm̄ charitas operit multitudinē peccatorū. Præterea angelii sancti, infinita beatitudinē creatoris inestimabili p̄cordialitate & iunctudine cōgratulat ex summa illa dilectione ad ipsum, quemadmodum condemnati ex magno illo odio, quo odiunt deū, beatitudini & op̄tentia ac excellētia eius inestimabiliter inuident. Unusquisq; etiā angelorum felicitari & gloriæ oīm ceterorū tā cordialiter & intense cōgaudet, q; intime & feruenter diligat eos. Et qm̄ unusquisq; ciuit̄ supernorū distincte & plene ceteros omes cognoscit, oībusq; congaudet, oīm beatitudines & gaudia reditūd in singulos, & qd qīs in seipso nō haber, in altero possidet. Sic & nos intimo ac integrō corde congratulari debemus uniuersæ beatitudinē, omniū eminentia & infinita perfectioni dñi dei nři, secundū qd cum summe & incomparabiliter diligere obligamur. Unusquisq; etiam spūali p̄fectui & uniuersæ p̄spicitati ac grā cuiuslibet sui cōfratris deber assidue congaudere ex sincera dilectione. Idcirco summe uitanda est oīs ambitio ac inuidentia, qui ambitiosi & inuidi uirtuti & grā atq; excellētia inuidet proximorū. Vere etem ambitiosus, ne eū p̄cedat in honore aut p̄selecionē, qui eum p̄cedit in prudentia, grā ac uirtute. Hinc ambitiosi & inuidi sunt detractores, & alioz bona denigrare conant, ac eos deprimere, in tñ ut crebro facta illoz ueraciter uituosa ac dona spūsancti illis collata, trahant in peius, attribuantq; demonibus, similes eis q; dixerūt de Chro: In Beelzebub principe daemonoz ejicit daemones. Amplius, in angelis sanctis est summa pax pectoris, i. suauissima & imperturbabilis tranquillitas mētis in deo, in quo oīno dulcissime externaliterq; quiescunt. Est item in eis concordia inter se maxima, nulla unq; dissensio, nulla prava lufpicio, nulla dispuientia siue aueratio, nec superiores despiciunt inferiores, nec infimum summus, nec superioribus inuidere inferiores ullatenus possunt, sed uiget & regnat in oībus charitas plena. Hanc itaq; pectoris pacem, hanc mentis in deo dulce stabilem̄ quietem, apprehendere & sectari

Philip. 3

S. Dion.

Gala. 6

1. Pet. 5

Mat. 12.
Luc. 11.

IN FESTO S. MICHAELIS ARCHANGELI.

fol. ccxxxij.

A sectari, amplecti & possidere nitamur, statim q; cum alijs semper seruemus. Nēpe si zelum amarum habemus, & cōtentiones sunt inter nos, mendaces & impij sumus. Vbi enim zelus & facio, cōtentio, ibi in cōstantia & om̄ne opus prauum. Idcirco o frates, si q; cōfolidatio in Christo, si qd solarium charitatis, si q; societas spiritus, si qua uiscera misericordia, implete gaudium meum, ut idē sapiat, *unanimis, id ipsum sentires, etenus imago cælestis leuissimē & similitudo angelica pacis atq; cōcordia in nobis resplendeat, illamq; beatitudinem cōsequamur, de q; Chrs disseruit: Beati pacifici, qm̄ filii dei uocabunt. Unusquisq; igitur tanquam angelus pacis, om̄nia Matt. 5, scandala, uniuersas perturbationes, cunctā discordiā uitare, sedare, tollere enitatur atq; q; paz cōsunt, sectemur semp, & que ædificationis sunt, in inuicē custodiā, quatenus angeli sancti delecentur esse nobiscum, tanquam cum suis conciūbus, familiaribusq; amicis.

S E R M O VI. De angelorum benevolentia erga nos, de illorū actibus, quos modo sint à nobis imitandi, & de uitando scandalo.

O Mnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiūt salutis. Ad Hebreos primo. Dñs & salvator in sermone quem fecit discipulis in cena nouissima, inter cetera dixit: Qui maior est in uobis, fiat sicut minor & qui præcessor est, sicut ministrator. Hoc est quod alibi ait scriptura: Quanto maior es, humilia te in omnibus. Sed si q; ita superbus & durus es, ut exemplo hominum renuat emolliri, nec inferioribus seu æquilibus ministrare ac subdi dignetur, saltēt beatissimorum angelorum exemplis ædifice tur & conuertatur, humiliſet se, obsequiosusq; fiat. Siquidem angelī sancti, non obstatē om̄ni eorum excellētia super homines tam in donis naturalibus, quam gratis, & præfertim in munētibus gloriæ, nobis pauperissimis ministrare non aspernantur sed benignissime ad nos descendere, nobis astare, adefe, opem p̄bēre dignantur. Ecce quanta est ista dignatio, quāta benignitas, quanta dilectio. Ad bona nos excitant & instigant, errantes reducent, aueros conuertere fatigunt, à diversis periculis & peccatis nos præseruare non cessant. O quanta est eorum patientia, misericordia, benevolenta circa nos infelices, & quā grauis est nostra ingratis, impudenter, improbitas, imo peruersitas. Nempe cum ipsi sint illustrissimi milites creatoris, mundissimi spiritus & simplices mentes, excellentissime creature, omni sapientia & uirtute, omni immortalitate, felicitate & gloria plenæ, nos autem lutea uasa, uiles uermiculi, fōrdibus pleni, fæcibus inuoluti, & ignorati, passionibus defectuositasibusq; repleti, ad omnia mala pronissimi, qui peccatis peccata quotidie addimus, nihilominus sustinent nos in omnibus his, atq; in tot uitijs & peccatis quæ fecimus. Et quanvis eorum obles quis tam ingrat, & coram eorum præsentiā tam irreuerentes simus, attamen instant, hortantur, inspirant, ut cōuertamur. Erubescamus ergo de tanta impudētia, ingratis, irreuerentia nostra, sanctisq; angelis sumus de cetero gratiores, atq; eorū p̄sentiaz, dignitati & excellētis reuerentia p̄ impēdamus & sapientiale pudore, erubescentes nos corā eis negligenter & uiliter, carnaliter culpabiliterq; habere. Eos q; inuocemus deuote, laudemus eximie, honorē remus decenter, diligamus feruēt. Insup actus eorum sectemur, eorū inspirationibus obtēs peremus, eorū sequamur directionem. Actus aut̄ eorum sunt, deum indefinētē secundū extētum posse eorum toto diligere corde, & actualiter ei esse intētum semper ac incessanter p̄ cōtemplationē purissimā, seruissimumq; cor ac tranquillissimā pacē imp̄turbabilē possidere in eo, summā q; cōcordiam mutuo habere, & deū sine cessatione cū maxima attentione & ius cōditate laudare, reuerētissime honorare, humiliſe glorificare, filialiterq; uereri, inuicē purgare, illuminare, pficere, ita q; superiores purgant, illuminant & perficiunt inferiores, nō ab iniundititia aut alioz culpa, sed à dissimilitudine quadā & luminis minoratione. Et de mysterijs atq; effectibus dei est illuminatio illa. Nā diuinā essentiam omes immeditate in seipso & per se ipsam cōspiciunt. Denicē oīa ordinatissima sunt in eis. Et ut D. Dionysius contestatur, nō p̄s S. Dionis sumit nec audet quispiā angelorum sanctorum p̄fixos sibi transgredi terminos, sed unusquisq; qd sibi incumbit siue iniunctum est, diligissime ac agilissime cōplet. Et in hoc eos imitari ad religiosos potissimum spectat, qrum religio ordo uocatur qm̄ apud eos & in eis oīa ordinatissima esse debent, ut determinato tempore dormiant, & suo tempore alacrit̄ surgāt, uigilient, psalmodijs & diuinis intersint officijs cū oīreuerentia, attritione & vigilatia mentis, oīq; loco ac tempore agāt, qd locus ipse & tempus regunt. Nec alijs se intromittere audeat de impenitentibus sibi, neq; p̄sumat transgredi terminos sibi p̄fixos sed qd ex sua uocatiōe ab ipso Deu. 19 exiguit, cum debita seriositate & peruerātia exēctur. Non ingerat se Maria ad ea q; Martha incubuit, sed Martha potius conqueratur, q; à Maria nō adiuuat. Cui nihil officiorum commissum est, agatur in talibus magis quā agatine inferior superiorē purgare, illuminare, perficere p̄sumptuose attinet, nec iunior seniorem increpet indecenter, Nihilominus p̄s.

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO VII.

præceptum fraternæ correptionis unusquisq; implere tenet loco & tempore congruo cum D
i. Petr. 4. uera discretione. Vnusquisq; quoq; g̃am sibi desuper præstata, alijs communicare potest &
debet charitatue, pie, humiliter. Sic nanq; inferior corripare & hortari potest superiorem. Ec-
clesiastica quippe hierarchia assimilari non potest in omnibus angelicæ hierarchiæ, quia in an-
gelorum ordinibus quanto angelicus spiritus est altior dignitate, choro, officio, tanto perfe-
ctior est sapientia, sanctitatem, scientia & uirtute. In hominibus uero non semper maiores sunt
sapientia & uirtute, sanctitatem & gratia, qui maiores sunt ecclesiastica dignitate, prælatura, graz-
du, officio, autoritate. Ideo quis in angelis inferior superiorem non purget, illuminetur sine p-
ficiat, in hominibus tñ contingere potest oppositum. ¶ Amplius, quemadmodum angelis san-
Psal. 137. Cti non obstante confirmatione sua in bono & certitudine, qua de sua eterna beatitudine summa
me securi sunt, cum reuerentiali tremore uultu maiestatis divinae intenti sunt, & cum filiali ti-
more creatori assunt, eumq; cum profundissima mentis inclinatione collaudant ita & nos
pauperculi cum omni reuerentiali & tremore, cum omni subiectione & humiliatione deo mas-
tis immensæ in cōspectu angelorum pfallere, astare & ministrare debemus cū magna con-
cordia, uniformitate & tranquillitate, ne quis fraternitatii humiliiter pfallenti sua animositate,
imperuositate, inaduententia, incuria aut somnolentia offendiculū pariat: imo sicut Ananias,
Dan. 3. Azarias & Misael quasi uno ex ore laudabant deum, ita & nos. Sic nanq; angelis sancti in no-
stra psalmodia delectabuntur, præuenienti p̃psalentes, & corda illuſtrabunt psallentium tam
decenter, iuxta illud psalmi: Præuenient principes cōiuncti psallentibus. ¶ Postemo in Euan-
gelio hodierno ualde opportune ac terribilitate loquitur Christus iudeo nostra contra scandali-
zantes. Quia enim nunc agitur sanctorum solemnitatis angelorum, qui de hoīm custodia & salute
sunt ita solliciti, hominumq; eis cōmissorum profectu intime congratulantur, & de eorū scanda-
lo, defectu, periculo displicentia habent certissimum est q̃ angelis ualde displiceat ac repugnat;
Psal. 67. & eos dice offendant & grauiter in honorent, q̃ scandalizant pusillos. Hinc Ch̃s causam una-
cur pusilli non sint scandalizandi, aperiens: Angeli, inquit, eorum in cælis semper uident faci-
em patris mei. Cum itaq; tanta sit dignitas hominis, ut custodiatur ab angelo, ut ad summam
adorandæq; trinitatis imaginem & similitudinem sit creatus, Christi quoq; sanguine libera-
tus, atq; ad angelicæ beatitudinis ueritatē & ægitatitudinem obtinendā p̃ductus, cū ingenti solici-
tudine cauere debemus, ne eū in aliquo scandalizemus. Nempe si impium est, lēdere corpus,
percutere faciem, excutere oculū, uitam corporalem auferre, quanto magis impium atq; damna-
bile est aīam uulnerare, rationē obfuscare, uoluntatē peruertere, uitā gratia menti auferre: Et
maxime periculum ac uitiosum cēfetur cōmunitatem turbare, conuentū scandalizare, plus
rimoq; impedit pfectum. Propterea prorsus damnable & enorme est, in cōgregatione habe-
re se negligenter, spūli pfectui nō studere, nō reprimere passiones, nō cōponere mores, nec ui-
tere timorate, exēplariter, fructuose. Vx eis qui cōtentioñi deferviunt, q̃ oblocutionibus lin-
guas suas relaxat, q̃ ad agendum remissius provocant alios, q̃ partialitatē inducūt, siue ad murmu-
randū & contradicendū cæteros mouet, quiper ista aut cōsimilia male informant ac destruunt F
iuniores. Cauemus ergo hæc oīa semina pditionis eternæ, & memores nr̃p pfectionis, elabo-
remus omniq; ualemus uirtute nostris satisfacere uotis, omni die proficere, exemplariter cō-
ueriar, uiramq; deo dignam, sanctis angelis placitam usq; in finem deducere.
¶ SER MO VII. De beneficijs angelorum, & p̃ magnitudini charitatis respon-
det præmium, deo dignitate, puritate & charitate.

Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uis tuis. Psal. 96. Scies creator
sapiens atq; omnipotens infirmitatē, ignorantia ac malitiā hoīm multā & māgiā nimis,
misericordissime, quidit eis de angelica custoditione & subuentione, ut s. per angelos sanctos
abstrahant à uitis imminentibus, à corporalibus q̃q; periculis, & inducāt ab eisdē ad de-
plangendū p̃ctā p̃terita, excitantur itē ab eis à negligentiæ sua torpore ad bona agēda. Illumi-
nant etiā angelis sancti hoīm corda, & diuersimode admonet eos, terret, cōsolantur, inspirant,
& ptegunt sibi cōmissos à dæmoni tentatiis, reprimuntq; ferociā dæmonū, ne impugnent
& noceat q̃tum possent si p̃mitterentur. ¶ Deniq; oīa bñficia ista angelis gloriosi libent oīo
impēdunt hominibus. Primo, propter summa maiestatis p̃ceptum, cui in cunctis p̃optissime
parent, & cti reuerentiali summa obediunt. Deus nanq; hæc eis p̃cepit. Secundo, ex zelo diuinī ho-
noris. Quemadmodū emi angelis sancti ardentissime diligunt deū, sic maxime cupiunt eum ab
omnibus honorari, idcirco solicite ea hominibus exhibent, p̃ quæ ad diuinæ maiestatis hono-
rificentia inducūt, atq; ab inhonorationibus & iniurijs dei eos diligenter retrahere molin-
tur. Tertio faciūt ista libeter ex ingenita eis pietate quālde abundat. Cū eten p̃fissimi sint, glo-
riosi, sapientes ac fortes, & uideāt homines multipliciter ac miserabiliter pericitari, tetari, decis-

pi 86

DE S. MICHAEL ARCHANGELO.

Fol. cc. xxiiij.

A p̃ig & ad dæmonibus crudelissimis ac callidissimis dilaniari & conculcari, miseretur & condoleat
miserrimis hoībus, quos uident tam proclives ad mala, tam infirmos ad resistendū dæmoni-
bus & peccatis, tñ tardos ac debiles ad bona, tñ faciles ad seductiones, tñ infectos ac imperfe-
ctos in tantis periculis cōstitutos: hinc p̃optissimi sunt succurrere eis. Quarto, ex charitate sua
ad homines, q̃s diligunt tanq; intellectualis naturæ participes, & tanq; ad angelicā beatitudi-
nem obtinendā creatos, imo & tanq; fratres & conciues ac socios futuros. Quinto, ex re-
uerentia incarnationis ybi eterni, humanitatis Ch̃ri. Cū enim uideant deū & creatore suum
esse hominē factū, & humanā naturam deo in unitate p̃sonæ conjunctā, & sup oīam angelicorum
altitudinē ordinum sublimatā, imo & orni enti creato p̃latam, ex hoc cōsideratione atq; ex re-
uerentia sua ad unigenitū dei, eiusq; humanitatem, cōcipiunt reuerentia quādam ad genus
humanū, & hominibus dignanter ac libentissime obsequuntur, auxiliantur, assistunt. Sexto,
propter quandā propriam utilitatem. Nam scit ex hoībus instaurandā esse ruinam ciuitatis
sue supernæ Ierusalem. Accidentale etiam q̃ddam p̃mū & gaudiū angelis sanctis accrebit
ex eorū q̃s custodiunt & gubernant, saluatione. Siqdem & qui angeloz directione saluantur,
angelos suos custodes in regno cælesti & eternaliter habent in ualde speciali amore, p̃cipuoq;
honoré, & regeantur eisdē cōdigne. ¶ Deniq; hoīes p̃destinati iuxta diuersitatem & excelsi-
lentiā meritog, ad diuersos p̃tingunt ordines angeloz. Et de hoc S. Gregorius quādam indu Gregorii
cit adaptationem, dicendo: Sunt quidam qui parua capiunt, & hæc ipsa fratribus nunciāt. Iti
ad angeloz ordinē spectat. Alij summa cælestiū secretoz capere ualēt, alijsq; denūciāt. Iti ad
archangelos p̃tent. Alij miracula operāt, qui ad uirtutū p̃tent choz. Alij dæmones ab
obfessis ejiciūt, & hiad p̃testatu p̃tent ordinē. Sicq; adaptat deinceps, ut patet in Homilia.
Verū adaptatio ista intelligēda est pie, ac cæteris paribus. Cū enim essentiale p̃mū correspon-
deat charitatis p̃fectioni, certū est, q̃ q̃o quis fuerit in charitate feruentior atq; perfectior, tan-
to ad altiorē pertingit choz cælestē, dūmodo p̃seueret, etiā nec parua nec magna annunciat
proximis. Nec illi semper sunt sanctiores, qui plura & maiora agunt miracula, aut ualidius fu-
gant dæmonia, cū & beatissimus sanctissimusq; Iohannes Bap. nullū in uita hac fecerit signū, Iohann. 9.
ut Iohannes testatur Euangelista. Istud q̃q; Saluator insinuat in euangelio hodierno. Cū enim
interrogassent apostoli eum, Quis putas maior est in regno cælorum? statuit parvulus inter eos, Matt. 18.
& dixit: Quicunq; humiliauerit se sicut parvulus iste, hic maior est in regno cælorum. Hoc est,
quanto quis fuerit & p̃seuerauerit humilior in ecclesiā militante, tñto erit sublimior in ecclesiā
triphante. Humiliatiō emi quæ ex charitate p̃cedit ac informatur, exaltatio illa cælestis apta-
tur, debetur ac redditur, secundū qđ itez legitur: Qui se humiliat, exaltabitur. Nam qui se Luce. 14.
titati, nō humiliati, p̃portionetur directe, detur p̃mū essentiale, tñ quia humiliatis ad omne
bonū disponit, ita q̃ quāto quis profundius seipsum humiliat, tñto maiora gratiae dona, atq;
perfectius charitatis incrementū fortitūr à dño, ideo dixit Ch̃s: Quicunq; humiliauerit se sic
ut parvulus iste, maior erit in regno cælorum, in maiori humiliatiōe includenda ac p̃supponēdo
dilectionē maiore. Itaq; cū tanta sit angeloz sanctoz altitudine ac dignitas, excellētia atq; fe-
licitas, ad eorum societatem nequaq; ualemus p̃tingere, nisi per ueram humiliatiē, per animæ
puritatem, per spiritualiē amorem. Propter primum istorum in Euangelio hodierno logiūt filiū
us dei: Nisi cōuersi fueritis & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorū. Propter
secundū iubet, ut membris scandalizantia abscondamus, nō p̃ amputationē substantiaz, sed
prefrenationē abusionis mēbrorum ne peccemus. Et item ut eos uitemus, quantūcūq; sint
chari, ex q̃ru familiariate, societate, approximatione scandalizamus seu lēdimur. Propter
tertiū dicit, Videte ne scandalizetis unū de pusilibus istis, q̃a uidelicet hoc charitati cōtrariatur.
Enitamur ergo hæc tria implere. Et in primis instar parvularum humiliemus nosipos, & si
mus pauperes spū, uiles, insipites, defectuosi in oculis p̃p̃ris, ne tales reputari ac dici ab alijs Matt. 5.
recufemus. Omnē q̃q; correptionē, correctionē, aspernationes, iniurias cū gaudio toleremus:
imo nec arbitremur nobis posse iniuriā fieri, sed cuncta supplicia & aduersa iudicemus nr̃is
demeritis esse minora, dicētes illud in libro beatib; Peccau, & uere deliqui, & ut erā dignus Iob. 33.
nō recipi. Hinc bonas parvularū p̃p̃riates afflumamus ac possideamus, ut facile ignoscamus
nec illata reminiscamur iniuriæ, nulla unq; fraude utamur, modicis simus cōtentī, dociles ac
dirigibiles existamus. Sicq; deponētis omnē malitiam, & omnē dolū & simulationes & inui-
dias & detractiones, q̃ modo geniti infantis rōnabiles, lac innocētia cōcupiscamus, atq; in
Christianæ simplicitatis infantia redēamus, in tm ut nō cogitemus de alijs mala, nec temere
iudicemus, neq; ad suspicione malas simus p̃ciliues, neq; alicui insidiemur occulē. O quā lō-
ge sunt à salute, duri corde & uindictatiui, q̃ facile offendit, & offensiōis sue difficulter oblī-
scuntur, tēpus & modū diræ retributionis excogitantes, nō p̃santes q̃ in ueteri q̃q; scriptū
fit

D. DIONYS. CARTHV. SERMO I.

Leuit. 19 sit lege: Non queres ultionem, nec memor eris iniuriae ciuium tuorum. In Ecclesiis quoque Homo D omni homini seruat iram, & a deo queritur medelam? Quis excorabit pro peccatis illius? Itaque quanto plus cupimus a deo in presenti uita per dona gratiae exaltari, & in celis per dona gloriae eleuari, tanto profundius humilierus nos ipsos, & tanto perfectius amplectamur praetactas paruum lororum proprietates. Insuper scandalizantia membra abscondamus & projiciamus a nobis, ut non exhibeamus membra nostra arma iniquitatis diabolo, sed arma iustitiae deo. Lingua loquacem, detrahentem, pungitiam, frangentem silentium praevidamus, oculos euagantes, incus stolidos, eruere non morem. Gulositate uenit, tactum inuenirecunde profiliens, & omnem exteriorum interiorumque sensum irrefrenationem abiciamus, & corpora nostra redigamus in animarum nostrarum obsequia. Rationis propriæ iudicia, & propriæ uoluntatis affectus ac libertates, superiorum nostrorum iudicij ac præceptis semper ac prompte subdamus, mitem in deo stabilitate conemur. Sicque per oia quæ a deo accepimus, deum colamus ac ueneremur. Postremo, in sincerissima ac feruete charitate altissimi indefesse proficiamus, deum intra nos complectentes, eius infinita beatitudini congaudentes, ei semper placere & corda nostra unire optantes, eius beatificam fruitionem adipisci desiderantes, ipsum totis uiribus honoremus, & ultra uires honorare optemus. Ipsum quoque cupiamus ab omnibus honorari, atque ex isto charitatis affectu scandalum omne uitem, omnesque edificare & ad dei honorificentiam uerbis, uita & fama prouocare nitamur. Vnusquisque etiam angelum suum quotidie specialiter inueniet ac honoret, cordaliter amerit, & eum offendere ueraret, depreceturque angelum suum, ut si misericorditer astante, opem & protectionem impediatur semper dignetur, illuminationem, directionem, ducatum sibi inde sinenter exhibeat. Imperfectum suu supplere, preces suas & opera bona a deo offerre, atque ab eo gratiarum charismata sibi reportare non dedignetur. Ad laude dei &c.

¶ In festo S. Hieronymi gloriosissimi doctoris ecclesie.

¶ Enarrationem epistolæ, item & Euangelium, require in communione sanctorum de confessore, non pontifice.

SER M O primus: De præconia ac uirtutibus beati Hieronymi.

Bonorum laborum gloriatus est fructus. Sapientia et. Verbum istud in confessore excellentissimo beatiss. patre Hieronymo, clarissime & copiosissime est impletum. Eius etenim uita a principio usque ad finem fuit sanctis laboribus plena. Sed nunc huius sacratissimi & incomparabilis uiri præconia & excellentia ac uirtutes, ordinate tangentur. ¶ Prima laus eius est, studiofa ac honesta pueritia eius. Puerulus etenim missus est Romam studij causa. Et cum esset puer mirabiliter ingeniosus, naturali suo ingenio addidit in defessis labores, non uoluptati, non uanitati, non lasciuia, non uacans, ut moris est puerorum, sed die ac nocte diligenter studens, caste deuotusque uiuens, in brevi uiteris Gracis, Latinis atque Hebraicis excellenter instructus est. Hinc ipse met in regula ad Eustochium loquitur: Me, anteque uicesimum etatis annum attingerem, urbs Roma in summum prelegit magistrum, in omnibus pene liberalibus artibus eruditum. ¶ Secunda laus eius est, gloriofa & admiranda eius conuersio. Quauis enim in pueritia studiosus esset & castus ac deo/ tuus, non tamen adhuc erat totaliter spiritualis, sed aliquid de huius mundi spiritu habens. Propter quod sapientia philosophorum ac rhetorum sibi saepe plus sapit, que propheticæ & librorum. Vnde in regula protestatur: Non hanc sanctam fatuitem, uidelicet Christianæ sapientiæ supernaturalem doctrinam (quæ mundi, non Christi, spiritum habentibus stufta uiderunt) didicit Plato, non Aristoteles. Non certe miser ego Hieronymus, satuorum sapientum, id est, philosophorum imitator, antequam sancta uerbera uerem. Cum enim Hieronymus nondum plene conuersus, de die Ciceronem & de nocte studeret Platonem, eo quod sermo incultior in libris propheticis sibi non complaceret, quadam uice fratribus laguens, ad Christi tribunal est raptus: & interrogatus, cuius esset conditionis, Christianum se esse audacter respondit. Cui iudeo: Mentiris, nam Ciceronianus es. Obmutescente ergo Hieronymo, fecit eum iudex durissime flagellari. Orantibus autem pro ipso sancti astantibus, & ipsom eti ueni postulantem, emanationemque pollicente, rediit ad seipsum & lachrymis repperit se perfusum, uasque scapulas ex uerberibus, quæ acceperat, terribiliter liuentest: atque extunc plenus conuersus, & totus spiritus alis effectus est. ¶ Tertia laus eius est, zelus iustitiae feruidus, quo fuit ualde accensus. Post casuigationem nancijs prescriptam totum se dedit studio scripturarum atque uirtutum, & contra clericorum ac religiosorum lacuiam uerbo & scripto fortiter loquebatur, & usque ad finem uita sua continuum sibi fuit certamen contra iniquos, contra haereticos, contra guloso[u]s ac lu[bi]cos in sacris ordinibus constitutos, & fallitos factosque monachos, quos omnes acriter reprehendit, insectabatur, confudit. ¶ Quarta laus eius est, patientia sua in aduersis. Nā ob causam præter-

A præacta, oderunt eum & grauiter persequebatur quidam religiosi & clerici. Cumque adhuc facis iuuenis, ob suā sapientiam ac uirtutē ordinatus fuisset in Roma, ecclesia presbyter cardinalis, mortuus Papa, Hieronymus summo pontificatu dignus ab omnibus acclamaretur, p[ro]fati & muli eius iuxta lectulū ipsius uestem posuerunt sceminiā, quam ipse, more solito ad matutinas surgens, sine aduertentiā induit, sicque ecclesia introiuit. Quo uiso, simpliciter uenient c[on]fessori & expulerunt, tanquam quæ sceminiā habuisset secū in lecto. Hoc idem testatur S. Eusebius eius discipulus in epistola de morte ipsius. Hieronymus uero imp̄issimis illis cōpaciens, & cuncta patiētissime ferens, ad beatiss. atque doctiss. p[ro]fulem Gregorii Nazianzeni profectus est, & in diuinis scripturis ab illo est eruditus. Ab hereticis quoque & alijs inuidiis innuerabiles detractores, dissimilares, persequitores, insidias est p[ro]p[ri]us, intantum quod cum esse haereticū publice mentientur. Sed & egregia eius translatione ac alia scripta faltissime crimina[n]batur. In quibus oibus inuidiissimæ patiētiae manast. Nam teste sancto Eusebio, dixit: Gratias ago Deo meo, quia dignus habitus sum ut odiat me mūdus, maleficū me esse, gariens. Scio namque ad æternā perueniri gloriam p[er] infamiam bo[ni] Ioh. 16. namque fama. Vt in ob dñi mei Iesu Christi nomen atque iustitiam uniuersa me infidelium turba p[re]ferat, ut in obprobriū meū exurgat hic mūdus. ¶ Quinta laus eius est, sua rigorosiss. ac sanctissima uita in eremo, deinde in cenobio, Relinquens nāque p[ro]fatum sanctū Gregorii Nazianzenū, ingressus est eremū, in quod ut ipsem scribit super nudum humum macilētissimum corpus suū facco operū, somno cogēte, paululū reclinavit ad quiescedum. Ossa eius p[er] abstinentiā & maiestate uix sibi inuicem cohærebāt, cutis eius instar Aethiopis, denigrata est, solis ardore exusta. Cibus eius & potus fuit modicissima herba & aqua, lachrymis & gemitibus insistebat diebus ac noctibus. Saepē integras ieiunauit hebdomadas, semel tantum se reficiens. Et cum feraz socius esset ac scorpionū, tamen stimulo carnis exagitauit eum spūs fornicatiōis, ita quod puellaz choris & Romanis delicijs se intercesserit, sibimet uidebatur, ipse uero à flebilis, abstinentijs, pectores, risq[ue] tunisonibus et Dei inuocatiōibus non cessauit, donec mentis rediret tranquillitas. ¶ Sexta laus eius est, eminētia & fructuosis sapientia sua, quia in omni naturali philosophia & in diuinis scripturis profundissimus fuit, & omniū prophetarū exposuit libros, & semper studiosissimus exitit, scripta & commentaria doctore Hebreorum perlegit ac didicit. Transtulit quoque totā scripturam canonīcā, & p[ro]cipiente Damaso Papa, diuinū ordinauit officiū, sicque pro communi illuminatione ecclesie, pro extirpatione errorū, pro uniuersorum salute innumerabiles fecit labores. ¶ Denique, quod sublimis fuerit cōtemplator, constat ex eo quod ipsem ait in Regulis: Ego homunculus sic abiectus, sic uilis in domo dñi, adhuc uiuens in corpore, angelorum chorū saepe interfui, de corpore nihil per hebdomadas sentiens, & diuinā uisionis intuitu post multoq[ue] forte diuerum spatiū p[ro]ficiens futuroq[ue], corpori reddebar. Quid ibi manes felicitatis habebam? quid inenarrabilis delectationis sentiebam? testis est ipsa Trinitas, quam cernebam ne scio quod intuitu testes sunt & ipsi spiritus beati qui aderant: testis est & cōscientia mea, qui ratis hominis fruebar, quot & q[ui]a nescit proferre molles corporis nostri. ¶ Septima laus eius est, beatissimus finis ipsius, uidelicet preciosissima & sacratissima, mors sua. Appropinqua est eterni morti, præcepit spūlibus filiis suis, ut corpus suum nudaret, nudatumque ponenter super terrā. Erat quoque sacratissimum corpus eius tam squallidum ac deformē, & terrible erat cunctorum aspectui. Nā p[er] abstinentijs fuit tam macilētum, quod osa eius p[er] articulos potuerūt inferiūs & ueribus crucientis ex disciplinis, ut leprosi potius corpus crederetur, quod hois sani. Cumque nudus super nudam humum collocatus esset, exhilaratus est ualde, & omnes de osculatus est fratres, & sapiensissimum ac deuotissimum fecit eis sermōem. Quod finito, petiūt sibi corpus Christi afferri. Quod cum unus fratrum deferret ad ipsum, auxilio fratris se prostrauit in terrā, affectuolissime ac laetissimamente prolixeque orans, & de Eucharistia sacra ac mirabilibus eius profundissime loquens. Quod cum reuerentissime accepisset, in terram se reclinavit supinum & manus suas supra p[er]etus suum in modum crucis tenens, Simeonis prophetæ canticum legit. Quod finito, tanta lux Luce 2. illuc de cōcelo descendit, ut instar solis intuentium reuerberaret aspectum, nec possent uisus beatissimum morientem aliqualiter intueri. Qua luce ad horā ibi manentes, quidam astantiū conspicerunt exercitū angelorum ibi undiq[ue] discurrentium, sicut in arundinetō scintillæ discurrunt. Sapientia 3. Quidam uero angelos nō uiderunt, sed uocem desuper audierunt, dicentem: Veni dilecte mihi, quoniam tempus est, ut pro laboribus tuis mercede accipias, quos mei causa uiriliter supporet. Tunc subito anima eius de corpore tanq[ue] splendoridissimum sidus egressa est, atque a Christo cum omni honore suscepta. Moxque suauissimus odor ibi aspersus est, durus & manes per dies multos. Eadem hora manifestauit Deus gloriam sancti Hieronymi, Augustino & Cyrillo, atque Seuero Sulpitio. ¶ Octava laus eius est, excellentia innumerabilium miraculorum, quibus Deus eum glorificauit. Et in uita eius fuit mirabile, quod leo spina lœsus in pede, accessit Hiero-

ronymum, qui spinam extraxit. Quo facto, leo manus in cœnobio, eidem deseruit, pergesq; D
cum asino, & eum non laedens. De hoc in eius Legenda leguntur miranda. ¶ Deniq; teste Eu-
sebio, in die sepulturæ uiri sanctissimi, quidam à nativitate cœcus, corpus illius tangendo uisum ade-
ptus est. Alius iuuenis surdus & mutus, sanctissimum Hieronymi corpus deosculans, loquela ob-
tinuit & auditu. Hæreticus quidam dicens corpus Hieronymi dignum esse incendio, repete igne
cœlitus ueniente, usq; ad cineres est combustus. Quo uiso, multi hæretici uere fideles effecti
sunt. Alia ualde magnifica signa de hoc sanctissimo leguntur Hieronymo, in quo excellentia
fidei Christianæ corresponebat excellentia uite. Fuit quoq; beatissimus Hieronymus uirgo,
ut scribit Eusebius, & ut ipsem in fine regulæ suæ testatur, centenarius fuit quādo regulam
illam composuit. Hunc ergo glorioissimum fidei Christianæ signiferum, ueritatisq; fidei tes-
tē idoneum, fideliter imitemur, præcipue ueneremur, seruide diligamus, deuoteq; inuocae-
mus, carnalia contemnentes, & opera penitentia strenue exercentes.

¶ AD RELIGIOSOS.

Sermo II. De multiplici scientia B. Hieronymi, de tribus quæ mundus amat,
ab eodem contemptis, & quo sit feruore imitandus.

In scientia sua iustificabit ipse seruus meus multos, Isaiae LIII. Verba hæc de Christo literaliter
scripta, de sanctissimi, uiro congrue per tropologiam accipiuntur. Ipse namq; iustus & fidelis ser-
uus Dei Hieronymus, per suam salutarem scientiam multos iustificauit, & uniuersam uisq; in p̄re-
sens illustrat ecclesiæ. Habit quippe multiplicem scientiam primo & maxime illam, q; est unum
de septe spūssanti donis, per quā homo affectu cognoscit ac iudicat, in rebus creatis nō esse
finaliter gescendum, sed eas esse uanitati subiectas, eisq; tantundem esse uterū, quantu utiles
aut necessaria sunt ad uirtus agentiū, ad p̄mendam uitā æternā, ad obtinēdum beatifice-
sum & incommutabile bonū. ¶ Præterea, quantum sacer doctor Hieronymus in ista salubri
scientia, sine q; nemo potest saluari, excellens fuerat ac abundans, innoteſcit ex hoc, q; uniuersa
carnalia & terrena, sensibilia & mundana, caduca & uana tam pfectissime sp̄reuit, & necessari
is uitæ tam strictissime utebatur. Tria sunt enim q; in mundo occurruunt optanda, ad q; alia redu-
cuntur, puta deliciae, diuitiae & honores. Quæ oīa glorioſus Hieronymus nō solū non affectas
uit, sed etiā plenissime aspernabatur, atq; eoꝝ & cōtraria, afflictionē carnis, inopiam reꝝ, uilipendia
fiones, deuotissimæ & copiosissimæ, amplectebatur. Qualis enī corpus suum in deserto affixerit ic-
iunis, abstinentijs, disciplinis, uigilijs, stratu, planctu, gemitibus & ueſtitu, ipse sibi in Regula
sua & alibi testis est, sanctus quoq; eius discipulus Eusebius scriptit ac protestatur. Instantū eq;
dem p̄dicta affixit se, q; mēbra eius sacco opta p̄ deformitate, macilētia, defiscatiōe, exuſtio-
ne, horrida erat solo aspectus cutis corporis sui squalida fuit, & æthiopicæ carnis dispositionē
exfolis ardore alijsq; tractis contraxit. Ossa eius sibi inuicem uix hærebant, solum in ex propo-
ſito nō accepit, sed eum repugnatētem solum interdū oppresit, & modicissime dormiebat, &
super nudā iacuit humum. Modicū siccī panis & herbae cum aq; fuit eius refectio. Vnde inde
sic loquuntur de cibis & potibus taceo, cū & lāguentes frigida aqua utatur, & coctum aliqd acce-
pisse luxuria sit. Ecce q̄liter sp̄reuit delicias, & corpus suū extreme afflixit, ita q; pene refriguit.
& tanq; p̄morta exstitit caro. Cuius uestigia saltēm utcunq; sequi curemus, nec ea quæ car-
nem delectet, sed q; sustinet etiam, q̄ramus; castigemusq; ea discrete, ut sit rationabile nō ob-
ſegum. Secundo, pfectissime cōtempst diuitias, quia cū effet filius uiri opulentii ac nobilis, oīa
prius ppter Chirū reliquit, tenuissimo atq; asperissimo uictu atq; ueſtitu contentus. Similiter
sp̄reuit honores & uarias obloquies, diffamis, irrisiones, persecutiōes & tribulatiōes pa-
cientissime ac abundātissime patiebatur. Qua omnia surdis sciuit auribus perfrāſire, sicut in pa-
logo fassus est: Nec affectamus laudes hoīm, nec uituperia formidamus. At uero p̄ſatæ falu-
tari scientiæ opponitur prudētia carnis, q; Paulo testante apostolo, mors est, i. mortale pecca-
tum atq; interitus animæ. Et est prudentia ista carnis, qdam industria seu diligentia obtinen-
di seu retinēdi cōmoda carnis, uidelicet ea quæ ipsam delectat, & ad p̄spēratum p̄tinent tem-
poralē. De hac carnali prudentia multi religiosi plus habent, q; licet & expediteis, q; carni suæ
nimis pp̄cij existentes, dum q̄si discreti uolūtū uideri, fiunt carnales & laxi, suntq; gulosi, & de-
licata q̄unt, nō necessaria rātum. Cumq; in fundamento sp̄ualis cōuerſationis, qd est sobrietas
seu edomatio carnis, deficiat, pax aut nihil, raro aut nunq; proficiunt. Secūdo, S. Hieronymus
habuit excellēter secularē philosophicāq; & naturalem scientiā, instantū q; (prout ipsem fa-
tetur in regula sua) anteq; uicesimū attingeret annum, Roma eum in summū elegit magistrū,
cūctis pene liberalib. eruditum aſtib. Quāuis autē ista scientia nō sit in se meritoria aut demer-
itoria, uirtuosa aut uitiosa, tamē bene ueritibus ea, & rite ordinatibus eam ad theologicā ueri-
tatem, ad sapiētia cōtemplationē, ad Dei amorē, prodest nō pax. Nā & ad intelligēdum scriptu-

Rom. 8
Roma. 11
Roma. 8
Roma. 11

ras, ad cōuincendum hæreticas prauitates, ad instruendum alios in his q̄ fidei sunt & salutis, plurimum cōfert, Augustuo dicitur. Cognitionis proprietatum naturaliū rex, p̄adit abdita scri-
pturaq; sicq; sanctus p̄ Hieronymus haec est iusus scientiā, & multa philosophica docimēta su-
is inseruit libris, & docuit nos, ubi & à qbus sint scripta ea, q; Paulus apostolus & philosophi
seu poetis dicta allegat. Vnde & S. refert Hieronymus, antiq; doctores & expositores scriptu-
rae tanta naturalis scientiæ dogmata suis theologicis miscuisse uoluminibus, ut nescias quid in
scriptis illorum primo aut potissimum debeat admirari, excellentiā nō scientiæ secularis, an di-
uina. ¶ Tertio habuit scientiam diuersaq; linguaq;, per quam ualde p̄rēclare profuit toti ecclē-
sie, scivit nāq; idioma Arabicum, Hebraicum, Latinum & Græcum, per quam peritiam trans-
luit nobis scripturas ex Hebraico in Latinū, & diuersaq; linguaq; inspexit translationes. Per
hanc scientiā suam multos iustificauit, id est, à diuersis liberauit erroribus, salubriterq; instru-
xit & roborauit in fide, uirtuoseq; uitæ succedit amore. ¶ Quarto habuit scientiæ scriptura-
rum acquisitā tam eminentē & plenā, q; acutissima & obscurissima scripturarum potuit expla-
nare, & fidem ipsam contra eius inimicos defendere. Quām scientiam creditur etiam ex infusi-
one & reuelatione spiritus sancti partim adeptus, de q; ait Apostolus: Alij per sp̄m datur sermo i. Co. 12:
sapientiæ, alij sermo scientiæ. Per hanc quoq; scientiam ecclēsie profuit uehemē, & cōtra hæ-
resiarchas ac ludæorum atq; gentilium philosophorū ac idololatrarū scriptis p̄fidias, con-
futauitq; illogi infanias, & fidei argumēta aperuit, eiusq; fundamenta elucidauit. Propter qd
dici potest de illo, illud Danielis: Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris con-
stituta. Et quod iterum ait scriptura: Abscondita produxit in lucem. Composuit demum plū
rimos libros deuotionales, mōrales, salubres & sapientiales epistolās, & p̄ hanc in scientiā sua
iustificauit p̄plures, quæ uitia increpauit, quæ corda ad uirtutum traxit amorem, & maxime
per saluberrimā, moralissimā ac probatissimā, suam scientiam, quam in regula sua expressit ac do-
cuit, multos omnino iustificauit, q; ad uitā pdxuit religiosam, uel roborauit ac perfecit in ea.
¶ Porro nō solum per suam scientiam multos iustificauit, sed etiā per uirtuosisissimā suā sanctissi-
mā uitæ exempla, p̄ suā laudabilissimā famam, per orationem suā suffragia, & p̄sertim per ea quæ
scriptis de p̄bribus sanctis in primo Vita patrū libro ac alibi. Vnde ait in Regula: Dum p̄remo Hieron-
ymum antra uisitare sex annis sanctos patres ibi degētes, tanq; angelos in cælis consistentes, assi-
duo labore itineris, arduisq; uiuēdi incommode calamitatibus, de quoq; vita mo-
ribusq; misericordia q; luculenter cōspexi, libellū cōpēgi, quobis sit uelut lucerna sup̄ cādelabru ad
informationē religionis ac uitæ. Huius igitur glorioissimi studiōsissimū Hieronymi inflammā-
mū exēplis, ad laborandū in deserto pro incrementis uirtutū q̄tidianis, ad certādū bonū
certamen fidei cōtra inuisibilis hostes, cōtra om̄i uitioꝝ & passionē cōcupiscentiāq; acies, cōtra
ppriū sensus immanisōes, cōtra ppriū voluntatis tortuositas, ut saluberrimā nobis p̄p̄sis
uolentiam inferamus, donec fracti, reformati & exercitati in oībus, cum om̄i promptitudine
semitam obedientia, itineris discipline, uias uitæ perambulemus, atq; in uiscera charitatis, bo-
nū natiſtis ac pietatis affectū, in zelum iustitiae transformemur, ut iam nō aliud ualeamus appetere
re nisi iustitiam, nisi Dei honorem, nisi uiuēſorū salutem, nisi incessabilem in om̄i grā ac uit-
tute profectū. ¶ Postremo diligētissime cōsideremus glorioissimā ac sapientissimā patris nostri
Hieronymi studia ac labores, imo & diuturnum in seculo isto martyrium. Nempe cum reces-
sisset à Roma, & per tēpus habitasset cum sancto Gregorio Nazianzeno, ingressus est eternū,
& horribilia solitudinis loca per sex aut septem annos circumies, quantū in hoc laborauit, sus-
tinet, sustinuit, partim iam tactum est, & ipse circa finem libri primi Vitas patrum diffusius res-
cit. Insuper ad q̄tuor annos solitariam ac eremiticam uitam duxit in tanto rigore, ut huma-
nas transcendet uires, sicut p̄ parte iam tactū fuit. Et q; acerbitate ibi tentatus fuit, q; laboriosissi-
me quoq; restiterit, pandit dicendo: In horrida solitudine illa erat mihi quotidie gemitus, q̄ti
die lachrymæ, cum scorpionum & ferarū tantummodo socius essem, sepe per imaginationem
aut apparitionem chorū intererā puellarū ac Romanis, solatijs, atq; in frigido corpore sola li-
bidinum incendia pullulabant, continue flebam, repugnantemq; carnem hebdomadarū inē-
dia subigebam. Post hæc ad Bethleem rediens, reliquā uitæ suæ tempus in translationib; &
expositiōib; scripturā, in informationib; hominū, in dispositione & ordinatione ecclesiæ
asticorū officiorū, in compilatione epistolā, ac diuersorū tractatuum, in disciplinis acerbitimis,
in ieiunijs abstinentijsq; strictissimis, in uigilijs supra modum, in asiduis lectionibus sacrarū,
in persecutionib; multis ac magnis fructuosisissime sibi ac toti ecclēsie expeditit per antīos
(ut legitur) quinquaginta & quinq;. Nam & centenarius fuit quando Regulam suam cōscri-
psit, prout ipsem in Regula protestatur. Eius ergo accessi exemplis, uiuamus in cœnobio tē-
re clauſtraliter, in religione, uere religioſe, in ordine, ueraciter ordinare.

A
ras, ad cōuincendum hæreticas prauitates, ad instruendum alios in his q̄ fidei sunt & salutis, Aūgusti:
plurimum cōfert, Augustuo dicitur. Cognitionis proprietatum naturaliū rex, p̄adit abdita scri-
pturaq; sicq; sanctus p̄ Hieronymus haec est iusus scientiā, & multa philosophica docimēta su-
is inseruit libris, & docuit nos, ubi & à qbus sint scripta ea, q; Paulus apostolus & philosophi
seu poetis dicta allegat. Vnde & S. refert Hieronymus, antiq; doctores & expositores scriptu-
rae tanta naturalis scientiæ dogmata suis theologicis miscuisse uoluminibus, ut nescias quid in
scriptis illorum primo aut potissimum debeat admirari, excellentiā nō scientiæ secularis, an di-
uina. ¶ Tertio habuit scientiam diuersaq; linguaq;, per quam ualde p̄rēclare profuit toti ecclē-
sie, scivit nāq; idioma Arabicum, Hebraicum, Latinum & Græcum, per quam peritiam trans-
luit nobis scripturas ex Hebraico in Latinū, & diuersaq; linguaq; inspexit translationes. Per
hanc scientiā suam multos iustificauit, id est, à diuersis liberauit erroribus, salubriterq; instru-
xit & roborauit in fide, uirtuoseq; uitæ succedit amore. ¶ Quarto habuit scientiæ scriptura-
rum acquisitā tam eminentē & plenā, q; acutissima & obscurissima scripturarum potuit expla-
nare, & fidem ipsam contra eius inimicos defendere. Quām scientiam creditur etiam ex infusi-
one & reuelatione spiritus sancti partim adeptus, de q; ait Apostolus: Alij per sp̄m datur sermo i. Co. 12:
sapientiæ, alij sermo scientiæ. Per hanc quoq; scientiam ecclēsie profuit uehemē, & cōtra hæ-
resiarchas ac ludæorum atq; gentilium philosophorū ac idololatrarū scriptis p̄fidias, con-
futauitq; illogi infanias, & fidei argumēta aperuit, eiusq; fundamenta elucidauit. Propter qd
dici potest de illo, illud Danielis: Ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit in tenebris con-
stituta. Et quod iterum ait scriptura: Abscondita produxit in lucem. Composuit demum plū
rimos libros deuotionales, mōrales, salubres & sapientiales epistolās, & p̄ hanc in scientiā sua
iustificauit p̄plures, quæ uitia increpauit, quæ corda ad uirtutum traxit amorem, & maxime
per saluberrimā, moralissimā ac probatissimā, suam scientiam, quam in regula sua expressit ac do-
cuit, multos omnino iustificauit, q; ad uitā pdxuit religiosam, uel roborauit ac perfecit in ea.
¶ Porro nō solum per suam scientiam multos iustificauit, sed etiā per uirtuosisissimā suā sanctissi-
mā uitæ exempla, p̄ suā laudabilissimā famam, per orationem suā suffragia, & p̄sertim per ea quæ
scriptis de p̄bribus sanctis in primo Vita patrū libro ac alibi. Vnde ait in Regula: Dum p̄remo Hieron-
ymum antra uisitare sex annis sanctos patres ibi degētes, tanq; angelos in cælis consistentes, assi-
duo labore itineris, arduisq; uiuēdi incommode calamitatibus, de quoq; vita mo-
ribusq; misericordia q; luculenter cōspexi, libellū cōpēgi, quobis sit uelut lucerna sup̄ cādelabru ad
informationē religionis ac uitæ. Huius igitur glorioissimi studiōsissimū Hieronymi inflammā-
mū exēplis, ad laborandū in deserto pro incrementis uirtutū q̄tidianis, ad certādū bonū
certamen fidei cōtra inuisibilis hostes, cōtra om̄i uitioꝝ & passionē cōcupiscentiāq; acies, cōtra
ppriū sensus immanisōes, cōtra ppriū voluntatis tortuositas, ut saluberrimā nobis p̄p̄pis
uolentiam inferamus, donec fracti, reformati & exercitati in oībus, cum om̄i promptitudine
semitam obedientia, itineris discipline, uias uitæ perambulemus, atq; in uiscera charitatis, bo-
nū natiſtis ac pietatis affectū, in zelum iustitiae transformemur, ut iam nō aliud ualeamus appetere
re nisi iustitiam, nisi Dei honorem, nisi uiuēſorū salutem, nisi incessabilem in om̄i grā ac uit-
tute profectū. ¶ Postremo diligētissime cōsideremus glorioissimā ac sapientissimā patris nostri
Hieronymi studia ac labores, imo & diuturnum in seculo isto martyrū. Nempe cum reces-
sisset à Roma, & per tēpus habitasset cum sancto Gregorio Nazianzeno, ingressus est eternū,
& horribilia solitudinis loca per sex aut septem annos circumies, quantū in hoc laborauit, sus-
tinet, sustinuit, partim iam tactum est, & ipse circa finem libri primi Vitas patrum diffusius res-
cit. Insuper ad q̄tuor annos solitariam ac eremiticam uitam duxit in tanto rigore, ut huma-
nas transcendet uires, sicut p̄ parte iam tactū fuit. Et q; acerbitate ibi tentatus fuit, q; laboriosissi-
me quoq; restiterit, pandit dicendo: In horrida solitudine illa erat mihi quotidie gemitus, q̄ti
die lachrymæ, cum scorpionum & ferarū tantummodo socius essem, sepe per imaginationem
aut apparitionem chorū intererā puellarū ac Romanis, solatijs, atq; in frigido corpore sola li-
bidinum incendia pullulabant, continue flebam, repugnantemq; carnem hebdomadarū inē-
dia subigebam. Post hæc ad Bethleem rediens, reliquā uitæ suæ tempus in translationib; &
expositiōib; scripturā, in informationib; hominū, in dispositione & ordinatione ecclesiæ
asticorū officiorū, in compilatione epistolā, ac diuersorū tractatuum, in disciplinis acerbitimis,
in ieiunijs abstinentijsq; strictissimis, in uigilijs supra modum, in asiduis lectionibus sacrarū,
in persecutionib; multis ac magnis fructuosisissime sibi ac toti ecclēsie expeditit per antīos
(ut legitur) quinquaginta & quinq;. Nam & centenarius fuit quando Regulam suam cōscri-
psit, prout ipsem in Regula protestatur. Eius ergo accessi exemplis, uiuamus in cœnobio tē-
re clauſtraliter, in religione, uere religioſe, in ordine, ueraciter ordinare.

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO III.

Sermo III. Deseruanda in monasterijs concordia, de obedientia, & ex
dictis Hieronymi eruditio[n]es p[re]i, religiosis accommodae.

D

Q Vicunq[ue] hanc regulam sequutus fuerit, pax super illum. Ad Galatas VI. Inter omnes sanctorum regulas patrum, uidetur beatissimi Hieronymi regula potissimum doctrinalis, moralis & ualde sententiosa ac pulchra. Ipse itaq[ue] principio regul[ae] sua docet a duobus charitatis praeceptis inchoandam esse monasticam uitam, & de charitate affirmit: Hæc sola reddit hominem Deo uiuentem hæc religiosos, hæc monachos facit, sine charitate, monasteria sunt tartara, & habitantes in eis, sunt dæmones: cum hac uero, sunt paradisus in terris, & in eis degentes, sunt angelii. Ideo quanvis longa macerent leuina, & quicquid aliud peragatur, si intus desit charitas, nondum ad infinitum religionis gradum peruentum est. Omne ens, secundum philosophos, tantum habet bonitatis, quantum unitatis. Propterea corpora litera adunatis in cœnobio, sit cor unum & anima una, quemadmodum in principio primitiæ Actu. 4. ecclesiæ, multitudinis credentium fuit cor unum & anima una. Nulla uita pro certo deterior, quam simul degere corpore & non mente. Et uere infelices sunt, quibus non ineft una, sed diuersa uoluntas. Sitraq[ue] uobis semper unus affectus, una fraternitas, una uoluntas, una proportione mox, una iucunditas, una tristitia, ne uni dispiceat q[uod]d alteri placet, & ne q[uod]d alius gaudet, alius triste tur. sicq[ue] habere poterit religiosi propostum, si unanimes in domo dñi habite[re]. Ecce istud est primu[m] ac saluberrimi gloriosi Hieronymi documentu[m]. Quo cōstat, q[uod] uchem etissime stirpes religiosi uitanda ois dissensio, omnis contentio, & uniuersa discordia, & q[uod] modo omnia exteriora exercitia sua ordinare debent ad interiorē prefectum, p[ro]fertim ad charitatis augmentum. Quicquid itaq[ue] simul agimus in diuiniis seu exterioribus, puta cantando, psallendo, legendo aut lasborando, totum charitatibus atq[ue] concorditer peragamus, nec quisquam sit sui capit[us], aut p[re]cepis uel passio[n]atus. Nullus sit animosus aut singularis, nullus sit importunitate aut uhemetia seu inordinatione alios turbet, aut denotionem impedit fratrum suorum: qui potius unusquisque, quantum salua charitate atq[ue] iustitia fieri potest, alijs cedat humiliter, et paci prouideat proximorum, sollicitus ne quemp[er] scandalizet siue cōtristet. Nec gaudeat dum totum secundum suum potest facere caput. Charitas nanci non querit quæ sua sunt, sed quæ aliorum. Et propter uitandum scđalum pusillorum, est omittendum quicquid tripli ueritate salua postest omitti, uidelicet ueritate uitæ, ueritate doctrinæ, ueritate iustitiae. Hinc hortatur Apostolus: Nihil agatis per contentionem, necq[ue] per inanem gloriam, sed per humilitatem superioris sibi inuicem arbitraminon quæ sua sunt singuli considerantes, sed quæ aliorum. Infuper, quia in religiosis obediencia p[re]cipue commendatur, quæ & inter tria uota religio[rum] can dentia p[ro]minet, hinc sanctissimus pater Hieronymus ad obedientiam frequenter ac diligenter nos admonet: Ne producatur, inquiens, in mediū p[re]lati prauitas, quæ plerunq[ue] subditis p[re]stat causam magnæ ruinæ. Princeps apostolorum Petrus, iubet obediens non solum dominis bonis atq[ue] modestis, sed etiam dycolis. Et ne forte graue uideatur uoluntati humanæ, ita se ab negare & obediencia tollere crucem, proponit p[re]mium, quo omnis labor etiam grauis dulcescit, dicendo: Hæc est gratia. Ofelix & abundans gratia in obediencia, summa uirtutum causa. Nam simplici gressu hominem dicit ad Christum: et mens non solum excusatur à ratione reddenda de subditis, sed nec obligatur reddere de seipso. O summa libertas, qua obtenta, uix possit homo peccare. Hinc denuo aiti: Hortor, moneo & exoro, subi[en]cite uos in omni obediencia & timore & reuerentia p[re]sidenti, ut iam omnino nihil uelle aut nolle aliter liceat, quam mandauerit p[re]sidens faciendu[m]. Nihil graue, nihil uideatur importabile, si iustum non cōco[n]dat propriæ uoluntati. Vere obediens, & qui pro Christo caret omni uoluntatis arbitrio, nihil nouit difficile, nihil iniustum. Memento quoniam in religionis ingressu omniem uolendu[m] ac nolendu[m] libertatem dimisisti pro Christo, nisi quæ ipse per suos uicarios ordinaret de uobis. Obedit[ur] firmissime Christo, dum eius uicario obedit[ur]. Nondum uiuit Deo, nōdum religiosus ac Ch[risti] semitas attigit, q[uod] non efficitur tam simplex & purus, ut quicquid sibi fuerit māda[rum] à p[re]sidente, angelico putet ore trāmissum. Ecce q[uod] seriose ac sapietissime docet nos doctor iste sanctissimus, obediens etiam integro, prono ac p[re]cordiali affectu: q[uod]m[odo] ipsam nostrā uoluntatē per obediencia uotum solenne obtulimus, ideo periculosest discernere, periculosest obniti seu excusare periculosest, contradicere, non curare, seu repugnare: i[m]mo Samuele testante, quasi peccatum ariolandi est, repugnare & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescer. Præterea de cautela in loquendo seruanda hortatur, dicendo: Inter uos nunquam dispicietur de uita alterius. Maneat diuino examini omne iudicium. Peccata uestra cognoscite, delicta u[er]a plorate, omniu[m] uita, sanctitatis exēplum uobis apparent, uos existimate uniuersis peiores. Sic metu estræ inhæreat puritas, ut indecens sit cogitare, nefasq[ue] credere, aliquem præter uos ipsos

DE SANCTO REMIGIO

CCCXXVII.

ipsa posse peccare. Si quem alicui audieritis detrahentem, procul fugientes, dimittite eum quasi serpentem, ut uerè cunctia uictus, discat de alijs factis filere. His verbis satis notant & increpan[unt] religiosi, & incipientes religiosi, qui ad temeraria iudicia, oblocutionis verbis, atq[ue] ad discutient dum alijs facta sive negotia, uitiose ac damnabiliter sunt pelues. Item, qui alios obseruare non uerecundant, & curiositati deseruientes, negligunt semetip[s]os; qui in oculis proximo[u] cernunt se, in suis nec trahem: ideo miseri, sibi p[ro]p[ri]is placentes, audaces & intimorati ac facti sunt, ad quæ las, murmuratores indignationis proni. Qui v[er]itati proprias calamitates, defectuosates, contemptibilites ac vilitates aspicerent. Hinc sanctus pater Hieron[u]m, ad considerationem distinctionis diuini exremi iudicij nos cohortans, inquit: Nunq[ue] murmur, nunq[ue] illicta uerba, nunq[ue] iuriū sonitus, inter mortuos seculi sonent. Sepulta cadauera, nunq[ue] inter se iurgia peragunt in sepulchris: sic & uos s[ecundu]m somno quietis & pacis, expectantes sponsum ac iudicem uestrū, expectate magnū Sopho. 1. & terribilem iudicij diem, diem calamitatis, ira & misericordie, ubi calum simul cum terra pauebit, Luc. 19. cœlorumq[ue] oes mouebunt uirtutes, trementes erunt angeli simul cum sanctis. Tunc singulor[um] uitæ discutient[ur] discrimina, & merita apparet[ur]. Semper tuba illa terribilis in uestris perfret[ur] auri bus: Surgite mortui, uenite ad iudicium. Ecce rex in manu potenti uenit, à cunctis uisit exigere ratione. Certe de minimis cogitationibus, certe de leuibus ociosisq[ue] uerbis, si reddere de singulis ratiōnem parati non eritis, prosciemiā in carcere infernalem. Amplius de leuci qualitate sicut Hieron[u]m. Volo uos singulis noctibus breui & duro stratu facere in cellulis uestris, non in mollibus plus mis, sed aut in paleis uel straminibus, sive ligneis potius capsis, q[uod] lectulis, vi & membra domita stratum potius horreant, q[uod] affectent. Ad imminentis somni quietem magis impellat necessitas, q[uod] voluptas. Sic ob duritatem istam, leuis & breuis occupet sopor, q[uod] non sitas solitis illusionibus noctium mentem s[ecundu]m sopitam torquerit. Porro quia ad contemplationis sinceritatem ordinanda sunt ista, idcirco ad illam exhorts: Religiosi, inquit, intus manentes, nihil sentiant, nisi prius dāni lesum: hunc solum possident paradisum, ubi dulci & tuncunda quiete ineffabilem trinitatē intueantur, choris interfici angelicis, dulcibus e[st]o melo dñis misericordie, concordio in eccl[esi]a diuina mysteria, informet mente[m] tanto[rum] patriarcha & patrum antiquorum memoria: prophetar[um] oracula dulci meditatione cōr accendant ad diuina promissa: apostolica documenta, cuncta fidei detegāe sacramēta. Euangelijs codex semip[er] ut speculum teneat in manibus, martyres sancti cuncta mun[er]ia aduersa, & tempestates huius maris procellosi, cum omnibus diabolicis uesturis & infestationibus demonū, doceant conculcare. Si sic feceritis, nihil uobis dulciss[us] erit, q[uod] his interesse conuiuijs, his pabulis satiari, quibus semel degustatis, terrena omnia amara cernerent, & tunc d[omi]n[u]s talia uobis ostender, qualia non nisi assuetæ mentes nouerunt. Scio quid loquor. Nam ut q[uod] inspiens loquar, ego homunculus sic abiectus, sic vilis in domo dñi, adhuc uiuens in corpore, anglo[rum] choris sepe interfici, de corporeis nihil sentiens per hebdomadas, & diuinæ uisionis intuitu, post multor[um] forte dierum spatiis, p[ro]fessus futu[re]z, corpori redditus flebam. Quid ibi manes felicitatis habebam: quid inenarrabilis delectationis sentiebam: testis est trinitas ipsa, quam cerneram nescio quo intuitu: testes sunt & ipsi beati sp[iritu]s qui aderat: testis est & conscientia mea, qui tantis bonus fruebar, quor[um] & qualia nescit proferre molles corporis n[ost]ri. Ecce ex uerbis his innotescit, qualis & quantus fuerat beatiss. iste Hieronymus, qui ad fam altissimam, ad tam cæliformem ac diuurnam deuenit in praesenti uita cōtemplationē, q[uod] per hebdomadas de corporeis nihil sensit. Postremo, quia religiosorum profectus ex diligenti regime superius suom magna ex parte depēdet, sanctus hic doctor etiam uniuersu[m] p[re]latum e[st] h[ab]et. Attende, inquiens, diligenter, q[uod] grauis tibi imponit sarcina, qui de subditis & animabus, corporibus, uerbis & moribus apud diuinu[m] obligaris examen. Causa, ne dé te etiam leuis suspicio possit ori in malo, ne tibi cōmissos dispergas. De hoc alia multa scribit, p[ro]fertim ne ex offici dignitate superbiat, sed timoratior, laboriosior & exemplarior fiat. Tam sanctissimus ergo patris n[ost]ri doctrinam & cōuerationem sequamur, cuius regul[ae] quæ fuerit confectus, super cum erit pax dei: quia in praesenti pacem pectoris obtinebit, atq[ue] in patria pace æternitatis fruet[ur]. Ad laudem &c.

S E R M O de laudibus & excellentijs beati Remigij.

Ocatum est nomen eius ab angelo prius q[uod] in utero conciperet. Luc. ii. Hæc uerba ad Iram de Christo sunt scripta, quæ sp[iritu]aliter de beatissimo p[re]sule sancto Remigio congrue exponuntur. Hic quippe electus dei multis à deo gratijs est ornatus. Prima excellentia eius est, p[re]fūciatio suæ natuitatis, & impositio nominis eius a deo. Cum eret Francia à Wandalis grauitate uastata, angelus dei apparuit cuidam recluso uiro sancto, qui uisum amiserat, & pro pace Gallicanæ eccl[esi]æ exorauit as fidue, dices: Scito q[uod] mulier illa Cilinia nomine, filium nomine Remigium pariet, qui Francorum plebem ab aduerarijs liberabit. Quod dū solitarius ille retulisset Cilinia, & illa non crederet, q[uod] vetula erat, adiecit: Scias q[uod] cū ablactaueris puer, oculos meos lacte tuo perunges, & uisum reciperis. Cumq[ue] hæc omnia essent impleta, Remigius adhuc puer, in g[ra]tia, uirtute & sapia quotidie cre

11 iii stena

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO I.

scens mundum fugit, reclusorumq; intravit. In quo solus soli deo deuotissime uacans, uitam duxit. Sublimiter contemplatiuam. Secunda excellētia eius, est fructuissima prēsidentia eius in episcopali officio. Cū etem fama eius undiq; augeret, in Remensem archiepiscopum à populo cōcorditer est electus. Et factus episcopus, quantum crevit aetate & dignitate, tñ & sanctitate atq; episcopalis officij fructuositate. Nam gentem Francos non solum à uisibilibus, sed ab inuisibilibus quoq; hostibus liberauit, regēt Francie noīe Clodouēum, gentilem, cū populo copioso ad Chri fidei conuertit, uel potius in fide instruxit ac baptizauit. Siquidē res præfatus Christianissimā habuit consūgēm, q; eum ad fidem conuertere nitebat, sed nequiuuit. Tandem maximo aduersario exercitu contra Clodouēum ueniente, ipse promisit deo sua uxoris, q; si eius uirtute obtineret uictoriā, ipsius suscepseret fidem. Cūq; ad libitum pualuisse, accessit S. Remigium, atq; ab eo fidei instructio nem ac baptismū suscepit. Itaq; S. Remigius uero p̄dicationis, exēplo sancta conuersionis, aliis duo orationēs feruor, & omni modo sibi possibili plebe rexistib; commissam; imo & alios plurimos traxit ad uitam salutis, & instar splēdidissimae stellæ in medio fulsit ecclesia. Fuit quoq; doctor egregius, & sanctitate, doctrina ac fama Christianum undiq; populū edificauit. Tertia excellētia eius, est uirtus miraculosa, q; deus egit per eum. Cū enim Clodouēum regem esset baptizatus, & stans iuxta fontē sacra christina non haberet, ecce columba desuper ueniens, ampullam christmate plenam portauit in rostro, de quo regem S. uixit Remigius. Quæ ampulla nunc usq; in Remensi seruatur ecclesia, atq; ex ea usq; in præsens reges unguntur Francos. Insuper tantæ innocentie fuūt ac mitiatis, q; passeris de eius manu & mensa tempore refectionis aduententes, acceperunt ciborum reliquias. Quodam etiam tempore à quadam inuitatus matrona, uino deficiente in dolio, crucē super dolium faciens, dām inuocauit, moxq; uinum superfluum & emanans, per medū fluxit loci E quo iacuit. Legitur q; q; Clodouēus rex post suum baptismū uolēs Remensem ditarre ecclesiam, dixit B. Remigio: Tm tibi do de terra & cōtentis in ea, q; cum circumieris, me post meridiem dormiente. Cumq; in fr̄spatiū quod S. circumiuit Remigius, contineretur & molendinum, molendinū marius S. Remigium repulit indignatè. Cui Remigius: Amice, non sit tibi molestum, ut habeamus hoc molendinū. Non acquiescēte molendinario, coepit rora molendinī retrorsum cōuerti. Clamauit ergo molendinarius post beatum Remigium: Serue dei, ueni, & habeamus pariter molendinū. Respondit S. Remigius: Nec mihi nec tibi. Quo dicto, aperiens terra os suū, absforbuit molendinum. Hoc aut̄ sanctissimus præf. Remigius p̄culit, non ex impatientia aut affectu uindictæ, sed ex inſt̄tu dei occulto & zelo iustitiae. Simili modo dū tempore quadam S. Remigius, deo reuelante, fanem cognouisset futurā, & bladorum cumulos congregasset in quadā uilla, quidam rustici inebriati ignē supposuerunt. Quo cognito, S. dixit Remigius: Semper focus est bonus. Veruntū posterorū qui hoc fecerunt, mares, rupti in genitalibus erunt: forminx, gutturosæ consistent. Quod sic in illa cōtigit uilla, quoq; per Carolum regē fuerūt dispersi. Deinceps alia multa p̄conia de sancto posse referri Remigio, ut q; uirgo fuit, in innocentia mālit, solitarius extitit. Tantiq; sancti sequuntur ueris, imitemur uirtutes, secternur cōstantiam. Postremo, Genebaldus uir prouidus nep̄tē S. Remigii duxit uxori, Postmodū causa religionis uir ille & uxor ipsius se mutuo absoluēt, & Genebaldum fecit Remigius Laudunensem episcopū. Cūq; uxor eius quasi informatiōis causa sape ueniret ad eum, tandem peccauit cū ea. Quæ concepisse se cernens, nūciuit hoc p̄suli, qui remandauit uxor: Qm̄ de latrocino acquisitus est puer, uolo ut Latro uocet. Post hæc cōcepit à uiro suo episcopo, & p̄perit filiā, quæ episcopus iussit vocari Vulpuculā. Tūc Genebaldus lapsum suū cōsiderās, accessit S. Remigius, & oia ei narrauit. Quæ p̄t cōsolans Remigius, reclusit in cellula per septē annos, ut poenitam ageret. Euolutis tot annis, apparuit angelus Genebaldo, dicēs p̄tm suum esse, dimissum, & iubēs ei exire de cellula. Qui r̄dit: Nō possum, qm̄ dñs meus Remig. ostiū clausit, & suo illud munius sigillo. Cui angelus: Ut scias celum tibi esse apertum, ostium istud saluo sigillo nunc aperietur. Quo facto, Genebaldus proiecit se in medium ostiū in modum crucis, dixit. Etia si dominus meus Iesus Christus aduenieret, non tamē egrediar, nisi dominus meus Remigius, qui me clausit, hoc iubeat. Tunc angelo præcipiente, sanctus Remigius uenit, & Genebaldum educet, officio eū restituit pristino. Perseuerauitq; Genebaldus ep̄s in sanctis operibus, & Latro filius eius, et in episcopatu successit, qui etiam sanctus fuit. Ad laudem & gloriam dei.

SERMO I. De excellentiis beati Francisci, de mortificatione priuati amoris,

& de innocentia eius columbina.



Go stigma domini nostri Iesu Christi in corpore meo porto. Ad Gala. vij. Hæc uerba sanctus Paulus apostolus in propria dixit persona ad literam, quæ excellētissimo confessori beatissimo patri Francisco ualde sublimiter competunt, qm̄ quinq; vulnerum Christi impressuras seu stigmata, quæ erant realiter vera vulnera, in suo corpore accepit & tulit. Hunc præelectum Christi ministrum ac imitatorē p̄fessum, Deus fons pietatis tot gratiis præornauit, ut sufficienter admirari non ualeamus, nec eius p̄conia digne effari. Nihilo minus in dei misericordia cōfido, tentabo uel modicū quid de tam

præcl

DE SANCTO FRANCISCO.

CCCLXXXVIII

A præclarissimo sancto ad omnipotentis atq; p̄fissimi dei laudem gloriamq; profetre. Primi glorioſissimi huīus Francisci excellentia, est admirabilis & gratioſissima eius conuersio. Nam iste Francis in ciuitate Alſilio natus & mercator, pannos ſuendens, dies ſuos penē usq; annum viceſimū in vanitatibus perdidit. Erat equidē valde vagus, vanus, laſciuus, ſumptuosus, & cum coætaneis ſocijs ſuis iuit die noctūq; per ciuitatis ſuę plateas cantando, & vanitatis ſuę signa monſtrando. Interdum etiam portauit uestem ſuperiore pro media parte ex subtili & optimo parino, & p media parte ex groſſo uility panno. Quod fecit, non ex ſua inopia, ſed uanitate & petulantia. Sed & frequēt dum ſedit ad mensam cum ſuis parentibus, auditis ſignis ſociorum ſuorum p̄r foribus, ſtatiū ſurrexit & iuit ad eos, quāuis uix pro media parte finiūſet refectionem. Socij quoq; ſui ſe cerunt ſepe eum quaſi p̄pofitum ſuum, & tunc p̄cōfiffissima ac lauifimā fecit preparari cōuia. Quibus finitis, iuerunt cantando per urbem, & Franciscum fecerūt quaſi domicellum ſuum, ita q; una eorum pars eum p̄ceccit, alia ſequebat. Ipſe uero uifte ſuū ſepte portauit in manu. Veruntamen reuerentiam quandam & bonam inclinatōnem habebat ad deum, & postulantibus ab eo aliquid ſibi tribui propter deum, nunquam negauit, aut certe raniflime. Puit & probus, contentionēs & litēs uitando. Verum, ut tactum eſt, tam uagis fuit, q; parētes ſuū ſingulariter charus fuit, ſepe de hoc contristabani. Præterea cura tempus misereſdi eius propinquus 2. Cot. 1. ſer, copiū eum pati misericordia & deus cotius conſolations varijs ſibi modis alliceret, & men tem ipſius multipliſter uifitare aliquā per aduersa, interdum p̄ uifiones & ſomnij, interdum quoq; per ſp̄m prophetā. Nam ſemel cum alijs captus & incarcerated, alijs ualde dolētibus, ipſe mirabiliter exultauit. Interrogatus à ſocijs cur gauderet, r̄dit: Bene poſsum letari, quia adhuc per totū ſumū uenerabat ut sanctus. ſepe uero deus per conſolations internas & ſuauitates ſpūales cor eius benignissime acq; dulcissime uifitare, alterare & ſibi atrahere dignabat. Sicut ad Chriſtum conuersus eſt, imo cūm quadam nocte poſt cōēna cum ſocijs ſuis lauifimā cōſummatā, trebat in eoz medio tanq; domicellus, venit ſibi dulcissima cōſolatio talis à deo, & ita coepit carnalia totaliter aspernari, quia ut dicit sanctus Greg. gustato ſpū, deſpit omnis caro. Secunda excellētia eius, eſt rigorosa & maxima poenitentia quā peregit. Siquidem peccata ſua tā hubertum & afflitione deplorauit, q; ſiendo lumen pene perdiſit oculos, & ultra humanas uires, uigilis, abſtinētias, ſeiuij & uarijs corporis caſtigationibus inſudauit. Tertia excellētia eius eſt, laboriosa & glo‐ riola uictoria, quia, Deo auxiliāte, uicit ſeipsum, hoc eſt, mortificatione ſuūp̄ ſuū uictoria & perfecta. Per biennium enim à ſua conuersione uel circiter, anteq; primos ſuos sanctissimos ſocios cōuertit & congregauit, & anteq; regulam edidit, fregit ſeipsum mirabiliter ualde, q; in propria ciuitate iuit, quoq; mendicando in ueste paupertimā, & quicquid ſibi dabat, accepit in una ſcuella, ac talem commixtionem cibos, naturæ ſuę ultra modum contraria, mandauit. O qualis uolentia naturæ hoc fuit, q; ſublimiter carnem ſuam cum concupiſcentijs crucifixit! Deniq; quadā die Galat. ſeſtū transiens mendicando, cum uenient circa domum in qua fuit chorea, paululum erubefcēt de ſua mendicitate, diuertit ab ea: ſed protinus, deo inspirante, rediēt ad ſeipsum, increpauit ſe ualde, & uim inferens ſibi, intrauit domum in qua fuit chorea, & coram chorizantibus genua flebēt, manib; ſimil iunctis, dixit: Orate pro me, quia adhuc ualde ſuperbus ſum. Quarta excellētia eius, eſt admirabilis innocentia, puriſſima uita, & præclarissima sanctitas eius. Etenim per prædicta peruenit ad ſuūp̄ ſuū totalem mortificationem uiuifcam, ad plenifimam priuati amoris extirpationem, ad paradiſiformem innocentiam, ad ſyncerissimā ac feruiddimā dei dilectionem. Sunt etiam duo amores, quoq; unus ſ. amor dei, eſt omnis boni origo; alius, ſ. amor ſuī, hoc eſt priuatus, improbus & ad ſe reflexus, eſt radix omnis peccati. Itaq; amor dei, i. charitas infusa, quia deum propter ſe, proximumq; in deo & propter deum diligimus, eſt omniſi origo uirtutum & oīm fons bonorum, ſine qua nihil eſt meritiorum, nihil deo acceptum, qm̄ ipſa eſt forma uirtutum, uita animæ, apex & ſimil oīm diuinorum charismatum, ex qua imperatice aut elicitive oportet procedere omne uirguſum ac méritoruſum actum. At uero amor ſuī eſt, q; rōnalis creatura diligit ſe in ſe, non in deo & ultimo fine, ſed ea ſibi uult & cupit, q; apprīate uoluntati aut inclinationi ſeu naturæ aut affiuationi placent, aut delectabilitia uel appetibilitia extat. Hic amor oīm eſt origo, cauſa & incitamenū culparum, quia ex hoc maledicto peruerſiſſimo, amore oīſt affectus inordinatus proprieſtate, & honoris, i. ſuperbia, desiderium uoluptatum, gulfus & tactus, pura gula & luxuria, appetitus diuiniſa, hoc eſt, auaritia, item ſocari, ludere & ridere, & breuiter uicia uniuera. Cur eminiti uiantibus indignamur ſiue irascimur, niſi quia diligimus nos in nobis! Sanctus ergo Franciscus p̄uenit ad ardentiſimū ſyncerissimū dei amore, atq; plenariā priuati amoris eradicationē: ideo deum ſuī omnia incomparabiliter p̄zamauit, & ſeipsum amauit pure in deo. Ideo quicquid placuit deo, quicquid animæ ſuę fuit ſalubre aut utile ad cōplacendū deo, ad proficiendum in grā, ad ap proximandū & cōcrescendum ad gloriam ſempiternā, hoc ſumme deſiderauit, in hoc potiſſimū delectabat, putat in paupertate, in contemptu & uilipendio ſuūp̄ ſuū, in aduerſitatis, caſtigationibus, iniurijs, in obedientia ac ceteris exercitijs bonis, atque in horum contrarijs tristabat.

II uij Non

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO II.

Non enim uolebat laudari, honorari, deliciar, ditari, sed talia uehementissime abhorrebat ac fugiebat. Vnde dum quadam vice tempore hyemali ambularet cum uno de fratribus suis primis, interrogatus eum in quo consisteret perfecta letitia, ipse met inter cetera dixit, quod perfecta letitia non esset in magna sapientia, nec in praedicatione praeualida, nec in reputatione humana. Cumque frater ille scilicet a rebus ab ipso, in quo ergo consisteret, ipse B. Franciscus respondit: Ecce iam frigus magnus est, & nos male uestiti sumus & esurimus. Si ergo de sero alicubi peteremus hospitium propter deum, & paternitatem diceret, quid quereris? cur hinc inde discursis hinc abite, & nos diceremus ad eum, iam frigore, fame & nuditate affligimur, tibi nos propter deum suscipi, & ille durius responderet, nos uero tertio rogaremus, & ille tunc diceret, illi pulrones & ribaldi, sunt homines absque pudore, & informari non possunt uerbis, ideo eos informabo uerberibus, sicut ueniret cum fuste nodoso, & nos pedibus conculcare, uulneribusq; impleret, & uulnerata factaret in niues; ecce frater, in hoc esset perfecta letitia. Denique ex hac beatissima priuati amoris euulsione & mortificatione salubri, perductus est ad profundissimam Christianam simplicitatem innocentiam, quia in bonitatis, charitatis & pietatis uiscera & affectum transformatus est totus, omnibus cupies ac faciens bonum, nemini malum. Sicut ad conformitatem status innocentiae, quem habuit primus homo in paradiſo, eminenter pervenit. Vnde oes creaturas, fratres aut sorores, vocauit, etiam inanimata & clementia, atque celestia corpora. Hinc etiam aues & ceterae bestiae ei ad libitum obediebant. Nam interdu in medio auiu ambulauit, & undique ueste sua terigit eas, nulla tamen recessit a loco. Interdu quoque cum socio suo se in međio auiu cantanti collocauit, horasq; legit, nec aliqua abesse aus. Item cum quidam ferocissimus lupus cuiusdam ciuitati, & cunctis per viam euntibus, esset terribilis & molestus, beatiss. Franciscus cum socio suo perrexit ad lupum. Qui uiso Francisco, cecepit in eum horribilem impetum facere. Franciscus vero signum opposuit crucis, & mox quasi mitissimus agnus substitutus lupus: quod Franciscus duruisse me increpauit, deinde dixit: Frater Lupe, ego uolo pacem facere inter urbem istam & te, dummodo mihi promitas, ut de cetero nullum laedas. Cumque lupus posuisset pede suum in manu B. Francisci, duxit lupum in ciuitatem, & coram toto populo, fecit lupum rursus proximetur quod nullum laederet. Tunc Franciscus quoque pmisit lupo necessaria uitæ. Et extunc lupus iuit quotidie ostiatum per sustentaculum uitæ, cui & cives sati dederunt. Et post aliquot annos mortuo lupo, maiores urbis fuerunt non parum tristati. Amplius sanctus Fran. purissimum excitit uitæ, cuncta carnalia, terrena, caduca plenissime abnegans & cõtemnens, vnde & Paupertatem vocauit dñam suam, fuitque totus ardenter, ac integerrime in deum conuersus, transformatus, absorptus. Quinta excellentia eius est, cõtemplationis excessus. Sapissime quippe rapiebat in deum, & toto corpore eleuabat in aere interdum spacio octo aut circiter pedum, interdum spacio unius arboris, quicquid usque ad altitudinem turri, sapissime tam alte quod uideri non potuit. Sexta excellentia eius est, stigmatum Christi portatio, seu quinq; vulnus, eius impressio. Cum enim in monte cuiusdam eremii, oratione & contemplatione deuotissime esset in istis, apparuit ei Christus in forma Seraph alatus ac vulneratus, & tunc accepit ab eo quinque vulnus, quae ueraci vulnera erant, & frequenter dolore uehementem sentit in eis. Sic & innocentissima, atque sanctissima. Virgo beata Elisabeth de Spalbeec, quae vulnera accepit ac tulit in corpore suo. Septima excellentia eius est maximus fructus, quem fecit in ecclesia dei. Nam ipso uiuente, multa milia intrauerunt ordinem suum, quæ deuotissime conuersabantur. Per seipsum quoque & socios suos ac fratres, conuerit undique innueribiles hoeres, etiam multos sceleratissimos peccatores, predicando, orando, horando, miracula peragendo, uirtuose & exemplarissime conuersando. Insup ardore charitatis & fidei intravit cum sociis suis terram Saracenorum, & ibi infra ceteros conuerit Soldani. Oblitus quoque se ibi ad penitentiam pro fidei Christianæ defensione contra perfidiam impiissimi Mahometi. Octava excellentia eius est, virtus & magnificencia miraculorum suorum, de quibus modicum tactum est, & in libro de actibus mirabilium sancti Fran. multa leguntur, similiter in sua Legenda. Sed & post felicissimum obitum suum, inter reliqui multa & magna prodigia, suscitauit mortuos multos. Haec paucissima de multis & ineffabilibus praecognitis eius sint dicta ad gloriam omnipotentis, & ut tanti patris sequamur uestrigia contemnendo terrena, tentationibus & uitiosis fortissime resistendo, uirtutibus insistendo.

TAD RELIGIOSOS.

SERMO II. De simplicitate & perfecta charitate beati Francisci, de substantialibus uotis religiosorum, de tripli gradu perfectæ charitatis.

Hec est via, ambulate in ea, neq; declinetis ad dexteram neq; ad sinistram. Isa. xxx. Proprietas nimis charitatem suam qua dilexit nos deus pater, uirginem filium suum misit in mundum, ad instruendum & redimendum genus humanum. Denique ab exordio seculorum dedit & impressit cordibus hominum legem quandam, legem utique naturalem, cuius obseruatio uina cum fide Christi uenturi explicita, uel saltem implicita, obseruancia, in qua, ex charitate & fide confirmata, exhibita, ad salutem sufficit. Nunquam enim possibile fuit, homines uiatorum sine fide formata deo placere. At uero tempore procedente, & uitiorum mole atque congerie inualecente, naturali hac lege in cordibus obscurata invanit, quod ad idolatriam sunt dilapsi, deus omnipotens, cui nullus est similius in legislatorib. misit Moysen

A sen seruum suum, per quem legem naturalem dando decalogum renouauit, preceptis illis moribus Exodi 32 libis ceremonialia ac iudicialia multa adjicet. Veruntur lex illa per Moysem data, multiplicitate Exod. 34. erat imperfecta; quippe quod nec gratia continebat, nec dabant, sed promittebat & figurabat. Ideo Galat. 4. ubi temporis plenitudo aduenit, ipse metu legislator aeternus ac summus, in assumpta humanitate Baruch 3 rate aduenit, in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus, euangelicam legem proprio ore se Mat. 5. dens in modo deproprietate, testa metrumq; nouum, non quale olim, sed prorutus pfectum, gratiosum & salutiferum condonauit, quod & scriptum, non in lapideis ac corporalibus tabulis, sed in fidibus mentibus per spiritus sanctum, presentum die sacratissimo Pentecostes, quod ut sua passione imminentem dixit, paracletus spiritus sanctus discipulos suos omniem docuit ueritatem. Nihilominus Iohannes 15. g; hanc euangelicam, supernaturalem, perfectam, paulo post per euangelistas rededit in scriptis, et 16. cuius obseruantia non raro teperante & grandi ex parte deficiente, frequenter dignatus est strenuare, accedere & augere, ad hoc principaliter influente ac operante spiritu sancto in cordibus electorum, qui per sanctos patres, uirtuosos platos, predicatores idoneos, atque sacrae religionis institutores, corda resuscitauit credentium, animas inflammatu repeperi, & fidem pene emortuam reuivificant in ipsis. Inter hos clarissimos fuit signifer ille mirabilis Seraphicusq; Franciscus, cui omnipotens reuelauit, quod a sapientibus & prudentibus huius mundi abscondit. Qui plane Franciscus desuper electus, electus, mirabiliter unctus, exuberanter instructus, calidissime inflammatu demum, ut paucis multa perstringam, in sanctuarium dei ingressus, in deitatis oceanum meritus, in diuitias gloriae rapta, in regione super splendidissimam lucis proflus immensa & in creatæ translatus, factus est quasi secretarius & consiliarius super gloriosissimi creatoris, incerta & occulta sapientiae & eternali intelligentiæ & eductus. Hic beatissimus uir sancti euangelii ad literam, imo quo ad apicem, supra rem euangelicae legis perfectione auctoritate pro regulâ, quod nullus patru religiose ante ipsum talis legitur peregrinisse. Hec igitur uia, uia est sine dubio conspectu, pulchra, pacificat de qua saluberrima, cæliformi, rectissima uia paternitatibus uestris o patres dignissimi paululum, prout dominus dederit, loquuturus, hortor & precor, ut eius gratia in primis imploremus, sine quo nemo salubriter dicere potest, dominus Iesus. Vere, ut dulcissimus acil luminatus pater noster Bernardus, ac uiri illustres Hugo & discipulus eius Richardus testatur, charitas quod fortius inualescit, eo ualidius predominatur in corde: quo mente sincere amantis magis inebriat, eo minus certis coarctatur limitibus, nec ratio cõpescitur; impetum facit, erumpit, pandit se, cōmunicat & effundit se undique. Hoc animaduertentes uenerandi ac p̄clarissimi patres, sustinente modicum quid insipientia meæ, & supportante mesaltam hac uice, & quod ex charitate procedit, æquanimiter tolerate. Non enim quis informare presumens aut in crepare intendens haec loquor, imo potius ueluti in memoriam uobis reducens, quemadmodum scriptum est: Da sapientia occasionem, & addetur ei sapientia. Ea igitur tempestate, quod sanctus fuit Franciscus, abundante iniquitate, suscitauit, unxit, impleuit, succedit saluator spiri tū huius Francisci, cum & ipse per latu proficiet cepisset perditionis itinera, in benedictionibus Psal. 20. dulcedinis eundem p̄ueniens, ita quod mundus & omnis concupiscentia eius ac uanitas illi uehementer desipuit, & solus creator sua uisissime sapuit ei. Præterea duo uelut uolumina, duo p̄candida lumina ostendit & aperuit ei. In quorum primo ac maiori, puta in sapientiae dono, intuebatur incomparabilem illam penitus abyssalem & incircumscribibilem excellentiam, opulentiam, beatitudinem, bonitatem, amabilitatem, honorabilitatem dei. Vnde exclamauit: O deus meus, quod tu es denuo: Deus meus, & oia mea. In secundo autem & minore, hoc est, in dono scientiae, lumen contemplabatur suipius defectuostatem, imbecillitatem & culpam. Hinc in hanc quoque uocem erupit: Deus meus, quod ego gustans & cernens quod optime David cecinerat dominum: Quid est homo quod innotuerit ei? Homo uanitati similis factus est. Itemque Substantia mea tanquam nihilum ante te. In primo lumine illo, in splendore a radio sapientiae salutaris clare dulciterque cernebat, quam infinite amabilior, dignior, appreciabilior ac uenerabilior sit bonitas illa in cœa, fontalis, æterna, omni bonitate creata. Et sic totus ac totaliter cerebatur, resolutebatur ac transformabatur in deum, cuius respectu lucidissime uidit totum uniuersum esse tanquam statere momentum, & ueluti nihilum ac inanem deo comparatione illius cetera omnia p̄ser tim ista terrena, carnalia & caduca, aspernabatur ut stercore. Quicquid cognovit libi accommodum ad complacendum & appropinquandum, uniendum atque uacandum bono illi super pulcherrimo, super dulcissimo & immenso, ad obtinendum ac beatifice possidendum hoc unicū super amoenissimum bonum, in quo est omnium bonorum omniumq; pulchrorum & omnia um desiderabilium plena, perfecta, infinita possesso, audiffissime totis amplectebatur præcora domini. Hinc in suipius respectu, correptione & corporis afflictione, omnique penitentiali excitatione in ieiuniis, abstinentiis, uigiliis, disciplinis ac cōsimilibus, sicut in omnibus delecta Psal. 118. bas.

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO II.

batu diuitijs, in paupertate, penuria, fame, frigore, nuditate; hoc patuit in collatione, quā cum D
fratre Leone deambulans, per duorum miliariorum iter prostraxit, protestans nec in miraculo-
rum operatione, neq; in eloquentia, omniumve linguarum sc̄ientia, nec in futurorum, abdito-
rumq; cordis referatione aut celeberrima sermocinatione perfectam esse lætitiam, sed in quo
rumlibet opprobriorum, repulsarum, percuscionum & laetionum imp̄turbata ac hilari p̄fessio
ne. O, inquiens, frater Leo, inter & super uniuersa sancti sp̄i charismata, quæ electis & dilec-
tis suis Christus concessit, est vincere seipsum, & dei amore cuncta aspera & aduersa libenter
perferre. Hæc ergo glorioſus Christianæ sapientie uexillifer Franciscus in seipso operibus ad-
impleuit, hæc fratribus commendauit, hæc in regula tetigit ac publice prædicauit, non utiq;
glorietur, sed eminenter omnino ac ualde p̄cipue. Propterea sicut indignus est Christianus
uocari, qui Christi uirtutes ac uestigia non satagit imitaris ita nec frater Minor uere meretur
appellari, qui in prætactis uirtutum effectibus, effectuumq; istorum excellentijs ducem & le-
gillatorem suum Franciscum sectari condigne nō nititur. Non enim est fratum Minorū cir-
ca communia quæq; languere, imo potius ad euangelicæ legis perfectionem ferri, festinare,
satagere, atq; ut plenius aliam, ad euangelicæ perfectionis culmen ac apicem efficaciter profi-
cisci, uiriliterq; fortiri. Gloriaris tu frater Minor ordinem tuum inter ordines religiosorum su-
um premium perfectissimumq; consistere? Audi quid Carthusiensibus scripsit ille, cuius consili-
um fuit quasi consilium deit Altissima, inquit, est p̄fessio uestræ: cœlos penetrat, par angelis est,
angelicæ similibus puritatib; & cætera, quæ me tâta professionis defectuō solum exprimere pu-
der ac terret. Quid itaq; de perfectione ac præminentia professionis fratrū ordinis sancti Fran-
cisci censem⁹ uideretur? Timeamus o patres ac fratres, timeamus actus nostros. Quod uo-
uimus domino deo nostro, nō morem⁹ reddere. Displacet quippe illi stulta & infidelis pro-
cessauit ad tempus certatio, & tanta ei donabat pax pectoris, & consideratio diuinorum promptissima, qd mirabat qd fuerat, & quid subito factus esset. Et post pugnare duritiam contulit ei pater misericordia & deus totius consolationis gustare ac plibare manna illud caeleste absconditum, hoc est, aeternae deitatis atq; future beatitudinis dulcedine glorie & aliqualiter experiri. Et in modicū illud tale erat astantū, ut ppter illud plenius obtinendū ac dulcior degustandū, facile sperneret quicquid delectabilitatis habet aut offert hic mundus. Veruntū in hora horū honorū non debet hac sentiens immemor esse circumstantium imminentium malorum, sed ad futura praelia esse paratus; quia militia est vita hominis super terram, & perseuerare in ih̄o oportet usq; in finē, quia tentatio durat usq; in finem, in eum utiq; finem, qui plentis peregrinationis est terminus. Vnde & S. Hugonis in praetexta consolacione & contemplationis quieta dulcedine parua extitit mora, sed rursus ad consuetā certamina, rursus rapiebatur ad bella. Veruntū viri sancti deo operante paulatim sic uniuersas demonū conculcante insidias, uincunt tentaciones, expugnant iuustiones, enervant uirtutes, qd eos de cetero aggredi & tencere uerent, ratiūq; impugnant, quis sanctis in uite hac tentationes & tribulationes qnq; non desunt. Sed quo perfectiores exercitatores h̄y sunt, eo facilius p̄ualeat, & diuturniori ac frequentiori pace fuunt, imo & in aduersis in deo dulciter soporantur & conquiescent; qd p̄ter erea, ut nunc de nra imperfectione, negligentis atq; pigris plenius humiliemur, aduertas mus qualis fuerit conuersatio patrum nostrorū in Carthusia tēpore sancti Hugonis. Eiant (aut Legenda) tunc in congregacione illa iustorū, utri sacerdici laici mirae sanctitatis, ipsi summis principibus ac placit ecclesiis plurimum reverendi. Poror domus, nomine Basilius, ab oībus cum noſcentibus nominabat sanctus. Nec facile erat agnoscere, quis inter illos seruentior, quis perfectior posset censi. In domanis corporibus tuitib; rigor ita discretus, quod nullus eōtū infra uires agere contentabatur, nec ultra uires quid aggredi sinebatur. Feruebat in eis cōiter studium rigidæ paupertatis, odium superfluitatis, necessarij parsitas, obliuio temporalium, desiderium aeternorum, magna humilitas & cordis contritio, suūplius abiectio, prælatio socios. Sic legendi assiduitas, cōspicandi sublimitas, orandi ac meditandi suauitas uigebant in monachis, ut incredibile uideretur, quanta etiam ḡra laicis fratribus affluere. In ih̄o exercitio Hugo conueniabat dies ac noctes, nec aliud causabat profectui aduersari, nisi temporis breuitatem. Cui in lectionibus, orationibus, meditationibus occupato, tempus omne uidebat breuissimum. Eadem quoq; sancto Hugo spiritus sanctus per senem quandam, de statu & gradu suo futuro præscientiam dedit. Cum enim instantie tempore conserendi ordines sacros, senex ille Carthusia monachus debilitate supremam laborans, dixisset Hugo: Ecce fili iam in te est, an uelis sacerdos fieri, respondisset Hugo, quātum in me est, pater nihil plus appeto in hac uita, senex subiunxit: O quid dixisti? O totes legisti, ad sacerdotium qui non accedit inuitus, accedit indignus. Ad hanc uocem Hugo perterritus, ad obiurgantib; pedes prosteritur, flens ueniam deprecatur. Et senex: Surge, inquit, nec turberis, non iam filii, sed dñe mihi. Scio uerē quo spiritu sis loquitus: Tibi igitur dico, quia statim eris sacerdos, & post tempore desuper præstito fies episcopus. Itaq; Hugo factus episcopus, quantum creuit sacro ordinis, tantum profecta sancta devotione. Sicq; altaris exercebat officium, ac si uisibilē conrectaret manibus salvatorem. Nec perfunctiona afficiebatur compunctione ad horam, & postmodum mentem ad leuis relaxabat, sed in tanta uniformitate atq; custodia continuit animum, ut dici posset de eo: Vultus eius non sunt amplius in diversa mutati. Corpus suum domabat ieiunijs, uigiljs & flagellis, & cerebro prostratus in terram, dñm exorauit pro communi bono ecclesie, & uitram suam a populo suo auerteret, & misericordiam suam acceleraret. In omni loco & tempore quod loci aut temporis ratio flagitabat, hoc faciebat. Nunquam lectulus tenuit eum uigilantem uel ad momentum, dummodo esset in colump. Si qn̄ intempestive excitabatur a somno, confestim ad orationem surrexit, nisi repente in soporem resoluteetur. Ex his innotescunt, humilitas, patientia, severor, discretio, zelus, labor & perfectio S. Hugonis. In quibus omnibus cū uiriliter sequi debemus, & qn̄ corripinur siue à presidente, siue à fratribus, nequaq; ægre accipiamus, sed culpam n̄ tam humili fateamur, ueniamq; pecemur. Humiliemus qn̄ nosipso in omnibus, nec ad aliorū regimē se quisq; arbitret idoneum, sed suūplius operandam salutē in sufficientem, quemadmodum Hugo cū ad prioratū postulare, sapientissime mox ondit: Nunc per unū dñē potui custodire meipsum. Nec ad exteriora tractanda aliquis inclinetur, sed cū beatiss. uiro Hugo solis sp̄itualibus ac interioribus occupari optemus. Sicq; uniuersa contemnat ac protinus pellat ambitione. In omni loco & tempore faciamus qd posse quod locus & tempus requirunt, & omnia ordinate agamus, atq; in sapientia, mediocritate uirtutib; permaneamus uniformes ac solidi instar solis. Non parcamus sanctis laboribus, nec sapore deprimamur inertis, sed zelo boni cōis simus accēsi. Et qd minus p̄dicando, eo plus orando & uirtuose uiuendo laboremus indeſinēter p̄ reformationē ecclesie in omni iphius statu, gradu ac ordine. Postremo, in hoc n̄am ponamus perfectionē, ut quotidie cū pleniori humilitate, recēti deuotio, ardētori affectione dño obsequiamur, & cuncta bona q̄ egimus, qd nihil aut modico reputantes, studeamus omni hora peragere meliora, perfectiora adjicere, merita cumularē.

¶ Ser

DE S. HUGONE EPISCOPO.

Fol. ccclxi

SERMO III. De fidelitatis bono, quantum ubiq; deceat esse incorruptum, de facerdotij dignitate, modo fideliter administretur.

Fidelis seruus & prudens, quem constituit dominus super familiam suam. Lucæ xi. Sicut fuit Saluator, Qui in modo fidelis est, & in maiori fidelis erit: sic sanctus pater noster Hugo, quia in minoribus officijs exhibuit se fidelē, meruit ad sublime pontificatus promoueri officium. Et quoniam quæ à Deo sunt, ordinata sunt, ipse sanctus uir nequaquam ingessit se ipsum, nec sibi sumptus honorem, imo prope importune atq; humilime restitit, ut eius testatur Legenda. Itaq; in episcopum sciens se esse electum, nequaquam gloriatuſ inaniter, quasi de cetero p̄r solito honorandus, quasi pluribus p̄cepturus, quasi uidēdus, reputandus & glorificandus ab omnibus, sed omni instantia die ac nocte compunctioni, puritati, orationis busq; insistens, non aliter expectabat status sui immitationem, quam nauta ex uentis ac nubibus imminentem horribilem tempestatem. Nec potest quis quotidianam cordis eius agniam, angustiam, tristitiamq; quas tunc patiebatur, exponere, dum cogitabat se fructuosa celula sua oīa esse mox amissarum, pro quibus succederent molesta palatorium negocia. Desfleuit ergo amara contemplatiua uitæ dispendia, quietæ meditationis & serenæ orationis instantia detrimenta. Porro antistes effectus, nil de pristina reliquo aut minuere humilitate, imo ad pontificis sui accedens locum, sedebat super equum non phaleris adornatum, sed mantica oneratum, in qua uestes pellicreas, & cetera quibus nocturno tēpore uel diurno ueteretur, habebat inclusas. In sua deinde residens cathedra, tanquam uir per omnia prudentissimus uere, non cessauit sibi associare atq; coniungere uitios prudentia ac sapientia prædictos, virtuosos ac timoratos, quorum fretus consilijs, auxilijsq; munitus, in iunctum strenuissime expleuit officium. Sic & de Saulo legitur rege, quod quemque uidit virum robustum & bellicis rebus aptum, illum sibi associavit. Talibus ergo uitios muniuit suam ecclesiam, decorauit suum collegium, dignitates contulit ac præbendas. Vnde cum quidam inter Parrhisienses theologos atq; canonicos famosissimum dixisset ad eum, Gloriosam domine episcope exhibuitis uestra ecclesiam insignium multitudine clericorum præcunctis mundi ecclesiis, esetq; mihi optabilis, eorum numero sociari, respondit: Et nos id libenter concederemus, si inter eos residere uiles, & mores scientiae corresponderent. Præterea homines modi esti ac pudici spiritus arctius diligebat, nec alios suo gregi scienter coniunxit. Nihil quoque bono pacis dixit in uita hac p̄ferendum, nihil seditionis turbationisq; peste amplius fugiendum. Prælatos quoq; liber in celabiliter hortabatur unitatis arque concordia uinculum cum suis inuolabiliter cohererat. Fu Ephe. 4: it item tantæ constantie & tam iustus, quod nulli potestati contra iustitiam cessit, intantum, quod summum excommunicauit Forestarium regis, eo quod contra ecclesias sue libertatem debacchari ceperisset. Coniuantibus secum se honestissime conformauit, eratq; in mensa hilaris, sed modeste. Cumq; musici interestent coniuijs, maxime studuit gravitati, & ad interiora se recollegit, ne extra sensualiter oblectaretur. In ecclesia cum psallentibus ipse psallebat. Negligenter aut festinanter legentes sui psallentes terribiliter increpauit. In dedicationibus ecclesiasticis, in celebrationibus ordinum, ceterorumq; ecclesiasticorum officiorum, p̄ labore penè deficientibus, & sibi inuicem succedentibus eius ministris, ipse indefessus mansit ac alascer, a summo mane usq; ad profundas tenebras noctis feiunis manens in illis laboribus. Les profis ceterisq; & grotis benignissimus ac liberalissimus fuit, pedes eorum frequenter lauans, extergens & osculans. Leprosos uisitauit multoties, & inter eos consedit, ac deformiores diuitius atque suauius amplectebatur, & optime consolabatur eosdem. Vnde utr quidam notabilis experiri cupiens, an ne sanctus Hugo ex tanta humilitate aliqua tangeretur elatione, semel dixit ad eum: Martinus osculando curauit leprosum: tu leprosus quos oscularis, non sanas. Cui episcopus: Osculum, inquit, Martinus curauit leprosum osculum uero leprosi, anima mea sanat. Deniq; ad monasterium suum frequenter redibat, & ibi in cella contemplationi & sanctis exercitijs tam deuotissime ac diuinissime insistebat, quod saepe egrediens splendidissimis cælestibus radiis uultum, cornutamq; ex consortio Dei faciem gerere uidebatur, ita quod seculares angelicam eius uitam admirabantur, & de suis conquerebantur impedimentis mundanis. In loquendo erat cautissimus, ne quis modo mendaciū incideret culpam. Vnde ea narrando de quibus certitudinem non habebat, semper addidit aliquid quo falsitatis periculum uitabatur. Bona quæ egit, Deo omnino ascripsit, iugiter conquerens, quod ex sua defectuoseitate non satis pote agebat ab eo, dona qd Dei ex sua fragilitate aut negligenter quodammodo macularet. In sepulchris mortuis tanquam alter Tobias diligentissimus fuit, nec opus hoc Tobig. 13: pietatis reliquit aut festinantius adimpleuit, quāuis à rege Anglia alijsq; magnatibus inuitatus esset, & expectaretur ad cōscentandum. Insuper quotidie deuotissime celebravit tam in mo-

PP na

D. DIONYS. CARTH. SERMO I.

nachatu q̄ præfulatu, quando ad hoc possiblitas affuit; & erat in eo mira denotio circa dominica sacramenta. Vnde die quadā cum celebraret, Christus in forma splendidissimi pueruli cui dam atstanti clero in hostia sacra apparuit. Ex deuotissima demū ac frequentissima perceptione dñci sacramenti, merebatur præcipue singularem cordis misericordiam, omniumq; uirtutum firmitatem percipere. Inuisibilis quoq; & spiritualium secretorum mysteria inter reuerēda canonis secreta ei hubertim reuelabantur. Tantæ insuper fuit perfectiōis, q̄ dum regis Anglie & archiepiscopi sui tyrannica potestate plurimū uexaretur, ita q̄ omnes sui immaniter fluctuant, ipse cum omnītrā quillitate manit immotus, & mox ut lectulum introiuit, dulciter obdormiuit. Et sicut nemo equi & recti tenacior eo fuit, sic nemo facile inueniebatur, qui in discussione ueri & falsi eo esset uelocior. Quod iurisperiti ascriperunt miraculo. Vnde & dñs Papa omnia difficultaria Anglicanarū causas negocia ei commisit. Ipse quoq; frequenter summum sollicitauit pontificē, ut ab episcopali absoluereetur officio, cui summus antistes nullatenus acquieuit. Cum dñs quondam Belensis claustral is effectus, à S. Hugone petisset sibi in cōmunitatrum colloquio recitari formam pacis inter reges inita, ad hanc tanti uiri petitionem seruentissimus ordinis zelator Hugo non modice contristatus, respōdit: O dñe pater, et si episcopis, non tamē monachis licet audire rumores. Moxq; ad spiritualem adificationem uerba cōuerit. ¶ Præterea ultima infirmitate decumbens, sacramēto Eucharistī, qd ei afficeretur, obui am processit de lectulo nudis plantis, cilicio, tunica & cuculla uestitus, & ante tremendum sacramētu genua flectēs, suppliciōis adorās, orauit diutius infinita cōmemorans beneficia salvatoris, & multipliciter accusans. Deinde deuotissime illud accepit & ḡas egit, imminentēq; morte & psallētibus q̄ adstabant, fecit seponi in pauimēto cineribus coopto, ac placidissimo vultu spiritū sensim recolligēs, illum in manus creatoris cōmisit ac tradidit, cum canticum Si meonis inchoasset psallētes. Quo defuncto, corpus eius multis millibus hoīn ostensum est purius uitro, lacte cādidius, rosis uernātius. Et sicut ipse adhuc uiuēs, circa mortuo septulsum fuit sollicitus, sic Deus ei cōcessit uenerabilissimā sepulturā. Cui præter inferiores innumerabiles, interfuerunt archiepiscopi tres, quatuordecim p̄sules, abbates plures q̄ centū, duo reges cum alijs magnatibus atq; nobilibus multis. Deus quoq; sanctum suū multis & magnis mox mirificauit prodigijs. Ex quibus omnibus innotescit p̄cipua sanctitas huius sacratissimi p̄sulis. ¶ Postremo, omnia nunc de eo inducta, ad nostrā efflent adificationē uertenda, nisi prolixitas hoc ueraret. Sed unusquisq; nostrum ea applicet sibi, & sanctiss. huius patris nostri exemplis accensi, Deo iuxta Carthagensis ordinis professionem dignē ministrare conemur, in omni cordis custodia & recollectione interna, cum quotidiano profectu & indesinente feruore, omni sensuali affectu excluso. Et circa sacramētum altaris humilime, purissime, reuerētissime & affectuosisimē nos iugiter habeamus. Et taliter conuersemur, ut ad celebrandum quotidie simus (quantū humana p̄mittit fragilitas) dispositi & condigni. In omni p̄secutiōe & tribulatiōe p̄ma neamus in Deo q̄eti, patientes, fixi ac solidi, & seculares uitemus rumores, uniuersaq; yba occisa, uana, illicta. Nec ocio pigritia unquam locum demus in nobis, sed cum metu filiali & reuerētia cordiali incessabiliter feruore seruiamus, inhāreamus, atq; uniti p̄seueremus altissimo.

¶ De S. Clemente Papa & Martyre.

Sermo primus: De uita & excellentia sancti Clementis, & quantum ab illius perfectione humana distet ignavia.

Sapientia. Irabilis Deus in sanctis suis. Psalmo sexagesimo septimo. Quāuis hoc uerbum de quolibet sancto uerificetur, de beatissimo tamen Clemente singularissime atq; uerissime dici potest, quia per modum ualde mirabilē Deus traxit eum ac suos parētes & fratres ad uitam salutis. In quibus omnibus impletum est illud Sapientiae: Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus. Porro uis tam suam ac parentum & fratrū seorū, ipsomet pius ac sanctissimus Clemēs in Itinerario suo descripsit. In q̄libet multa continentur pulcherrima atq; subtilia, q̄uis prop̄ aliqua ibi cōtentā, liber inter apocrypha cōputetur. Itaq;, sicut ex Itinerario illo probatur, elec̄tissimus Dei Clemēs ex illustrissima Romanoz est ortus prosapia. Nam pater eius nomine Faustinianus, ex imperatoris fuit progenie, habuitq; filios tres, s. Faustino & Faustū ac Clemē. Vxor uero eius fuit pulcherrima & pudica, ac fidelissima sibi. Cūq; frat̄ Faustinianus eā appeteret, nec ipsa hoc uero suo ueller insinuare, ne inf fratres lis oriretur, excogitato somnio, à suo obtinuit uitro, ut cū duobus filiis suis Faustino & Fausto, se ad tēpus absentaret à Roma. Et quāuis fuisse cū illis in nau, naufragiū passa est nauis, & ipsa sup saxū quod dā à fluctibus est iecta, q̄ filios suos putans submersos, p̄ dolore proprias manus mortisbus dilaniavit. Filii uero p̄tabulam euaserūt, & à piratis inuēti, uēditi sunt cuidam honestae matronæ, quæ eos dilexit ue-

DE S. CLEMENTE. fol. ccclxxij.

A proprios natos, & liberalibus fecit artibus erudiri. Postmodum adhæserunt Simoni Magi. Cuius fallacijs cognitus, adhæserunt glorioſissimo, sanctissimo, atque beatissimo archiaproposito lo Petro. ¶ Porro pater S. Clemētis, cum de cōiuge sua ac filijs nil posset percipere, relicto sub tutoribus Clemēte puero iuniorē sex circiter annoz, nauē ingressus est, ut quereret coniugē. & aduersitatibus actus, ad paupertatem deuenit, atq; in alienis locis permāsit, ita quod per uiginti annos Clemēs in Roma persistens, nihil percepit de eo. ¶ Præterea Clemēs philosophe uacauit, & anima immortalitatem libentissime audiuit probari, habuitq; diuerſas mentis angustias de isto, at scilicet esset uita post hāc uitam, & retributio meritorum. Cumq; sanctus apostolus Barnabas Romā ueniens, prædicaret ibidem, sanctus Clemēs eum in sua accepit domo. A quo cum audisset de sapientia & miraculis beatissimi Petri apostoli, ardentissime cecepit optare eius aspectum, sicq; post breve tempus sequutus est Barnabam in Iudeam, q̄ perduxit eum ad sanctum Petrum, atq; ex tunc inseparabiliter Petro adhæsit. ¶ Insuper quādam uice beatus Petrus Clementem de sua inquirens progenie, & audiens ab eodem, quem admodum mater sua cum duobus filiis discessisset à Roma, & (ut ipse credebat) esset cum illis submersa, & qualiter pater suus nauigasset pro matre inquirēda, nec unquam redisset, ex comi passione lachrymas fudit. Postmodum S. Petrus ad locum quendam diuertēs, & ibi scemina eleemosynam a pertransiuntibus postulantem repensis, eius quoque diffortunia audiens, intellexit quod mater esset Clemētis, adduxitq; eam ad ipsum. Paulopolt Faustinus & Faustus, qui alijs nominibus uocabantur Niceta & Aquila, à beato Clemente audierēt quid ei acciderit, cognoverunt quod fratres eius essent, & matrem suam deosculari coepерunt. Tandem beatissimus Petrus cum tribus fratribus illis ad locum diuertens secretum, repperit ibi senem uenerādum ac pauperem, cum quo collatione disputationēs habitis, compērit quod pater esset Clementis, fratrūq; eius. Qui patrem suum deosculabantur, & mater eorum accurrens, uitrum suum cognouit, atque amplexa est. ¶ Itaque prima laus & excellētia sancti Clementis, est magna excellētia eius in donis naturae ac bonis fortunae. Erat nanq; in naturalibus optima dispositionis & egregiæ indolis, ingeniosus, pius & solers, ditissimus, illustrissimus, maximusq; philosophus. Et certe quām preclarus philosophus atq; astrologus fuerit, ex uerbis eius in suo Itinerario innotescit. Hinc ait in sermonē de beato Clemente sanctus Bernardus: Ac ceperat beatus Clemēs nō bīle genus, amplas possessiones, multam hæreditatem, scientiam quoq; quām plurimam, ita ut optimus illius temporis philosophus haberetur. ¶ Secunda laus eius, est gratiosa & plena cōuerſio eius ad Christum, ac maxima dilectio eius ad Petrum apostolum, ac fidelissima adhæsio sua ad ipsum. Omnia nanque prædicta propter Deum reliquit, & ineffabilem ad sanctum Petrum habuit charitatē. Cum etenim sanctus Petrus quadam uite propter copiosissimam multitudinem turbarum eum sequentium, diuissit eam in tres partes, & duas præmissas sub fratribus sancti Clementis, beatus Clemēs dixit ad summum apostolum: Deo gratias q̄ me non misisti, nam p̄ te tristitia obiisse. Cui respondit apostolus: Et si te mitterem, nonne obediendum esset? Respondente autem Clemente, quod ab eo separari non posset, sed ei semper optaret seruire, dixit apostolus: Ego tibi tanquā nobili uitro rusticus non potius uellem seruire. Quo auditio, lachrymæ mihi eruperunt, ait Clemēs, eo q̄ sermonē istum dixit mihi uirtus tantus, quo totus mundus inferior habebatur. O quantus fuit gloriosissimus Petrus in corde sancti Clementis, qui dixit totum mūdum esse Petru inferiorē. Et certe sic fuit, intelligendo per totum mūdum uniuersum genus humanum tempore illo existēs, Fuit etenim sanctus Petrus uniuersalis, summus & plenus Christi uicarius super illud, & totius platus ecclēsiae. ¶ Tertia excellētia sancti Clementis, est dignissima ac fructuosa, presidētia eius sup uniuersale ecclēsiae, quoniam S. Petro in Papatu succedit, cum etenim Petrus dño reuelante scire se protinus moritur, cōuocato fratrū cōtū, S. Clementem p̄sentem ac plurimū renitentem, sc̄p̄ humilime excusantem, suum instituit successorem. Qui, Petro defuncto, fructuoso me præfuit, & per se ac subditos suos conuerit undiq; innumerabiles gentiles ad dominum. Nam & diuinū Dionysium eiusq; socios misit ad Gallias, & alios sanctos p̄dicatores ad alia loca direxit quām plurima. ¶ Porro Domitellam uirginem, Domitianū imperatoris neptem, sacro uelamine consecravit. Theodoram quoq; Sisinnij amici imperatoris uxorem cōuerit, atq; in castitatis proposito roborauit. Deinde per preces & merita S. Clementis ac Theodoræ, Sisinnius est conuersus, & plus q̄ cum trecentis de domo sua à Clemente sanctissimo baptizatus. Per ipsum autem Sisinnium multi nobilium & amici Neroz imperatoris crediderunt in Christum. Insuper in exilium missus in insulam, plus quām quingētos una die ad sacrum baptisma perduxit, & ipse cum alijs idolorum destrues templa, per totam prouinciam infra unū annum septuaginta quinq; construxit ecclesiastis, ualdeq; multos Romanorum conuerit ad ue-

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO II.

rum Deum. ¶ Quarta excellētia eius, est uenustissimus splendor mōrū suōz ac uiscerofissima pietas eius, ob quam merito Clemens uocatus est. Tanto enim mōrū decore pollebat, q̄ tam Iudeis q̄ pagani, & maxime Christianis omnibus ualde cōplacuit, charusq̄ fuit. Nam & p̄fēctus qui de mādato Traiani imperatoris ipsum in exilium misit, qui eum estet missurus, cū la- chrymis dixit: Deus tuus quem pure ac iugiter colis, te adiuuet. Deditq̄ ei nauim, et necessaria ministravit. Singularum etiam regionum inopes habuit scriptos, & indigentibus necessaria condonauit, ac liberalissimus ac copientissimus fuit in pauperes. ¶ Quinta laus eius est, ma- gnitudo diuinæ sapientiæ sibi collata, qua non solum uerbo, sed & scripto docuit multos. Vn de secundum Hieronymi libro de uirtutis illustribus, scripsit epistolam ualde utilē ad Corin- thiōz ecclēsiam. Et in Itinerario suo scribit multa ualde de salubria de gestis & miraculis docu- mētisq; Petri apostoli, sicut à Iacobō apostolo fuit rogatus. Sed & epistolam scripsit ad aposto- lum Iacobum, & de uita clericorū multa ordinauit ac scripsit. Vnde & in Decreto, multa allegran- tur ac inferuntur de uerbis & scriptis sancti Clementis. ¶ Sexta laus eius, est excellentia miracu- lorum, q̄bus Deus eum ornauit. Nam & in Roma fecit pdigia, & prece ab eo fusa, pr̄fatus Si- sinnius cæcū & surdus effectus est, & rursus orante Clemente, auditum recipit ac uisum. ¶ In- super cum in exilium esset missus, fidelibus ibi maximum fontem orādo de terra produxit, q̄ fons crevit in flum. cumq; iussu Traiani dux quidam S. Clementem, ligata ad collum eius ancora, pr̄cipitasset in mare, dicens, Jam non poterūt eum pro deo coleretur atq; Christi. E- nis astantibus, ut corpus sancti martyris eis monstraret, mox aqua maris per miliaria tria re- cessit. Tunc omnes fideles illi per siccum ingressi, repererunt per modū templi marmorei ha- bitaculum à Deo paratum, atq; ibidē in arca corpus S. Clementis & ancoram iuxta eum. Reue- lauitq; Deus discipulus gloriōsi Clementis, ne inde tollerent corpus ipsius. Om̄ni demū anno, tempore sue passionis per septem dies ad tria miliaria abīt aqua per tēporā longa, quo usq; exi- gentibus habitatoz & peccatis, sublatum est beneficium tam miraculosum & magnum. ¶ Po- stremo, quemadmodum in sermone de hoc beatissimo martyre ait S. Bernardus: Congratula- mur huic martyri sancto, sed gloria eius, nostra confusio est. Quid eum imitari negligimus? Ille pro Christo nullis aduersitatibus cessit, nos nec unum uerbum iniuriae uolumus pari. Ille san- guinem fudit pro Christo, nos nec aquam, id est, lachrymas penitentie fundimus proprijs p- peccatis. Nec in sudore uultus nři uescimur pane nřo, castigando corpora nřa & concupiscen- tias refrenando, multoq; minus habemus lachrymas deuotionis spūalis iucunditatibus, sed in- star mulierz ac parvulorū laudamus sanctos q̄ pugnauerūt cōtra tyranos & dāmones atq; pec- cata, ipsi uero pugnare nō possumus, uel magis nō uolumus, imo iuncis fragilibus cedimus. i. minimis aduersitatibus tentationibusq; deñicimur. Sed respiccamus, & illustrissimi martyris huius ascendamur ac roborem exēplis, ipsum diligamus, ueneremur ac inuocemus, & su- peremus nosipso. Regnū nāq; celōz uim patitur, & violenti rapiunt illud, hi s, qui salubriter Prou. 16. uincunt seipso. Propter qđ Salomon protestatur: Melior est paix uiro fortis & q̄ dominas- Psal. 26. tur animo suo, expugnatore urbiū. Viriliter ergo agamus, & confortetur cor nostrum.

A.D. RELIGIOSOS.

¶ Sermo II. De Dei benignissimo trachatu, quo homines exercet, ac sex uirtu- tibus sancti Clementis familiaribus.

Atingit autē sapientia a fine usq; ad finē fortiter, & disponit om̄ia suauiter. Sapientia vñ. Quāto Chrianae fidei cōtentia, diuulgatio, cōfortatio & p̄ualentia mirabiliores & su- pernaturaliores existit, tāto certius cōstat, totū illud esse à Deo & à sola sapientia ac omnipotē- tia eius infinita. Nēpe ut de totius mundi cōuerione ad Christū a legē euangelicā taceā, quis satis miretur, q̄ Roma om̄ni dēo & idoloz uenerans monstra, om̄ni ambitione & ingetudi- ne plena, om̄ni carnalitati & uanitati subiecta, potuerit ad Chri legem cōuerti, in q̄ idolatria reprobat, uniusq; ueri Dei cultus iubetur, om̄ni ambitio, uniuersa ars magica, cuncta præli- orū turbulētia cōdemnantur, in q̄ etiā rigorissima edomatia carnaliſi defiderōz, om̄niq; uanitati extirpatio edocetur. Ecce ad om̄ia ista credenda ac adimplēda inducta est plebs Ro- mana, abīz om̄ni armōz & violentiā, absq; eloquētia rhetorōz & subtilitate philosophantiū at- q̄ magorum, sine humano p̄fidio, non obstante om̄ni tyannide Romanoz & imperatoz, qui si- dem Chriānam penitus eradicare laborauerit, & propter hoc innumerabilia millia Christia- noz nō solū per orbem terrarū, sed etiā in sola Roma interficerunt. Quibus Chriāni Romani, quis nobilissimi, potentissi, ac plurimi essent, & forsan interdum plures q̄ Romani idololatrz, nunq̄ tamen humana resistere uoluerunt potentia, sed om̄ni persecutionem & crudelissimas mortes pro Chro patientissime pertulerunt. Nihilominus inter eoz & martyria p̄ualuit fides & lex Christiana, non utiq; sine innumerabilissimis p̄clarissimisq; miraculis a solo omnipotente

DE S. CLEMENTE.

Fol. ccxiiij.

A p̄actis. Creator ergo omnipotens, cuius sapientiæ, cuius potētia, cuius excellentiæ nullus est finis, qui humanoz actuum certissimā prouidētiā habet, & om̄ia in hoc mūdo prouidentis finit, qui ordinat ac disponit, uolens in Roma Chriāng religiōis esse primatum, mirabilissime, po- tentissime, ac sapientissime hoc impleuit p̄ularitam ac seriatim, ut interim plurimi martyrio co- ronarentur. ¶ Deniq; quia electos suos Deus incomprehensibilis maiestatis per multa exer- cet aduersa, atq; per ea p̄ducit eosdem ad gratiāz charismata, hinc ipse qui illustrissimū uirum Clemente, eiusq; p̄rētes & fratres tam sup̄imisericordis elegit, oēs eos uarijs in seculo isto ad- uersitatibus exercitauit, & uitā ac gesta eorū tam admirabiliter disp̄sauit, compleuit, atq; ad iucundissimum finem perduxit, q̄ hoc totum sic fieri nullatenus potuit fortuna aut casu, sed solo suscipientissimi Dei omnipotēti ac prouidissimi moderat, prout ex his quā in Itine- nerario apostolici uiri gloriōsi Clementis habētur, potest probari. ¶ Insuper, sicut Deus p̄teri ta peccata purgat ac ditim ac aduersa frequētia, ita saepē per præcedētiā qđam aduersa dispo- nit ac dicit hoies ad dona grā subsequentia & præclarā. Naturales quoq; & acquisitæ uirtu- tes, frequenter disponunt nōnullos ad supernaturalia gratiā dōna. Vnde Deus gloriā uolens post beatiss. Petrum apostolū Chriānam fidem per sacrofanciū Clementem p̄cipie conser- uare, souere, augere & publicare, eundem benedictum & illustrissimū uirum multis exercita- uit aduersis, tam ante uiam ad Chriān conversionē, q̄ postea. ¶ Præterea, quemadmodum ca- teris p̄destinatis, ita & magno huic clementissimo amabilissimoq; Clementi omnia coope- ratā sunt ualde in bonū, & dona naturæ ac bona fortunæ ad gratiarū charismata profuerunt, & cooperata sunt exēlītie. Erat quippe uir ingeniosissimus ac optimē indolis, ditissimus, po- tentissimus, illustrissimus, utpote de imperatoris progenie oriundus. Et per hēc ac ultra om̄ia ista sortitus est excellentissima grā munera, sapientiam supernaturalem, uirtutes infusas ac san- ctitatem p̄cipiā. Et ab exordio, quo sacratissimo apostolorum principi Petri adhætere ex- orsus est, cōstantissime adhēsit eidem, & ineffabili dilectione S. Petrum amauit, atq; in summa reuerētia habuit eum, & familiarissime, suauissime & affectuissime uixit cum eo. Quā om̄ia in Itinerario S. Clementis & alibi sunt conscripta. ¶ Insuper in summo pontificio successit fac- licissimo Petro, & uerbis ac scriptis, exēplis atq; miraculis, oīonis & meritis suis plurimos etiam nobilissimō Romanōz cōuerit ad fidem, & fructuissime p̄fuit, ac optimē guber- nauit ecclesiā, fuitq; doctor p̄ainclytus & victoriosissimus martyris summus antistes, & tam in naturali p̄hilosophia, quā in sacra theologia erat doctissimus. Eratq; tantæ benignitatis ad orīes, tantæ liberalitatis ac pietatis ad pauperes, tam uenustissimis morib⁹ adoratus, q̄ non Christianis duntaxat, sed & gentilibus ac Iudeis mīro modo charus fuit ac placitus. Vn de & Romani pagani urbis rectores, multa sustinuerunt ab eo, quā non sustinuerint ab alio, multisq; annis eum tulerunt. In qua re etiam infinita Dei sapientia innotescit ac splendet, nam quanuis creator omnipotens poterat p̄ quēcumq; alienigenā facere in urbe Romana & undisq; quod illic per Romanū ciuem illustriss. sanctum Clementem peregit, nihilominus Deus suauiter cuncta disponens, potius uoluit illa peragere per sanctum Clemētem, ad illa agenda Sapia. ¶ per dona naturæ ac bona fortunæ suo modo dispositum & magis couenientem. ¶ Ex his igi- tur multipliciter instruam, ac saluberrime edificemur. Primo, ut cuncta quā egimus prop̄ Christū, modicissime reputemus comparationē sancti Clementis. Nam etiū mundum & ea quā mundi sunt, reliquimus, parentes, cognatos, substitutiā & nosipso, quid respectū sans etiū Clementis egisse uidemur. Ille desiderio sancti Petri reliquit Romanū, & genealogiam sua am illustrissimam, ac abundantis opes suas in ea, deinde om̄ia deseruit propter Christū. Nos autem medio cōrem aut uilem reliquimus parentelam, aut opes perpaucas. Secundo, exē- ple gloriōsi Clementis oīa dona naturalia atq; fortuita ordinemus ad munera grā, ad Dei ho- nōre, ad p̄fectionem uirtutū, nec extollamur de illis, sed tāto subiectiores gratioresq; Deo esse conemur, quāto in donis illis amplius abundamus, aut anteabundabamus. Quāto quis in- ter fratres doctior est, tanto uirtuosior, humilio, exemplariorq; constat. Tertio, sancti Cle- mentis exemplo audīssimi simus ad notitiam pertinentiū ad salutem, & ea quā a nobis exi- git Deus, in primis discamus, sciamus & consideremus atq; implere conemur, cum Deo ingra- tum sit, quicq; egerimus aut obtulerimus ei, his ad quā tenemur neglectis. Itaq; sacra scripta uerba ubiq; diligentissime aduertamus & intelligere int̄amur, tanquam epistolam nobis à spiritu sancto missam. Quarto, sancti Clementis exemplo cordialiter diligamus nostros su- periores, eosq; debite ueneremur. Beneficijs quoq; ipsorum simus grati, atq; pacifice conuera- semur cum ipsis. Quinto, sanctissimi martyris ac summī pontificis huius exemplo studeamus in uinea domini Sabaoth uiriliter laborare, & instar oīiā in ecclesia Christi fructificare, & si Matt. 20. non p̄dicādo & miracula faciendo, certe orādo, & religiosissime conuersando, q̄tenus orā- per

D. DIONYS. CARTHV. ENARR. IN EPIST.

tionibus & exemplis, fama & meritis proficiat quilibet nostrum sc̄ atribus ac proximis suis, **D**imo uiuis & mortuis. Postremo, sancti Clementis exemplo moriamur omnibus que sunt mundi, & assidue studeamus compunctioni, arque pietatis operibus simus toto posse intenti. Tribulationes quoque quas patimur, Dei praecipua beneficia arbitremur, & patientissimi sumus in eis. Quemadmodum etiam beatissimus Clemens fontem produxit de terra, sic Christum rogemus, ut spirituali fontem ponat in cordibus nostris, secundum quod in euangelio Iohā. 4. Ioh̄. 7. protestatur: Qui bibet ex aqua quam ego dabo ei, non sit in aeternum: sed aqua quam ego dabo ei, fieri in eo fons aquæ salientis in uitam eternam. Itemq; Qui credit in me, flumina de uentre eius fluente aquæ uiuæ. Fons iste qui deriuatur in riuos salubres, dici potest gratia gratum faciens copiosa, que dicitur ramificari in habitus uitutum atque donorum: seu sapientiae donum aut charitas feruens, quia ex sapientiae dono procedunt contemplationes per ludicra, tanquam secundissimæ iuri. Ex charitate quoque tanquam ex fonte spirituali uitæ, procedunt instar riutorum uniuersæ meritorum actiones. Fuit demum sacratissimus Clemens profunus dissimilæ humilitatis, inrantum, quod cum glorioissimus princeps apostolici ordinis uellet eum suum instituere successorem, ipse dulcissimus Clemens in terram prostratus ad pedes sui magistri charissimi, lachrymose, humiliime, & quodammodo importune rogauit, ut se ratto pontificatu non sublimaret. Idcirco & nos tanto exemplo discamus minora & parua officia non optare, omnem ambitionem & uanitatem abijcere, tam morigerate quoque & benignè ac misericorditer conuersari, ut diligamur ab uniuersis, nec offendiculum ulli ponamus, sed totius probitatis ac honestatis exempla præbeamus cunctis & singulis. Ad laudem &c.

In Festo S. Catharinæ Virginis & Martyris.

Enarratio lectionis loco epistolæ: Confitebor tibi domine rex. Eccl. Ll. Erba lectionis istius, in persona præclarissimæ virginis & invictissimæ martyris Catharinæ conuenienter exponi possunt ac duci. Ipsa itaq; gratias agens Deo pro beneficijs & uictorijs sibi concessis, ait: [Confitebor tibi] confessione laus eius, de qua loquitur CHRISTUS: Cōfiteor tibi pater, id est, laudo te, [domine] omnium, ratione creationis per principalem & uniuersalem autoritatē. [rex] id est, oīm rector per prouidētiām infallibilem, [& collaudabo te Deū saluatorē meum]. Id est, qui à periculis me eripuisti, & ad beatitudinem perduxisti. Christus autem specialiter uocatur saluator, quoniam per incarnationis sue mysterium passionisq; meritum, ab originali & omni peccato nos liberavit, à iugo diaboli, & seruitute peccati, à damnatione inferni eripiuit gratiam quoque nobis promeruit ac donavit, atq; ad ueram nos recuperavit salutem. Hinc apud Esaiam ait altissimus: Deus iustus & saluans non est præter me. Per Osee qd; qd; Ego de dominus Deus tuus, & saluator non est præter me. Atque ibidem loquitur Christus: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos. [confitebor nomini tuo] nominato, i. tibi per nomen nominans designato, [quoniam adiutor] ad bene agendum & ad resistendum temptationibus ac peccatis, [& protector] à periculis ac aduersarijs [factus es mihi] absque tua mutatione, per hoc qd; gratiam & protectionem mihi impendisti. Nihil etenim meritoris age possumus, nec uirtuose resistere uirtus sine auxilio gratia Dei. Propter quod ait Saluator: Si ne me nihil potestis facere. Hinc per Osee loquitur dominus: Perditio tua ex te, in me tantum modo auxiliu tuum. Vnde orat Prophetæ: Adiutor meus esto domine, ne derelinquas me. [& liberaisti corpus meum à perditione], i. à uirtus gula & luxuria, per qua corpus indisponitur & fecundatur, atq; in eternam penam iactari meretur. Nam teste Apostolo, Qui fornicatur, in proprium corpus peccat. Hinc in Iob habetur: Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum: hoc enim nefas est & iniquitas maxima. Ignis est uifq; ad consumptiōnem deuorās. [A laueo lingue iniqua] id est, à deceptione lingue fraudulenta, [& à labijs operantium], i. proferentium [mendacium] potissimum perniciosum, quod est mortis. Psalm. 5. tale peccatum, de quo ait Prophetæ ad dñm: Perdes omnes qui loquitur mendacium. Vel à labijs operantium mendaciū, id est, faciētiū opera uana & falsa, ueritati uitæ atq; iustitiae contraria. Et in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Per astates, intelligi possunt angelii Deo assistentes, iuxta illud Danielis: Decies millies centena millia assistebant ei, vel hoīes, in quoq; presentia Deus succurrerit hoīibus. Vnicuiq; etiam homini astanti angelii duo: unus bonus ut opem ferat, alter malus ut noceat, in quoq; conspectu Deus subuenit suis. [& liberaisti me] à diversis periculis & peccatis. Secundum multitudinem misericordia tua est tui. Secundum magnitudinem pietatis tuae. Misericordia autem Dei (prout in ipso accipitur) in se una & simplex est, sed proprie diuersitate suo effectu multa uocatur, & pluraliter significatur, iuxta illud in psal. 88. Misericordias domini in aeternum cantabo. Itemq; Misericordia tua multæ dñe, [A rugiente

DE S. CATHARINA VIRGINE.

CCCLXIII.

A tibus p̄fparatis ad escam], i. à demonibus & tyrannis, qui parati sunt homines bonos affligere, & spiritualiter deuorare seu depauperare. Vnde de diabolo ait princeps apostolorum: Aduersarius uelest diabolus tanq; leo rugiens circumvit, querens quem deuoret. Et de crudelibus rapacibusq; hominibus ait per Micheam dñs: Comedunt carnem populi mei, & pellem desuper excoriauerunt. Ide manibus querentium animam meam], i. de potestatibus & perseguitionibus iniurib; hostium, qui animas i. uitam animalem eius quem odiunt, querunt extingueare, uel animam moluntur ad peccati morta le perducere. [& de portis], i. accessibus seu initijs, [tribulationum que circunde derunt me]. Multas siquidem tribulationes iustorum. [A pressura flammæ], i. seruentis tentationis seu impugnationis, Psal. 65. [Quæ circundedit me, siue ab homine, siue a dæmoni. Vnde in Psalmo dicitur electi: Transfluitus Iohā. 16. per ignem & aquam. Et in euangelio salvator ait discipulis: In mundo pressuram habebitis, [& in medio ignis], i. acutissimæ tribulationis, [non sum astutus], i. per iniquum consensem, seu per ardorem iræ aut impatiētia spiritualiter destitutus, consumptus, combustus. Vnde de electis loquitur Zacha. 13. deus per Zachariam: Ducam eos per ignem, & probabo eos sicut probatur aurum. [De altitudine], i. profunditate uentrū inferni], i. fouæ infernalis, in quam homo meref corruere dum peccat mortaliter. Hinc & Sapiens ait: Ab altitudine inferorum eduxit eos. Siquidem in scripturis ultum Sap. 10. pro profundo frequenter accipit, ut in psalmo: Veni in altitudinem maris. Atq; in Iohanne: Pute. Psal. 68. us altus est, [& à lingua coquinata] per uerba uitiofa, [& à uerbo mendaci], Ita qd; preseruauit Iohā. 4. me ne loquerer illud, uel ab eo qd; mihi false impositum fuit, me immunitum monstrauit, iuxta illud Sapientiae: Mendaces ostendit qui maculauerunt illum. [A rege iniquo], i. principe uitioso, a quo Sap. 10. non permisisti me superari, seu ad uitia trahi. Vc; per regem iniquum designatur diabolus, de quo Iob afferit: Ipse est rex super omnes filios superbier. Vnde & Chrs apud Iohannem: Venit, inquit, Ioh. 41. ad me princeps mundi huius [& à lingua iniusta], i. mendaciter alios criminate. Itaq; ab his omni bus liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui. Proprieta [Laudabilis usq; Psal. 145 ad mortem] corporalem [anima mea] immortalis [dñm] in hac uita, & post mortem laudabit eum Psal. 33. in uita futura, sicut ait Psalmista: Psallam deo meo qd; diu fuero. Et, Benedic dñm in omni tempore. Ecc. 2. pore, [qui eritis] o dñe [sustinentes te], i. misericordiam tuam longanimitate expectantes. Vnde Eccl. 6. clausificatus ait: Qui timet dñm, sustinet misericordiam eius, & ne deflectatis ab eo, ne cadatis. Psal. 42. Hinc ad Hebreos ait Apostolus: Abraham longanimitate ferens, adeptus est reprobationem. Et Psalmista: Propter legem, ait, tuam sustinui te domine, [& liberas eos de omni angustia, domine Psal. 5. deus noster]. Ita post uitam hanc dat eis quietem aeternam. Ideo dictum est: Multæ tribulaciones iustorum, & de his omnibus liberabit eos dominus. Valde ergo necessaria ac salubris est sustinencia ista. Propter quod Iacobus dicit: Exemplum accipite longanimitatem laboris & patientie Iacob. 1. prophetas, qui loquuti sunt in nomine dñi. Eccl. 30. Eccl. 30. Beatis beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Psal. 14. Iob auditus, & finem domini uidisset. Hinc loquitur Estias: Deus iudicij dñs, Beati omnes qui experientiam eum. Et Psalmista: Vniuersi qui expectant te, non confundentur.

¶ SERMO. Lcrica epistolam. De triplicibus actibus quibus Deum potissimum colimus, & de triplici confessione Christiano homini necessaria.

Laudabit usq; ad mortem anima mea dominum. Eccl. 51. Primo ex lectione hac hodierna doce mur deum laudare, primo & maxime propter infinitam bonitatem, perfectionem, & beatitudinem eius, ex cuius consideratione profiteri debemus, qd; sumus profrus indigni cum laudare, cū scriptum sit. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Ideo deum laudare debemus cum omni hu[m]ilitate, propriam indignitatem p[ro]fando, cum filiali timore eius magnitudinem interminabilem attendendo, cum ingenti attentione & puritate eius sanctitatem, sapientiam atq; presentiam oia intuentem considerando. Propter quod scriptum est: Seruite dñm in timore, & exultate ei cum tre Psalm. 2. more. Hinc etiam ait Psalmographus: Laudate deum secundum multitudinem magnitudinis sue. Quid est deum secundum multitudinem magnitudinis sue laudare? Hoc est, ut totis uiribus cum laudemus, & tñ nil dignum nos agere fateamur, imo à laude ipsius condigna, i. tam reuerentiali, de uota, perfecta, ut decet ex parte ipsius, nos deficere infinite. Quoadmodum enim deus sublimis & benedictus, est bonitatis, dignitatis & excellentiae infinitas, ita est infinitis dilectione, laude ac reuerentiali dignus. Hinc in Ecclesiastico legit: Multa dicimus & deficitus uerbis: consummatio autem sermonum ipse est. Glorificate dñm quantumcumq; poteritis, superualebit adhuc. Benedicte do minus, exalte illum quantum poteritis; maior est enim omni laude. Et exaltantes eum, replemi ni uirtute. Ne laboreatis, non em peruenietis. Porro qui ista intelligit, de uirtutibus & bonis actibus suis superbiere non potest. Scit em omne quod ad dei honorem agit, in infinitum mitius esse cul tu atq; praconio quo deus condignus est. Idcirco si tantæ existet sanctitatis sicut Iohannes Bapt. & tam perfecte deo seruiret sicut omnes sancti in cælo. & in terra, adhuc rotum nullius esset momenti, respectu infinitæ sanctitatis & excellentiae dei. Scit quoq; se nil boni habere, nisi à deo; idcirco nō sibi, sed deo honorem finalē gloriamq; deberi. Præterea, tres sunt actus per quos

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO I.

um præcipue colimus, uidelicet oratio, laudatio, dilectio. Hoc actuum primus dicitur huma-
nus, secundus angelicus, tertius uero diuinus. Itaq; primus horum actuum, puta oratio, si ha manus.
Nam quāuis beatis in patria orare cōueniat aliquo modo (Siquidem rogamus eos ut ore pro no-
bis, similiter quis deū modo laudare hoībus cōpetat in hac uita, quum Tobia Raphael angelus di-
cat: Laudate deū cæli, & corā oībus uiuentibus cōfitemini ei, q; fecit uobisq; misericordiā suā) nō
hilominus p; appropriationē orare specialiter cōpetit viatoribus, laudare cōprehensoribus. Viato-
res quippe, i. fideles in via p;sentis exiliū in medio ambulant laqueorum, suntq; incerti, an sint digni
Eccl. 9. amore, an odio. Penitus q; incerti sunt, quid finaliter fieri de eis, an scilicet saluabunt an non. Nō
indiget semper orare uiscerā misericordiā dei ne perēt. Cōprehensores aut, uidelicet sancti qui de-
um uident clare in cœli, in tuto sunt, nec de suā salutis æternitate possunt ambigere; ideo specialiter
cōpetit eis deum laudare, & ei de omni bono ipsiū collato gratias agere. At uero deū diligere, est
actus diuinus. Primo, qm; competit deo. Nā diligit semetipsum, atq; in superbeatissima trinitate
unaquæc p;sona diligit seipsum, & qualibet alia dilectionē æterna, increata, superdulcissima & im-
mensa. Secundo, quia p;actum dilectionis rationalis creature potissimum assimilat & cōplacet deo.
1. Tim. 1. Proprius quod secundū Apostolum, finis præcepti est charitas de corde puro & cōscientia bona &
Rom. 13. fide non facta. Et icterum: Plenitudo, inquit, legis est dilectio. Ideo etiam ait saluator, q; primum ma-
Matt. 22. ximum p;receptum est, deū diligere toto corde. Ex his constat, q; deum laudare sit actus p;re-
rior quam eum orare. Primo, quoniam actus ille est magis angelicus. Secundo, quoniam actus ille
est simplicior ac purior, quia per eum magis pure in deum conuertimur. Per orationem uero ad
nosipios aliquo modo reflectimur, quia aliqua peritus nobis aut nostris. Hinc deum laudare ma-
gis competit perfectionibus, orare aut minus perfectis. Nihilominus ad quemlibet bonum Chri-
stianum spectat tres actus isti, suntq; necessarij ad salutem. Tenuimus enī omnes & singuli deum ora-
re, atq; gratias agere, & toto corde super omnia ipsum diligere. Sed ad incipientes potissimum spe-
rat orare, ad proficientes laudare, ad perfectos diligere. Deum ergo oremus, ut dignos nos faciat
ad laudationem ipsius, atq; utrumq; hunc actum ordinemus & excerceamus ad amorem ipsius, hoc
est, ad hoc ut eius accendamus amore. ¶ Deinceps, hos tres sanctos actus beatissima uirgo argit p;re-
inlyta martyris sanctissima Catharina gloriose exercuit, quia dum certamen sibi immensum contra
philosophos & contra tyrannum agnosceret, deum pro adiutorio deuotissime inuocauit. Cumq;
in omnibus mirabiliter p;raeualuerit, nequaquam uane intumuit, neq; maniter est letata, sed deū ro-
tis laudauit p;recordis, & gratias egit ei humilime, & ex omnibus bonis sibi collatis ad dei amo-
rem reduxit se, & eius charitate succensa est. ¶ Præterea, quia & nobis semper in uita hac imminet
bellum contra proprium corpus, contra mundum ac dæmones, debemus exemplo sacratissimæ
Catharinæ, deum indessinenter p; adiutorio exorare, & si aliquid boni agimus, & uitjs ac tentationi
bus p;raeualermus, ei p;recordaliter regratiari, atq; ex omnibus suo sancto amore succendi. ¶ Por-
to, quia in lectionis huius exordio dicitur, Confitebor tibi domine rex, scire oportet q; sit triplex
confessio. Una est confessio propriae culpæ, quæ est sacramentum ecclesiæ, de qua Iacobus: Con/
Iacobi 5. fitemini alterutrum peccata uestra, & orate pro invicem ut saluemini. De qua & Salomon testa-
tur: Qui abscondit scelerā sua, non dirigeatur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericor-
diā consequetur. Ita confessio est actus uitiosi penitentiae. Secunda, est confessio laudis diuinæ,
hoc est, ipsa laudatio dei, de qua ait saluator: Confiteor tibi pater, & cætera, & Psalmista: Confe-
F bor tibi domine in toto corde meo. Hæc confessio actus est latrīa. Tertia est confessio credendorū,
de qua ait Apostolus: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio sit ad salutē. Estq; ista con-
fessio fidei actus. Hanc triplicem confessionem habuit felicissima Catharina. Non enī dubium est,
quoniam de suis quotidianis confitebatur peccatis, & ea quæ Christianæ sunt fidei confitebatur consti-
tissime coram tyranno, laudauitq; Christum dicendo: Ipse est spousus meus, amor meus, saluator
meus, & deus meus. Nos quoq; triplicem hanc habere debemus confessionem, ut in primis p;ro-
pria confiteamur peccata coram deo quotidie, & opportuno tempore sacerdoti super nos iuriū di-
ctionem habentis. Deum etiam indefinenter laudemus, & symbolum fidei apostolorum omni die
legamus. ¶ Amplius ex lectione hac discimus, quam multa & magna sint beneficia domini no-
stris Iesu Christi in nobis, & q; sine eius gratia nil ualemus, q; item multis nos malis erupit; p;re-
seruauit, protexit: ideo deum instanter ac feruideri deprecemur, ut ab iniuris malis in lectione hac
taxis, ac cæteris nos uitjs p;seruare, atq; in oī gratia ac uirtute cōseruare, roborare & p;ficere semper
dignet, ne deuorari a dæmonibus rugientibus p;paratis ad escam, cuius iuxta prophetam esca
electa est. Nam sicut in libro sancti Job feretur, absorbet fluuium, nec miratur, quia pro magno nō
lob. 40. habet, quod seculares homines uincit ac uorat, sed habet fidutiam q; influat lordanis in os eius,
quia spirituales ac deuotos tentat deuovere, & frequenter superat tales. Quicunq; aut mortaliter p;ec-
cat, recte a diabolo dici deuorari ac manducari, quia incorporatur eidem & membrum eius effi-
cit. Causamus ergo a mortali peccato, ne incorperemur diabolo, in dæmoniæ sacratissimam virginem
Catharinam preceemur, ut continguum diuinæ pietatis auxilium impetrer nobis.

SER/

DE S. CATHARINA VIRGINE.

CCCLXV.

¶ Enarratio Euangeli, Simile est regnum cælorum thesauro ab
condito in agro, &c. Matthæi decimotertio.

R Ekte hoc euangeliū in festo beatissimæ martyris ac uirginis Catharinae & Agathæ, alias utq;
aliquæ legit, quia in eo regnum cæloꝝ p; quo ipsa terra perpelle & operatæ sunt, quodq; tam
preciose emerunt, rebus pluribus cōparat. Itaq; ait saluator: [Simile est regnum cæloꝝ] i. beatitudo
seu p̄nitut sanctoꝝ in cælis, [thesauro abcondito in agro.] Primo, nā sicut talis thesaurus difficult
ter inuenit, sic æterna felicitas difficulter acquisit: qm; iuxta Apostolum, nō coronat nisi qui legit 2. Tim. 2.
me certauerit. Et, Per multas tribulationes oportet nos ingredi regnum dei. Secundo, qm; sicut talis
thesaurus est magnū bonū, sed latēs, inuisum, occulū, sic regnum cælestis est bonū p̄cipuum, sed nō
uizum, nobisq; patens, sed creditum, & nos latēs iuxta Pauli sententia, Oculus non uidit, nec Esaiæ 64.
auris audiuit, nec in cor hoīs ascenderūt, q; p̄parauit deus diligenteribus se. Tertio, nā sicut propter ta- 1. Cor. 2.
lē thesaus possidendū cuncta uendunt, sic propter adipiscendum regnum cæloꝝ oīa temporalia des-
serunt. Propter qd subdit: [Quem] thesaus [qui inuenit homo, abcondit] tanquā preciosum cli-
Galat. 2. & p̄cipue meritoriu est, consolationis gratia in præsenti, glorificationis patria in futuro, secun
dum illud Apostoli: Sicut abundant passiones Christi in nobis, ita per Christum abundat cōsolatio
nra. Et iterū: Fidelis sermo, si cōmortui sumus, & cōiuemusli suū finem, & cōregnabimus. Itaq;
q̄ internā consolatione iam cupit gustare, & dēmū aeternā beatitudinē possidere, q̄ Ch̄o uult con
formari in gloria, modō nō aspernetur pati conuicia, aspera & aduersa, imo gloriatur in talibus.
1. Petri. 4. Sic nos hortatur beatissimus Petrus: Communicantes Christi passionibus gaudete, ut in reuelati
2. Tim. 2. one gloriam eius gaudeteatis. Et Paulus: Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circunserētis,
Iohan. 5. ut & uita Iesu manifestetur in carne nostra mortali; & sequat me q̄ descēdi de celo, nō ut facerē uolū
tate mea, sed eius q̄ misericordia. Hęc itaq; obseruare, est religiosorum & scipios totaliter deo uelut in ho
locausti in sua p̄fessione obtulerūt, nil libi de seipsum p̄priu referentes, q̄ si qd uouerūt impleuerint
digne, optimi sunt: si aut̄ implere neglexerint, pessimi cōprobant. Quod aut̄ abnegatio ista & pro
p̄priae crucis portatio quotidiana, sicut assumenta, consequenter Christus ostendit: [Qui enim uol
uerit animam suam saluam facere, perdet illam] Verbum hoc per se sumptum, dupliciter potest
intelligi: sed quia mox subditur. [Nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet il
lam], sensus literalis est iste: Qui uoluerit animam suam saluare facere, id est, in præsenti uoluerit
eam in propriis uoluntatibus desiderijs nutritre & conservare, seu carnalem salutem sortiri, uel
a mortis temporalis eripere poenis, fugiendo martyrium, perdet eam, id est, damnationi aeternae
obnoxiam faciet, perditamq; in futuro comperiet, ita q̄ mortem temporalem pro iustitia fugiens,
mortem incurrit aeternam: & carnalem prosperitatē amplectens, ueram amittet salutem. Hinc
communiter dicitur, q̄ impossibile sit nunc cum mundo gaudere, & postea cum Christo regnare.
E contrario autem subiungitur: Nam qui perdiderit animam suam, id est, in præsenti uoluntates &
concupiscentias eius mortificauerit inſtar Pauli, qui dixit: Vt uero aut̄ iam nō ego, uiuit uero in me
Gregorii. Christus, seu poenis mortis exposuerit eam, ita ut ita præsentia ac sensuua priuerit propter me. i.
Galat. 2. amore mei, & finaliter propter me, ut me summa felicitatis obiectum in aeternum possidat. sal
uam faciet illam, i. ad ueram perducet salutem, & per mortem seu mortificationem temporalem
pertinet ad uitam gloriae aeternalem. Huic simile est quod in Iohanne loquitur Christus: Qui
amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam aeternam custo
dit illam. Porro quod dicitur est, Qui enim uoluerit animam suam saluam facere, perdet illam, per
se acceptū potest & ita exponi: Qui uoluerit ea in futuro uere facere saluam uite beatam, perdet eam,
id est, in seculo isto afflictionibus seu poenis mortis exponet. Per tribulationes enim peruenit ad
requiem, iuxta illud Psalmi: Traſuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Itemq;
Psal. 65. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus uiuificasti me! Vnde Iudith
Psal. 70. ait: Oes qui placuerunt deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Illi autem qui tentatiōnes
Iudith. 8. nō suscepserunt in timore domini & in patientia sua, exterminati sunt. Insuper q̄ sic temporalis perdeſſa
est aia, ut in aeternū saluē, Ch̄s subiungit: Quid em̄ profitit h̄o, si lucrat uniuersum mundū. i. eo
tuis

DE COMMUNI VNIVS MARTYRIS

CCCLXXIII.

A tius huius mundi delicias, diuitias & honores acq̄rat, & temporalia cuncta possideat. [Seipsum aut̄
perdat] i. dānationē aeternā mercat atque incurat, [& detrimentum sui faciat]. i. bonis grā priuat
in seculo isto, & donis gloriae in futuro, sc̄i seipsum spiritualis quali nihilū faciat & inane, spiritualis
liu detrementū seu carentia incidendo? Quasi dicat: Talis nō profitit, sed ineffabilis deficit: & quant
o uidet felicior p̄ntia obtinendo, tanto exarat miserior, uilior & pauperior spiritualibus bonis ca
rendo, aeterna quoq; supplicia p̄merendo. Vñ quanto aia corpore cōsistit p̄stator, tanto plus eligen
da ac obtinenda sunt bona ip̄hus, uidelicet uirtutes ac dona spiritus sancti, felicitasq; aeterna, sed &
omnis delectatio uana uitæ præsens cuī in indubibili aspernatione uitā est amore celestis gaudiorum.
Denique ista authoritas applicari solet cōtra quosdam, qui zelū anima magis habere uident, sed non scđm Rom. 10.
uerā discretionē, q̄ circa aliorū cōversationē seu p̄fectum int̄ se occupat, ut negligat semetipsum,
q̄ cōtra charitatis ordinē agit: q̄a tenet h̄o post deū p̄cipue amare seipsum, & p̄prie p̄uidere salutem,
atq; in primis implere qd ab ipso exigit deus. Vñ & charitas dī incipere a seipso. ¶ Deinceps Christus
stus p̄ cōminationē poenitē inducit ad obseruatiā p̄dictori. [Nā q̄ me erubuerit & meos sermōes,]
i. ex pudore mīdano & uitioso omisit cōfiteri me, & dogmata mea uerecūdās publice confiteri
corā aduersarijs fidei atq; iustitiae, se in hoīm crucifixū credere, in illo sperare, etq; adorare uerecū
dās, etiā cōfiteri ea q̄ Christiane sunt fidei, ut q̄ deus est unus & trinus, q̄ unigenitus dei est incarnatus ac crucifixus, q̄ Ch̄s in unitate p̄sonae est deus & hi, q̄ futura sit resurrectio mortuorum, q̄ inter
dū cōfiteri, fuit se irrationi innūerabiliti incredulorum atq; crudelium tyranorum exponere. [hunc filius
hoīs erubescit] i. p̄ modū erubescēt se circa illū habebit, eum abiectiō, q̄s uerecundare ē de ipso,
B sicut p̄familias seruū impū noīare dēsignat, & ad se p̄cīnere uerecundatur afflere. [cū uenerit in
majestate sua] i. in magna & summa sua potestate, & uite & gloria [p̄ p̄is], i. in p̄fata maiestate di
uina, q̄ libi & patri, haud dubium qn̄ & adorando sp̄ūstō una est cōmunis [& angelorum], i. cū potē
ti & maximo angeloz exercitu, qd erit in die iudicij, q̄ Ch̄s in maiestate & gloria om̄is beatore
vallatus agminibus, descendēt ad iudicandū uiuos & mortuos. Tūc nēpe reprobos dijudicabit, re
peller, dānabit. Vel quod ait, in maiestate sua, p̄t ad glorificatū suā humanitatē, eius creatā refer
ti potētā, om̄i alij creat̄ potestati p̄latā. Nō em̄ in secudo aduētu uerurus est in hūilitate, passib
ilitate & infirmitate sit in primo aduētu, dū uenit ut iudicaretur, sed in hūilitate glorificata, im
passibili, p̄potēti, ut iudicer. Sic itaq; uenit in maiestate sua creata, humana, & patris. i. etiā in maie
state diuina sibi ac p̄i cōi: & tūc deus & h̄o ab oibüs esse sc̄it, nō tñ eius diuinitas a reprobis per spe
ciē cognoscet; & angelorum, q̄a h̄ec maiestas illogi afflēt, in qua rū ei deseruit. P̄t quoq; ita intelligi
q̄ cū uenerit in maiestate sua, i. cū post suā passionē, resurrectionē & ascensionē apparuerit atq; rese
derit in regno suo cōflesiū ac glorioſo, quod enī est regnum patris ut principis, & angelorum ut ciuilis ac
seruorum. Ex tūc em̄ Ch̄s in natura hūila perfecte glorificata copit particulae exercere iudicium. In
super exponi p̄t hoc mō: cū uenerit, i. eē innotuerit, i. in maiestate sua, i. uera deitate ad maiestate di
uina, tanq̄ deus uerus, aeternus, imēsus. Ch̄s qpp̄ usq; ad sp̄ūsancti missionē & publicā ap̄loq; p̄
dicationē nō cognoscet, eē uerus deus à uiatoribus, n̄l paucissimis, sed misso sp̄ūstō per ap̄lo
rū p̄dicationē cōp̄it hoc īnotescere multis. Est aut̄ cōsuetudo scripture, ut aliqd tunc fieri, esse seu
uenire dicat, dū manifestat. ¶ Circa h̄ec q̄rit, utrū & q̄n ac qualiter cōfessio fidei necessaria sit ad sa
lutē. Ad hoc Thomas in secunda secundū r̄ndet: Cū fidē cōfiteri sit qd affirmatiū, nō cadit nisi
sub p̄cepto affirmatiū. Præcepta aut̄ affirmatiū obligat semper, sed nō ad semper imo obligat
C solū p̄ loco & tēpore, argi secundū alias cōfistatias ad uirtutū opera requisitas. Hic fidē cōfiteri tūc
solū est de necessitate salutis, q̄ per huius actus omissionē honorē deo debitus ei subtrahere, aut p̄
ximorū utilitas. Si aut̄ fides uidere p̄ficitari, tūc q̄libet tenet fidē p̄publice cōfiteri: si uero ex cōfesi
ōne fidei oria maior sedition, aut ifideliū irrisio, & nulla p̄ximorū utilitas, tūc nō eē laudabile fidē
cōfiteri, ne canibus sc̄m def̄. Sed q̄m ardua sunt q̄ Ch̄s de sui imitationē cruciformi, & toleratiōe
martyrij, abnegationē sui p̄monuit seu p̄cepit, cōsequēter promissioē qd solatij & remunerati
one in vita p̄senti ad illa iudicū. [Dico aut̄ uobis uere: Sunt alij hic stātes] & meū fermonē hūc au
diētes [qui nō gustabūt] hoc est, nō experient aut sentiēt [mortē] naturalē & corporalē, q̄ à sanctis
feri gustari, q̄a rā cito eis p̄trālit, & q̄si uitæ aeternæ īgressum cā suscipiant. [donec uideat regnū
dei]. i. militatē ecclām in seculo isto inclite exaltatā innumerabiliter, quātū ad supposito credētā
multiplicata, & per q̄tuor plagas terræ diffusam, quod nō solū aī B. Ioh. Euang. mortē cōstat im
plētū, fed & aī Petri & Pauli occisionē, quod alibi satis monstrauit, & ip̄fmet Pau. ad Col. testat: Coloss. 1.
Euāgelij peruenit ad uos, sicut & ī uniuerso mīdō ē. Et rūfus; Euāgelij p̄dicatū ē in uniuersa crea
Gaias. 2. tura q̄ sub caelo est. Sic exponit Gregorius, Ambr. uero & Theophilus sic exponit; donec uideat regnū
dei, i. gloria ī justi erit. Hoc aut̄ dixit de sua transfiguratione q̄ forma erat gloriae futuræ in re
Ambro. gno cōflesi. Sunt aliqui hic stātes, uidelicet Petrus, Iacobus & Iohannes, qui non attinent mor
tem donec tēpore transfigurationis mee uideant in qua gloria erunt q̄ me cōfidentur. Glorificatio
etē illa corporis Ch̄s, similitudo & signū fuit gloriae, quā in regno cōlesti habitura sunt corpora
electorum. Itaq; ex perceptione præsentium munerum, certa effecta est expectatio futurorum. Gregorius.
¶ Sermo

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO I.

SERMO I. De puro & specidiamore, quo deum diligere nos decet, nos propidire.

QVI odit animam suam in hoc mundo, in uitam æternam custodit eam. Iohann. xiiij. Quemadmodum quidam est amor uirtuosus & quidam uirtiosus, sic quoddam est odium uirtuosum et quoddam uirtuosum. Est enim amor spiritualis, diuinus, infusus, qui charitas appellatur, quo deum pure ac principaliter propter immensam ipsius bonitatem diligimus, & nosipios ac proximos in deo & propter deum. Hic amor est summa uirtus, forma uirtutum, uita animæ, sine quo nihil est deo acceptum & incitorum, dicente Apostolo: Si linguis angelorum loquar & hominum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut a sonans aut cymbalum tinniens. Huic sancto amori opponitur odium uirtuosum, quod est peccatum grauissimum, presertim odium dei. Et sicut dilegere est aliquid bonum uelle, sic odium istud est aliquid malum simpliciter, ut uelle eum non esse, aut uirtuosum seu felicem non fieri. Sic multi odiunt semetipos, omnes uidelicet qui amant iniquitatem, qui cupiunt luxuriarum, immoderanter ditari, temporaliter prosperari, in deliciis uiuere, aduersarios suos opprimere. Hi etenim id cupiunt sibi quod maxime nocet eis, & quod eorum aduersari saluti. Propter quod ait Psalmista: Qui diligit iniuritatem, odit animam suam. Porro aliis est amor carnalis, inordinatus, secularis, quo homo se amat aut alios sensuali affectu propter carnalia oblectamenta uel commoda. De quo ad Timotheum scribit Apostolus: In nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa, & erunt homines amates seipso, id est, sibi ipso superflue appetentes uoluptates carnales, uana solatia, transtoria bona, caducos honores, famam & laude humana. De quo item amore ait Christus: Qui amat animam suam, perdet eam; quia qui taliter amat eam, æternæ damnationi eam exponit. Huic uirtutiose amori opponitur odium bonum, quo nobis ipso ac proximis uolumis & optamus corporis castigationem, propriis desideriorum mortificationem, uilipendiem, & omnia quæ contrariantur his, quæ carnis appetit amori. De quo ait propheta: Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. De quo & protestatur Saluator: Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & fratres & sorores, & uxorem & filios, adhuc autem & animam suam, non potest esse meus discipulus. Quocirca scribit Gregorius: Tunc animam nostram bene odimus, cum eius carnibus desiderijs non acquiescimus, cum eius appetitum frangimus, cum eius uoluptatibus relinquamur. Denique de hoc odio intelligentum est thema proutum, quo ait Saluator: qui odit animam suam in hoc mundo &c. Hoc hic martyr proclare impleuit, quoniam animam suam, id est, seipsum in tantum odiuit hoc odio bono, quod universalis quæ corpori extant sua uia, quæ uane carnaliter quæ oblectant, quæ mundus reputat magna, contempnit, & libenter nisi negavit atque subtraxit; abstinentias uero, uigilias, disciplinas & penitentiae opera est amplexus, & insuper corporalem uitam suam exposuit morti, nec crudelissima tormenta, irrisiones, contumelias, dijudicationes abhorruerunt pro deo, pro fidei ueritate, pro defensione iustitiae, atque per hoc custodiuit animam suam in uitam æternam, id est, à uitiose præseruauit, ita quæ æternam beatitudinem meruit adipisci. Etenim amor dei crescens usq; ad contemptum sui, et fecit hominem regni caelestis heredem, creatoris ministrum, & membrum ac filium Salvatoris, quem admodum amor sui crescens usq; ad contemptum dei, constituit hominem ciuem Babylonum, ac filium perditionis. ¶ Præterea martyr iste beatus a multis commendatur. Primo, a fidei sua firmitate, qua Christum coram tyranno ac impijs imperterritate est confessus. Ad quod eum induxit duplex eloquium Salvatoris; Primum, est promissio eius, qua in Euangelio ait: Qui me confessus fuerit coram hoib; confitebor & ego eum coram patre meo qui est in caelis. Aliud, cōminatio est eiusdem dicentis: Qui me erubuerit coram hominibus, hunc filius hominis erubescet cum uenerit in regnum suum & patris & sanctorum angelorum. Haec sunt duo generalia incitationa ad omnina bona agenda, & ad mala uitanda, promissio præmij & cōminatio supplicij, amor boni & timor mali, desiderium felicitatis æternæ, & abominatio infernali miserie. Veruntamen purissimus amor dei & zelus sui honoris, emulatio iustitiae, multo plus & excellentius prouocauerunt hunc martyrem ad confundendum Christum coram aduersariis eius, quam spes mercedis, aut timor damnationis. Itaque quoniam sanctus hic martyr dominum Iesum coram hominibus est confessus, uidelicet coram tyrannis ac perfidis, qui Iesum Nazarenum spreuerunt, blasphemauerunt, & seductorem ac magum, atque pro suis sceleribus crucifixum esse dixerunt: coram quibus martyr hic gloriatus publice fatebatur, & constantissime prædicauit quod Christus sit unigenitus filius dei, uerus deus & uita æterna, salvator mundi, pro hominum salute spontaneus passus: idcirco dominus Christus hunc martyrem suum coram deo patre confessus est, quoniam statim dum anima eius a corpore suo egressa est, angelus sancti eam afflumentes, Christo præsentantes, optime uenti sunt, & omnium iudei Christus deo pari testatus est, quanta anima martyris huius sanctissimi pro ipso in corpore fecit ac pertulit; itaque eum honorauit, secundum quod ipsum in honorando meruit honorari.

¶ Secundo commendatur gloriosus hic martyr a sua sancta dilectionis perfectione atque ardore. Vt enim afferit Augustinus: Venenum charitatis est cupiditas, id est, amor priuatus seu amor suisipius

DE COMMUNI VNIVS MARTYRIS

Fol. CCCCLXXXV.

Duisipius inordinatus, profectus uero charitatis est minoratio cupiditatis, charitatis autem perfectio est cupiditatis seu priuati amoris mera expulsio. Itaque martyris sanctissimi priuatum in se amore omnino euulsi & extirpauit, seipsum nullatenus diligens nisi in deo, propter deum, & secundum deum: quoniam omnem inordinatum ad creatuæ affectionem abiecit, & tota eius intentio atque affectio fuerunt in deum erectæ & fixæ. Idcirco perfectus, ualdeq; feruidus in dei fuit amore, ex toto corde suo, ex tota mente & tota fortitudine super omnia diligens eum. Talis est amor ad deum omnium perfectorum. Vnde loquitur Augustinus: Minus te domine amat, qui aliquid tecum amat, quod non propter te amat. Et iterum: Constat, inquit, & perfectus deberet existere amor noster, ut si necesse fuerit, amore illius moriamur, qui amore nostri placide ac benigne in nos dignatus est. O fore lix conscientia eius, in cuius corde praeter amorem dei, qui est sapientia, charitas, iustitia & puritas, alius nullus uersatur amor, nec ad hois recordationem suspirat, nec quicquid uidere nisi proprie deum desiderat. Itaq; in hoc sibi amore martyris hunc beatum imitari conetur, omnem carnale & uirtuosum abiiciendo amorem, nec in terrenis & sensibilibus rebus inordinata habendo delectationem. Népe ut ait Gregorius, tanto quisque a superno amore distinguitur, quanto inferius delectatur. Tertio Gregorius commendatur gloriatus hic martyr ab excellentia patientiae sue, qua non solum uerba iniuriosa, sed etiam uerba grauia ac pœnalis æquanimiter absque tristitia pertulit. Quemadmodum enim manifestetur est uirtus moralis, imperium iræ refrenans, & illatam iniuriam cum tranquillitate absque appetitu uindictæ perpeti faciens; sic patientia est uirtus moralis, inordinata tristitia reprimens, & in aduersis imperturbatum animum prestat. Denique patientia uirtus est ualde magna, & omni Christiano prænecessaria, præsertim cum dicat Saluator: In patientia uestra possidebitis animas vestras. Primo, quoniam patientia est omnium aliarum probatrix uirtutum. Non enim melius nec certius explorari potest ac percipi, at quis uere sit uirtutus, q; per hoc, an ueretur patientis. Superbi enim & fisticide deuoti ac simulariorie uirtutis, qui seipso in se amant, contemptum atque iniurias æquanimiter ferre non ualent, sed sicut mala olla in igne posita crepit & exilit, sic ipsi in aduersitatibus & tribulationibus constituti, prauitatem suam effundunt, imperfectionem suam demonstrant, atque per stram & impatientiam statim exiliunt. Hinc in Ecclesiastico scriptum est: Vasa sigilli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Hinc afferit Augustinus: Perfacile est uestem contemptam habere, capite inclinato incedere, uelum super oculos demittere, sed uere uirtuosum & humilem patientia ostendit iniuria. Secundo, quoniam præsens uita aduersitatibus & tribulationibus plena est, in quocunq; statu & gradu sit homo, ideo nisi patientiam habeamus, quasi semper erimus turbulenti & perturbati. Hinc ad Hebreos dicit Apostolus: Patientia uobis necessaria est, ut uoluntatem dei faciat. Tertio, quoniam impatientia maxime ac multipliciter homini nocet, & diuersa parit peccata. Impatientia namq; seu tristitia, quam patientia moderatur ac reprimit, est passio tam corporis quam animæ maximè nocens. Propter quod in Proverbij legitur: Spiritus tristis exiccat ossa. Et denique Solomon loquitur: Sicut tinea uestimenta, ita tristitia nocet cordi. In Ecclesiastico quoque scribitur: Prou. 17. Tristitia longe expelle a te: multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in ea. Quia omnia in Ecclesiastico 30. telligenda sunt de inordinata tristitia, qua homo tristatur propter temporalia damna, aut terrena incommoda siue aduersa, quæ omnia propter deum equanimiter sunt ferenda. Impatientia quoque ualde exccat mentem, & in hominibus foris gestus demonstrat. Propter quod Solomon contestat: Prou. 14. Quis impatientia est, operatur stultitiam; qui autem patientis est, multa gubernatur prudentia. Insuper sanctus hie martyris non solum uerba & uerbera sibi propter Christum iniuste illata patientissime pertulit, sed aduersarios quoque suos & occisores ex corde dilexit, & orauit pro eis, sicut & Christus in cruce pendens, pro crucifixoribus suis exorans: Pater, inquit, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Vnde Gregorius ait: Patientia uera est, quae & ipsum amat quem tolerat. Nam tollere aduersarios & odire, non est uirtus mansuetudinis, sed uelamentum furoris. Vera autem patientia est, aliena mala æquanimiter perpeti, & contra eum quæ aduersa irrogat, nullo dolore in oderi. ¶ Quarto laudatur hic martyr beatus a fortitudine & constantia animi sui in ipsis periculis & supplicationis mortis, in quibus mansit intrepidus. Verum ne sermo iste nimium extendatur, de hoc martyris huius præconio, & ceteris eius laudibus, uirtutibus & excellentijs in sequentibus dicetur se monibus: sed nos in praetatis uirtutibus ipsum condigne sequi conemur, & omnes homines quantumlibet improbos & molestos, in deo & propter deum sinceriter diligamus; eo quod ad dei imaginem sint creati; & Christi sanguine liberati, beatitudinisq; capaces, & nostra natura consortes, & quoniam deus præcepit hoc, ne a deo placere possimus nec saluari. Prangat ergo unusquisque seipsum, & mentem suam præceptis subiectat: creatoris, penitentij, quam enorimenter ac frequenter ipsem offenderit deum, & tamen deus diu sustinuit eum, & multa bona pro malis retribuit. Potremo hinc ait Gregorius: Si mens fortis intentione in deum dirigitur, quicquid in uita ista amarum sibi occurrit, dulce astinet, & quicquid afflit, requiem patrat. Idcirco si quis deo suum ad proprium claret creatorem, & causam animæ suæ quam habet cum ipso, bene aduertat, quæ illeris scilicet ab ipso sit iudicandus, & quanta filius dei pro hominibus, ita pro inimicis & peccatoribus.

RR. ibus

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMO II.

sibus sit perpeccus, faciliter patientiam discribit, aduersariosque amabit.

SERMO II. Quanta fidelitate animi, constantia ad mortem usque pro dei gloria praelari debeamus.

Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uita. Apo. ii. Ista sunt uerba Christi ad quae libet Christianum cursu praesentis seculi possum. Specialiter uero haec uerba sunt exhortatio ad martyrum uniuersitatem in certamine fidei constitutum. Itaque in his uerbis duo taguntur. Primum est dei preceptum ad perseverantem fidelitatem: Secundum est pollicitatio premij pro adimpleitione huius precepti. Porro quodait, Esto fidelis, quauis intelligi possit de fidelitate seu fide que est Ioh. 20. est theologica uirtus, (Vnde & Christus ait Thomae, Noli esse incredulus, sed fidelis) nunc tamen potius dictum uidetur de fidelitate, quae est pars iustitiae, per quam homo obseruat alterius quod ei promisit sive tenet; sic ille deo fidelis est, qui ei efficaciter adhaeret ac seruit, eiusque aduersarij propositum se obligavit, renititur. Debet itaque omnis Christianus deo esse fidelis usque ad mortem, multipliciter ratione: Primo, quoniam ipse est dominus noster, & nos serui ipsius, atque in ipso baptismo astrinximus nos ad eius obsequium. Seruus autem domino suo fidele tenetur seruitum. Ait namque Eph. 6. Apostolus ad Ephesios: Serui, obedite dominis vestris carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, facientes uoluntatem dei ex animo, scientes quoniam unusquisque quod docuit fecerit bonum, hoc recipiet a domino. Itaque si tam timor & prompte ars fideliter seruendum est dominis carnalibus, id est corporalibus mortalibusque hominibus, nonne incomparabiliter timor ratius, proptius & fidelius seruire debemus summo, simplicissimo omnipotenti domino, cuius excellentia nullum penitus finem habet, qui solus est dominus secundum perfectam dominici rationem & plenam dominij possessionem, ita quod eius comparatione ac respectu omnes ceteri qui Esther 13. domini appellantur, sive in celo sive in terra, rite serui dicantur? Deus namque subtilis nulliprosus Isaia. 42. subiicitur, & ei cetera cuncta subduntur, iuxta illud Escheri: Domine rex omnipotens, in editione Psal. 67. tua cuncta sunt posita, & non est qui tuus possit resistere uoluntati. Hinc per Isaiam testatur: Ego dominus, Hoc est nomen meum. Gloriam meam alteri non dabo. Et in psalmo: Iter facite ei qui ascendit super occasum, dominus nomen illi. Huic igitur summo & incomparabili domino summe & cum incomparabili reuerentia seruiamus, ei fideliter & inseparabiliter adhaeramus. Ad quod in scripturis dupliciter incitamur: Primo, per communionem ualde terribilem, quoniam Hierosias afferit: Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Secundo, per dulcem promissionem, qua Christus in Euangelio loquitur: Euge serue bone, quia in modo fui fidelis, super multa te constituta, intra iugum dominii tui. Secundo, quilibet Christianus deo constante fidelitatem tenetur, quoniam ipse est rex noster, & nos milites eius ac pugiles. In sacramento etenim Confirmationis deo consignati & consecrati sumus in milites & pugiles, quatenus in campo seculi huius contra aduersarios dei uiriliter praeliueremus, uidelicet contra iniuribiles hostes, & contra omnium aciem uitorum ac impurum testamentorum. Et ad exercendum praelium istud dedit nobis rex regum, uniuersorumque princeps necessaria ad pugnandum, puta cibaria, arma & fortalitia. Fortalitium quippe & turris fortissima est ipsa ecclesia seu congregatio uiruosa, & ipsam Christus, ad quem in omni necessitate debemus confugere, quum & Salomon fateatur: Turris fortissima nomen domini, ad ipsum currit iustus & exaltabitur. Arma uero aliquo modo dici possunt bona naturae, corpus & anima, Roma. 6. membra & uires, praesertim ratio & uoluntas. Nam Apostolus cohoreatur: Negi exhibeat membra uestra arma iniustitiae peccato, sed arma iustitiae deo. Omnia etenim ista a deo nobis collata sunt, ut per ea honorem ei ars obsequium impendamus, & per rationem ac uoluntatem potissimum uitij renitamus, & malis dissentiamus. Veruntamen arma nostra magis proprie sunt uirtutes & do na spiritus sancti nobis insueta, per quae animae nostrae contrafentur ac uita muniuuntur ac robustantur, & ad bene agendum, ad fideliter deo cohaerendum ac obsequendum, expedire redduntur. **C**or. 10. Propter quod loquitur Paulus: In carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam armia militiae nostrae non carnalia, sed potentia deo ad destructionem munitionum, id est, machina rū deo & saluti contrariarum. De his armis ait Apostolus ad Ephe. Accipite armaturam dei, ut possitis resistere in die malo, induit loricam iustitiae, in omnibus sumeretis scutum fidei & galeam spem salutis, & gladium spiritus, quod est uerbum dei. Oportet bona armatura, est humilitas, quia se protegit anima ne iaculisi superbiae uulneretur, hoc est, ne tentationibus & motibus elationis consentiat. Sic & bona armatura est mansuetudo contra ignitos iracundij motus, & contingencia contra concupiscentiae impetus. His igitur armis quotidie fortius accingamur & uitiosi reluctemur, summis regis honorem pro posse in omnibus defendamus, augmentemus & promouemus, hostibus regis nostri demonibus & iniquis nunquam consentiamus in malis, quemadmodum homines uitiosi, Esaiae 28. quibus apud Isaiam loquitur dominus: Dixistis, Percussimus hocum cum morte, & cum inferno fecimus pacatum. Interea consideremus, quanta est impiorum infidelitas ac improbitas, imo & uitiositas condemnanda. Certe similes sunt militi cui rex terrenus dedit equum & arma ac stipendia, ut terram

DE COMMUNI VNIVS MARTYRIS.

Fol. CCCLXXVI.

A terram suam fideliter tueatur, & contra sui regni aduersarios prelietur: ipse uero regis suo infidelis, rebellis & contumeliosus existens, aduersarij eius consentit, & cum eis regnum sui regis impugnat ac demolitur, etiam cum equo & armis proprijs regis. Nonne prauissimus & infidelissimus est huiusmodi miles, qui & indignus esset miles uocari, sed traditor merito appellaretur? Et ecce tales sunt omnes Christiani iniqui, & multo deteriores, immo tanto peiores sunt, quanto iniquius est regi seculorum immortalium, inuisibilium, tantam facere infidelitatem, quod regi mortali. Omnes equidem in propria Christiani corpus & animam & omnia sibi a deo collata, ut ei adhaerant ac ministrarent, conuenient in creatoris sui contumeliam & offendam, militantis diabolo, cui consentiunt, & ecclesiam ustant proximos scandalizando. Hi itaque terreatur ex his, & distractissimum dei expaescentes iudicium, impletant illud Apostoli ad Rom. Sicut exhibuitis membra uestra seruire immunditiae & iniuriae Rom. 6. quicquid ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiae in sanctificationem. Ter tertio debemus fideliter deo seruire usque ad mortem, quoniam ipse est noster creator, a quo habemus & sumus, quicquid habemus & sumus, & qui ad hoc omnia contulit nobis, nosque creauit, ut ei fideliter ac incessabiliter seruiamus. Quarto, debemus sic facere, quoniam ipse est salvator noster, qui in Ioh. 3. corpus suum & sanguinem pro nobis exposuit, & acerbissimam pro nobis pertulit mortem, ac per hoc iam non a terreno, sed infernali patibulo, nec a temporali interitu, sed morte aeterna nos liberavit. Debemus igitur ei pro posse uicem rependere, atque nos totos eius obsequio fidelissime mancipare, & (si opus fuerit) corpus nostrum pro ipso morti expondere. Ecce quam ingratus & impius esset fur aut homicida, qui patibulo aut decollationi adiudicatus, & ab homine bono amabiliter ac misericorditer liberatus, eidem contumelias iniuriasque repperenderat. Certe incomparabiliter peior probatur, qui unigenito filio dei salvatori suo rebellis est & ingratus, contumeliosus & iniuriosus. Quinto, quoniam deus est pater noster, a quo animam immediate accepimus. Si ergo patri carnali fidelitatem tenemur, quanto magis patri spirituali, deo omnipotenti, cui quotidie dicimus, Matt. 6. Pater noster qui es in celis: O quanta est peruersitas, improbitas, ingratisudo, malitia iniquorum, ista non attendentium. Ecce quantum reprehendetur & uicuperaretur ab oibus filius patrem carnalem bonum & pium frequenter impugnans, despiciens, inuolorans, & eius inimicis le socians. Quam uictiosissimi ergo sunt, qui deum altissimum, qui ex infinita sua bonitate, charitate & pietate ab hominibus pater appellari dignatur, quotidie tam grauiter multipliciterq; offendunt! Siquidem pecatum mortale quod pro priuam non deletur, suo mox pondere trahit ad aliud. Sexto, quoniam ipse est noster nutritor quotidianus, conseruator assiduus, benefactor in comparabilis. Quotidie eternam alit nos, & sine eius manutentia nec ad momentum possemus subsistere, & maxima beneficia nobis largitus est, immo omnia nostra bona, eius sunt dona. Quam infinita est ergo ingratitudo & perueritas nostra, quod ipsum non honoramus omni modo nobis possibili, quod cum unquam relinquimus, quod ei tam infideles constitimus! Denique quod incomprehensibilis & immensa est bonitas & misericordia sua, quod tam peruersos, ingratos & pessimos nutrire & conseruare non desinat! Septimo, quoniam aeternam Apo. 3. & plenam nobis felicitatem promisit pro parua & temporali fidelitate quam ei nunc exhibemus, pura corona uite, quia est beatifica uisio dei, gloriosa fructus eius, participatio contentiva glorie sue, aeterna possessio boni immensi, quod est ipsomet deus sublimis & benidictus, qui est pars & hereditas ac opulentia omnium beatorum caelestium in patria. Præterea oibus modis prætactis beatissimus martyr cuius nunc festiuitate gaudeamus, deo fidelis fuit usque ad mortem, ut pote tanquam fidelissimus seruus ipsius, & tanquam strenuus ac imperterritus miles eius, creatori & salvatori suo totis uiribus gratus, subditus ac fidelis, & tanquam adoptivus filius eius. Vnde de ipso ueritatem dici potest, quod de fortissimo I. Mac. 3. Iuda Machabæo legit: Surrexit Iudas Machabæus pro patre suo, & adiuuabant eum omnes fratres eius, & prælabantur praelium Israel cum laetitia, & dilatauit gloriam populo suo, & induit se locutum sicut gigas, & accinxit se arma bellica sua in praelijs. Similis factus est leoni in operibus suis, & in seculo memoria eius in hagiographia, & nominatus est usque ad nouissimum terræ, & congregatus percutentes. Ecce omnia ista huic prænixto conuenient martyri, qui primo surrexit pro patre suo a pro Christo, tanquam eius vicarius & minister ac miles, & pro eius defendendo honore, pro fide eius tua, pro regno eius, quod est ecclesia, dilatando, & adiuuabant eum omnes fratres eius, uidelicet deuoti Christifideles, qui eum uerbo aut opere confortabant, seu martyres sancti cum Christo triumphantes, & pro martyre isto orantes, ne deficeret in tormentis, qui prælati sunt praelium Israel, i. ecclesia, seu Christi, qui est vir uidens deum per speciem cum iucunditate, quoniam contra tyrannos aut demones, fidem Christi atrociter impugnantes, inuictissime resistebant, & præualuerunt; sicut martyris iste beatus dilatavit gloriam populo suo. I. Chriianis gloriam auxit in deo, quia de eius preciosissimo martyrio magnifice gloriantur sunt, & gloriantur in deo. Insuper loricam se induit sicut gigas, quia iustitia undique se ornauit, ita quod cum sancto Iob dicere potuit: Iustitia induitus sum, & uestru me ea quasi ueritatem. Et accinxit se sua arma bellica in praelijs, quoniam ceteris se roborauit ac decorauit uirtutibus, ad pugnandum fide ac sapientia contra idololatras, contra tyrannos ac demones. Similis quoque factus est leoni in suis operibus, s. Christo, de quo in Apocalypsi habeat: Vicit leo de tribu Iuda, Secutus

R. 7. est

D. DIONYSII CARTHUSIANI SERMONE III.

est namq; Christi uestigia, & sicut sanguinem suum Christus effudit pro martyris huius salute, sic ipse sanguinem suum fudit pro Christi honore, idcirco memoria eius in seculum erit in benedictio, id est, in perpetuum recoletur à fidibus cum laudibus magnis, quæadmodum in prouerbij Sar. Prou. 10. monoprofectatur: Memoria iusti cum laudibus. Vnde & propheta in psalmo: In memoria, inq; Psal. 111. æterna erit iustus. Et nominatus est usq; ad nouissimum terræ, quia in tota ecclesia ubiq; terræ dis fusa famosus celebrisq; consistit, ac suo exemplo, sua sapientia, suis orationibus ac meritis cōgrega uit pereuntis, i. infideles cōvertis & infirmos in fide corroborauit, ita q; qui in aduersis defecerat, eius exemplo atq; auxilio convaluerunt. Ecce ex his innocentis, q; ingenti constancy, q; victoriola fortitudine, q; magna excellencia, q; præclaræ beatitudine rex uniuersorum deus omnipotens omni pater, hunc suum martyrem sanctum fulcuit ac sublimauit. Ideo tantum Christi athletam deuotissime honoremus, seruile diligamus, uiriliter imitemur, laudemus ac deprecemur.

¶ SERMO III. De nunquam satis laudata fortitudine, qua mala omnia pacifice tolerare possimus, & de præmio à deo uincientibus preparato.

Q ui uicerit, faciam illum columnam in templo meo. Apo. ij. Hæc sunt verba domini nostri Iesu Christi, qui in illo libro multiplex bonum copiosumq; præmium uincientibus remittit. Vincere autem dicuntur, qui uniuersa diuino honori ac suæ salutis aduersantia superant, utpote inuisibilis hostes diaboli & tyrannos, passiones & uitia, quæ omnia non eodem modo uincuntur. Inuisibilis nang; hostibus est fortiter resiliendum, eorum tentationibus reliquant per orationes assidas, per meditationes deuotas, præsertim de Christi passione, de æterna damnatione, de diuini rigore iudicis, de breuitate & incertitudine uitæ huius curriculi, ac alijs modis. Viscib; uero hostes & improbi homines, per patientiam, non per resistētiā sunt uincendi, quum ad Rom, dicat Rom. 11. Apo: Nolite esse prudentes apud uosmetipos, nulli malum pro malo redentes. Et rursus: Non ibidem uosmetipos defendantes charissimi, sed date locū iræ. scriptum est enim: Mihi uindictam, & ego Dent. 32. retribuā, dicit dñs. Noli uinci à malo, sed uince in bono malum: hoc est, per tuam mansuetudinē, patientiam, charitatem uince alterius iræ, impatientiam & rancorem. Hinc Salomon loquitur: Ne Prou. 20. Reddam malum pro malo, expecta dominū & liberabit te. Hinc Cassiodorus protestatur: Patientia est qua omnia uincit aduersa, non colluctando, sed sufferendo: non murmurādo, sed gratiā referendo. Hæc uirtus animas deo lympidas reddit. Atq; ut sanctus ait Gregorius, non est perfectus bonus, nisi qui fuerit etiam inter malos bonus: nec bonus fuit, qui malos ferre recusauit. Veruntamen magnum est ista implere bene. Ambrosio sic dicente: Illud est magnificum, si subiectus cōtumelij, iudicium dei laudes, si uexat ægritudine, dei iudicia depreceris, si te nulla inopia, nul la aduersitas à uia iustitiae reuocet. Sed circa hæc quis dicere posset. Si ista ira se habent, nunquam Christiani deberent contra Sarracenos aliosq; infideles pugnare, & impī iuxta omne libitum suum opprimere homines innocentes ac iustos, & perire in repub. disciplinę censura, & rigor iustitiae, paxq; communis. Et respondendum, q; infidelibus fidem impugnantibus, & Christianos delectare optantibus ac molestantibus, resistendum est publica autoritate, etiam gladio materiali. Improbis quoq; & peruersis est resistendum secundum iuris processum, dum ex bonorum patientia illorum prauitas magis exurgit, & républicam turbat, atq; cōmuni obuiat paci. Deniq; sanctus hic martyr superauit tyrannos, oia sibi ab illis illata tormenta æquanimiter perferendo, pro dei amore & beata retributione. Nec solum per patientiam martyres glorioſi suos uicerunt persequentes, sed item per sapientiam & eloquentiam, prout Christus in Euangelio ei loquutus est: Ponite, inquit, in cordibus uestris noī p̄meditari quicādmodū indeatis. Ego em dabo uobis os & sapientia, cui non poteris resistere & contradicere omnes aduersarij uestrj. Et istud in beatissimis martyribus utriusq; sexus euidentissime ac mirabilissime patuit, scilicet Stephano, Laurentio, Vincentio, Barbara, Catharina, Agatha, Agnete, & alijs prorsus innumerabilibus sanctis pro Christo occisis. Insuper martyres sancti superauerunt aduersarios suos & tertio modo, uidelicet per glorioſa miracula, quibus in suo coruauerunt martyrio, per quæ idolo templo ac idola destruxerunt, a leonibus ac cæteris feris manerunt intacti, in igne illæsi, in aquis non merisi, mortuos suscitaverunt, infirmos, claudos, cæcos, leprosos, paralyticos curauerunt, per quæ interdum & ipsi tyranni fuerunt conuersi. Adhuc autem & quarto modo interdum suos superauerunt persequentes, per hoc q; ad eorum sanctitatem monstrandam deus subinde miraculoſe plagauit ac interemis tyrannos. Quod aliquando cōsigitante martyrum occisionem, ut in Legēdis sancti Sylvestri & beatae Chrysostomæ narratur. Sexpus uero id contigit post beatissimorum martyrum trucidationem, ut pater in Decio & Valeriano, in Daciano & Quintiano, ac alijs multis. Ex his cōstat, q; multiplici ḡra & uirtute, q; magna fortitudine ac multiiformi excellentia, deus hunc sanctum martyrem decorauit, quem tam copioſe fecit uidetorem. ¶ Præterea ad martyrem fortudo præcipue pertinet, ne supplicijs mortem inducentibus terreatur aut cedat, quum dicat saluator: Nolite timere eos qui corpus occidunt. Atque ut sanctus ait Gregorius, iustum fortudo est carnem uincere, proprijs ualuntibus contraire, dilectionem uitæ presentis extingueare, huius mundi aspera pro æternis præmis

DE CONFESSORE PONTIFICE

CCCLXXVII.

mij; amare, prosperatum blandimenta contemnere, aduersitatis metum abijcere, ipsamq; morte & eius supplicia dei intuitu ac amore inuicto animo tolerare. Porro reprobog; ac impio; fortitudo est, transitoria sine cessatione diligere, nec ab eis amore per aduersa quiescere, ad honores seculi aspirare, honorum hominum uitam uerbis & moribus aut etiam gladijs impugnare, in seipsis confidere, uana præsumere, impotentiores opprimere, peccata peccatis adijcere, & illatas fibi iniurians authoritate propriâ contra iuris ordinem uindicare. Hæc est fortitudo prauissima, imo non fortitudo, sed fatuas atq; debilitas, omni ueræ sapientiæ ac uigori uirtutum contraria. Nam ut ait Anselmus, qui id potest quod fibi non expedit, quanto plus potest hoc, tanto infirmior comprobatur. ¶ Amplius ad martyris pertinet, habere fidem cum arguentis & rationibus fidei, puris catæq; mentis intelligentia. Vnde sacratissimus princeps apostolorum in sua prima hortacur epistola: Dominum Christum sanctificate in cordibus uestris, parati semper ad satisfactionem omnī. Perit, poscenti uos rationem de ea quæ in uobis est fide & spe. Habuit ergo hic martyr sanctus gratiam istam. Habuit quoq; sapientiæ illam quæ donum spiritus sancti est, qua sapientia est charitati inseparabiliter iuncta, ita q; eam nemo habet nisi in charitate existens, & omnis in charitate existens. Estat. Ita eam habet. Hæc sapientia dicitur quasi sapida scientia, qm; est dulcis & affectiva cognitionis dei. Quæ admodum itaq; sanctus hic martyr fuit in charitate perfectus, sic fuit & in dono sapientiæ huius p̄ fulgens, ira q; fuit diuinorum contemplator sublimis. ¶ Sed iam postremo tangendum est, quanta 2. Tim. 2. Christus promittat uincitibus. Nam teste Apostolo, Non coronatur, nisi qui legitime certauerit. Matt. 10. Christus quoq; Qui perseuerauerit, inquit, usq; ad finem, hic saluus erit. Itemq; in Apoca, ait filius 24. dei: Vincenti dabo edere de ligno uitæ, quod est in paradiso dei mei. Vbi per lignum uitæ intelligi Apoc. 2. gi potest Christus sapientia dei patris, de qua Salomon dixit: Lignum uitæ est omnibus apprehendens eam. Huius ligni uetus est beatifica sancto; refectio, utpote felix fructu dei qua satiatur atq; plenissime cōtentancur beati. Ite, uincit ait saluator in Apocalypsi: Qui uicerit, non lædetur à morte secunda. i. damnatione æterna. Itemq; Vincenti dabo manna absconditum. Et iterum protesta Ibidem. tur: Qui uicerit, uictorie uestimentis albis. i. donis gratiae in præsenti, donisq; gloriæ in futuro, seu duplice stola immortalitatis, & confitebor nomen eius coram p̄ne meo. Sed & denuo: Qui uicerit, inquit, faciam illum columnam in templo meo. i. firmiter eum collocabo, excellentemq; faciā cam in militanti p̄ triumphanti ecclesia. Ex quibus omnibus constat, quanta sit beatitudine & gloria huius uictoriosissimi martyris, quem imitari, inuocare, diligere, honorare debemus, quatenus ad eius beatitudinem ac societatem pertingerem inereamur. Ad laudem omnipotentis &c.

¶ De Confessore pontifice.

¶ Enarrationem Epistola & Euangelij require de S. Nicolao.

¶ SERMO I. De uera Christi imitatione, & perfidia eorum qui à Chri-

sto nominari uolunt, nec uitam eius imitari.

 Vise dicit in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. i. Iohann. ii. Dominus noster Iesus Christus in Euangelio ait: Quid dicitis mihi, domine domine, & non facitis que dico? Ex quibus verbis probat, quod indignus est Christum dominum appellare, qui ipsius non obedit præcepta. Nam seruus & dominus referuntur ad inuicem. Qui ergo Christi non est seruus, non uere & proprie Christum nominat do-

C minum suum, imo ad grauiorem sui damnatione dominū eum uocat. Hinc etiam per Malachiam Malac. ii. loquitur deus: Filius honorat patrem, & seruus timet dominum suum. Si ergo pater ego sum, ubi a; honor meus? & si dominus ego sum, ubi est timor meus? Ex quibus duo eliciuntur: Primum est, quod omnes in mortali uitio existentes, indigni sunt deum patrē uocare, qui non uere ipsum honorant, imo maximi inhonorant, quia præcepta eius non aduerterunt, nec curant implere, & ista carnalia & terrena, ista caduca, uana, foeda ac uila præferunt ei, cuius natura est bonitas, cuius immensitas est dignitas, cuius sanctitas sine m non habet, qui est summum & incommunabile, infinitum & incomparabile bonum. Ecce quanta est cæcitas rationis, & quanta peruersitas uoluntatis omnium impiorum, deum tam grauiiter inhonorantium ac uilipendentium, qui tam fatue iudicant, & tam peruersi ex scolio eligunt, dum istis terrenis, carnalibus atq; uilissimis rebus potius q; omnipotenti & superexaltato creatori suo adhærent, adhærendumq; iudicant & eligunt. Nam deus multipliciter offert eis seipsum, ipsi autem deo contemptu preéligeunt, amplectunt & diligunt carnalia transitoria & immunda, similes eis de quibus in Threnis loquitur Hieremias: Qui nutritur in crocib; amplexati sunt stercore. Stercora q; pp; sunt, tristitia & carnalia comparatio; summi infiniti; boni quod deus est, imo & respectu spiritualium cælestiumq; honorum. Secundum est, quod homines intmorati, uitiosi, indigni sunt deum creatorum uocare dominum suum, quia non continent eum, sed ab eis timore transfigreduntur eius præcepta. De quibus Salomon loquitur: Quia non citò profertur contra malos iudicium, absq; illo timore filii hominum perpetrant mala. Itaq; si iniqui indigni sunt Christum appellare dominum suum aut patrem, multo indigniores sunt ab ipso Christo Christiani uocari. Nam qui Christianus uocatur, Christum se habere dominū & sal-

R R ij uato

sic uirgines illæ acceptis lāpadiis occurrerunt sp̄o & sp̄oſe, sic oīs Chriſtiani in die iudicij
occurrit Chro. Itaq; p̄ decem uirgines universitas fidelū denotatur. Denarius em̄ est nume-
rus pfectus & primus terminus numerorum, ita q̄ ultra nō pceditur numerando, nisi redeundo
ad caput unitatē & denarium. Totū ergo qđ subditur in ista parabola de hac re p̄ decem uir-
gines designata, est exponendū. Per hoc aut̄ q̄ uirgines dicuntur accepisse lāpades suas, insi-
nuatur, q̄ uniuersi fideles cum ad iudicij uenerint, secū ferent fidē & opa sua, quæ noīe lāpae
dum exprimitur. Opera q̄p̄ illos sequuntur illos. Et q̄uis multorum mala sint opa, uix tñ Apo. 14
uel nō inueniat alijs Chriſtianus ita puerus, quin habeat aliquā opa ex suo genere bona, q̄uis
non sint meritoria, præfertim cum ipse interior fidei actus de genere bonus sit. In die autem
iudicij obuiabunt Chriſtō sposo & ecclesia triumphanti cum ipso de cælo uenienti, quæ est
sponsa Chriſtī, uel sp̄oſe CHRIſTI singulari, quæ est uirgo beatissima mater deiſera: uel
secundū

B. DIONYS. CARTHV. ENARR. IN EVANG.

Secundum Aug. ita dicuntur obuiare sponsa, uelut si omib[us] in ecclesiam concurrentibus, s[ed] i[n] ad matrem concurrens dicantur, cum ipsi filii congregatis constet ea quae dicitur mater. Sicq[ue] obuiatio ista esset eiusdem ad seipsum, secundum statum uel modum diuersum. Secundum primis modis est obuiatio prius ad patrem, q[ua] in die iudicij ex hoib[us] seu ecclesia militante & angelis arcu eccl[esi]a triuphantem, fiet una eccl[esi]a & una sponsa Christi, q[ue] tunc sibi perfecte ac indissolubiliter copulabat tota eccl[esi]a seu electio & uniuersitate, ut o[ste] sint unum in ipso, & deus sit oia in omib[us]. [Quinq[ue] aut ex eis erant fatu[er]e, & quinq[ue] prudentes.] Vna pars Christianorum in sp[iritu]is est, & in die iudicij stulta p[ro]babitur, eo q[ue] diuinis ac sp[iritu]alibus p[re]posuit terrena & corporalia, fideliq[ue] catholicam non adornauit opibus, nec opera de g[ra]te bona retulit ad debitum seu ultimum finem. Prudenter namq[ue] dirigit actus humanos in debitum finem. Qui ergo non ob dei honorem uis tamq[ue] eternam bona agit, sed proprie laudes humanas seu temporale emolumenit, merito imprudente & stultus censetur. Alia uero pars Christianorum per oppositum prudens est, & in die iudicij fatu[er]e inuenietur. Per haec itaq[ue] bonorum & malorum discretio explicatur. [Sed q[ue]nta fatu[er]e, acceptis lapidibus, non sumperunt oleum secum.] hoc est, stulti & uani Christiani, fidei sua & operibus non coiuntur. Hier. 9. xerunt sp[iritu]alem delectationem laetitiae interna & conscientie sincerenitate, faciendo q[uo]d monet Apost. 1. Cor. 1. Phil. 4. Psal. 99. Qui gloriatur, in domino glorietur. Et rursum Gaudete in domino semper. Ex illud Psalmista: Servite dominum in laetitia. Vnde nec dicere possunt cum Apostolo: Gaudiu[m] n[ost]ri est testimoniu[m] conscientie nostrarum, itaq[ue] per oleum sp[iritu]alem & pura eleccatio[n]e, sincerenitate designatur, iuxta illud Vnde xix. deus tuus oleo laetitiae. Malum autem dum aliqd boni agere uidetur, in se, non in domino gloriantur, & hoib[us] cupiunt cōplacere magis q[ue] deo, & ita non satagunt conscientiam bonam habere, ne credent ad interiora, sed inanis diffunduntur, quemadmodum scriptum est in circuitu impij ambulant. [Prudentes uero acciperunt oleum in uasis suis] hoc est, sp[iritu]alem delectationem & bonae conscientiae testimonium in cordibus suis posuerunt [cum lapis lapidibus], i.e. fidei & operibus uirtuosis. H[oc] autem electi deferunt secum ad iudicium. [Moram autem faciente sposo] i.e. Christo sunt iudicij differente, uidelicet ab ascensione usque ad terminum mundi [dormitionem] iudiciorum. i.e. tam boni q[ue] mali defunctorum, & dormientium somno mortis atq[ue] in tumultis uelut il lecto q[ue] Ioh. 11. uerit, denouo suscitandi a Christo, de dormitione ait Saluator apud Iohannem Lazarus amicus non dormit, sed uado ut a somno suscite eum. Mortui itaq[ue] dormiunt Christo, q[ue] multo facilius excitat defunctum a morte, q[ue] homo dormientem a somno. [Media autem nocte clamor factus est] Ecce Exo. 12. sp[iritu]us uenit. Ex hoc alig[er]unt, q[ue] finale iudicium erit in medio noctis. Vnde refert Hieronimus 1. Cor. 4 traditionem esse iudeorum, q[ue] sicut deus per angelum uastauit Aegyptios media nocte, itaq[ue] Christus iudicabit mundum in medio noctis. Alij dicunt, q[ue] erit in die, secundum q[uo]d dicit Apostolus. In die q[ue] iudicabit dominus abscondita tributarum. Et dicunt q[ue] ideo tempus iudicij vocatur nox, quia incertum. Propter q[uo]d dicit Augustinus. Media nocte, i.e. nullo sciente aut sperante. Clamor autem qui Mat. 24. tunc fiet, est sonus tubarum & vox magna. De quibus alibi pleni[us] dictum est. [Exite obuiam ei] i.e. de sepulchris resurgite, seu corpore resumpto occurrite Christo ad iudicium uenienti. [Tunc surrexerunt omnes uirgines illae] i.e. boni & mali a mortuis surgent simul in die nouissima. [& ornauerunt lapides suas] i.e. opera sua decorauerunt, q[ue] potuerunt, testimonio conscientiae & per Galat. 6. meditatione rationum districtio iudicii reddendag[ue], secundum q[uo]d dicit Apostolus. Probet se homo, & sic in semetipso habebit gloriam, & non in altero. Quilibet enim causam suam q[ue]cum poterit, ad ornabat. [Fatuus autem sapientibus dixerunt] Date nobis de oleo uestrum] i.e. de merito uestrum sp[iritu]is. Iis laetitia & bona conscientia succurrere nobis, q[ue] lampades nostra extinguntur] i.e. fides & opa nostra reprobatur, tanquam a lumine gratiae aliena. Per hoc innuitur, q[ue] in die iudicij mali undique sibi auxiliari optabunt, illi saltet, q[ue] nondum iudicati & incerti sunt q[uo]d de eis dominus iudicabit, q[ue] etiam ante plationem sententiae uerebuntur dannari, tanquam male sibi consenserunt. [R[es]ponderunt prudentes] fatuus dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & uobis] i.e. facere non ualeamus neque audemus q[uo]d peccatis, timentes ne opa nostra nobis metipsis uix sufficiat ad salutem, p[ro]ferunt c[on]tra tatus sit iudicij huius rigor, ut iustus uix saluetur. Nec aliud alium tunc potest, iuuare, q[ue]nq[ue] unusquisque tunc maxime onus suum portabit, & per seipso ratione p[ro]ficit. [Ite potius ad uidentes] i.e. ad eos quem est regnum caelorum, puta ad pauperes uel sacerdotes, quibus commissa sunt claves regni celestis, & dominica sacramenta gratia contentiva dispensant, atq[ue] pro numero confessionis ac penitentia q[uo]d ammodo uedunt. [& emite uobis] oleum salutis, pauperibus succurrendo, uel sacerdotibus obediendo. Sic enim Daniel ait: Peccata tua eleemosynis redime, & iniq[ue]tates tuas misericordias pauperum. Haec dicunt uirgines sapientes, non quod tunc tempus erit merendi seu ista agendi, sed quia aliud consilium dari non potest. Vel, secundum Augustinum, haec dicunt non consulendo, sed crimen fatuarum commemorando, eisq[ue] insultando zelo iustitiae. Tanquam dicunt, ite ad uidentes, id est, adulatores & uanos uestros laudatores accedite, & emite uo-

DE VIRGINIBUS.

fo. ecclxxxvi.

A te uobis ab eis fomentum salutis & gratiae. D[omi]n[u]s autem irent emere] i.e. gratia recuperare uellent uel penitentia, uenient sponsus] i.e. Christus ad praemianandum. [Et quae paratae erant] tanquam ornatae ueste nuptiali & accessibus meritorum, atq[ue] ab omnib[us] peccati purgata, intrauerunt cum eo ad nuptias as] i.e. ad celestem refectionem seu beatitudinem sempiternam, ubi sancta anima deo intime uniuntur, eoque fruuntur, & ab eis feliciter fecundantur. [& clausa est ianua] i.e. finitum est tempus promerendi, & aditus regni celestis nulli de cetero patet. [Nouissime autem] i.e. nimis tarde & post aliq[ue] p[re]parationem ac saluationem, uenerunt & reliqua uirgines stulta. Non est per hoc intelligendum, q[ue] aliud sit tempus iudicij bonorum, aliudq[ue] malorum, sed q[ue] ordine dignitatis hominum primo remunerent. Veniunt ergo q[ue] tempus miserationis expiravit, [dicentes: Domine domine,] Ingeminat d[omi]n[u]s, non charitate, sed necessitate uero amore, sed naturali affectio atq[ue] timore. Ideo nil merentur, [aperi nobis] ianuam regni celestis. [At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio uos] scierat appellationis, de q[ue] dicit Apostolus. Si quis diligit deum, hic cognitus est ab eo. Et ideo: Si quis ignorat, ignorabitur. Hinc alibi Christus dicit: Non ois q[ue] dicit mihi, d[omi]ne, in Mat. 7. trahit in regnum celorum, sed qui facit uoluntatem patris mei. [Vigilate itaque, quia nescitis dies Mat. 13. neq[ue] horam] i.e. tempore uobis incognito filius hominis ueniet, ideo uigilate.

SERMO. I. Quae sit uera ac specialis Christisponsa, & quomodo eam pluri mis uitribus ornata esse oportet.

A Per me mihi soror mea, amica mea, columba mea. Cantus. Quantus ois anima Christiana uestrae deuota sponsa sit Christi, specialiter tamen ois puella uirginea, sp[iritu]aliter amoro[sa] & in uirginitate p[ro]posito constans, Christisponsa uocatur. Specialius uero ois feminina religiosa, in claustro cōsecrata & solenni p[ro]fessione Christo astricta, religioseq[ue] uiuens, sponsa est saluatoris creatorisq[ue] sui. Specialissime autem ois uirgo sancta, q[ue] celestis sponsi amore per fidem ueritatem, aut uirtutum & castitatis tenore sanguinem fundit morteque patit, sponsa Iesu Christi uocatur, q[ue]les fuerunt uirgines sanctae & martyrizatae. Denique sicut communis d[omi]n[u]s, triplex est sponsa Christi, uidelicet uiuersalis, quae est ecclesia sancta catholicam & specialis, q[ue] est libet anima deuota in charitate existens & gratia, libetq[ue] singularis, uidelicet beatissima uirgo Maria, de q[ue] triplici sponsa exprimitur liber Canticus Canticorum. Sed hoc sciendum, q[ue] sponsa Christi specialis est duplex. Vna est determinata quaevis sponsa seu anima uirtuosa rationalia est, q[ue]cunque particularis ecclesia deo per fidem & charitatem unita. Similiter sponsa singularis uidetur esse duplex, utpote uirgo Maria, ut tractu est, & ita humanitas Christi uero exterio hypostaticae copulata. Vnde secundum Gregorium, tunc deus pater deo filio nuptias fecit, q[ue] ei in utero uirginis humanam naturam coiunxit. Non enim ambiguu[er]e est quin Christi humanitas gratiosus, gloriiosus, familiarius atq[ue] intiuimius sit deo coniuncta, q[ue]cunque alia intellectualis seu rationalis creatura. Ideo dicit potest singularissima dei sponsa. Vniuersalis q[ue] dei sponsa est duplex, uidelicet ecclesia militans & ecclesia summa triuiphans. Præterea nunc uidendum, cur rationalis seu intellectualis creatura uocetur sponsa dei. Ad q[uo]d cōgrueret uidetur, q[ue] ideo, q[ue] p[ro] charitatem coniuncta est deo, & brachiis sancti amoris amplexata ab eo, celestisq[ue] lumine, s[ed] gratia & uirtute, condatur ab ipso, atq[ue] p[ro] cōlensem uoluntatis ei sp[iritu]aliter cōmiseretur, ac fructus uirtutum & pudicitur. Et quis sp[iritu]ale istud coniubium seu desponsatio h[oc] specialis ac principalis fiat per charitatem, nihilominus p[ro] fidem aliasq[ue] uirtutes fieri p[ro]hibetur, cum in Osee dominus dicat: Sponsabo te mihi in iudeo, & iustitia & in misericordia & miserationibus. Et sponsabo te mihi in fide. Insup[er], quis ecclesia seu omnis Christifidelis sponsa, de q[ue] cuiuslibet diuinæ sponsa uocetur, tamen magis p[ro]prie dicitur sponsa Christi, q[ue] patris aut sp[iritu]us sancti, seu trini ac simplicis dei, p[ro]pter communionem naturæ cum Christo, q[ue] est uerus deus & ueru homo in una persona. Sicque ecclesia & omnis Christifidelis, cum ipso in humana communiceat coniuncta sponsa. Proprio q[uo]d ratione sponsi magis p[ro]prie uide Christo copetere, cum sposus & sponsa soleat eiudicari esse naturæ. Hinc etiam ratio capituli respectu ecclesiæ magis competit, p[ro]prie Christo dei filio incarnato. Itaque uirgo haec sancta, cuius n[ost]r[us] celebraamus solenitatem, merito dicitur sponsa Christi. Primo, q[ue] p[ro] fidem & charitatem fuit ei coniuncta. Secundo, q[ue] n[ost]r[us] sexus, deuotio ornati, specialius ei copetit nomine sponsæ. Tertio, q[ue] amore sponsi celestis oem carnalē conceperit sponsum, & ois uoluptates. Quartu[m], q[ue] sponsu[m] celesti sanguinē suu fudit, uel ei soleniter extitit in religione consecrata. Est ergo sacra haec uirgo multipliciter commendedabilis & a multis laudada. Primo, ratione sp[iritu]aliter fortitudinis suæ, q[ue] cum sexu uicit naturam. Cum enim sciem[ia] naturalis atq[ue] cōmuni fragiles, instabiles, lesches constitutæ, utpote debiles in ratione & nimis molles, flexibles ac formidolosæ, tamen beata haec uirgo p[ro] dona gratiae ac uirtutes, auxiliante ei in omnibus sp[iritu]is sancto constat fuit & fortis, prudens ac sapientia uehementis, impetrata inflexibilisq[ue] a bono & a celestis sponsi amore, in tamen, q[ue] nec demonum tentationibus, nec hoīm impiorum suggestionibus, nec cōmicationibus, nec adulatio[n]ibus, nec prosperis, nec aduersis, nec prauo[rum], exēplis, nec exquisitis crudelissimisq[ue] supplicijs, nec diuina

C O. secundum Gregorium, tunc deus pater deo filio nuptias fecit, q[ue] ei in utero uirginis humanam naturam coiunxit. Non enim ambiguu[er]e est quin Christi humanitas gratiosus, gloriiosus, familiarius atq[ue] intiuimius sit deo coniuncta, q[ue]cunque alia intellectualis seu rationalis creatura. Ideo dicit potest singularissima dei sponsa. Vniuersalis q[ue] dei sponsa est duplex, uidelicet ecclesia militans & ecclesia summa triuiphans. Præterea nunc uidendum, cur rationalis seu intellectualis creatura uocetur sponsa dei. Ad q[uo]d cōgrueret uidetur, q[ue] ideo, q[ue] p[ro] charitatem coniuncta est deo, & brachiis sancti amoris amplexata ab eo, celestisq[ue] lumine, s[ed] gratia & uirtute, condatur ab ipso, atq[ue] p[ro] cōlensem uoluntatis ei sp[iritu]aliter cōmiseretur, ac fructus uirtutum & pudicitur. Et quis sp[iritu]ale istud coniubium seu desponsatio h[oc] specialis ac principalis fiat per charitatem, nihilominus p[ro] fidem aliasq[ue] uirtutes fieri p[ro]hibetur, cum in Osee dominus dicat: Sponsabo te mihi in iudeo, & iustitia & in misericordia & miserationibus. Et sponsabo te mihi in fide. Insup[er], quis ecclesia seu omnis Christifidelis sponsa, de q[ue] cuiuslibet diuinæ sponsa uocetur, tamen magis p[ro]prie dicitur sponsa Christi, q[ue] patris aut sp[iritu]us sancti, seu trini ac simplicis dei, p[ro]pter communionem naturæ cum Christo, q[ue] est uerus deus & ueru homo in una persona. Sicque ecclesia & omnis Christifidelis, cum ipso in humana communiceat coniuncta sponsa. Proprio q[uo]d ratione sponsi magis p[ro]prie uide Christo copetere, cum sposus & sponsa soleat eiudicari esse naturæ. Hinc etiam ratio capituli respectu ecclesiæ magis competit, p[ro]prie Christo dei filio incarnato. Itaque uirgo haec sancta, cuius n[ost]r[us] celebraamus solenitatem, merito dicitur sponsa Christi. Primo, q[ue] p[ro] fidem & charitatem fuit ei coniuncta. Secundo, q[ue] n[ost]r[us] sexus, deuotio ornati, specialius ei copetit nomine sponsæ. Tertio, q[ue] amore sponsi celestis oem carnalē conceperit sponsum, & ois uoluptates. Quartu[m], q[ue] sponsu[m] celesti sanguinē suu fudit, uel ei soleniter extitit in religione consecrata. Est ergo sacra haec uirgo multipliciter commendedabilis & a multis laudada. Primo, ratione sp[iritu]aliter fortitudinis suæ, q[ue] cum sexu uicit naturam. Cum enim sciem[ia] naturalis atq[ue] cōmuni fragiles, instabiles, lesches constitutæ, utpote debiles in ratione & nimis molles, flexibles ac formidolosæ, tamen beata haec uirgo p[ro] dona gratiae ac uirtutes, auxiliante ei in omnibus sp[iritu]is sancto constat fuit & fortis, prudens ac sapientia uehementis, impetrata inflexibilisq[ue] a bono & a celestis sponsi amore, in tamen, q[ue] nec demonum tentationibus, nec hoīm impiorum suggestionibus, nec cōmicationibus, nec adulatio[n]ibus, nec prosperis, nec aduersis, nec prauo[rum], exēplis, nec exquisitis crudelissimisq[ue] supplicijs, nec diuina

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO I.

diuturnis persecutionibus potuit superari. Vnde non fuit cum peruersis peruersa, nec à quoq; diuina Rom. 8. seducta, sed cū Apostolo dicere quiet. Quis me separabit à charitate Christi? Secundo laus danda & inclite extollenda est ratione præclaræ ac uictoriose temperantia sua, q; proprium corpus uirginem optime rexist, ac fortiter refrenauit, ab omni uoluptate gulae & incontinentiae illud cōpescens, rationi subiectiens, & in actibus uirtuosis ipsum seruire deo compellens. Magna est uirtus atq; uictoria ista, p̄scriptum in fragili sexu, cū & in uiris uirtuosis ac sapientissimis reputetur scipie. Ait nanq; Greg. Nos gestamus laqueum nostrum nobiscum, & propriū cōsiderimus inimicum. Carnē nostram loq; de peccato natam, in peccato nutritam, corruptā ualde ipsa origine, sed multo amplius prava confuetudine uitiatā. Potest ergo de sancta hac uirginea dici illud Proverb. Accinxit fortitudine lumbos suos, manum suā misit ad fortia, fortitudo & decor indumentum eius, & panem ociosa non comedit. Tertio excellenter commendabilis est à sua uirginea castitate, qua semper cōtinuit, & in uirginatus proposito manuit, ac manere usq; in finem decreuit. Solent enim uirgines qnq; ex quadam curiositate tētarī, experiri cupientes quid sit quod audiunt seu cogitant, & maius illud esse putates q; est, nec adfuncta in commoda ponderantes. Insuper à naturali calore, à demonum suggestione, ab hominū persuasione frequenter tentantur. Sed felix hæc uirgo oīa ista fortiter superaret, & oratione assida humilisq; in deo fidutia uicit. Præclara ergo & grādū omnino est laus ista ac uirtus, cum sancti patres Hieronymus & Bernardus affirment: Differunt inter se homo pudicus & angelus, sed felicitate, non uirtute. Sed & si angeli castitas existat felicior, hoīi tñi castitas fortior. Imo, ut abbas Cassianus doctor illustris testatur: Maius miraculum est, de propria carne fomitem eradicare luxurias, q; immundos sp̄is de corporib; alienis expellere. Atq; ut S. ait Hieronymus: carne sine carne uiuere, angelicū est, non humanū. Hinc B. Cyprianus p̄fūl, martyr & doctor: Virginitas, inqt, soror est angelorum, uictoria libidinū, regina uirtutū, & oīm Apo. 14. possessio quædā bono. Deniq; uirgines Chfo uirginis specialiter conformantur, & sequuntur agnum q; cuncti erit, cātantq; canticum qd alius cantare non ualeat. Propter qd Ecclesiastis Eccl. 26. eis asterit: Ois ponderatio nō est digna cōtinentis aīa. Contestantibus quippe sanctis doctorib; Hieronymo atq; Ambrosio: Virginitas superreditur cōditionem natura humanae, per quā homines angelis assimilātur. Maior tñi est uictoria uirginum q; angelorum. Angeli cū fine carne uiuant, uirgines uero in carne triumphāt. Quarto cōmendatur hæc sacra uirgo à sua scipua dignitate, qnq; filij dei caelestis sponsi est sponsa, & ei fidelissime mansit cohærens, sciens sponsum illum in omni nobilitate, pulchritudine, sapientia, amabilitate, opulentia, fortitudine incomparabiliter præfulgentem, cū quoq; magis cōfūngitur, eo purior redditur. Idcirco dis-

Cant. 7. cere potuit illud in Cantico: Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Dilactus meus candi-

Cant. 4. dus & rubicundus, electus ex millibus, & ipse est amicus meus filie Hierusalem. Hinc sponsus caelestis delectabatur cōmorari in mente purissima huius uirginis sanctæ, & dixit ad eam: Aperi mihi cordis tui cubiculum soror mea, cuius amore humana assumpsi naturam, amica mea per specialem & familiarēm dilectionē, colubā mea per curam & simplicē intentionē. Quin- to laudatur hæc uirgo à sua cōstantia, fortitudine & patientia in passione, quia ob spolium cælestem tam exquisita tulit supplicia, non absq; grandi miraculo & gratia copiosat: quia omnis potens deus inter cætera potentias sua miracula, etiam in fragili sexu uictoriā dedit martyri. Imo tenerrimis illustrissimisq; puellis admirabilissimam dedit fortitudinem atq; cōfian- tiam inter horrenda tormenta. Sexto laudatur ab excellentia & multitudine miraculorum quæ deus fecit per eam, ipsam mirificans & exaltans, & sibi charissimā, nobisq; honorandam, & subuenire potentem protestans & monstrans, sicut ex eius patet Legenda. Septimo cōmendatur à præclara & supernaturali sapientia sibi collata, per quam inter aduerstitates & pernas tam sapiētissime respondebat, aduersarios confundebat, Christi defendit fidem, & uiros quoq; animauit ad martyrii susceptionem. Dedit etenim ei Chfs os & sapientiam, cui nec tyranni, nec prudentes seculi ualebant resistere. Octavo cōmendatur ab excellenti felicitate, quā pro præmio est adepta, & æternaliter possedit. Est q; modo caelesti spōso perfecte coniuncta, in eius ulnis dulcissime requiescens, eius purissimis amplexibus incessabiliter fruēs, eius uultum inauertibiliter intuens, ipsum deliciissime ac securissime possidens, tanto utiq; pleniū, quanto eum in uita hac dilexit ardentius, concipiuit frequētius, honorauit perfectius, & plura ac grauiorapro ipso perpessa est. Nam dupliciti decoratur aureola, utpote martyrum ac uirginum. Et si alios instruxit in fide, atq; ad Chfrm conuertit, etiam doctorum aureolam est for- tita. Honoremus ergo, laudemus, dep̄cemur ac diligamus hanc uirginem sanctam, & eius se- quamur uirtutes, concupiscentias refrenando, corpora nostra penitentialiter castigando, pa- siones nostras & uitia fortiter superando. Vanitates seculi despiciamus, in dei timore & gratia

Luce 21. con-

A concrescamus. Imo de nostra imperfectione, de nostris miserrimis defectuositatibus & fragilitatibus miserandis uehementissime erubescamus, eo q; sacra hæc uirgo sexu & corpore fragilis, per gratiam exitit tam sublimis, tam perfecta & fortis, tam patiens in aduersis, tam uiatoriosa in periclis grauissimis, tam sapiens in respōsis. Nos uero à propriis motibus quotidie uincimur, ira & impatiens inflammarū, cōcupiscentijs instar brutorum exagitamur, pro modico uerbo turbamur. Vbi nos barbati latebimus ubi manebimus, cum iudex altissimus cōceperit exercere iudicium, discutere omnia, pandere uniuersa! Vere cōdemur itaq; & reue- tamur à pessimis uis nostris, penitentiamq; agamus, atq; in omnibus nos incessabiliter emēdemus. Ad laudem omnipotentis &c.

¶ Sermo II. Quod aliud q; Deum cogitare uirginem non deceat.

Virgo cogitat quæ domini sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. I. Corinth. vii. Finis propter quem creator bonus, sapiēs atque omnipotens condidit hominem, est Deum syn- cere cognoscere, ac seruenter diligere, eīq; mente quiera, pura ac stabili adhærere. Ad istud ordinatur tota sacra scripture, & ad hoc redunt & data sunt omnia dei precepta, euangelica quoq; consilia. Idcirco quod ad hunc finem plus confert & expedit homini, hoc ei utilius salubri usq; consistit. Constat autem & experientia docet certa, quod status coniugalis propter occu- pationes & sollicitudines sibi adjunctas, & p; carnales uoluptates aetui suo admixtas, frequēter ac uehementer impedit coniugatos à fine p̄acto, à puritate interna, à mēris quiete in Deo, à spirituali affectu, ab exercitijs uirtuosis, à contemplatione altissimi. Hinc secundum celestem Christi doctrinam, uirginitas in nouo testamēto præfertur statui coniugali, castitatiq; matris

B moniali, uirgines nanq; Deo liberius ac purius possunt uacare. Hinc docet Apostolus, quod I. Cor. 7 mulier nupta cogitat quæ sunt mudi, quomodo placeat uiro, & mente diuisa est, quia non toto corde intēta est Deo, sed uarijs curis occupatiōibusq; grauatur, distrahitur, impeditur. Virgo autem cogitat q; sunt Dei, quomodo placeat ei, ut sit sancta. I. immaculata corpore & spiritu. Porro hæc intelligenda sunt de uirginibus in proposito uirginitatis consistentibus, Dei in- tuitu & amore, non ob laudem humanam, aut ex uiro cōtempnū, uel propter terrena ac tem- poralia commoda. Non enim uirginitas per se placet, sed ut placeat Deo, humiliati, charitati, cæterisq; uirtutibus sit coniuncta. Ideo ait Hieronymus: Ornetur mox sanctitate uirginitas, & gradum profecto subsequetur perfectum. Isidorus q; q; Virgo, inquit, carne, non mente, nullū præmium habet in professione. Cum ergo uirginitas per seipsum non placet Deo, sed ex interiore mentis deuotione & sancto proposito, atq; alias adiuncte uirtutum, aduertere debet uirgines, præfertim in uirginitate manere statuētes, quid ad easq; pertinet statum, ut iuxta sua am uocationem ambulet digne Deo. Hinc loquitur Augustinus: Dñica uirgo, i. uirgo Deo Coloz. 2. deuota, debet cognoscere qbus scip̄tis institutur, & qbus debeat uitijs abstinerere. Conse- quentē beatiss. doctor Augustinus multa scribit pro uirginis instruētōe, qd ad easq; pertinet statum: Dñica, inquiens, uirgo primitus debet uitare strepitus, hominū tumultus ac plateas, fre- quentia fugere, atq; in domo posita, operi lanifico uel lectioni diuinę insistere. Hoc est unum documentū, ex q; patescit q; uirginū est non discurrere, nec hincinde uagari: sed quantum fie- ri potest, domi sedere, nisi cum ad ecclesiā est pergenendum. Et qd ait Augustinus, q; debeat la- nifico insistere operi, intelligentiū est, q; debeat aliquā manualem occupationē utilem & ho- nestam habere, non oīio aut loq; citata uacare. Conformater qd ait, aut lectioni diuinę intēde- re, intelligendum est q; debeat aliquā sp̄italem exercitationē peragere, uacando uidelicet lectioni deuotio libriq; uel orationi aut meditatiōi salubri. Hinc & S. ait Ambrosius: Dis- scite uirgines non alienas circūcursare aedes seu domos, non demorari in plateis, nec aliquos in publico miscere sermones. Secundum Augustini est documentum: Dñica uirgo nec or- natu capitis, nec habitu comit, nec oculis erectis aut latet, sed uultu ad terram deposito sit in cedens, ne iuueniles inducat amores, ne eti ipsa non pereat, alijs causa perditionis existat. Ecce hoc documento prohibentur uirgines se pompose & curiose ornare, præfertim in uultu & capite, & erectis oculis ac iuueniles incēdere, sed facie inclinata, ne iuuenum seu uiro, in se ac- cendat affectum, ac per hoc alijs sint perditionis occasio, dato q; ipse non afficiatur libidino- se ad alios, nec illos scādalizare intendat. Hinc q; Hieronymus terribiliter protestatur: Si uir aut mulier se ornauerit, & uultus hominum ad se prouocauerit, ersi nullum inde sequatur da- minum, iudicium tñi patietur æternū, quia uenenum attulit, si fuisset qui biberet. Hinc dicunt do- ctores, q; quicunq; ita se uestii uel ornat, q; alijs uitiosæ concupiscentijs exhibet incentiuū, pec- cat mortaliter, etiam dato, q; nemo scandalizetur in eo. Nam quantū in se est, præbet alijs pos- culum mortis. O q; pauci ista perpendunt, ideo miseri perirent sine nōero & mensura. Denis q; sancta hæc uirgo, cuius nunc agimus festum, hæc oīa adimpleuit, & mala uitauit, sollicita fu-

it, ne q̄s uirgo aut iuuenium scādaliſare tur in eius ſpecie uel aſpectu, ornatu, uerituſue inceſt. **D** fu, idcirco dilexit ſecreū. O q̄ ſatuſe ſunt nunc uirgines & ſexū multæ, q̄ ex capillis ſuis faciū ſibi cornua, q̄ interduſe deponunt, interduſe refuſunt, inſtar teſtudinis. Quædā exiā omniſtū ſtūtia plenæ, uultuſu uum adulterino ornāt colōre ac ſiniunt. Cōtra q̄s ait S. Hieronymus: Quāta amentia eſt, effigie mutare naturæ, picturāq; quærere! Tolera biliora pene in adulterio crimiſna ſunt. Ibi em̄ pudicitia, hic natura adulteratur. Et Ambroſius: Deles, inq̄, picturā Dei o muſier, ſi uultuſu tuum materialiſtā dōre obliuia, ſi exquifito rubore pfundis. Considerate o uirgines ac ſeſia ſanctā hanc uirginem q̄a ueneramur, q̄ ſoli caeleſti cupiens ſpōſo placere, interio rem ſuę aīz uultum, uidelicet rationē & uoluntate, ſide, ſapientia, charitate, iuſtitiae ac cāteris decorauit uirtutibus. Et uos ergo ſimiliter agite, ne dāmonū ſitis adultere. **T**ertium dociuentū eſt Augustini: Dñica uirgo ab omniſtū inuerēcū ſermone & cachianno debet ſe penitus cohibere, & cum ſilentio & disciplina, omnē ſuam uitā ornare. Et ad iſtud pertinet q̄rtum dociuentū, q̄ ait: Dñica uirgo, ut de uiduis ait Apoſtolum, ſermone garrula aut loq̄citate uerboſa, aīl curioſitate ſuperfluā, caſta iudicari nō potest, fed potius proſtituta, & ad luxuriā magis accendere & accendi. Ex his oſtēditur, q̄ uirgines a ſemineis leuitaribus, loq̄citatis & curſi oſitatis debent ſe omniſtū repremire, & tanto plus, quanto ad talia prouiores exiſtunt. Imo unuſquisq; cupiens Deo placere atq; ſaluari, illis ſe uitiiſ magis debet opponere ac reniti, ad q̄ ex naturali diſpoſitione uel conſuetudine, aut aliog; ſocietate ſeu ſuggeſtione ac amplius inclinatur. **Q**uartum dociuentū eſt: Dñica uirgo nec ſermonis iactantia, nec diuitijs, nec generis nobilitate ſe debet extollere, ſed in humilitate & paupertate ſpiritus Ch̄o, q̄ diu uixerit accepta manere. Iſtud etiā ad omniſtū pertinet Ch̄ianum. Quid enim ſunt diuitiae & nobilitas, E pulchritudo, potentia & eloquentia, niſi quædā dona nature ſue fortunæ, qbus omnibus dona gr̄a ac auirtutes ſunt incomp̄parabiliter digniora? Itaq; ſi qui ſit filius regis pulcherrimus cor pore, ut Abſolon & Adonis ac Paris, ingenioſiſimus ut Ariftoteles, eloquentiſimus ut Cice ro, potentissimus ut Octavianus, ditiſimus ut Creslus, nobiliſimus tanq; Franco, a quo & no bilis Francia nomen fortita eftaliter uero ſit corpore turpiſimus, pauperrimus, balbus, obtu ſus, impotens, pauper, & tñ in charitate & gr̄a Dei existens, uere humilis & deuotus, uter hoſe duorum ſublimior, amabilior, honorabilior eſt atq; beatior? Nōne iſte ſecondus, ab hominibus cunctis deſpectus? Cū itaq; ignoremus qualis ſit alter in mente ſua, aut in p̄determinatione diui na, nequaq; debet ſe aliquis propter eminentiam in donis naturæ aut fortunæ extollere, alijſve p̄ferre, dona etiā maioris elegantiae eſſent, tñ de eis debet qui ea ſortitus eſt, Deo gratias age re, ſubdi & humiliari, & eum qui Deo per dona gr̄a eſt uenit ac placens, ſibi in corde ſuo p̄z ferre, quemadmodū & haec ſacra uirgo, cuius nunc festus agitur dies, fecit. Quæ q̄rato maior fuit in donis gr̄a ac naturæ aīq; fortunæ, tanto plus ſeipſam humiliauit in omib; aduerteret quod ait Apoſtolum: Quid habes qđ non accepisti? Si autē accepisti, quid gloriariſ q̄ſi non accepisti? At uero ſecondū Hieronymum, ſex iſta uirginitatē conſeruat; Sobrietas, Operatio (id eſt, occupatio) bona, Aſperitas uerſuum, Coercitio ſenſum, Raritas loquendi, & Euitatio op portunitatis peccandi, uidelicet loci & temporis ac perſonæ. Veruntamen hiſ ſex poſſunt ad di & alia multa, ut pote oratio ad Deum, aſſidua pro uirginitate ſeruanda, conſideratio dñicæ paſſionis, imo & moleſtiaꝝ matrimonio adiunctarum, attentioni ſimiorum uirginitatis, euiaſtio munuſculorū, amplexus, attractus & oſculoz. **P**oſtremo, ad caſtitatem ualde inducit qđ ſanctus Ambroſius hiſtorialiter refert, dicendoſ Non fallit ueritas, non circuſcribit iuſtitia, non decipit uirtus. qđ ſi non creditis oraculo, credatis ſaſtem exemplo. Dudum puella nobis ſeculo, nāc nobilioſ Christo, quum à parentib; & propinquis ad nuptias urgeretur, ad ſa croſanctum confugit altare. Quo enim melius fugeret uirgo, q̄ ubi ſacrificium uirginitatis oſ fertur, & caput omnium Christus quotidie eſſecratur? Stabat ad aram Dei pudorū hoffia, uil etiā caſtitatis, capitū ſuo dexteram ſacerdotis imponens, prece m̄p̄ poscens, & ait: Quid agi tis o propinquus? quid exquirendis nuptiis meum animū ſolicitatisti? Sponſum mihi offertiſ terrenum, mortalem, ſed ego reperi meliorem. Qyaſlibet exagitare diuitias, nobilitatē iactante, potentiam p̄dicate. Habeo enim ſponſum cui nemo ſe comparet, diuitiem mundo, poten tem imperio, nobilem cālo, ſi talem habetis, non refu optionem: ſi autem talem non reperit, non mihi prouideatis tanquam parentes, ſed inuidetis ut peremptores. Itaq; & nos ſancte uirginis huius prouocemur exēplis, inſtruamur uirtutibus, rōboremur fortiſſimiſ gestis, ſper namus carnalia & terrena, ut adipiſci mereamur caeleſtia & æterna. Ad laudem altissimi,

Sermo III. Quid bona uirginis ſit, ut firmitor Deo adhæreat.

A Vdſilia & uide, & inclina aurem tuam. Pſal. xlviij. Ea q̄ in p̄cedenti ſermoni dicta ſunt pertinere ad uirgines, pene etiā omnia ad uiduas pertinent. Vnde de illa uenerabiliti ui dua

Adualudith habetur In ſupioribus domus ſuæ fecit cubiculi ſecretum ſibi, in q̄ cū pueris ſuis Iudit. 8. clauſa morabatur, & habeb̄ ſup lumbos ſuos ciliū, ieuiuabat oībus diēbus uitæ ſuæ p̄ter ſabata & neomenias, & feſta domus Israel. Deniq; in Luca habetur de ſanctissi illa uidua Anna, Luce 10. q̄ nō diſcedebat de tēplo, orōnibus & ieuiuibus ſerviēs deo die ac nocte. Apoſtolum q̄q; Timoſ 1. Tim. 5. theū hortatur, dices: Viduas honora q̄ uere uidua ſunt; q̄ aītuere uidua eſt & desolata, ſperet in Deū, & inſte oratiōibus & obſeratiōibus nočte ac die. Nam q̄ in delicijs uiuit, uiuēs mor tua eſt, & hoc p̄cipue, ut irreprehenſibiles ſint. Ex quibus probatur, q̄ ad uiduas ſpectet, nō euagari, ſed domiſedre, utiliter occupari, ſpiritualibus exercitiis exerceſti, loquacitatis, popas, uanitatis, leuitates uitarie ieuiuibus, orationibus, asperoq; ueſtitu operam dare. Que omnia, ut in ſermoni patuit p̄cedenti, ad uirgines ſpectant. **D**eniq; omnis anima Christiana uere dea uota, Dei filia & amica, ſponsa & h̄eres rite uocatur. Deus enim creator eſt omnium, paf, amator, atq; remunerator, cui quotidie dicimus: Pater noster qui es in cālis. Vnde in Deuteronoq; March. 6 mio legitur: Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te, & fecit & creauit te? Itaq; in theū Dcūt. 32 mate p̄aſſumpto prophetā in perſona ecclieſia hortatur uirginem ac uiduam quamcunq; uere deuotam, imo omnē animam efficaciter Chriſtideleſ ad multa: Primum eſt, ut audiat, i. nō ſolum corporaliſbus auribus, ſed mētis quoq; diligenter aduertat, quid uelit Deus, quid iubet, at, qđ consulat, quid p̄mittat, quid cōminetur: Beati eñi qui audiunt ȳbum Dei. Et Ch̄is frē Luke. 11. quent in Euāgelio cohortatur: Qui habet aures audiēdi, audiat. Deberimus ergo mente aduertere, quid Deus loq̄tur in nobis per occultū iuſtū, iuxta illud psal. Audiā qđ loq̄tur in me Marci. 10. dñis Deus. Vnde & in Job fertur: Per ſomniū in uilō nocturna aperit Deus aures viroꝝ, & in Lucas. 14 ſtruit disciplina. Item aduertere ſic debemus, quid loquatur in nobis angelus sanctus animaꝝ Plat. 8. ſuue noſtræ cultus per iuſpirationes internas, ipſe enim quotidie nos intus alloquitur, ad bona in ſtigat, a malis auertit, a periculis protegit. **T**ertio, ſic debemus aduertere qđ in nobis loquatur propria ratio, quid cōſciētia diſtet, ad quid inclinet ſynteresis, ut recta rationis ſequamur iudicium, & ratione regatur uoluntas, ac appetitus inferior nō paſſionibus & concupiſcentijs ſeducatur. Item, exterioribus ac interioribus auribus debemus aduertere qđ ſupiores noſtri, & boni deuotiſq; proximi noſtri nobis loquuntur, p̄ ipiendo, inſtruendo, hortando aut corripiendo, iuxta illud Eccleſiaſtici: Audi faciens, & pro reuerentia accederi ſibi bona gratia. Vnde Eccl. 38 de Salomon ait: Audi fili mi disciplinū patris tui. Omib; his modis ſancta h̄ec, cuius nunc Proce. 14 celebramus ſolennia, audiat exteriori & interiori auditu, quod ſibi ſalubriter dicebatur, ſue intus de cālo & angelo, ſue extra ab hominibus, eratq; uera ſapiencia diſ. ipula, obedi entia ſila, & docilis dirigibiliſꝝ per omnia. Superbia autem & impatiētes, ac magni & ſapiēntia in proprijs oculis, corripienſibus ac corrigenſibus indignantur, nec informationibus acquiescant, dicentes illud Job: Quid noſti quod ignoremus? Quid ſcis quod neſi iam uifit? Se cundo in themate p̄aſſumpto prophetā hortatur uirginem ac uiduam quamcunq; deuotam, ut uideat, id eſt, corde in telligit & digne perpendat per inſtitutā ad ſalutem, iuxta illud Eccl. 7. Hæc quippe nouiſſima ſunt, Mors corporalis, Metuendum Dei iudicium, Infernale ſuppliciū, Beatiſtū, Beatiſtū æterna. Quicunq; ergo mente ſagaci rite perpendit in certitudine in amari tudinem mortis ſibi inminentis, atque indeſinenter appropiquet, infinitumq; diuiniriſ gorem ac horrorem iudicij, quām metuendū ſit incidere in manus Dei uiuentis, corpus & animam in æternum ignem proſcientis, cuius ira nemo poſteſt reſiſtere, à quo non eſt appellare Hebr. 10 neque latere nec fugere, quicq; terribilitatē eſt in consilijs ſuper filios hominū. Itemq; quām acer Mart. 10 biſſima ac intolerabiliſ ſunt inſtitutā tormenta, quæ nunquam propinquat ad finem, quām iēt Psal. 73. diſcioſiſſima ſunt ſupercaeliſtis gaudentia paradiſi, deum pulchritudinis inſtituta in ſeipſo clare & immeſtate conſpicere, eius ſuimena dulcedine ad ſatiētatem ac libitum æternaliter cū ple na ſecuritate ſine omni fastidio frui. Hic talis ſalubriter uideat, & uere intelligat ac ſapiens iudi dicatur, ideo uitat dei offendam, iuxta illud Eccleſiaſtici: Quaſi à facie colubri fuge peccata. De Eccl. 27. nique huic ſalubri uifioni opponitur excæatio mentis, quām cauſat mortale peccatum, quæ in omnibus mortali poeſato ſubiectis exiſtit, iuxta illud Sapientiæ: Excauſit eos malitia eo rum. De quibus conuerit ſanctus Moyses, dicens: Gens abſcio confilio eſt & ſine pruden tia, utinam ſaperet & inteligerent, ac nouiſſima prouideret. Hoc modo beata haec uirgo ſeu uidua uideat, & ideo cuncta terrena & proſpera omnia ſeculi huius reputauit pro nihil, quatenus & æternas euaderet penas, & ineffabiliſ caeleſtis beatitudinis gaudia obtineret. Nō timu it eos, qui corpus occidunt, ne eius incideret manus, qui poſteſtatem habet & corpus & animā Mat. 10. mittere in gehennam. Videlicet quod omnia bona ſeculi huius, nullius momēti ſunt, ut propter ea quis incidat æternalia Acherontis ſupplicia, uel perpetua amittat gaudia felicitatis ſupere T T ij næ.

D. DIONYS. CARTHV. ENARR. IN EPIST.

Dix. ¶ Tertio hortatur, ut aurem suam inclinet per efficacem consensum & charitatem affe-
Psal. 44 sionem. ¶ Quarto, ut obliuiscatur populum suum & domum patris sui, non utique ea peni-
 tis tradendo obliuioni, quia hoc charitati esset contrarium, quum tempore opportuno pro
 illis orandum sit, sed ne carnali & seculari affectione illis adhucreat, & ipsos, in quantum sibi in
 via obseruant salutis, ignorat atque pertranseat. Vnde ita agentibus Christus copiosum polli-
Mat. 19. cetur præmium, dicens: Omnis qui reliquerit patrem aut matrem, aut uxorem, aut fratres, aut
 forores, centuplum accipiet, id est, in præsenti abundantiam spiritualium fortierunt charismatum, & uitam æternam possidebit. Hinc & Propheta post uerba inducta præmium hoc ipsum
Psal. 44 tangit ac spondet, dicendo: Concupiscit rex decorum tuum, quoniam ipse est dominus Deus
 tuus. Hic etenim decor est pulchritudo interior, gratia splendor, sapientia lumen, charitas
 perfectio, ceterarumq[ue] ornatus uirtutum, abundantia meritorum, puritas mentis, sinceras
 intentiones, fervor devotionis, desiderium Dei, contemplatioq[ue] ipsius. Hæc omnia animæ
 ornamenta complacent Deo, ita quod anima tam decorat appetit speciem, paratus coenare et
Apoc. 2. epulari cum ea, & commorari in medio eius per gratiam ampliore timo deliciae eius sunt, et
 Prope. 8. se cum ea. Idcirco in Canticis loquitur eis Ostende mihi faciem tuam, sonet uox tua in auris
 Canti. 2. bus meis, vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Porro tunc anima amorosa ac uirtuosa,
 Deo suo ac sponso cœlesti faciem suam ostendit, quando per contemplationem sinceras
 fidelis. quoque anima uirtuosa faciem suam Deo ostendit, quod do seipsum uere considerat, & imper-
 fectum suum coram illo fatetur, nec aliquid bonis in se habere nisi ab ipso testatur. Insup tunc
 uox animæ sanctæ sonat in auribus Dei, dum ipsum deuote orat, lucide collaudat, aut alijs
1. Joh. 4. seruide predicator, in quibus omnibus non clamor, sed amor insonat auri altissimi. Idcirco uox
 ista dulcis est Deo, quoniam ipse est charitas, & nil ei tantum placet ut spiritualis dilectio, sine
 qua nil Deo acceptum censemur. Denique hoc modo sancta hæc uirgo seu uidea, faciem mens-
3. Re. 17 tis sue cœlesti sponso monstrauit assidue, dicens cum magno Helia: Viuit dominus, in cuius
 Thren. 3. conspectu sto hodie. Faciensq[ue] quod sanctis admonet leremias: Leuenmus corda nostra cum
 manibus ad Deum in cœlum. Sonuit quoq[ue] uox eius dulcissime in auribus creatoris, cuius lau-
Psal. 145. dibus fugiter fuit intenta, iuxta illud Psalm. Psallam Deo meo quoniam diu fuero, sed & sine in-
 Lucre. 18. termitione orauit eundem, ascenditq[ue] eius oratio tanquam incensum coram altissimo. Itaq[ue]
Psal. 140. inuocemus hanc sanctam, & in domino eam laudemus, ueneremur eandem, ut intercedere p-
 nobis dignetur, & gratia impetrare, p quæ eius uestigia digne sectemur. De ea eterni uerissime
 dicipotest illud Ecclesiasticus: Gratias super gratiam, mulier sancta & pudorata & tacita. Nam
 & pudor castus ac taciturnitas moderata, potissimum cõdecent sexum scemineum. Veruntamen
 pudor castus ex sapiëtia fluens, quia est erubescetia de foeditate peccati, & inhonestate ac tur-
 pitudine uitæ coram infinita sanctitate ac sapientia Dei, ad omnia pertinet Christianum. Qui
 pudor nobis semper inesse debet, & ad delenda peccata præterita, ac præcauenda futura non pa-
 rum confert, quatenus in præsenta & conspectu iudicis summi omnia intuentis, semper reue-
 renter & pure ac fructuose conuersemur & incedamus. Ad laudem, honorem, gloriamq[ue] ipsius
 us, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus. Amen.

IN DEDICATIONE TEMPLI.

Enarratio Epistol. Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem. Apocal. xxii.

AEC lectio recte nunc loco Epistolæ legitur, quia in ea de ecclesia & de gra-
 tiosa habitatione Dei cum hominibus agitur. Itaque in Apocalypsi ait san-
 ctus Euangelista Iohannes: [Vidi] in spiritu ciuitatem sanctam Hierusalem] id est, militantem ecclesiam, quæ dicitur ciuitas, quia in ea est unio fidelium
 perfidem & charitatem, de qua ait Propheta: Gloriosa dicta sunt de te ciui-
 tas Dei. Vocatur quoq[ue] Hierusalem, quæ interpretatur uisus pacis: quoniam
 pacem internam contemplatur, & nunc pacem pectoris habet, & pacem æternitatis intuetur,
 adipisciq[ue] nititur, de qua ait Apostolus: Illa quæ sursum est Hierusalæ, libera est, quæ est mater
 nostra, descendenter de cœlo.] id est, à rege cœlo procedentem, atq[ue] ab illo quicquid boni
8. Cor. 4 habet & est, obtinet, iuxta illud Apostoli: Quid habes quod non accepisti? Vel dicitur ecclæ-
 sia militans de cœlo descendere, quoniam triumphantæ ecclesiam imitatur, & iuxta illius ordinem
 ac dispositionem à Deo disposita est. Nam sicut in triumphanti ecclesia est unus omnium pre-
 sidens, ita in militante ecclesia est unus p[ri]stifex summus, cunctis fidelibus p[re]existens. Et sicut
 in triumphanti ecclesia sunt varij ordines angelorum, ita in militante ecclesia diversi sunt or-
 dines hoim, scilicet prælatorum & principum & officiorum, statuum ac graduum, & subditorum,



IN DEDICATIONE TEMPLI.

fo. ccclxxxix.

A [à Deo paratam,] id est, diuersis gratijs atq[ue] uirtutibus decoratam, per quas ad beatificam Dei
 uisionem aptatur. [sicut sponsa ornata uiro suo.] Nam sicut sponsa suo sp[iritu]o ornatur, ita
 ecclesia Christo fulcitur. Christus namq[ue] est sponsus ecclesie & ornamenti, honor ac gloria
 eius. Vnde de Christo & ecclesia dicit Iohannes Baptista: Qui habet sp[iritu]am, sp[iritu]us est. [Et au Iohan. 3.
 diu uocem magnam, de throno dicentem.] Hanc uocem angelus in interiori sensu & uiima-
 ginatiua sancti Iohannis formauit, & in uisione imaginaria uidebatur sibi de throno maiestatis
 diuina procedere quia & angelus eam proferens, cuius fuit cæli empyrei. Ecce taberna-
 culum Dei cum hominibus.] Per tabernaculum Dei quidam intelligunt Christi humanitas
 tem, quæ fuit & est templum diuinitatis, ut sit sensus: Ecce tabernaculum Dei, uidelicet Chri-
 sti humanitas, nunc est & æternaliter erit cum hominibus fidelibus uirtuosis. Alij per taber-
 naculum Dei intelligunt ecclesiam, quæ est cum hominibus sicut mater cum filijs suis, quam
 tamen ex filijs congregat conserf ipsa ecclesia, quæ dicitur mater. Potest & ita exponi: Ecce
 tabernaculum, id est, habitaculum Dei est cum hominibus, quoniam ipsa ecclesia materia
 lis, quæ consecrata est Deo, uocatur & est habitaculum eius. Vel tabernaculum istud est cor
 humanum, in quo per gratiam habitat Deus. Estq[ue] cum hominibus, quia in eis est sicut pars
 cum toto. [& habitabit in eis] in presenti per gratiam, & in futuro per gloriam. Vnde apud Io-
 hannem loquitur Christus de patre & de se: Ad eum, qui scilicet præcepta mea obseruat, ueni
 emus, & mansionem apud eum faciemus. Hinc per Zachariam promittit deus ecclesiæ: Ecce
 ego uenio, & habitabo in medio tui. [Et ipsi populus eius erunt,] id est, fideles Deo per chari-
 tatem familiariter adhærebunt, atque per cultum & gratiam pertinebunt ad ipsum, sicut serui.
 & filij ac amici. [& ipse Deus, erit eorum Deus.] id est, deus omnium per creationem & gene-
 ralem proudetiam, erit specialiter eorum deus per gratias prouisionem atque custodiā, quia eis de necessarijs ad salutē prouidebit, eosq[ue] proteget, & ad salutem perducet. [Et abster-
 get deus omnem lachrymam ab oculis eorum.] Hoc erit in regno cœlesti, ad quod cum perue-
 nerint, omni gaudio implebuntur. [& mors non erit ultra] id est, in istis electis & sanctis in re-
 gno cœlorum non erit mors naturæ nec mors culpa, neque luctus pro quaunque causa, [ne-
 que clamor ex dolore proueniens. Erit tamen ibi clamor laudis diuinæ, ex gaudio nascens.
 [neq[ue] dolor, quæ prima abierunt.] id est, omnia mala hæc finem accipient in electis ante in-
 gressum regni cœlestis. [Et dixit qui sedebat in throno] id est, deus omnipotens in empyreō re-
 sidens cœlo. [Ecce noua facio omnia.] id est, omnium fidelium corda per gratiam spiritualiter
 innovo. Potest quoque intelligi de innovatione mudi, quæ in fine cœlestia corpora & elemen-
 ta innoubuntur, sed & omnium electorum mentes deus per dona glorie maxime & immu-
 tabiliter seu inueteratibiliter innouabit, & partim iam innouavit. Vnde orat uir sanctus: Sp[iritu] psal 5. e-
 ritum rectum innova in uisceribus meis.

Sermo I. circa epistolam. Ob quinq[ue] gloriosem dicit ecclesiast militarem,

quibus Christiani ut membra congaudere debent.

C Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. Psalmo LXXXVI. Vere gloria dicuntur de ciuita-
 te dei, id est, de ecclesia militante, in lectione quæ hodie loco epistole legitur. Primus est,
 quod ipsa est ciuitas dei, quoniam in ecclesia est unio atq[ue] concordia Christianorum per fidem
 & charitatem, ita q[ui] omnes idem credunt ac sentiunt de pertinentibus ad salutem, & uni dño
 Iesu Christo, ac eius summo uicario Romano pontifici rite obediunt, atq[ue] se in uicem diligunt.
 Hinc heretici & schismatice ab ecclesia sequestrantur, & ab eius unitate dannabiliter diuidit
 semetipsos. Quicunque etiam spiritualiter carer[unt] amore, aut in aliqua mortali culpa sunt, non sunt
 perfecte filii ac membra ecclesie, sed sunt corrupta & putrida, imo potius mortua membraria
 circa uere sunt filii ac ministri & membra diaboli, à quo diriguntur, & cui obediunt. Quemadmo-
 num enim omnia membra corporis naturalis ab uno spiritu uiuiscuntur, mouentur, atque
 reguntur, sicut omnia membra hominis ab una anima rationali: sic omnes filii ecclesie,
 qui uere sunt uiva membra ipsius, spiritualiter uiuiscuntur, ad opera bona mouentur, ad exter-
 nam quoque salutem diriguntur spiritus sancto, qui est principalis uiuiscuator, rector & mo-
 tor ecclesie. In primis ergo maxime necessarium est omnibus Christianis, ut fide & charitate
 uniantur in Christo & inter se, sicut ab omni peccato mortali immunes sint, & se in uicem dis-
 ligant spiritualiter & sincere, nec unus alium sponte & scienter offendat in ybo aut facto. Imo Tobie. 4
 alteri faciat unusquisque, prout sibi ipsi uult rationabiliter fieri. Hincad Philippenses hortatur Philip. 2.
 Apostolus: I dem sapientis, unanimes, id ipsum sentientes, nihil agatis per contentionem, neq[ue]
 per inanem gloriam. Sed proh dolor, uetus contrarium agunt multi, præsertim in dedicatio-
 ne, in qua seipso inebriant, iurant ac litigant, per quod filios diaboli se esse demonstrant, idcirco
 co cum ipso æternaliter punientur. Secundum quod de ecclesia in hac lectione dicitur, est q[ui]

TT iii ipsa

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO L.

ipsa est sancta. Nam spiritus sanctus ab universis eam purificat peccatis mortalibus, splendor **D** recipiat & decore uitrum eam perornat. Vnde in symbolo apostolorum fatemur, dicen Ephes. 5. testi: Credo in spiritum sanctum, sanctam ecclesiam catholicam. Hinc ait Apostolus: Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aqua in uero uitæ, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, non habentem maculam neque rus gam. Rogemus ergo indesinenter infinitam bonitatem & pietatem spiritus sancti, quatenus corda nostra parificare atque sanctificare dignetur, ut sint munda & placita habitacula Dei. Studeamus ergo semper & singulariter in hoc feste deuoti ac sobrii esse, & diuina officia reuerenter ac timore audire. Denique materialis ecclesia in qua sedemus, sancta uocatur, quia confessa crata est deo, & deputata ad hoc, ut in ea celebrentur diuina officia, conficiantur ac suscipiant ecclesiastica sacramenta, orationibus & meditationibus inserviant, & uerbum Dei predicetur in ea. Idcirco quin ecclesia confabulantur, rideant, uage, & lascive circumplicant, intimo rate & indeuote se habent, ualde grauiter peccant. Nemo itaque alius in ecclesia agat, nisi ad quod instituta est, sed in ea deuote Deum laudemus, seruenter oremus, ueniam peccatorum nostro rum petamus, passionem Christi filii Dei intueamur, atque a deo semper protegi ac iuuari prece muri. Ob haec enim agenda, est in ecclesiam conueniendum. **E** Tertium quod in lectione hac de ecclesia dicitur, est quod ipsa est Hierusalem, id est, pacem celestis patriæ speculans, & ad eam suspirans aeternas. Est autem triplex pax, quam omnis Christifidelis debet appetere. Prima est pax exterior, quæ uocatur pax temporis, & est quies ab exterioribus inimicis & libitis ac perturbationibus. Vnde ad Romanos dicitur: Si fieri potest, cum omnibus hominibus pacem habete. Et Christus in Evangelio: Pacem, inquit, habete inter nos. Studeamus ergo unusquisque pro posse cum omnibus hominibus exteriorum hanc pacem habere, ne caliquid turbet, ut moris est superborum. De quibus Salomon protestatur: Inter superbos sunt semper iurgia. Et Isa Esa. 57. Ias propheta fatetur: Ipsi sunt quasi mare seruens, quod quiescere non potest. Tales sunt mul ti qui prouocant contentiones & pugnas, quorum aliqui improuiis occiduntur, & in suis sceleribus morientes, aeternaliter atque grauissime condemnantur. Vel alios occidunt, qui improuiis moriendo in suis peccatis, aeternam mortem miseriarum infernalis incurunt. O quam grauiter peccanti bellatores & homicidae, non solum quoniama corpora ledunt ac perirent, sed ideo etiam, quoniama tam propriam, quam proximi animam aeternam damnationis expouerunt periculum: immo primo omnium seipso spiritualiter necant tam dire peccando. Secunda est pax interior, quæ uocatur pax pectoris, & est quies uenientis in Deo. Haec est pax conscientie bona, quæ remorum non habet de mortali peccato, idcirco adhaeret Deo, suauiterque quiescit in eo. Vnde ait Apostolus: Gloria nostra est testimonium conscientiae nostrae. Hanc pacem semper habere debemus, quantumunque fornicatus impugnemur aut preuocemur, ita ut omnia sustineamus aduersa mente tranquilla, nec vindicemus nosipso. Hinc sanctus David rex Ios. Psal. 119 quixit: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. Tertia est pax superior, quæ uocatur pax aeternitatis. Est quoque pax beatorum in patria, qui suauissima atque plenissima pace fruuntur, ac gloriuntur in aeternum in Deo, quia coementes absq; omni turbatione & interrupcione quiescunt & gaudent in ipso, de qua pace ait Apostolus Paulus: Pax Christi, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra. Vnde de sanctis dicit prophetam ad dominum in tribubus tu ab huberente domus tua, & torrente uoluptatis tua potabis eos. Ad hanc beatificam pacem pertingere enitamur, quia in hac uita pacem continuam ac perfectam adipisci non possumus. **E** Quartum quod in lectione hac de ecclesia dicitur, est, quod ipsa est a Deo parata, quoniama per supernatura dona spiritus sancti, per diuersa gratiarum charismata, per opera uirtutis uirtuosa decoratur a creatore. Grata quippe & uirtutes, ac dona spiritus sancti, uirtuosæ actus, sunt animarum ornamenta, & uestes ac arma, per quæ Deo placet, a peccatis se protegunt, & hostibus sua salutis resistunt. Hinc in Apocalypsi loquitur Christus: Qui non inquinaverunt uestimenta sua, ambulabunt mecum in albis, id est, qui per peccata mortalia prefatas uirtutes non maculant nec expellunt, stolam gloria consequentur. Studeamus ergo animas nostras per sanctas cogitationes, uirtuosas affectiones, uerba salubria & opera bona ornare, cogitationes uanas ac friuolas, prauas affectiones, uerba illicita, uitiosæ opera deuitates. **Q** Quintum est, quod ipsa est sponsa Dei. O quamta est dignitas ista, nec sola ecclesia, sed & quelibet anima uirtuosa sponsa est creatoris salvatoris sui. Christus eternè triplice habet sponsam, uidelicet unita ueritatem, quæ est ecclesia: speciem, quæ est anima iustitiae singulare, quæ est beatissima uirgo Maria. Et sicut anima uirtuosa sponsa est Dei, sic anima hominis uitiosi adultera extat diabolus, qui miscetur cum ea per prauas suggestiones, & ipsa cū diabolo per cōsensum iniquum, Itaque Christum rogemus, ut animæ nostræ semper sint spōsa sua, & brachij charitatis spiritualiter am

IN DEDICATIONE TEMPLI.

fo. ccxxviii

A amplectantur ab eo, ac lumine spiritus sancti fecundentur ab ipso, ut sint fructuose in bonis operibus. **S**extum est, quod ipsa est habitaculum dei habitantis in ea per gratiam copiosam, & quod deus est specialiter deus ipsius, uidelicet populi ueraciter Christiani. Imp̄ uero sunt à deo extranei, suntq; dominus diaboli, qui in eorum cordibus demoratur. Ecce quanta est differēcia inter hominem uirtuosum ac uitiosum & sicut nunc multum distant in merito, sic paulo post multum distabunt in præmio, quoniam unus ponetur post uitam hanc breuem in regno cœlorum, alter in carcere inferorum. **P**ostrem in lectione hac edocemur, quanta exit in cœlis felicitas electorum, quia absterget deus ab eis omnem luctum, & erunt penitus alieni acli Apo. 7. beria ab omni dolore, timore & penalitate, immo deum altissimum cum incomprehensibili ius cunditudo aspicient in aeternum.

¶ Enarratio Euangelij: Ingressus Iesus, perambulabat Hiericho, & ecce uir nomine Zacchæus. Lucas xix.

A pte Euangelium præsens in dedicatione ecclesie legitur, quia in eo historialiter describitur, qualiter uir quidam dominum nostrum Iesum Christum in domo sua cū ingenti deuotione, ardentis affectu, gaudioq; cordiali suscepit, & qualiter Christus dominus ad uerbum illum & ad dominum eius ualde dignanter diuerit, & salutem fecit ibidem. Per quæ spiritus taliter edocetur ac designatur, qualiter debeamus & nos Christum suscipere, & ad eius fuscesptionem nos præparare in ipsa, cuius nunc dedicatio celebatur, ecclesia quomodo etiam hos die facta est salus domini huic, puta ecclesia in sua consecratione, & plebi in ea congregata ho die specialis gratia datur, & indulgentia multa consurit, nisi per uitia sua obicem ponat, seipsum reddendo indignam gratia dei. Itaque Lucas ita ait: [Ingressus Iesus] uiam uersus Ierusal. Lem. Nam ista res accidit circa festum palmarum, Christi passione instante. Sperambulabat Hierico, id est, per urbem sic dictam traxiuit, quia fuit in uia sua. [Et ecce uir nomine Zacchæus.] Inter alios aderat ibi qui nominatum exprimitur, quoniam uirtuosum & exemplare est quod de eo hic recitat. [Et hic erat princeps publicanorum.] id est, eorum qui publicis negotiis intendebant, uidelicet exactiōibus tributorum, & teloneis uerigalibusq; levandis, quæ negotiā animum inuoluere solent peccatis. Vnde tales homines communiter erant magni peccatores. Idcirco per publicanos quidam intelligunt publicos peccatores. [& ipse diues] erat. Ita de eo narrantur, ut conuersio eius gratiior mirabiliorq; appareat, & ne peccatores desipient, nec diuites contemnuntur, sed huius Zacchæi sectentur exempla: [& quærebat Iesum uidere quis esset], i.e. Iesum corporaliter intueri optauit, quia de eius sanctitate, sapientia, eloquentia, miraculis multa audiuit. Estq; hominibus naturale, tales personas libenter aspicere, sicut & alia magna, rara & noua: Nam & Herodes multo tempore fuit cupiens uidere Iesum, Luke 13. eo qd multa audisset de eo, & ipso uiso gauisus est ualde, ut alibi Lucas ait: [& non poterat præ turba] quæ iuit cum Christo, & ex omni parte longe ac late circundedit eum. [quia statuta pueri scribuntur, ita & nunc à spiritali intuitu, id est, contemplatione dilectione] Christi multos impedit turba hominum mundanorum, & prava societas, multitudineq; terrenarum curas, inutiliumq;phantasmatum, idcirco pro posse uitanda sunt ista. [Et præturrens, ascendit in arbore sycomorum.] Sycomorus est arbor in folijs moro consumilis, & in alijs sicuti, sed stipite distans & altior, per quæ significatur crux Christi propter mortuus rubiginem & sicutus dulcedinem. Si itaque Christum spiritaliter cernere cupimus, ascendamus crucem ipsius, id est, quid ipse pro nobis sustinuit perpendamus, sicut ipius sequamur uictigia, ut uiderem illum. **M**at. 13. Beati enim oculi qui Christum fideliter aspicerunt. [quia inde] id est, per uiuillam [erat transitus dominus Iesus. In hoc patet uehementis feruor] Zacchæus ad Christi aspectum, & qd non erubuit in arbore scandere, cum esset princeps tam opulentus. [Et cum uenisset ad locum illius, [fuspiens] id est, sursum ad arborem illam aspiciens, uidit illum Iesum] corporali intuitu, magis autem interno pietatis aspectu, quo & mentem Zacchæi misericorditer præuenit, tetigit, emollivit, illuminauit, accendit. Et qd quid Zacchæus foras fecit, Christus intra se uidit: ideo non fortuitu suspexit ad arborem, sed quia sciuit quis propter qd esset in ea. [Et dixit ad illius Zacchæe,] Forsan Christus corporaliter ante nō uidit Zacchæū, nec nominari audiuist, & tamen cognovit & nominatum expressit eum, quia in luce sapientie sua omnia nouit. [festinans deinde,] itaque opera bona celeri & ardentis affectu sunt pagenda. [ga hodie in domo tua oportet te manere] i.e. deuotione tua hoc meruisti, ut die hoc in materiali domo tua permaneant per corporalem presentiam, atque in spirituali domo tua, i.e. mente tua permaneant per gratiosam inhabitationem. In hoc apparuit ineffabilis pietas Salvatoris, qd nondū inuitatus, seipsum inuitauit

Luce, 19

1. Reg. 10.

C scribuntur. Ita & nunc à spiritali intuitu, id est, contemplatione dilectione Christi multos impediat turba hominum mundanorum, & prava societas, multitudineq; terrenarum curas, inutiliumq;phantasmatum, idcirco pro posse uitanda sunt ista. [Et præturrens, ascendit in arbore sycomorum.] Sycomorus est arbor in folijs moro consumilis, & in alijs sicuti, sed stipite distans & altior, per quæ significatur crux Christi propter mortuus rubiginem & sicutus dulcedinem. Si itaque Christum spiritaliter cernere cupimus, ascendamus crucem ipsius, id est, quid ipse pro nobis sustinuit perpendamus, sicut ipius sequamur uictigia, ut uiderem illum. **M**at. 13. Beati enim oculi qui Christum fideliter aspicerunt. [quia inde] id est, per uiuillam [erat transitus dominus Iesus. In hoc patet uehementis feruor] Zacchæus ad Christi aspectum, & qd non erubuit in arbore scandere, cum esset princeps tam opulentus. [Et cum uenisset ad locum illius, [fuspiens] id est, sursum ad arborem illam aspiciens, uidit illum Iesum] corporali intuitu, magis autem interno pietatis aspectu, quo & mentem Zacchæi misericorditer præuenit, tetigit, emollivit, illuminauit, accendit. Et qd quid Zacchæus foras fecit, Christus intra se uidit: ideo non fortuitu suspexit ad arborem, sed quia sciuit quis propter qd esset in ea. [Et dixit ad illius Zacchæe,] Forsan Christus corporaliter ante nō uidit Zacchæū, nec nominari audiuist, & tamen cognovit & nominatum expressit eum, quia in luce sapientie sua omnia nouit. [festinans deinde,] itaque opera bona celeri & ardentis affectu sunt pagenda. [ga hodie in domo tua oportet te manere] i.e. deuotione tua hoc meruisti, ut die hoc in materiali domo tua permaneant per corporalem presentiam, atque in spirituali domo tua, i.e. mente tua permaneant per gratiosam inhabitationem. In hoc apparuit ineffabilis pietas Salvatoris, qd nondū inuitatus, seipsum inuitauit

TT. iiiij & obs.

D. DIONYSII CARTHVS. ENARR. SERMO II.

& obtulit ad manendum in domo Zacchæi. Vidi enim affectum ipsius, & plus ei exhibuit q̄ ipse optauit. Zacchæus quippe non optauit nisi uidere, Christus aut̄ obtulit se ad intrandum domum ipsius, atq; ad manendum & manducandum cum ipso: siquidem Christus abundantia pietatis sua merita supplicum excedit & uota, & quanto ardenter petitur, tanto se ipsum suāq; dona copiosius impartiatur, quoniam ferior amoris apertam & patulam facit mentem amantis ad susceptionem amati. [At ille fentinans dēscēdit] tanquam pfecte obediens. Teste quippe Bernardo: Verus obediens nescit moras, nec mādūtūm procrastinat. Et istud deo gratissimum est, quia nil ei acceptabilius offere ualeamus q̄ propriam uoluntatem. [& exceptis illum in domo sua gaudens] & gratias agens, q̄ talis ac tantus ad se peccatorem diuertere dignaretur. [Et cum uidissent homines] iūperfecti & rudes, q̄ Iesus domum intrasset Zacchæi, murmurabant, dicentes q̄ ad hominem peccatorem diuertisset. Quasi dicant, hoc indecē fuit. Iti murmuratores fuerunt Pharisei, & alii quidam in propriis oculis iusti, sed multipliciter indiscreti ac fatui: primo temerarie iudicando tam de Christo q̄ de Zacchæo. Nam Christus animarum medicus peccatores debuit accedere, non uitare, quatenus eos conuerteret. Zacchæus quoq; iam per ueram penitentiam fuit iustificatus, & per suam deuotionem meruit uisitari a Christo. Potissime autem presumptuosum est, facta sapientiorum & meliorum ac superiorum faciliter diuadicare. [Strans autem Zacchæus] ut cum debita reuerentia loqueres tur ad Christum, & bonum propositum suū publice protestando ostenderet, q̄ Ch̄s non ins̄ decēter diuertisset ad ipsum, & per hoc murmuranti uerba reprimenteret, [dixit ad dominum] Iesum, qui in quātūm deus uerus, est om̄nūs dominus sumus: [Ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus] propter deum, ut & mihi mea dimittantur peccata, & gratiam consequar ampliorēt quoniam teste scriptura, Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. In his uerbis patet mira & magna Zacchæi conuersio, de qua dici post testi. Hęc mutatio dexteræ excelsi, id est, pia uirtutis sublimis dei. Nempe qui paulo anteram Psal. 76. auarus fuit in acquirendo ac retinendo terrena, subito factus est tam promptus & liberalis in dando. Non enim dixit, dabo, sed do, tāq; nūc paratus ad hoc. [Et si quid aliquem defraudeauit, id est, per fraudem seu alio modo contra iustitiam alicui quid subtraxi, reddo quadruplū] paratus plus reddere, si tu iubes. Non dixit, reddam, uel restituam quia secundū August. Au- gutiniū tenetur homo statim restituere bona iniusta, si potest, & semper iudicandus est de mora, quoq; restitutur res quae reddi debet & potest nec redditur: nec ante talem restitutio nem agitur penitentia uera, sed simulatur: nec dimittitur peccatum, nisi restitutur ablatum. Verum sunt quidam qui quādiu uiuant, aut q̄diu uiuere posse confidunt, restituere differunt. Loetaliter uero infirmantes, aut seneucte confecti, de restitutione confidunt, quorum uita & mors periculoso siue extatimo tales damnum quod creditor ex dilatatione illa inuite incurrit, et iententur secundū iudicium bonorum ac discrētorum uirorū. Deniq; lex Moy Exo. 21. si in aliquibus iussit reddi duplū, in aliquibus quadruplū, in alijs quintuplū, ut Salomon Pro. 6. quoq; ait de fure, Deprehensus reddet septuplū. Hinc Zacchæus uidetur loqui de restituione per erogationem, ita q̄ sciuīt se talem defraudationem non commis̄isse, in qua plus q̄ du plū reddi subetur. Vel per unam hanc mediā quā expressit, aliae subintelliguntur extremæ: sed & pena furti, secundū tempora varietatem & causæ exigentiam, potuit apud Iudeos esse diuersa. [Ait autem Iesus ad eum:] Quia hodie salus domui huic facta est, id est, in hoc die gratia conuersoris & meritum uera salutis desuper data sunt patris familiis huius domus & eius domesticis, qui illius penituerunt exemplo, [eo q̄ & ipse] Zacchæus filius sit Abraham per fidem ac uirtutum imitationem. At uero catholici propagatiōe filius fuerit Abraham, diuersæ sunt opinione, prout plenius scripti super Lucam, de quo modo per trāseo. [Venit enim filius hominis querere] per diuersa loca curido ac prædicando, [& saluum facere] id est, ad gratiam & salutem reducere, quod perierat, id est, genitū humanum, quod in primo parente fuit origina liter uiciatū, & per originale peccatum gratia gloriæ priuatum, multis quoq; & grauibus posterorum peccatis per sonaliib; & actualib; infectum & perditū. Propter quod ait Apo Ephe. 2. stolus Eramus natura filii iræ. Itemq; Venit Iesus in hunc mundum peccatores saluos facere. Haec 53. De quo in Isaiā scriptum est: Deus posuit in eo iniūquitatem omnium nostrum.

SERMO II. circa Euāng. De sanctificatione custodiāq; templi corporis nostri, ut illud gratia sua suauissima possideat spiritus sanctus.

Sanctificauit mihi dominū hanc, & erunt oculi mei & cor meum ibi ingiter. 3. Regum 9. Ita sadliteram sunt uerba dei ad Salomonem, de templo à Salomone dedicato, sed ut ait Apo 1. Co. 10. Iacobus: Omnia in figura contingebant eis, qui erant in veteri testamento. Si ergo sanctificauit sibi templum illud à Salomone constructum, in quo templo non fuerunt nisi ea quæ erant fi-

gūs

IN DEDICATIONE TEMPLI.

Fol. ccxcii.

A gura eorum quæ sunt in ecclesia, uidelicet arca dei, aurea urna habens māna, tabulae testamenti Hebr. 9. & alia quædam: q̄ to magis est credēum q̄ sanctificauit sibi ecclesiam quācunq; Christias norum, sibi legitime dedicatam seu consecratam, in qua ipse metu Christus deus & homo in sacramento ueraciter continetur, consecrat, offertur, sumitur, reservatur. Magna ergo est dignitas etiā materialis ecclesie, quā sibi tam sublimiter deus sanctificauit, ut & diuini & admirabiles ac saluberrimi actus fiant in ea, in qua & deus oratur, laudatur, pdicatur, ac uarijs modis honoratur & colitur. Verum cum 2. libro Macha, dicatur Non propter locum gentē, sed 2. Mac. 9 propter gentem dominus locum elegit, sanctificatio ista ecclesie materialis ordinatur ad sanctificationem ecclesie spiritualis, quæ est congregatio ipsa fidelium, de qua ait Aposto. Templo Dei sanctū est, quod estis uos. ¶ Praterea sicut materialis ecclesie intus & extra & in diversis partibus suis consecrat, sic spirituale templum præfatum & quilibet Christianus debet intus & extra, & in diversis membris ac uiribus suis sanctificari. Primo itaq; sanctificadus est homo, quātūm ad exteriores suos sensus, ne per eos incurrit peccatum & primo omnium quantum ad uisum, quātūm nisi homo diligenter custodiat ac refrenet, magna & multa p̄ ipsum illabitur uitia. Propter quod in Ecclesiastico scriptum est: Oculo quid nequebus creatū est? Nā Ecl. 4. per irrefrenatum & incautum uisum incidit homo in numerabilis uitia, scilicet concupiscentia carnis, & peccata ex concupiscentiis procedenti, quæ numerare quis poterit. Desideria q̄q; iniusta, qua aliorum quis apperit bona, & sceleris extali orientia appetitu quæ sunt furia, rapina, fraudes, mendacia, peruria. Item uane complacentia in uanitatibus aliorū, scilicet in cho reis, spectaculis, hastiludib; ris etiam, & uarie dissolutiones distractiones q̄ cordis. Ecce tot & tanta incidit homo p̄tā per incustodiām sui uisus. Vnde & David rex in auante inspicio 1. Reg. 11. Vris uxorem, in adulteriū & homicidiū lapsus est. Qui ergo uult deo placere, peccata uitare, salutem acquirere, sanctificet suum uisum, ne hauiat uanitatem, nō illum defigat in feminas, nec uana & illicita libenter aspiciat & p̄sertim in diuino officio uisum refrenet. Hinc orat prophetas: Auerte domine oculos meos ne uideant uanitatem. Et in Ecclesiastico habetur: Virgine ne conspicias, ne scandalizeris in decoro eius. Noli circunspicere in uiciis ciuitatis. Auerete oculos tuos à muliere compcta. Sed hęc obseruare modicum curant multi, de quibus Salomon protestatur: Oculi sapientis in capite eius, oculi uero stultorum in finibus terræ. Oculi quis, p̄ sapientis dicuntur esse in capite eius, quia per rationem uisum suum gubernat oculi autem stultorum in finibus terræ, quoniam undiq; discurrent & euagātur. ¶ Insuper sanctificandæ sunt aures. Primo, ne audiant uerba detractoria, scurrilia, mēdosa, seu modis alij uitiola, nec carmina amorosa, uana & fatua, nec in musicis inaniter delectetur. Hinc Ecclesiast. 12. Ecl. 2. pi aures tuas spinis, & noli audire lingua nequā, & seras fac auribus tuis. Etenq; male loquuntia aut detrahenti dar audientiam, seu arridet, & se illum libenter audire ostēdit, communicat ei in culpa, imo incepātus est loquens inique: & si quis aures suas nequit auertere, nec illum audet corripere, mente dissentiat, & p̄ uultus sui inerorem pandat se uerba prava inuite audire, quia ut in Ecclesiaste legitur: Per tristitiam uultus, corripitur animus delinquentis. ¶ Se Ecl. 7. 1 cundo sanctificare debet quilibet aures suas, applicando eas ad audiendum diligenter uerbū dei, sermones salubres, fraternalis & paternas correptiones, laudem dei, diuinum officium, cū dicat Saluatoris: Beati qui audiunt uerbum dei, & custodiunt illud. Et Sapiens loquitur: Quid clinat aurem suam ne audiat legē, oratio eius erit execrabilis. Ideo Salomon exhortatur: Aut Pro. 18. dī filii mi disciplinam patris tui. Et in Ecclesiastico scriptum est: Auris bona cum omni concupiscentia audiet sapientiam. Sed heu huius oppositum faciunt multi, qui prædicationes audiēre non curant, & si audire incipiunt, ante finem recessunt. Hi audiēdo, uerba salubria mox fatigantur, sed audiendo uerba leuiā, inutilia & iocosa uix satiantur. Quibus timendum est ualde de quod asserit filius dei: Qui ex deo est, uerba dei audiunt propterea nos non auditis, q̄a ex deo non estis. ¶ Consequenter qlibet sanctificare debet propt̄ tacitū, à libidinosis attractib; passionibus, cauedo, potissimum dū inde sentit in se inordinatū consurgere motum. In osculis nanciis & tactib; atq; amplexibus libidinosis consistit mortale peccatum. Hinc & uestimentorum alectorum molliities est uitāda, & p̄ asperas uestes, ut p̄ ciliciū, castigandū est corpus. Unde ait Saluatoris: Ecce qui mollibus uestiuntur, in domib; regū sunt. ¶ Conformiter gustum Matt. 11. nostrū sanctificare debe mus, ut in cibis & potib; non uoluptate sensualē, sed naturæ necessitate queramus. Cōtra qđ agunt gulosi & hoīes delicati, qui exquisita querūt alimēta ac pocula latideo formidandū p̄ numero seruo: Christi nō sint, cū dicat Apost. Qui aut̄ sunt Christi, carnem suā crucifigūt cū uitib; & concupiscentiis. Iti aut̄ carnē suā nō crucifigunt eius concupiscentias refrenando, sed laute enutriunt. ¶ Deniq; & olfactum nostrum sanctificare debe mus, à uoluptate odorū immoderata cum frenando. Exteriora q̄q; membra nostra sanctis ficasē

D. DIONYS. CARTH. SERMO III.

ficare debemus à prauis operibus ea penitus compescendo, atq; opera virtuosa per ea agendo. Non ergo chorizando saltare debent Christiani quasi camelii, nec composito gradu incedere, neq; per manus suas taxillare, aut alios ludos illicitos exercere, præsertim in festis hora qua ad divina officia habent transire, & illa audire. Hinc ait Apostolus: Non regnet peccatum in nostro mortali corpore, ut obediatis concupiscentijs eius, neq; exhibeat membra vestra arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiae deo. ¶ Insuper interiores sensus nostros sanctificare debemus ab inutilibus phantasias, à stultis imaginationibus, à turpibus phantasmatisbus præca uendo, utilia quoq; & salubria imaginanda ac memorando, sicut de mortis horro, de iudicij extremis rigore, de pecnis inferni, passioneq; Christi. Similiter & appetitum sensituum tam concupiscentiū q; irascibilem sanctificare debemus, ut de sensibilibus rebus nil desideremus, ac formidemus, nisi secundum recte rationis dictamen, omnesq; affectiones seu passiones appetitus sensitui habeamus rationis subiectas. ¶ Deniq; intellectum nostrum sanctificare debemus ab omni errore & falsitate, Christiana fidei & determinationi ecclesie seu sacris scripturis contrarijs, ea quoq; quæ fidei sunt firmissime continendo, & ea ita primis discedendo, seiendo ac cogitando, quæ deus requiritur nobis, & necessaria sunt ad salutem. Item per dona sapientie & intellectus, consilij atq; scientiæ, & per prudentiam ac sacrae scripturae notitiam, per contemplationes diuinorum, per meditationes cælestium, sanctificare debemus nostrum intellectum seu rationem. ¶ Voluntatem quoq; sanctificare debemus ab omni cauendo malitia, ab omni inordinato amore, à consensi iniquo. Charitatem vero & spem cæterasq; virtutes & dona ad voluntatem spectantia semper habendo, atq; in dei amore seruendo, ad æternam beatitudinem aspirando, zelo iustitiae æstuando, proximos spiritualiter ac seruindo diligē. Edo. Qui ita seipsum sanctificat, consecrat seu dedicat creatori, vere est pulchrum templum ipsius sancti, habitaculum dei, thronus altissimi. Et istud ad quemlibet pertinet Christianum. Quemadmodum enim totum quod habemus & sumus à deo accepimus, sic totum ad eius honorum, cultum, amorem, obsequium debemus convertere. Legitur 2. libro Macha, q; cum Heliodorus dux missus à rege Asie, intrasset templum Ierusalem, ut illud spoliaret, & sacerdotes dominum inuocarent, ut templum custodiret inuiolatum, statim apparuit ibi equus terribilis habens sessorem, qui Heliodorum calce equi elisit. Apparuerunt etiam ibi duo iuuenes speciosissimi, qui Heliodorum ex utraq; parte durissime flagellabat ac vulnerabat, ita q; quasi mortuus efferebat de templo. Tunc sacerdotes gratias deo agebant, qui locum suum seruauit inuiolatum. Nec dubium, quin ille equester & duo iuuenes illi fuerint angeli dei. Ex quo patet, quanta sit dignitas sacræ loci, & quam enorme peccatum sit uolare aut inhonorare ecclesiā, quæ semper est honoranda.

SERMO III. De utraq; ecclesia, materiali uidelicit & spirituali, & quām sint dæmonibus terribiles pīsq; amabiles, & de intellectu uisionis sancti Iacob.

Terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi dominus dei, & porta cœli. Genesis xxviii. Hæc. Ad litteram sunt uerba beatissimi Iacob patriarchæ, qui cum de uoluntate sanctorum parentum suorum proficeretur à terra Chanaan, quæ uocatur terra promissionis, ad Laban auunculum suum in Mesopotamia commorantem, uenit ad quandam locum qui secundum doctores Hebræorum ac Christianorum fuit mons Moria, in quo postmodum à Salomone edificatum est templum dei, prout 1. Paral. legitur, in quo etiam monte Abraham offerre uero luit Iacob filium suum, propter quod Iacob reputauit illū locum sanctū, atq; ob id diuertit ad eum, ut ibi de nocte orationi insisteret. Cumq; post orationē obdormiuisset, uidit in somnis scalā stantei sup terram, cuius cacumen tangebat cœlum angelos quoq; dei ascendentēs & descendētes per eam, & dñm innixum scalæ, dicentes sibi: Ego sum deus Abraham patris tui, & ero custos tuus quoq; perrexeris. Cumq; euigilasset Iacob de somno, ait: Vere dominus est in loco isto. Quibus uerbis adiecit quod in themate dictum est, ut potest? Terribilis est locus iste, &c. Circa hōrū intellectum uerborū sciendū, q; uisio illa sancti Iacob fuit uisio imaginationis, in somnis per angelum ei exhibita seu ostensa, sicut cōmuniter prophetice uisiones fuerū, prout diuinus Dionysius protestatur. Idcirco putandum non est, q; scala illa fuit realis aut materialis, sed similitudines rerum istarū formatae fuerunt in interiori sensu beati Iacob, Deniq; per scalam illam intelligi potest gradus & ordo uirtutū, quibus à terra in cœlum ascendunt fides, & etiā gradus & ordo generationū per quas Chrs secundum carnalem originē descedit ab Abraham, prout Matthæus describit euagelistā. Imo ab Adam, prout Lucas euangelista testatur, usq; ad virginem gloriosam quæ genuit eum. Per hoc aut q; inferior pars scalæ tetigit terrā, & uertex ipsius cœlū, significatur q; uolens in via uirtutū proficere, debet ab inferiori & im-

perfecto

DE DEDICATIONE TEMPLI.

Fol. ccxcij.

A perfecto incipere, & paulatim ascendere, quia ut ait Apostolus: Non prius quod spirituale, sed 1. Cor. 15 quod animale. Per idem quoq; designatur, q; filius dei dominus noster Iesus Christus media 1. Tim. 2. tor dei & hominum, secundum formam serui, i. secundum suam humanitatem communicat cum hominibus, tanq; uere similis eis in natura specifica, & ex eis sumpsit humana generatiois originem. Secundum deitatem vero equalis sit deo patri, secundum quod ait Apost. Qui Phil. 2. cum in forma dei esset, non rapinans arbitratus est esse se aequali deo, sed semetipsum exinanuit formam serui accipiens. Porro per hoc q; Iacob uidit angelos pscalā ascendentes & descēdentes, figurabatur q; omnes (sicut Apostolus loquitur) sunt administratori spiritus, in minis Hebr. 1. sterium missi à deo propter electos, & q; ipsi sancti angeli ab hominibus ascendunt ad deum, ut orationes & uota ac merita eorum offerant domino, & orent pro sibi commissis, atq; eisdem reportent charismata gratiarū à deo; sicutq; à deo missi descendant ad homines, ut eos custodiāt, adiuvant ac defendant. Vnde angelus Raphael ait Tobit: Quando orabas cum Ias. Tobi. 12. chrymnis, & sepeliebas mortuos, ego obuii orationem tuam domino. Rursus per ascensum illum descendensq; angelorum signatum est, q; angelorum ministerio reuelata est incarnationis filij dei patriarchis atq; prophetis. Insuper per hoc quod uidit Iacob deū innixum scalæ, loquen temq; sibi, datur intelligi q; deus omnipotens habeat prouidentiam actuum humanorum, & facta hominum intueatur atq; remuneret, iuxta illud Ieremias: Fortissime Deus, cuius oculi Iere. 32. apertisunt super omnes filios Adam, ut reddas unicuiq; iuxta uias suas. Et quoniam Danieli Dani. 10. Gabriel angelus ait: Intelligentia est opus in uisitione, id est, principale in cœlesti reuelatione & ostensione, credendum est q; Iacob in uisitione pœfata, angelo reuelante, intellexit hæc omnia, B idcirco cum euigilasset à somno, dixit: Vere dominus est in loco isto. Deus enim incircumscripsibilis & immensus, dicitur specialiter esse ubi specialiter operatur. Et quia in omnibus operatur, quoniam omnia conseruat in esse, & omnium prima principalisq; causa est, idcirco in omnibus rebus generaliter est per essentiam, presentiam & potentiam. In loco autem quo Iacob hæc uidit, deus specialiter operabatur, ostendendo ei hanc uisitionem, alloquendoq; euimodo specialiter fuit ibi. Idcirco etiam dixit Iacob: Vere dominus est in loco isto, quoniam deo reuelante cognovit, quod illo in loco edificandum fuit templum dei, ut dictum est. Quod item promissiones dei factæ sanctis patriarchis & prophetis de Christo, essent ibidē circiterq; complectendæ, propterea dixit: Terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi dominus dei. Fuit ergo locus ille terribilis, id est, uenerabilis, ut quidam exponunt. Est enim quidam timor reverentialis. Fuit quoq; terribilis inuisibilibus hostibus humanæ salutis, puta dæmonibus, propter diuina mysteria ibi ostensa, & sancta opera ibi fienda & facta. Fuit & porta cœli, q; per talia homines cœlum ingredi promerentur. Hæc itaq; est literalis exppositio horum uerborum in uincula spirituallorum intelligentia aliquid est tangendum. ¶ Est autem duplex ecclesia in hoc mundo, uidelicit materialis ex lignis lapidibusq; constructa, & deo per manus Episcopi consecrata. Alia est ecclesia spiritualis ex fidelibus psonis collecta, iuxta illud Apostoli: In Christo Iesu ois Ephe. 2. edificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & uos coedificamini in habitaculum dei in spiritu sancto. Vnde & sacratissimus Princeps Apostolorum, in primis sua Canonica. Ad Christum, inquit, accedentes lapidem uiuum, & ipsi tanquam lapides uiui, superedificamini domos spirituales. Itaq; uerba hæc de hac utraq; possunt exponi ecclesia. Materialis quippe ecclesia dæmonibus est terribilis. Primo, ratione cōsecrationis, per quam diabolus ab ea expellitur, & potestas ipsius in ea debilitatur. Vnde refert in libro Dialogorum Gregorius, quod dum quædam Arrianorum ecclesia redditia estet Christianis catholicis, atq; ad dei honorem legitimate consecraretur, fideles in ecclesia existentes senserunt sub pedibus suis quasi porcum fecitum discurrentem, qui tandem excurrit, de cætero nusquam comparuit, per quod figurabatur, quod diabolus ab illo loco in quo ante inter hereticos mansit, expellebatur. Secundo, ratione uexilli Christi, quod est crux sancta, cuius præsentiam timeret diabolus tanquam ensim & baculum quo cæsus & uictus est. Campanæ quoq; sunt qualibet regis aeterni, quarum soni timeret diabolus. Hinc in Legenda sancti Christophori recitatur, q; diabolus cum ipso nondum conuerso perges, diuertit à uia cum signum crucis uidisset in ea. Tertio & maxime, propter ueram præsentiam Christi in sacramento altaris, qd in ecclesia conficitur, immolatur & reseruatur. Quarto, propter diuina mysteria & sancta officia ac opera uitiose quæ in ecclesia peraguntur, qbus & sancti angeli copiosissime & frequentissime assunt. ¶ Deniq; ecclesia militans non est nisi dominus dei, propterea nō nisi diuina sunt exercenda in Iohā. 2. ea. Idcirco Christus electi de templo ementes & uidentes in eo, dixitq; Nolite domū patris mei Matt. 26. facere domū negociationis. Et rursus: Domus, inquit, mea domus orationis uocabit. Vos autem fe Lucci. 19. cistis illā speluncā latronū. Sic & homines uitiosi, qui in ecclesia hincinde lascive aspiciunt, i. budi

D. DIONYS. CARTHY. SERMO III.

bidinose desiderant, impie & lubrice confabulantur, quid aliud de ecclesia dei, nisi speluncam latronum efficiunt? Nam ipsi latrones sunt, qui & proprias & aliorum spiritualiter interficiunt animas. Hæc quoque ecclesia bene vocatur porta cæli, quia qui eā deuote ingreditur, cælestem beatitudinem intrare meretur, & ea quæ in ecclesia fiunt, ad cælestem gloriam homines introducunt. ¶ Præterea uerba hæc de spirituali ecclesia, quæ est congregatio fidelium, congruent us exponiuntur. Ipsi namq[ue] fideles diuersis uirtutibus decorati, ecclesiasticis sacramentis munitioni, angelorum custodia circumuallati, terribiles sunt malignis spiritibus, & superant ipsos atque expellunt. Amplius, ipsa ecclesia est exercitus dei contra malignos spiritus pugnans, q[ui] se mutuo per charitatem & orationes ac participationem bonorum operum iuuans, inuisibilis Canti. 6. bus hostibus est ualde terribilis. Propter quod de ecclesia in Cäticis dicitur: Terribilis est, ut castrorum acies ordinata, Imo quilibet homo perfectus est daemonibus formidatus. Vnde de beatissimo Martino episcopo legitur, q[uod] dum posuit pedem suum ad exendum claustrum uersus ecclesiam, obfessi qui in ecclesia seruabantur, cuperunt tremere, & horribiles gestus ostenderent, quod daemones aduentum sancti Martini sentientes, fecerunt timore ipsius. Similiter dum quidam obfessus ad ciuitatem sancti Ambrosii duceretur, mox ut ad portam urbis deuenit, daemon ab ipso exiit. Cumq[ue] homo illa ciuitatem illam egredieretur, statim diabolus reintravit in eum. Adiuratus seu interrogatus diabolus cur ita egisset, respondit: Timore Ambrosii exiit circa portam. ¶ Denique ecclesia ista spiritualis non est nisi domus dei, loquendo de congregatione fidelium in charitate & gratia existentium, in quibus per dona supernæ gratia habitat deus, de q[uod] in prima ad Timotheum legitur: Scias quomodo te oporteat in domo dei conuersari, quæ est ecclesia dei uiu, iolumna & firmamentum ueritatis. Vnde & alibi ait E[phesio] Apostolus: Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea. Christianorum uero in mortalibus peccatis existentium congregatio, est ecclesia malignantium, habitaculum daemoniorum, ciuitas Babylonis, urbs perditionis. Tales tamen poterunt prenitere. ¶ Postremo, ecclesia ista est porta cæli, quoniam filios suos in regnum perducit cælestes, & per eam q[ui]si per portam intratur ad ueram salutem. Non enim quispiam potest saluari, nisi in ecclesia perseveret, per fidem & charitatem in ea manendo. Studeamus itaque daemonibus terribiles fieri, eos cum tentationibus efficaciter resistendo, propriis concupiscentiis ac uitii dominando, in profunda humilitate, fortipatientia, constanti iustitia, charitate ardenti, ceterisque permanentia ac proficiendo uirtutibus, & præsertim hunc sacrum diem in speciali expendamus deuotione, litteres, loquacities, gulas, chorees ac cæteras uanitates uitando solicite, ut & indulgentias quæ nunc in ecclesia ista sunt, participes simus.

QSERMO III. De ardenti affectu uidendi Iesum, & de quatuor quibus Zacheo similes effici debemus.

Apo. 21. **H**odie salus domui huic facta est. **Luce xix.** Deus omnipotens atq; piissimus, qui nullo clauditur aut circumscribitur loco, cum sit uere immensus, non solum inter sanctos eo in caelis beatifice perfruentes, sed etiam inter homines fideles ac virtuosos in terris habitare dignatur. Vnde in Apoca. ait B. Euangelista Iohannes: Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitat cum illis. O quam beatis sunt, in quorum cordibus per charitatem & gratiam habitat deus; dum modo usq; in finem perseueret in bonis, implendo quod ait Apostolus: Nostre locum dare diabolo. Diabolo eternum locum dat homo in corde suo, dum prauis cogitationibus praebeat assensum, dum concupiscentias acquiescit, dum temptationi succumbit. **Hinc Iaco. 4.** Iacobus nos hortatur apostolus: Resistite diabolo, & fugiet a uobis. Quid autem est diabolo resistere, nisi cogitationibus affectionibus iniquis non consentire, temptationibus reluctari, deum habere pra oculis, atq; operibus insistere uirtuosis? Ad quod faciendum hortatur nos Proue. 4. Salomon: Omnes inquieti, custodia custodi cor tuum. Et beatissimus Moyses dicens: Custos di temetipsum & animam tuam solice. Præterea, non solum habitat deus in sanctis ac uirtutibus hominibus, sed etiam in materiali ecclesia dicitur habitat, in qua dominus noster Iesus Christus deo patri quotidie immolatur, atq; in sacramento verissime continetur in qua etiam deus trinitas preces, oblationes ac uota fidelium specialiter ac clementer exaudit, suscipit & attendit. Hinc materialis ecclesia deo altissimo dedicatur seu consecratur, quia ad hoc depurat ac benedicitur, ut in ea deus colatur, & diuinum in ea exercetur officium: sicq; deus in ea specialiter asilit ac operetur, orantes & eum laudantes, eisq; sacrificantes exaudiendo ac benedicendo. Hinc in anniversario die dedicationis seu consecrationis ecclesie, etiam de ipsa materiali ecclesia aliquo modo uerificatur thema assumptum, in hodierno Euangeliu scriptum, uidelicet, hodie salus domui huic facta est, quod de spirituali ecclesie, i. fidelium congregatiōne, seu ipsis fidelibus in materiali ecclesia congregatis, magis uerificatur, quibus in die dedicatio-

IN DEDICATIONE TEMPLI

Ationis ipsius ecclesie specialiter salus fit, quia tunc specialem indulgentiam consequitur & gratiam, nisi ex parte eorum defectus sit, hoc est, nisi in mortali existant peccato. Denique, ut ista plenius intelligantur, primo aduertenda est historia euangelicae lectionis festiuitatis praesentis. Narrat itaque sanctus Lucas euangelista, quemadmodum Christus tempore sua passionis instanti, perambulabat Hiericho, id est, per ciuitatem sic dictam perrexit versus Hierusalem. Cumque multi occurrerent ei, desiderantes eum uidere atque audire propter sanctitatem, sapientiam ac miracula eius, inter ceteros uenit uis nomine Zacheus, princeps publicanorum, id est, eorum qui exactiōibus tributorum, & teloneis uectilibusq; leuandis intenti fuerunt, quod officium raro & difficulter fit abscq; peccato. Ideo publicani communiter peccatores fuerunt, & a Iudeis contempti. Fuit quoque Zacheus hic dives, quod idecirco exprimit Euangelista, ut exemplo Zachei diuites conturbantur, despiciendo carnalia & terrena, & Deum ac spiritualia atque celestia bona super omnia diligendoritemq; ad ostendendum q; Christus etiā am quosdam diuites gratiosos uocauit, & quod Deus nō spernit ipsas diuitias, sed diuitiarum immoderatum amorem, abusum, auaram retentionem, & perfluam consumptionē. Iste Zacheus ardenter quærebat Iesum uidere, quia de eius sanctitate, sapientia, eloquacia, uenuitissimis moribus, preclarissimis innumerisq; miraculis multa audiuit. Est autem naturale hominibus, tales viros libenter aspicere & audire. Nam tertio Regum scriptum est, quod regina Saba uenit à finibus terra usque Hierusalem, ut audiret sapientiam Salomonis. Omnes quoque reges undique cupiebant Salomonem uidere propter sapientiam eius. Et non poterat Zacheus ad Christi aspectum corporalem uenire p̄r turbam eum impediens, quia statura pusilla erat, id est, corpore breuis. Conformiter, à spirituali intuitu seu contemplatione dilectionemq; Iesu Christi plurimos impedit turbam, id est, multitudine turbata, ut pote prava societas, multitudine hominum incompitorum Deum non formidantium, seculariumq; curarum, immo uanitates mundanæ, comedationes & potationes superflue, loquacitates & animæ dissolutions, à puritate atque custodia mentis in Deo, ab omni quoque uirtutum profectu impediunt hominem. Quicunque igitur Deo cupit placere, in gratia permanere, in uirtutibus crescere, ab inquietudine hominum multitudine, ab intimorata societate se abstrahat, & locum frequenter intret secretum, ut in eo uacet domino Deo in orationibus meditationibusq; deuotis. Et præcurrens Zacheus, ascendit in arborem sycomororum, ut uideret Iesum, quia luxuria arborem illam fuit isturus. Ita qui spiritualiter cupit Deum uiri, & eum sinceriter contemplari, debet præcurrere alios, id est, p̄t ceteris se humiliare, atque in omni mansuetudine, patientia, castitate proficere, potissimum uero in uera & spirituali Dei ac proximorum charitate feruere, in arbore quoque sycomorum ascendere, id est, crucem Christi considerare, eiusq; passionem recolere & sectari, aduersitates, persecutions, iniurias & quæcumque sustinendo, quemadmodum iuber Salvator. Dilige inimicos uestros, benefacie his qui oderunt uos, & orate pro persequentiis & calumniis uestris, ut sitis filii patris uestris qui in celis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Nam & dominus noster Iesus Christus in cruce pendens, orauit pro crucifixoribus suis, à quibus tam ignominiosissimam ac amarissimam sustinuit mortem. Cum itaque non sit seruus maior domino suo, indignus est Christianus uocari, Ioh. 13; aut Christi seruus confandi, qui non curat Christi uestigia sequi per patientiam in aduersis, atque Augustinus, per cetera opera charitatis ac pietatis. Et suspiciens, id est, oculos elevans Iesum, uidit Zacheum in arbore. Quanto enim quis seruentis querit Deum, tanto gratiosius ac specialius ab eo aspicitur. Propter quod David rex loquitur: Prope est dominus omnibus inuocatiis eum, Psal. 144 omnibus qui inuocant eum in ueritate. id est, sincera intentione & debita serioitate, dixitq; Iesus: Zacheus, festinans descendere, quia hodie in domo tua oportet me manere. Magnitudo enim devotionis, & feruor dilectionis Zachei ad Christum, quasi coegerit Christum ad ingressum domum Zachei. Præterea est pensandum, quod Christus dixit, Zacheus, festinans descendere, quoniam unusquisque debet Deum feruide quætere, omnem pigritiam negligenti amē, abigere, uirtuosis quoque operibus prompto ac alacri corde insistere. Et festinans Zacheus descendit, & suscepit Iesum in domo sua cum gaudio. Cumque uidissent Iudei quod Iesus domum intrasset Zachei, murmurabant, dicendo quod Iesus indecenter egisset, diuerendo & ingrediendo ad hominem peccatorem. Stans uero Zacheus coram omnibus, dixit ad Christum: Ecce dimidium honorum meorum domine do pauperibus, & si in aliquo quempiam defraudaui, id est, alicuiu documentum damnumve intuli, reddo quadruplum. Tunc Christus respondit: Hodie salus domui huic facta est, id est, habitantibus in hac domo, puta Zacheus & eius domesticis simul cum eo penitentibus, remissio facta est peccatorum, & gratia Dei infusa est, eo quod ipse Zacheus filius sit Abraham, quia uirtutes & opera pietatis Abraham.

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO V.

patriarchæ iam sequi incepit. Venit enim filius hominis. Scilicet Christus, qui rere & saluū facere quod perierat, id est, peccatores ad penitentiam & salutem reducere. Ecce ista est histōria euangelica lectionis solennitatis præsentia. Et recte euangelium istud in dedicatione ecclesie legitur, quoniam sicut domui Zachei salus facta est per ingressum Christi in eam, ita templo materiali quodammodo salus facta est in die sua dedicationis, tunc ipsi Christianis fidelibus hoc die in materialem ecclesiam conuenientibus, specialis gratia à Deo præstatur. nā specialis indulgentia eis hoc die confertur, dummodo per mortale peccatum non ponūt obsecem siue obstatum gratia Dei. Insuper materiali ecclesiæ die hoc salus facta afferitur, quoniam ratione suæ consecratio is salutis fidelium cooperatur. Vnde quemadmodum peraspersis onem aqua benedictæ uenialia dimituntur peccata, ita & per ingressum materialis ecclesiæ, ut S. Thomas alijq; doctores testantur. Hoc tamen scidum, q; nulli in mortali culpa existenti uenialia dimituntur, idcirco nec indulgentia, nec ingressus ecclesiæ, nec aquæ asperso benedictæ, tales à uenialibus liberat culpis. Rursus, ecclesia materialis cooperatur saluti fidelium quia in ecclesia sacramenta conferuntur fidelibus, & Deus specialiter pronus est dona gratiæ suæ in ecclesia elargiri. Amplius ex euangelio hodierno instruimur ad multa animabus nostris salubria, quæ & necessaria sunt ad salutem. Primum est, ut cum Christo perambulemus Hiericho, id temporalia, carnalia & terrena pertranseamus ac relinquamus. Hiericho namq; interpretatur luna. Luna uero in continua variatione consistit, crescendo & decrescendo in claritate; idcirco per eam temporalium ac sensibilium rerum instabilitas uanitasq; signatur. Ita que Christiani quibus celeste regnum paratum est ac promissum, debent terrena atque carnalia pertransire, paruipendere, itemq; relinquere, ea superflue non amando, sed bona diuina, q; festia & æterna toto corde desiderando, contemplando, & exquirendo, temporalia uero non amplius appetendo, quoniam necessaria siue utilia sunt ad acquirendum bona celestia & æternæ. Denique in libro Iosue legitur, quod dum filii Israël per alegum Jordani transissent in terram promissionis, primo omnium funditus destruxerunt ciuitatem Hiericho dictam. Per qd spiritualiter designatur, quod Christiani celestem patriam ingredi cupientes, primo in seipso destruere & eradicare debent omnem carnalem & impurum mundanarum ac carnalium rerum amorem, quoniam talis amor efficit hominem dæmonum seruum, dæboli membrum, Babylonisq; ciuem nec stare potest cum spirituali ac puro Dei ac proximorum amore, per quæ sanctum amorem efficit homo filius Dei, membrum Christi, heres ac ciuius supernæ Hierusalem. Præterea in eodē Iosue legitur libro, q; Deus omnipotens prohibuit ciuitatē Hiericho res edificari, Iosue quoq; maledixit homini eam redificanti. Per quod significatur, q; homo nez quaq; debeat recidiuare, rursus in se carnalem acq; mundanum suscipiendo amorem, p; quem præcepta Dei derelinquit, nec obseruantur: imo qui facit hoc, meretur maledicti à Deo, cui loquitur sanctus in Psalmo: Maledicti qui declinant à mandatis tuis. Et rursus: Odiisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Virum sanguinum & dolosum abominabitur dominus. Secundo ex euangelio hodierno docemur, ex exemplo Zachei Christum cum feruore requirere, ad eius contemplationem fidéliter aspirare, eius quoq; que ueritatem efficaciter imitari. Vnde ad Prophetam David: Lætetur cor quæstum dominum, querite dominū & confortamini, querite faciem eius semper. Isaías quoq; Quærite, inquit, dominū dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. Porro Deum quædere, est eum defiderare, ei uelle uniri ac complacere, eum per diuinorum obseruantiam preceptorum iugiter honorare, finaliterq; intendere, seipsum & omnia sua ad Dei honorem ac gloriam referendo. Insuper ad Christi contemplationem aspirare debemus, et si nondum eius diuinitatem & excellentiam intueri ualemus, eius tamen benedictam passionem, quam pro nostra redemptio ne atq; salute sustinuit, quotidie cum omni attentione & gratiæ actione debemus recolere, ut sic Christo propter nos passo condoleamus, uanitates mundi, uoluptatesq; carnis despiciamus, & in continuo Dei timore, uirtutum tenore ac cordis custodia perseveremus: sic quoq; Christi ueritatem imitari tenemur, eius humilitatem, patientiam, mansuetudinem, misericordiam, charitatem pensando & assequendo. Indignus namq; est Christianus uocari, qui Christi uirtutes nō conatur sectari. Vnde omnis superbus, omnis inuidus, omnis auarus, omnis luxuriosus aut iracundus, non Christi, sed dæboli est minister. Tertio, ex Euangelio instruimur hodierno, ut Zachei exemplo Christum cum gaudio in cordis nostri habitaculo suscipiamus ac teneamus, eius frequenter reminiscendo, eum fidéliter contemplando, ferauerter amando, ac iugiter uenerando. Omnes ergo cogitationes & affectiones inanes, prauas, inutiles abhincias mus, totoq; corde adhærere Deo conemur, quæadmodum Isaías propheta hortatur: Dereliqui uiam suam, id est, conuersationem iniustam, & uit iniquus cogitationes suas, & res uer

IN DEDICATIONE TEMPLI.

fo. ccc. xciii.

A uertatur ad dominum, & miserebitur eius. Quarto docemur ex euangelio isto ad opera misericordiae atq; iustitiae: quatenus sicut Zacheus dixit ad Christum, Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si aliquem defraudavi, reddo quadruplum: sic quislibet Christianus opera misericordiae pro posse suo charitatuo, prompto & hilari exerceat animo, pauperibus succurrendo & benefaciendo bona quoque iniuste adepta omnino restituat, & si nō quadruplum cum Zacheo, saltem similipli: quoniam Augustino testante, Non dimititur peccatum; Augustinus nisi restituatur ablatum. Specialiter autem in festo dedicationis uitanda sunt uitia gulæ, loquacitatis, ebrietatis, ex quibus etiam frequenter bella & rixa nascuntur; similiter chorizationes & similes uanitatis, ut omnia cum Dei timore agantur, & unusquisque particeps sit indulgentia, quæ hodie in ecclesia ista confertur.

Sermo V. De quadruplici domo qua recipitur Christus, & quomodo eum summa cum benevolentia in cor nostrum recipere debeamus.

D omum tuam domine dæcet sanctitudo in longitudinem dierum. Psalm. xcij. Videmus in seculo isto, q; homines aliquem venerabilem hospitem in suo habitaculo suscepturi, domum suam diligenter emundant & ornant, conuenientia quoq; cibaria preparant, quietis ac pacis locū suo hospiti exhibentes, etiam iucunde suscipiunt, reverenterq; tractant. Et istud in die hoc dedicationis præcipue agitur, in quo habitatores & patochiani cognatos atq; amicos suos cum magno suscipiunt gaudio, & delicate reficiunt. Incomparabiliter magis debet unusquisq; habitaculum suæ mentis seu conscientiam suam ab omni inquinamento peccati purgare, uirtutibus decorare, & sanctis fulcire operibus, quatenus dñm Deum suum in corde suo digne suscipiat, eiusq; gratiosam præsentiam sollicite ueneretur, atq; per hoc Deus omnipotens mansionem in eo facere semper dignetur, quemadmodum Christus in euangelio ait: Ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Quoniam sicut in themate pastum propositum Propheta, domum Dei dæcet sanctitudo in longitudinem dierum, i. perseveranter usq; in finem. In uitiosis etenim cordibus habitare aspernatur altissimus, cuius sanctitatis nullus est finis. Propter quod Salomon loquitur: Longe est dominus ab impijs. & Paulus apostolus: Quæ, inquit, conuentio luci ad tenebras! Imo iniquorum corda, sunt dæmonum habitacula atq; prostibula, quia eorum animæ dæmonum extant adulteræ, quemadmodum animæ uitiosorum sponsæ sunt Christi regis celorum. Impi nanci per uoluntatis suæ consensum ad miscerunt dæmonibus, eisq; communicant in actibus prauis. Præterea habitaculum suo debet habitatori proportionari, sicut uidemus q; reges ac principes i magnis ac speciosis moratur palatijs quanto magis regi regum, creatori ac dño univerorum, preparandum & exhibendum est decorum & grande palatium in medio cordis, quatenus ipse per fidem & sapientiam inhabitet intellectum, per charitatem Dei & proximi inhabitet uoluntatem. Tunc etenim habitaculum cordis spiritualiter magnum est, dum anima ueram & spiritalem habet dilectionem quia per illam se ad uniuersos extendit, amicos inimicosq; diligendo, omnium desiderando sa-

B fuge, atq; pro cunctis cordialiter exorando, sicut iubet salvator: Diligite, inquietes, inimicos Math. 5. uestros, beneficite his qui oderunt uos, & orate pro persequentibus & calumniantibus uos. Istud ad omnem pertinet Christianum, quia necessarij est ad salutem. Insuper, ad hoc & propter hoc filius Dei dominus noster Iesus Christus uenit in mundum, ut quislibet Christianus (cuius anima dominus Dei esse tenetur) in sanctitate & agitate Deo altissimo obsequatur. Propter Zachiarias effatur: Benedictus dominus Deus Israhel, quia uisitauit & fecit redemptionem Ioh. 1. plebis suæ, ut seruamus illi in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus uita nostra.

C Denique multiplex est dominus Dei quam concedet sanctitudo. Prima, est triumpfus ecclesia, ut pote societas, congregatio, seu uniuersitas omnium beatorum Deum in regno cœlesti clara certentium, in qua felici ecclesia nullus potest peccare, quoniam omnes in bono sunt confirmati, fontisq; sanctitatis Deo essentialiter sancto inseparabiliter copulati. De qua domo Prophetæ loquitur Deo: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Christus q; in domo, inquit, patris mei mansiones multæ sunt. Vnde in Apocalypsi habetur: Nō intrabis in illam aliquid coquinatum. In hac domo habitat Deus per suis beatificam frumentum & gratiam consummatam. Nam uait Iohannes apostolus. Videbimus eum sicuti est. 2. Ioh. 1. Ad hanc domum cœlestem debemus quotidie aspirare per desideria sancta, ac iugiter festinare per opa uirtutosa, cum Prophetæ dicentes: Quemadmodum desiderat certhus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deum. Secunda domus Dei, est uniuersalis ecclesia militans, puta congregatio fidelium, in qua domo Deus per incessabilem habitat gratiam. Vnde sub persona apostolæ Christus promisit ecclesiæ: Ecce ego uobis sum cunctis diebus usq; Matt. 28. ad consummationem seculi. Hinc in symbolo apostolæ asserturi Credo in spiritu sanctum,

Ioh. 1.

Prou. 13.
2. Cor. 6.

F

Ps. 104.

E

Ps. 104.

F

Ps. 104.

G

Ps. 104.

H

Ps. 104.

I

Ps. 104.

J

Ps. 104.

K

Ps. 104.

L

Ps. 104.

M

Ps. 104.

N

Ps. 104.

O

Ps. 104.

P

Ps. 104.

Q

Ps. 104.

R

Ps. 104.

S

Ps. 104.

T

Ps. 104.

U

Ps. 104.

V

Ps. 104.

W

Ps. 104.

X

Ps. 104.

Y

Ps. 104.

Z

Ps. 104.

aa

bb

cc

dd

ee

ff

gg

hh

ii

jj

kk

ll

mm

nn

oo

pp

qq

rr

ss

tt

uu

ww

xx

yy

zz

aa

bb

cc

dd

ee

ff

gg

hh

ii

jj

kk

ll

mm

nn

oo

pp

qq

rr

ss

tt

uu

ww

xx

yy

zz

aa

bb

cc

dd

ee

ff

gg

hh

ii

jj

kk

ll

mm

nn

oo

pp

qq

rr

ss

tt

uu

ww

xx

yy

zz

aa

bb

cc

dd

ee

ff

gg

hh

ii

jj

kk

ll

mm

nn

oo

pp

qq

rr

ss

tt

uu

ww

xx

yy

zz

aa

bb

cc

dd

ee

ff

gg

hh

ii

jj

kk

ll

mm

nn

oo

pp

qq

rr

ss

tt

uu

ww

xx

yy

zz

aa

bb

cc

dd

ee

ff

gg

hh

ii

jj

kk

ll

mm

nn

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO V.

sanctam ecclesiam catholicam. Semper namque sunt in ecclesia militanti aliqui boni & virtutis. **D.**
Hiero. si, quorum meritis & precibus mundus stat, secundum Hieronymum. ¶ Tertia domus Dei, ut
 it uterus virginis gloriose, quæ fuit thronus ueri summus Salomonis, templum Dei, sacrarium
 spiritus sancti, ac preclarissimum supergloriosissimum triclinium, in cuius mundissimo utero
 Iesus Christus unigenitus patris æterni nouem mensibus requieuit. Vnde Propheta predixit.
Psal. 18. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Itaque
Psal. 45. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. ¶ Quarta domus Dei, est cor cuiuslibet Chris-
 tiani uere deuotum, in quo Deus per charitatem & gratiam habitat. Propter quod ait Apostolus
2. Cor. 6. Iusti: Vos estis templum Dei uini. Hinc teste eodem diuino Apostolo, Qui forniciatur, in propri-
 i. Cor. 6. um corpus peccati: quoniam illud enormiter dehonestat, & de templo spiritus sancti facit dos-
 dum diabolus tollitq; membrum Christi, & facit illud membrum meretricis. Similiter ratione,
 qui superbit, qui avarus aut inuidus est, qui ab ira sua aedia superatur, aut quodcumq; mor-
 tale peccatum committit aut incidit in anima sua, quia inenarrabiliter eam dehonestat, fec-
 dat, inficit, spiritualiterq; occidit, peccat. Omne enim mortale peccatum naturales potentias le-
 dit, dona gratia tollit, Dei in imum facit peccantem, & diabolo subdit eundem. Qui ergo de-
 siderat esse domus Christi, atque à spiritu sancto inhabitari ab omni inquinatione carnis &
 spiritus se emundet per ueram contritionem, per integrum confessionem, per satisfactionem
 condignam. Semper quoque sit timoratus & diligens proprii custos cordis, ne prauis affectis
 onibus, aut inimundis cogitationibus inquietetur, quoniam in Ecclesiastico uerissime scriptum
Eccle. 27 est: Si non in timore Dei teneris te instanter, cito subuertetur domus tua. Extrusus: Qui sine
Eccle. 11. timore Dei est, iustificari non potest. Vx igitur his qui latentur quum male fecerint, & exula-
Prote. 2. tant in rebus pessimis. ¶ Præterea purgatio ista cordis specialiter facienda est & habenda in
 dedicatione Ecclesiae, quatenus ingredientes Ecclesiam, cuius consecrationis anniversaria agi-
 tur dies, participes sint indulgentiarum, quæ in ipsa conferuntur ecclesia die ista. Nullus eten-
 dim in mortalitate existens culpa, in indulgentia capax est idcirco communiter dicitur, quod indul-
 gentia non dantur nisi uere contritis atque confessis. ¶ Amplius, istud ad omnem pertinet
 Christianum, ut omnisero antequam uadat dormitum, uitam suam discutiat, conscientiam in
 tueatur, & qualiter diem expenderit penset, quid boni omiserit, quid mali commiserit diligen-
 ter examinet, atque de uniuersis suis peccatis tam die illo quam ante commisiss, aut per omis-
 sionem admissis, cordialiter dolens, ueniam deprecetur à Deo, & confiteri ac satisfacere propon-
 nat tempore opportuno. In lecto quoque decenter se habeat, & salubria cogitando obdormat. Et quando cumque euigilat, statim cor suum leuer ad Deum, orando, aut meditando de be-
 neficijs Dei, de penitentiis inferni, de gaudijs regni celorum, de bonitate, excellentia et infinita be-
 atitudine Dei creatoris uniuersorum. Mane uero consurgens, primo querat regnum Dei &
Matt. 6. iustitiam eius, id est, aliqua opera uirtuosa exerceat, orando, & Missam (si potest) audiendo, &
 cuncta quæ die illo acturus est, ad Dei honorem & gloriam ordinando, uerba quoque illicita
 uiter, & in exterioribus occupationibus mentem suam leuer ad eum frequenter. Ecce sic quis
 liber Christianus uiuere obligatur, iuxta doctrinam sacrae scripturae, & exigentiam legis diui-
 nae. Sed prohdolor, multi uiuunt ut bestie, & totum diem expendunt, uix semel aut raro cogi-
 tando de Deo, atque in suis perseuerant sceleribus, absque timore peccantes, pleni superbia,
 avaritia, incöntinentia, ac alijs uitij. His indesinenter propinquant, imo & currunt ad inferos,
 & nisi uiuere peniteant, cito damnationem incident infernalem ac æternalem. Præterea tales
 sunt, qui diebus dedicationis, quando cum speciali deuotione seruūdum est Deo, portationis
 bus & ebrietatibus uacant, ex quibus oriuntur contentiones, loquacitates, pugnae & homici-
 dia. Item qui choreis & ceteris uanitatibus carnalitibusq; intenti sunt. Isti non gradiuuntur
Matt. 7. per uiam arcam, quæ sola ducit ad uitam gloriarum semper, sed per uiam perditionis perpe-
 tua, mente obtenebrati, nec animarum suarum pericula contemplati. In quibus impletur qd
Pro. 4. Salomon loquitur: Via impiorum tenebrosa, nesciunt ubi corrunt, excaecavit enim eos malitia
 eorum, prout in libro Sapientiae legitur. Consideret ergo unusquisque breuitatem, incer-
 titudinem atque fallaciam uitæ prætentis, perpetuitatem quoque uitæ sequentis, in qua quilibet
 erit uel in felicitate & gloria æternali, aut certe in poena ac miseria gehennali. Causamus
 à uanaletitia, à uita intumata, atque (ut docet Apostolus) sobrie, iuste ac pie uiuamus in hoc
 seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriae magni Dei deuotisq; precibus Deum
 seruide inuocemus, quatenus die isto & semper nos à uitij preservare, ac totam uitam nostram
 gubernare dignetur. Singulariter quippe paratus est Deus die hoc dedicationis preces exau-
 dire fideliūm in ecclesia, cuius dedicatio celebratur, orantium. Vnde legitur tertio Regum, q
 uod Salomon rex Deo altissimo templum ædificasset, illudq; dedicasset seu consecrasset, ne
 bix

DE DEDICATIONE TEMPLI.

Fol. ccxxv

¶ bula, & (ut secundo Paralipomenon scribitur) nubes impletu domum domini, & non poterat
 sacerdotes stare & ministrare propter nubem illam & nebula. Impletuerat enim gloria dei
 templum. Cumq; Salomon Deum rogasset, ut preces in templo orantium exaudiret, statim
 nocte sequente Deus apparuit Salomoni, dixisq; ei, quod orantes in templo clementer audiret.

AD RELIGIOSOS.

¶ Sermo sextus: Quibus potissimum ornare se debeant religiosi viri
 tutibus, ut spiritus sancti templum representent.

L Actus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Psalmus centesimus uis-
 cimus primo. Illo calis & intemporalis Deus, qui nullo clauditur loco, cum incircumscri-
 ptilis & immensus consistat, multiplicem dicitur domum habere. Primo enim celum em-
 pyreum dicitur habitaculum Dei, & domus ipsius, de quo in Deuteronomio legitur: Habitacu-
 lum eius sursum. Et in Psalmis: Dominus in celo parauit sedē suam. Itemq; A summo celo Deut. 55
 egressio eius, de quo & uno modo accipitur illud: Beati qui habitant in domo tua domine, in Psal. 102
 secula seculo & laudabunt te. Et quod ait saluator: In domo patris mei mansiones multæ sunt. Psal. 89.
 Secundo, domus Dei est triumphans ecclesia, seu congregatio beatorum in patria, in qua ha-
 bitat Deus per gratiam consummatam seu gloriam, atq; per speciem, seu suipius claram & fa-
 cialem ostensionem. Tertio, domus Dei dicitur materialis ecclesia. Quarto, uniuersalis ecclies-
 ia militans, seu uniuersa collectio populi Christiani. Vnde ait Apostolus: Christus in domo Hebre. 10
 sua, quæ domus sumus nos. Quinto, quæcumq; particularis congregatio Christiana, in qua p
 fidem habitat Deus. Sexto, quæcumq; persona fidelis deuota, seu quælibet anima Christiana,
 in qua per fidem & charitatem Deus moratur. Quemadmodum ergo in solennitate dedicati-
 onis ecclesie, ipsa materialis ecclesia non solum à magnis & notabilibus immunditijs expu-
 gatur, sed à minoribus quoq; immunditijs pulueribusq; scopatur & emundatur, deinde uiria
 libus ac uirilibus aspergit & ornatur graminibus, ramis ac floribus, insuper preciosiora
 clinodia atq; reliquia cum repositorij suis ponuntur in publico, altaria quoq; specialiter des-
 corantur, iuctuibusq; pulsatur, & dulcius canitur, ac plurima luminaria accenduntur, uasa item
 sacri ministerij reserantur, & plures ad diuinam conuenienti: sic omnia ista spiritualiter in nostris
 debent fieri animabus, p̄sertim hoc die, imo & semper. Ut ergo uniuscuiusq; nostrum anima
 sit domus pura, placens ac splendida creatoris ac saluatoris, oportet ea quæ dicta sunt, in ea
 spiritualiter agi. ¶ Primo igitur emundanda est anima non à maioribus immunditijs tantum,
 id est, peccatis mortaliis, sed à minoribus quoq; seu uenialiis, ut nihil prorsus in ea appa-
 reat quod oculos offendat offiuentis, maxime ne per uenialia, si paruipendantur, negligan-
 tur & accumulentur, in mortalia dilabatur. Purgatio ista fit per contritionem, confessionem
 & satisfactionem. Multa demum disponunt hominem ad istam purgationem, uidelicet dis-
 cussio propriæ conscientie, timor Dei, consideratio nouissimorum, contemplatio maiestatis,
 honorabilitatis, bonitatisq; Dei, & recognitio beneficiorum ipsius. Nempe dum homo pro-
 funde considerat, q; Deus qui per peccata offendit ac hominem deserit, est tam infinita bo-
 nitas & amabilitas, tamq; immensa maiestas & honorabilitas, q; item tot & tanta be-
 neficia cōstat nobis, & tam indicibilem nobis beatitudinem p̄parauit, tunc incipimus ual-
 de dolere, quod tam superoptimum ac amabilissimum Deum & creatorem nostrum offendis-
 mus, quod eius beneficij tam ingrati exitimus, quod coram tam superdignissimo ac hono-
 rabilissimo domino habuimus nos tam impudenter & irreuerenter, tam culpabiliter & indis-
 gne, tuncq; implemus illud Propheticum: Exercitabar, & scopebam spiritum meum. Cordia
 lem ergo & ualde intensam habeamus de nostris peccatis cōtritionem, potissime ex Dei amo-
 te & zelo iustitiae, & confessionem faciamus quotidie dolorosam, distinctam, naturam, non
 aridam ex consuetudine superficialiter prodeuntēs & confessione peracta, habeamus nos
 tam custodite, tam irreprehensibiliter & compuncte, ut ueraciter opere demonstremus cordia
 liter nos dolere de peccatis p̄teritis. Insuper, per frequentem & ardorem mentis ad Deum
 elevationem, per charitatis ardorem, per feeditatis peccati pudorem, per orationes & medita-
 tiones assiduas, & uaria opera supererogationis, purgemos nos à quotidianis peccatis, & ab
 omni reatu eorum, à reliquijs quoq; p̄teritorum malorum. ¶ Secundo, sicut materialis ec-
 clesia iam scopata, aspergitur & ornatur graminibus uirilibus & ramis, si animam modo
 p̄fato purgatam, oportet uirilibus infusis ac donis spiritus sancti, actionibus sanctis con-
 templationibusq; fulciri & expoliri. Vnde in Cantico loquitur sp̄s: Fulcite me floribus, Cantic. 8
 pale me malis, q; amore lâguo. Porro p̄ flores intelligi possunt pulcherrime ac feruide con-
 templationes altissimi, quæ instar florum uirent, fulgent, flagrant in mente per uirentia græ-
 mina designantur bona opera extiora, aut cæteri actus uirtutum, quæ ornant animam, sico

VV iii ut

ut gramina uirescentia terram. Et sicut terra sine graminibus est nuda, informis, non decorata, sic anima sine actibus istis. Rursus, quemadmodum sole materiali in zodiaco accidente terra uirescit graminibus, ornaturque floribus, recedenteque sole in circulo illo obliquo, terra sit sterilis, gramina quoque aescunt, floresque deciduntur; sicut plane spirituali sole iustitia spiritus sancto accedente, anima gratiosa praeferit contemplationibus & actionibus virtuosis secundatur, uenit, & expositurarecedenteque sole illo intelligentiae, anima incipit fieri in fructuosa, deforis & nuda. Propter quod dixit Prophetus: *Animam a mea sicut terra sine aqua tibi.* Itemque: *Dominus, in uoluntate tua praeferisti decoris meo uirtutem.* Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. lugiter ergo inuocemus gratiosam presentiam huius intellectualis supersplendidissimi solis, dicentes: *Ustra domine faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua.* ¶ Tertio, sicut tempore dedicationis in materiali ecclesia preciosiora clausodia atque reliqua cum repositoriis suis ponuntur in publico ad Dei honorem, & ad fideliem prouocandam devotionem: sic animam virtuosam quam spiritus sanctus inhabitat, operet interiora gratiarum charitatis sibi defuper contributa, alijs communicate, bonaque opera & exercitia religiosa, ea potissimum ad quae tenetur, publice agere ad gloriam creatoris, ac aedificationem plebis fidelis seu congregationis. Propter quod Salomon dixit: *Deruentur fontes tui foras.* Et Salvator: *Luceat, inquit, lux nostra coram hominibus, ut videant bona facta nostra,* & glorificant patrem nostrum qui in celis est. In Ecclesiastico quoque fertur: *Sapietia abscondita & thesaurus inuisus, quae utilitas in utrisque Sed & princeps apostolorum: Vnusquis que, ait, sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantis.* Vnusquisque igitur alium, quantum ualeat, dirigit, exhortatur, instruit, corripiat, consoletur, & omni modo sibi possibili & edificet ac iuvet in via salutis. Verumtamen opera supererogationis, & quae specialem uidetur deuotionem pretendere, abscondenda sunt potius quam padenda, nisi efficax ratio postuleret aliud. ¶ Quarto, sicut in dedicatione altaria magis ornantur, ita in anima superiores potestiae, quae in actibus suis Deum directe attingunt tanquam actuorum suorum obiectum, uidelicet intellectus, memoria & uoluntas, in quibus subveniunt Trinitatis consistit imago, sunt singulariter decoranda in actibus sapientiae, & doribus charitatis, meditatiobus sanctis, acti onibus fidei & spei atque iustitiae, prefertimque latitudine, cuius actus sunt oratio, adoratio, immo latio diuinae maiestati exhibita, quibus omnibus animam religiosi oportet semper cum omni attentione insistere. ¶ Quinto, sicut in dedicatione solennius pulsatur & canitur, ita in anima Deo dicata, hymnis, psalmis & canticis spiritualibus intentissime est uacandum, praeferitum hoc die, Deoque iubilandum & per linguam tanquam per campanam admonendis sunt alijs ad honorificentiam Dei. Vnde hortatur Apostolus: *Pax Christi exultet semper in cordibus ue stris, docentes & commones uosmet ipsos in hymnis & psalmis.* ¶ Sexto, in dedicatione plura lumina accenduntur ita in anima lumen gratiae, uirtus discretionis, lux sapientiae, clari tias fidei, splendor salutaris scientiae, fulgor consilij, donumque intellectus, & candor recte intentionis, nunc specialiter, imo & omni hora sunt ascendenda, illustranda, perficienda a spiritu sancto, ut in anima splendeant, & eam suo creatori placitam faciant & acceptam, intantum ut ipsa alios quoque donis sibi collatis perfundat. Verum de his in sequentibus magis dicetur, Deo praestante, sermonibus.

Sermo VII. De uirtutibus religiosis quam maxime decentibus, & de multiplici ornatu, quo exornandi sunt.

Domine, dilexi decorum domus tuarum, & locum habitationis gloriae tuarum. Psalmo XXV. Sicut diuersae sunt domus Dei, prout precedentie tangebatur sermone, ita diuersi sunt etiam decors. Nunc autem de domo Dei, qua est anima iusti, dicendum est. Huius itaque dominus duplex est decor, uidelicet naturalis & supernaturalis. Porro naturalis decor anima duplex est. Vnus innatus, alijs acquisitus. Decor innatus, est etiam duplex, puta substantialis & accidentalis. Naturalis anima decor, est pulchritudo sive perfectio sibi ex sua natura conueniens. Decor uero anima naturalis & substantialis, est perfectio sua specifica, quae realiter idem est quod anima ipsa rationalis. Pulchrum namque & ens (ut diuinus docet Dionysius) conver tuntur, quemadmodum bonum & ens. Decor uero anima naturalis & accidentalis, est duplex, utpote separabilis & inseparabilis. Decor eius inseparabilis, est ornatus naturalium potentiarum ipsis, potissimum uirtutum eius superiorum, in quibus summam ac adorandam Trinitatis resplendet imago. Decor uero separabilis, est ipsarum uirtutum actuatio seu expositio per uirtutes actus, & actus ipsarum. At uero supernaturalis decor anima, est perornatio eius per dona gratiae, & in primis per ipsam gratiam gratum faciente, quae essentia anima perficit, atque in esse supernatura li, deiformi, ad promerendum uitam eternam idoneo, ponit. Et hic ait decor est ualde precipius, imo

A imo tam altus, ut nullius rei creatae decor naturalis quantumlibet magnus, possit eius attingere dignitatem. Est namque supernaturalis similitudo divinae essentiae, & alterius, superiorisque ordinis, quamque naturalis perfectio rei creatae. Præterea per naturalem suum decorum non consecratur anima rationalis in domum dei, quia per pura naturalia non fit ei accepta, nec eius inhabitatione condigna, sed primo consecratur in domum ac templum Deisui per gratiam gratum facientem. Deinde supernaturalis decor anima est perornatio eius per uirtutes infusas, ac dona spiritus sancti, & per actus horum habituum, & præsternit per fidem & spem & charitatem earumque actus, per quas anima specialiter Christo despontatur, & thalamus eius efficitur, & spiritualiter integratur, seu uirgo efficitur eo modo quo ecclesia uirgo assertur. Spiritualis uero virginitas secundum Augustinum potest recuperari, cum sit integra cordis adhesio cum Christo celesti sposo. Magnus est decor hinc animae, & naturalem angelorum decorum uerhementer transcendentis. Siquidem fides est supernaturalis radius prima & increata ueritatis, habitusque infusus, Deum sub ratione primae ueritatis habens pro objecto, intellectum inclinans ad consentiendum credendum secundum scripturas, & eum illuminans ad cognoscendum aliquatenus ueritatem eorum quae cadunt sub fide. Spes uero est certa expectatio futura beatitudinis ex gratia Dei meritisque proueniens, & datur ista spei descriptio de actu spei, non de ipsa spe, quae essentialiter habitus est supernaturalis infusus, deum sub ratione summa felicitatis pro objecto habens, animamque inclinans ut adipisci confidat ac præstoletur beatitudinem aeternalem, atque bene agendo tendat in eam. Charitas uero est summa & nobilissima anima uirtus, per quam ipsa efficitur sui creatoris sponsa ac filia, haeres atque amica; & charitas ista est supernaturalis participatio ac similitudo increati amoris, præsternit spiritus sancti. Estque charitas theologia uirtus, deum sub ratione summi boni habens pro objecto, & anima uoluntatem inclinans ad diligendum Deum pure & principaliiter ac meritiori propter propriam bonitatem ipsius. Verumtamen quia beatitudo sive perfectio non consistit principaliter in ipsis uirtutum ac donorum habitibus, sed in actionibus eorumdem, præcipue in actibus sapientiae & charitatis (Nam habitus ordinatur ad actum, tanquam ad finem, & beatitudo est optima operatio optimae uirtutis, secundum statum perfectum in uita perfecta) idcirco supernaturalis hic decor animae summe consistit in contemplatione deitatis sincera, & in dilectione eius intensa, deinde in aliarum actionibus exercitiisque uirtutum. Huc igitur dominus dei decorum debemus diligere, appetere, adipisci, cōseruare, completere, ita ut in primis studeamus eum habere in anima nostra, seu unusquisque in anima sua, deinde in alijs. Nempe quod proficit homo, si lucretur uniuersuai mundum, se ipsumque perdat? Quicquid ergo charitati contrarium est, tanquam infernale virus uitemus, puta seminationem discordiae, detractionem, contentionem, auerionem, rancorem, iniuidiam ac scandalum, & faciat unusquisque alteri, prout rationabiliter uult fieri sibi. Sit omnis religiosus circumspectus, imo cautissimus in loquendo, ne in secreto accepta reuelet, & ne ultra dicat quae non expediunt diuulgari, & maxime ne quis alicui dicat uerba per quae charitas eius ad proximum laedi potest, seuodium siue aueratio provocari, nec sufficit dicere, ego non habui intentionem laedendi charitatem in ipso, sed oportet aduertere quid ex uerbis prolatis uerisimiliter possit sequi. Si autem talia interdum dici oportet, tam caute dicenda sunt, sicut possibile est, & admonendus est is cui dicuntur, ne inde tentetur. Ex incustodia lingue & incircumspectione loquendi enormia mala proueniunt. Merito sapiens ait: *Detestatur anima mea cum qui seminat inter fratres discordiam, Deus quoque per Sapientem testarus es.* Os bilingue detestor. Et iterum: *Qui inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.* Audiamus uerba scripturarum. In Ecclesiastico enim legitur: *Qui denudat arcana amicorum, fidem perdit.* Denudare amici mysteria, desperatio est anima infelicitis. Vnde secundum doctores mortale peccatum est, ea promulgare quae in secreto sub fide accepta sunt nec expedire, faciliter aliqua capere in secreto, propter periculum imminens, si pandantur. Iterum ait scriptura: *Si mordeat serpens in secreto, nihil eo minus habet qui detrahit.* Ideo labia detrahentia sunt procul a nobis, ita ut nec labia nostra alicui obloquantur, nec aliorum detrahentia labia libenter audiamus, approbemus, seu admittamus, sed detestemur ac fugiamus, vel saltum inceustum ostendamus uultum obloquutori, ut quantum nobis displicet detracatio eius, aduertatur. Etenim per tristiam uultus, corrigit animus delinquentis. Et rursus Salomon fatur Proverbiorum 25. Ventus aquila dissipat pluias, & facies tristis linguam detrahentem. Nemo in hoc mollis existat extimore humano, applaudendo aut non dissentiendo detrahenti aut praeeloquenti, imo detrahentem & uictiose loquentem, charitatue ac feruide increpemus, ne & de cetero audeat nobis taliter loqui. Præterea magnum consequitur anima nostra decorum ex quas ueritibus cardinalibus, eorumque actibus: imo cum in ipsis gula atque libidinis, &

Lucas. 9.

Tobi. 4.
Mat. 7.

Prou. 6.

Pro. 8.

Pto. 13.

Eccle. 27

Eccl. 10.

Eccl. 7.

D. DIONYS. CARTH. SERMO VIII.

Dia delectationibus gustus & tactus sit maxima turpitudine ac foeditas, ne anima nostra inquietatur aliqua huiuscmodi foeditate in cibo & potu, in tactu, osculo aut amplexu, in cogitatu uel affectu indigemus in primis temperantia, quae uolupates tales coereat: imo cum & corpora nostra tēpla sint spūs sancti, cōseruāda sunt ualde in puritate, & p̄seruanda à gula & immodicitate foeditate. Itaq; sobrie & iuste ac pie uiuamus in hoc seculo, corpusq; nostrū ita regamus, ut sit expeditum, idoneum atq; obediens nostræ animæ instrumentū in omni opere virtuoso. Insuper fortitudo in nobis sit magna, ut aggrediamur uiriliter ardua, nec ppter quæcumq; mundi aduersa seu mortis pericula relinquamus uiam iustitie, honorificētiam dei, opera charitatis, cum dicat Salvatoris: Nolite timere eos qui corpus occidunt. Et rursus: In mundo, inquit, pressuram habebitis, sed confidite, quia ego uici mundum. Non sit in aliquo nostrum cor effeminate, formidolosum, pigrum aut tepidum, sed cor bonæ spei, diuino innitens auxilio, fortiter uincens ac frangens seipsum, & quæ agendæ sunt magnanimitate inchoamus, cōstanter continuans, perseveranter adimplens. Amplius prudentiam habeamus, & discretio-

Bne in oībus dirigamus, ut deceptor & ordinante unumquodq; agamus. Quæ enim à deo sunt, ordinata sunt. Itaq; per prudētiām ordinem taliter media nostra, ut ad finem pertingamus intentum, ut sit in uiuēs iſationabile obsequium nostrum, & ita curramus ad répus, ut ante finem non deficiamus. Ideo corpus cum discretionis moderatione castigetur, seruorū charitatis in se temp̄ fōendus & augmentandus, in suis refrenetur operibus, ne homo feruorem sequendo, seipsum p̄cipitet. Hinc feruori ratio est miscenda. Postremo, iustitia (quæ est præclarissima uirtus) cor nostrum omnino possideat, sic tamen, ut pietatem & scientiam non excludat. Reddamus unicuiq; quod ei debemus. Et sicut esuriens appetit cibum, ac sitiens postum, sic esuriamus & sitiamus iustitiam, nec iniuste aliquid operemur, nulli iniuriemur, nemis nisi faciamus quod nobis fieri abhorremus, omnem detestemur impietatem, & uiueriam dei formiter auferemur iniquitatem, discreto iustitiae zelo iugiter feruacamus: & sicut totum quod sumus & habemus, à creatore accepimus, factum in eius obsequium convertamus: superioribus nostris reuerentiam, obedientiam, charitatem p̄cipiuam impendamus. Corpus nostrum subiectum sit anima nostra tanquam domine sua, immo & benefactrici p̄cipiuam, à qua uitam & motum, sensum & vegetationem sortitur, à qua etiam in his conseruatur ac regitur, & cui saluberrime tandem congregabitur, si interim ei fideliter ministraverit atq; paruerit. Anima quoq; in cunctis quæ agit sive omittit, consulat ac audiat rationem, tanquam in regno uirium præsidentem. Ratio uero subiecta sit DEO, ut iuxta eius legem & fidem, p̄cepta & consilia, doctrinam & inspirationem, in omnibus se aliasq; uires gubernet, moueat, conuerset, procedat.

SERMO octauus. De prouida seruentiq; mentis nostræ unione cum Deo, & quia uia facilius id asequi potest.

Faciamus ei cenaculum parvum, & ponamus in eo lectulum & mensam & sellam & canas delabrum, ut cum uenerit ad nos, maneat ibi. iiiij. Regum. iiiij. Ita sunt uerba uenabili ac prudētis matronæ Sunamitis, ad suum maritum de beatissimo Eliseo propheta. Per fessimam istam intelligitur ratio, quæ alias animæ uires, p̄sertim appetitū intellectuum seu uoluntatem, memoriam, hortatur, ut Christo per Eliseum designato, præpararet in se aptum cenaculum, & ponant in eo lectulum, mensam, sellam, candelabrum, ut cum uenerit Christus, maneat in eodem. Christus etenim in Apocalypsi fatetur: Ego sto ad ostium & pulsos si quis aperuerit mihi, intrabo ad illū, & cenabo eis illo, & ipse mecum. Itud cenaculum est cor, qd præparandum est domino, sicut paratur domus sue hospitiui habitatori & hospiti, & sicut paratur sponsa spōso, & sicut paratur seruus regi ac domino suo. Propter quod Samuel dixit:

Apo. 3. I. Reg. 7. Præparate corda uestra domino. Porrō cor iam à Deo creatum & factum, sit cenaculum Saluatoris, quando purgatur ab omnibus quæ displicent oculis eius, atq; ad deuotionem disponitum & domino applicatur, sicut per Ieremiam loquitur Deus: Quis est iste qui applicet cor suum, ut appropinquet mihi? Applicat autem se homo Deo, quod in se est faciendo, & inuocando auxilium gratia creatoris. Cor quoq; ad deuotionē disponitur, dum ab exterioribus illis citisq; abstrahitur, atq; ad dominum eleuatur, orādo, meditando seu cōtemplando. Sic ergo faciamus Deo cor nostrum cenaculum parvum & humile, quæ cor nostrū multis defectu statibus plenum est, nec solum respectu mentis diuinæ, immo & comparatione mentis angelicæ, magna est imperfectionis & parue reputabilitatis. Sed quia in domo utensilia esse oportet, ne vacua existat inhabilis, dehemus in corde nostro ponere Chfo lectulum. i. pectoris pacem, in qua Christus cum anima dulciter conuiescit, cui in Canticis loquitur spōsa: Lectulus noster floridus. Hæc pax est gaudium spiritale imperturbatum, & quies mentis in Deo, in quo

IN DEDICATIONE TEMPLI.

fo. ccc. xcviij.

A quo anima conuenientissime ac naturalissime requiescit, quemadmodum grauia deorum & leuias sursum, secundum qd loquitur: In pace inuidipsum dormiam & requiescam. Vnde hora Psal. 41. tur Apostolus: Pax Christi exultet semp in cordibus uestris. Si uolumus pacem istam habere, Col. 3. oportet nos passionibus & uictis dominari, qd spūs sanctus p̄ lsaiam testatur: Non est pax in me 1. Iai. 48. p̄iis. Oportet & corpus in animæ seruitutem redigere, & esse reformatum in aīo. Oportet item 1. Cor. 9. diligenti cordis custodia inuigilare, ne per distractiones, passiones & inquietudines perturbeatur. Et quis in uita præsenti non posse quis pacem istam continuā habere, quia frequenter in terrumpitur? & etiā per bonas tristitias uariosq; eventus intercipitur atq; suspenditur: nihilominus quanto quis fuerit magis radicatus in charitate, & exercitatus in cōtemplatione, ac res formatus in passionibus animæ, tanto potest hanc pacem stabilius ac diuinius possidere, fæsi piusq; habere, immo & facilius recuperare ac obtainere. Est namq; hæc pax charitatis effectus, & actuali dilectioni dei annexitur. Præterea lectulus iste, iuxta lsaia oraculum, uere est angusta lsaig. 49. tus, ita ut utrungq; uidelicet Chrm & mūdum, in se capere nequeat. Si ergo religiose uis in te Chrm habere, & ei pacis lectulum exhibere, necesse est ut inquietudines mūdi, rumores affectionesq; seculi detestari ac fugias, sed in clauſore te à talibus claudas, & in sepulchro religiosis, in secreto cellæ, in abscondito uulnus diuini à cunctis perturbationibus, euagationibus, inquietationibus te occultes, nec in eas fœdus cum Amorreo. Quid tibi fili Israel cum Chanañis? Non ergo dispergas cor tuum in multis, cum unum sit necessarium, in quo solo pacem re Luce. 10. peries. O quā dulce est, mente tranquilla, conscientia serenata, corde puro in illo quiescere ac defici, nec aliquid appetere huius myndi, atq; in lectulo isto Christum eternam & increatam sapientiā deosculari, amplecti, constringere, ei uniti, & secundari ab eo, nec non subinde des osculari & amplexari ab eo. Vnde in Canticis spōsa hinc multa effatur: Osculetur me, inqens, Cant. 1. osculo oris sui. Et rursus: Fasiculus myrræ dilectus meus mihi, inter hubera mea commora Eodem. bitur. Itemq; Tenui illum, nec dimittam. Eti Apprehendam te, Eti dñe dilecto meo, & ad me Canti. 3. conuersio eius. Studeamus igitur semper hæc pacem habere, & ne eam perdamus, habeamus Can. 4. etiam inter nos ueram & spiritalem concordiam. Quicquid impeditum est pacis, cuitemus: Canti. 7. litites, contentiones, animosilitates & prouocationes ad malum, tanquam diabolica abhorreas inuuenia. Etenim beati pacifici, quoniam filii dei uocabuntur miseri uero turbulenti, quia filii diaboli nominabuntur. Non enim est Deus dissensionis, sed pacis, & in pace factus est locus eius. Ideo Christus p̄cepit: Pacem habete inter uos. Secundo, in domo atq; cenaculo cordis ponenda est Christo mensa, per quam designatur sacra scriptura, quæ est sapientia mensa, in qua tot sunt spiritualia fercula, quæ sunt expositiones seu intelligentiæ scripturarum, quæ in genere quatuor esse dicuntur, utpote intelligentia literalis, allegorica, tropologica & anagogica. In specie uero & in individuo, sunt innumerabilia huiuscmodi fabula. Nam & quelibet pars scripturæ recitat mentem, & multi sunt passus paginae sacrae, qui multipliciter exponuntur. Eiusdem quoq; scriptura sensus literalis interdum est multiplex, similiter sensus allegoricus, & cæteri sensus p̄tæcti. Rursus mensa ista est fides, in qua omnia exhibentur ac domino offeruntur, in qua & ecclesiastica sacramenta sumuntur, ac sumenda fidelibus præponuntur, potissimum eucharistia sacramentum, quod fide formata spiritualiter sumitur atque comeditur, iuxta illud Augustini: Crede, & manduca. Sed & penitentia mensa est, in qua panis editur lacrymarum. Vnde secundum Gregorium, apud penitentem mulierem Christi August. Gregor. stus recubebat interior delectatur nancq; in actibus & lacrymis penitentia nostra. Tetatio ponenda est CHRISTOSsellæ, id est, sedes seu thronus. Cumq; anima iustis edat sapientia Sapi. 7. assurda, constat quod iustitia spiritualiter sit solium, in quantum per iustitiam anima dñi dicat & castigat seipsum, atq; per hoc Christo in se exhibet thronum. Propter quod loquitur ei Propheta: iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Sedes autem excellentium perlornarum psal. 58. multipliciter solet ornari; ideo sedes ista est pulchre ac multiformiter decoranda, ut in præmis per iustitiam nihil peccati relinquamus in nobis inuitum, ne quicquam repugnans & qualitatibus agamus. Prudentia quoque iustitiam dirigit in agendo, atque inordinata omnia deus temus iudicia, utpote temeraria, usurpata, iniusta, supicioſa, incerta, p̄sertim ne de interioribus & ignorantibus inderitentibus iudicare quis audeat. Et istud est unum de prauissimis in multorum religiosorum corde uigentibus, quod proni, audaces & stolidi sunt iudicando de alijs. Quo patescit, quod nec uere sint timorati, neq; prudenter necrite intueri, nec ponendat proprias calamitates, culpas & transgressiones, qui & si ceteris carerent peccatis, tam hoc solum tam detectabile malum reddideret eos nimis obnoxios. Consideret ergo, distincte, tam dolos rose & morose, tam intime ac compuncte, ut sibi non uacet alios temerarie iudicare, præfere-

Matt. 5.
1. Cor. 14
psal. 7.
Mar. 9.

1. Cor. 14

psal. 7.

Mar. 9.

D. DIONYSII CARTHVS. SERMO VIII.

Iaco. 4. tunc cum & Iacobus fateatur apostolus: Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum, detrahit legi & iudicat legem: si autem iudas legem, non es factor legis, sed iudex. Qui autem contra alium faciliter passio natur, & nihilominus pronus est eum temere iudicare, ex uitiosa communiter mouetur radice, & peccat grauiissime. Quod tamen in religioso praeceptu utriusque rabile existit, quia ex sua professione debet esse custos & iudex sui ipsius duntaxat. ¶ Quarto, in cenaculo cordis est ponendum candelabrum seu luminare, quo cenaculum illustretur. Hoc candelabrum multipliciter potest intelligi: Primo, sincera & recta cordis intentio, ex qua totum opus bonitatem sortitur, ac lucidum redditur, quia intentio operi imprimit speciem. Vnde ait Saluator: Lucerna corporis tui est oculus tuus: si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum eritis autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. id est, si intentio tua peruersa extiterit, tota operum tuorum congeries uitiosa consistet. Hinc alibi ait Saluator: Estote simplices sicut columbae. Vitanda ergo, odienda atque in infinitum de lob. 33. testanda est omnis duplicitas, omnis simulatio, uniuersa calliditas. Simulatores namque & cal Pro. 14. lidi provocant iram dei. Salomon quoque testante: Vir uersutas odibilis est. Sed & frater domini Iaco. 16. ni Iacobus loquitur: Vir duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Et Ecclesiasticus Ecd. 2. assert: Vnde dupli corde, & labiis scelests. Porro intentio simplex, recta, sincera, est ut in omnibus Deo complacere, appropinquare, uniti, honorem gloriamque impendere, proximos adiicare, nobisipsum incrementum gratiae in praesenti, & beatitudinis complementum in futuro adiici. E pisci optemus. Iste est celeberrimus finis, qui autem propter humanam laudem aut commode citatem caducam agunt bona ex genere, non solum nil promerentur, sed stolidi operantur, & damnationem sibi mercantur. Secundo candelabrum istud intelligi potest prudentia sive discretio, quae docente diuino Antonio summe omni est necessaria monacho. Quam qui habuerit, magis celeriusque proficiet cum mediocri labore, que ea caruerit, tempore diurno & labore permaximo. Ipsa docet modum agendi, & congruentiam loci temporisque obseruat, & sicut currum dicit dirigitque auriga, ita in omni actu bono dicit ac dirigit hominem sancta discretio, quae est magna lux cordis. Tertio candelabrum istud intelligi potest sapientiae donum, seu contemplatio diuinorum, quae totam mentem splendidissime ornat ac luce caelesti perfundit, facitque recte sentire deo, & reperit atque carnalia aspernari, per quod impletur ille Sapientiae. Sentire de domino in bonitate, & in simplicitate cordis querite illum. Quarto candelabrum istud est sui ipsius salubris cognitione, quia propriam infirmitatem, defectuositatem, culpam, periculostatem intelligit homoscque despiciens semetipsum, confugit ad dominum, & tantum confidit in eo, omnemque bonum ascribit eidem, & timoratus iugiter perseverat. ¶ Præterea in cenaculo oportet esse & alia multa, utpote ignem, aquam, caminum, amphoras, promptuarium, & multa similia, de quibus nunc prosequi esset nimis prolixum. Breuitate tamen tangendo, ignis iste est charitas, aqua sapientia salutaris, caminus uoluntas, amphoras & ceteræ uires quae replentur uirtutibus, promptuarium conseruatio est diligens gratiae ac uitritum & meritorum in dei timore & humilitate. Postremo, necesse est custodire cenaculum huius fenestrarum, utpote sensus exteriores, ne mors ingredietur per eas, ne interiori oculo ingerat contemplationis obstacula, ne cordi infundat spiritalium profectuum impedimenta, ne distractam & uagam efficiat mentem, potissimum in diuinis. Elaboremus ergo inde sinenter quatum fieri potest, ad puram, feruentem & actualem mentis unionem cum deo, ut sint oculi nostri interiores semper erecti ad dominum, meditando, orando, contemplando, diligendo, psalmando, & incessabiliter boni aliquid exercendo: Ad laudem & gloriam omnipotentis, qui est super omnia Deus sublimis & benedictus, Amen.

Finis secundæ partis Sermonum D. Dionysii
Carthusiani de Sanctis.

Prol. CCCXLII. facie prima, inter lineam titularem & ipsius columnam primam, quae incipit, cresceret, inseratur duæ istæ lineæ subsequentes.
gratiae munera ex nimia adipiscendi facilitate non curari aut uispendi. Porro qui peccandi occasionses admittit quotidie, quæ spiritalis profectus impedimenta non fugit, qualiter spiritaliter



¶ Alardi Aemstelredami in laudem D.Dionysii Carthusiani

Epigramma.

Quis nouus extaticus sophus hic Dionysius ille Sit Deus in seclum,sit benedictus Amen,
Ricelus,e caelo ceu Caro prossiens. Quid sol in manibus sibi vult ferratisbus unde
Quatuor ista nimis meruenda nouissima qrsum. In rectam possint,monstro,redire uiam.
Hoc gentilium uendico stemma mihi. Sub pedibus pstratus humili cacodæmō,inanes
Quid latus clauus,ueftisq; simillima cygno! Demonstrat fastus,quos ego despicio.
Index germanæ candor amicitia. Quid sibi vult tādē cælū undiq; & undiq; lumē!
Quid calamisqd pugillares plurima produnt Nil cælestē nisi mens mea solicitat.
Scripta,qbus quoquis hortor & admoneo. Sed qd opus multis frāstra me pdere signis.
Ecqd habes epiphonema tandem singula claudes? E scriptis melius noueris effigiem.

